MARIANI SOCINI
SENIORIS SENENSIS
ADMIRABILIA COMMENTARIA
SVPER PRIMA PARTE
LIBRI QVINTI DECRETALIVM.

Hac ſecunda editione ab innumeris, quibus antea repleta erant mendis, ac defectibus hoc ſigno ☞ notatis,

Summa induſtria, & labore nunc denuo repurgata, & ſuppleta; nec non locupletiſsimis argumentis illuſtrata, in lucem prodeunt.

In quibus quàplures, et varij Tractatus iuris exactiſſime explicatur, qui infra in ſeparata pagina notatur.
Index praeterea copioſiſſimus rerum notabilium, & verborum adiectus eſt.

Acceſſere poſtmodum duo alij Indices, quorum vnus eſt opinionum, quas Auctor ipſe communes atteſtatur.
Alter verò, de varijs in vtroque iure intellectibus per eundem traditis.

CVM PRIVILEGIIS.





Cum licentia Superiorum.

PARMAE. EX TYPIS SETH VIOTI.
M D L X X V.

AD ILLVSTRISS. ET R. Ferdinandum Farnesium

EPISCOPVM PARM. DIGNISSIMVM.



Commentaria Mariani Socini Senioris in primam partem libri quinti Decretalium, qua maxima potui opera, ac diligentia typis à me vt promiseram, commissa, tuo Præsul amplissime nomini vt dicarem, cum multa, tum præcipuè duo fecere. Primum illud fuit, vt ita mea incredibilis erga te obseruantiæ argumentum aliquod ostenderem, ratus me munusculo hoc summum meum erga amplitudinem tuam studium, aliquo posse pacto demonstrare, quando ipsum ijs prosequi nequaquam officijs valeo, quibus cupio, atq́ exopto summopere. Altera fuit consilij mei ratio, quod ei, de quo optime quisq́ sentit, quæ prælo à nobis præstantium virorum opera subijciuntur, donare consueuimus, quippe quod in omni munere tribuendo virum potissimum, qui eo maximè dignus habeatur, diligere soleamus, qualem te esse præsul amplissime mihi facile persuadeo, cum in te immensam in omnes clementiam summa cum nobilitate coniunctam admiror, simulq́ qualis in te vitæ sit integritas, quanta pietas, quæ religio, cuiusmodi in negotijs, vsq́ grauissimis obeundis sit prudentia intueor, quæ omnia sanè cum paucissimis Principibus viris communia tibi esse iudico; quo verò sis erga honestas artes omnes studio, quantumq́ in ipsis iam profeceris, eorum sit iudicium, qui cum easdem non minus quam te norint, calleant; mira quotidie de doctrina tua prædicare non desinunt; mitto mirificam prudentiam, non intermissam operam, eximiam curam, qua Ecclesiæ tuæ cum verbo, tum exemplo die ac nocte pro ipsius salute, dignitateq́ animo ex cubando prodesse studes, quæ tamen iam maximis à te ornamentis illustrata, ciuitati huic non parum aduersis hisce temporibus solet afferre solatij, at in alijs locis miram tanti sacrorum Antistitis excitat desiderium; equidem nunc gaudeo magnopere, sed non tam profecto tua, quam patriæ nostræ causa, in te enim ista antiquum farnesiæ gentis decus referentia à teneris vsq́ annis fere perspecta sunt. Urbs verò hæc varijs ad hanc vsq́ diem temporum procellis agitata te rectore ad ipsum portum iam appulit, vides igitur iustissimis de causis me adductum, vt tibi vni præcipue librum hunc dono dandum esse arbitrarer, quare superest, vt libenti ipsum animo, libentissimo ad te missum suscipias, susceptumq́ innata (sicut spero) ac plane confido, benignitate complectare, quod verò ad me attinet, à Deo opt. max. supplici bus precibus petam atq́ contendam, vt te incolumem tueatur ac conseruet, quo & animi in te mei apertius possim tibi in dies propensionem significare, & vt tot bona, quæ a te cumulate in nos profecta sunt, si non sempiterna, at saltem diuturna esse liceat.

Seth Viottus Typographus Parmensis.

SETH VIOTH
CANDIDO LECTORI.





VM semper animo meo fuerit Candide Lector, vt totis viribus vtilitati publicæ incumberem; ideò hoc anno, cum ad manus meas peruenissent erudentissima Mariani Socini Senioris Senensis Commentaria in secundam partem quinti libri Decretalium composita, nec dum prælo commissa; ea summo labore, ac graui impensa excudenda curaui; quod quàm fœliciter mihi successerit, opus ipsum per se satis ennarrat. Cumq; viderem primam partem eiusdem iamdiu Lugduni impressam a multis desiderari; eamq; & corruptam, ac infinitis, & prope innumerabilibus erroribus repletam circunferri, quotidie a multis Iuris prudentibus intelligerem; opus sanè hominibus admodum gratum, vtileq; me facturum existimaui; si et illam primam partem, vt in altera editione tibi promiseram; adiectis quàm plurimis capitulis, & alijs notabilibus Auctoris dictis & præcipuè tractatu de vsuris; quæ omnia in prima impressione deerant; nitori suo, & prout e manibus ipsiusmet Auctoris exijt, restituerem. Quæ res iuxta animi mei votum mihi euenit; vt cuiq; ex vtriusq; comparatione facile apparebit. Librum igitur suscipe Lector benigne, ac perlege. meiq; tibi in dies alia præstaturi memor esto. & vale.



Ilecte fili salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cum sicut recepimus, tu ad communem omnium iuris studiosorum vtilitatē tua propria impensa, & industria lecturas Mariani Sozini Senioris, super prima, & secunda parte libri Quinti Decretalium, imprimi facere intendas, dubitesque ne huiusmodi opera postmodum ab alijs sine tua licētia imprimatur; quod in maximum tuum præiudicium tenderet; Nos proprerea tuæ indemnitati consulere, ac te specialibus gratijs, & fauoribus prosequi volentes. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, tibi tuisq; hæredibus, et successoribus, ne prædicta opera hactenus, ab alio non impressa, & per te imprimēda, dummodo per ordinarium loci, & dilectos filios Inquisitores Hæreticæ Prauitatis illarum partium prius visa, & approbata fuerint, per decennium a quocunq; sine tua, vel tuorum hæredum, & successorum licentia imprimi aut ab alijs vendi, siue in eorum officinis seu apothecis, aut aliàs venalia teneri possint, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus Districtius inhibentes omnibus & singulis Christi fidelibus, tàm in Italia, quàm extra existentibus præsertim Bipliopolis, & librorum impressoribus, sub excommunicationis latæ sententiæ. In terris verò Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis, etiam tercentum ducatorum auri de Camera; pro vna Camera Apostolicæ, pro alia accusatori, pro tertia tibi, vel tuis hæredibus, & successoribus irremissibiliter applicandorum, & amissionis librorum, pœnis toties ipso facto, & absq; alia declaratione incurrendis, quoties contrauentum fuerit; ne intra dictum decennium dicta opera, & libros, sine tua, vel tuorum hæredum, & successorum licentia imprimmere, aut aliàs vt supra, tenere audeant. Mandantes vniuersis venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, eorumq; Vicarijs in spiritualibus generalibus, & in statu Romanæ ecclesiæ Legatis, Vicelegatis, & Gubernatoribus, vt quoties pro parte tua, vel tuorum hæredum, ac successorum requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus, tibi, aut tuis hæredibus, & successoribus præsidio assistentes, præmissa ad omnem tuam, vel tuorum Hæredum, & pro te, vel illis agentis requisitionem, contra inobedientes & rebelles per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia exequantur. Innocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio Brachij sæcularis. Et insuper, quia difficilè foret præsentes literas ad quælibet loca deferri, volumus, & dicta auctoritate Apostolica decernimus, earum transumptis, vel exemplis, in ipsis, operibus impressis, à data præsentium, eandem prorsus fidem vbiq; in iudicio, et extra adhiberi, quæ eisdem præsentibus ad[h]iberetur. Dat, Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die prima Martij. M D L X X I I I.

Pontificatus nostri Anno primo.

B. Melchiorius. *V. de Martholis.*

A tergo dilecto filio Seth de Viottis.



Eth Viotus ad te supplici, humiliq; prece, PRINCEPS Illustrissime, accedit, vt vnum, quod sibi immensa tua benignitas pollicetur, impetret. Hoc autem est, vt cum ipse nunc Commentaria Mariani Socini Senioris in Secundā partem libri quinti Decretalium, tot laboribus impensisq; imprimendam curarit, eandem tu, ne quis intra quindecim annos imprimat, vendatùe in terris ditioni tuæ (vt à multis item Principibus iuris alibi est fanci tum) prohibeas, quæ quidem Commentaria ipse, multis, ijsq; insignibus additamentis au cta prœlo committere iam parat. Hoc igitur humillime precatur, vt decernas, & sub pœna ducentorum aureorum, quinquaginta quorum Fisco sint tuo, quinquaginta accusatori, quinquaginta ei, qui pœnam hanc exequetur, quinquaginta sibiipsi obnoxia, & cum clausulis (vt aiunt) motus proprij, plenitudinis potestatis, & certæ scientiæ, ac derogationibus eorum, quæ obstent, etiam si ipsorum hic mentio speciatim esset facienda, præcipiendo quibuscūque Magistratibus tuis, vt omnia inuiolatè à cunctis obseruari faciant. hæc si à tua is (vt sperat) clementina obtinuerit, non modo tanti beneficij memoriam, quanta maxima semper poterit animi propensione colet, sed etiam ab ingenti tot sumptuum suorum, ac vigiliarum iactura liberatum se agnoscet, quam fortasse, nisi hac ratione sibi consuleretur, facere inuidi alicuius cal liditate cogeretur, quàm vt subiret, neque tu, qui artes ipsas, earundemq; præcipuè auctores in oculis feras, pati vilo pacto (vt credendum est) posses, neque ipse, qui tanto bono patriam suam ornarit, mereretur.

Precibus ab oratore petitum concedimus vt petitur, non obst. &c. Dat. Parmæ die. xviij. Decemb. M D L X X I I I.

Octauius dux.

Io. Baptista Picus Secretarius.



HILIPPVS Dei gratia Hispaniarum, vtriusque, Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ &c. Rex. Archidux Austriæ. Dux Burgundiæ, Barbantiæ, & Mediolani, Comes Aspurghi, Flandriæ, & Tirolis. Recognoscimus & notum facimus tenore præsentium vniuersis, expositum Nobis fuisse ex parte fideliß. Nobis dilecti Seth Vioti Bibliopole Parmensis, se in commune oīum vtilitatē, & precipue eorū quā iuri canonico incūbunt velle excudere, Typisq; mādare Lecturas Mariani Sozini Senioris super prima, & secunda parte Libri. v. Decretalium q̄ hactenus nunquam excussa fuere. Ideoq; nobis humiliter supplicauit, vt, ne præmio suo labori debito fraudetur ipsi licentiam, & facultatem dictas Lecturas imprimendi concedere, & elargiri dignaremur. Interdicentes ne à quoquam alio, nisi ab eo, seu ab ipso potestatem habentibus in dicto nostro statu, & Dominio Mediolani imprimatur. Nos verò proprium, ac peculiare munus nostrum esse censentes, fauere omnibus bonorum studiorum professoribus. Volentesq; Reipublicæ vtilitati consulere ipsius petitioni annuendum duximus in hunc qui sequitur modū. Tenore præsentiū, & ex certa sciētia Regia, et Ducali authoritate nostra, motuq; nostro proprio ac ex gratia speciali, præmissam licentiam, & facultatem prænominatas Lecturas imprimendi, Typisq; mandandi vbi ipse voluerit, impressaq; vendēdi in nostro statu, & Dominio Mediolani, concedimus, & impartimur. Interdicimusq;, ac prohibemus expresse, ne quis, nisi dictus Seth Viotus, aut ab eo potestatem habentes, seu alij, cum quo suæ rationis coniunctæ fuerint, per decennium, à die datæ præsentium in posterum computandum, ea imprimere, vendere, aut Typis mandare possit in nostro statu, & Dominio Mediolani, & quacunque eiusdem parte. Sub pœna amissionis omnium Instrumentorum, & librorum absque dicta licentia impressorum, aut imprimendorū. Scutoriūq; ducentorū auri, in tres partes diuidendorū; quorū vna accusatori, altera Fisco nostro, tertia verò idem Seth Vioto censeatur adscripta. Mandantes ꝓpterea Ill. Gubernatori nostro dicti status præsenti, & futuro Præsidi, et Senatui, Præsidibus, & Maigstris vtriusq; Magistratus, Thesaurario quoq; generali nostro dicti Status, præsenti, & futuro, cæterisq; vniuersis, & singulis officiarijs, & subditis nostris dicti nostri status, & Dominij Mediolani præsentibus, & futuris sub pœna nostra indignationis, & iræ, vt præmemorata licentia, & facultate ad vnguem vti sinant. Hasq; nostras licentiæ permissionis, prohibitionisq; literas inuiolabiliter obseruent, & obseruari faciant per quoscunque. Non obstantibus quibuscunque in contrarium facientibus. Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri impressione munitarum. Dat. Madritij, die. xxv. mensis Ianuarij, Anno a Natiuitate Domini. D M L X X I I. Subscripta.

V. Quiroga. *Yo el Rei.* *Ad Mandatum Regiæ, &*

Catholicæ Maie. proprium.

V. Clarus R.

V. Herrera. R. *Vargas*

GVIDOBALDO DI MONTEFELTRO

DE LA ROVERE

DVCA DI VRBINO. &c.



Olendo Seth Vioto Stampatore in Parma, dar in luce la Prima, & Seconda parte del Dottor Mariano Socino il Vecchio, sopra il quinto libro de' Decreti, ci siamo contentato, per compiacere chi ce n'ha ricercato, e per mostrare il buon'animo nostro a lui medemo ancora, per il merito della fatica in ciò fatta, concedergli che nello Stato nostro non si possi stampare, ne stampate vendere le opere sopradette senza licenza sua, per anni quindeci. E così per la presente prohibiamo, & comandiamo, che a nessuno sia lecito metter mano in dette opere, nè contrauenire in modo alcuno a questa nostra concessioue, & priuilegio, Dichiarando, & volendo, che chi ardirà stamparle, o venderle senza licenza del detto Seth Vioto, incorra nella pena di ducento scudi per volta, da applicarsi per rata alla Camera nostra, allo Accusatore, allo Essecutore, & al medesimo priuilegiato.

In Pesaro il dì iiij. dell'anno. M D L X X I I I I.

Guidobaldo.

Giulio Veterano.

INDEX COMMVNIVM OPINIONVM quæ ab ipſo Auctore in hoc opere allegantur.



F I N I S.

INDEX INTELLECTVVM

IN VTROQVE IVRE

Qui in hoc opere per Auctorem traduntur.

Ex sacra scriptura.

Ex decreto.

Ex Decretalibus.

Ex sexto Decretalium.

Ex Clementinis.

Ex. ff. veteri.

Ex infortiato.

Ex. ff. nouo.

Ex codice.

Ex Authenticis:

Ex Feudorum libro.

Ex Institutionibus.

Ex Glossis.

FINIS.

INDEX LOCVPLETISSIMVS
IN COMMENTARIA EXCEL. IVRISCONSVLTI
MARIANI SOCINI SENIORIS,
SVPER PRIMA PARTE
QVINTI DECRETALIVM.



B




Bar-

C



Confir-



Cri-

D

Denun-

E



G



H



I



Infa-

Inno-

f2

Inqui-

quoties

Irre-

Iudæus

 y

Clerici

L

M



inter-

O



Obe-

Ordo,

Parcen-

Pecu-

Nec

Præ-

Pro-

Sta-

T



Item

V



intra

Virgi-

F I N I S.

TRACTATVS PLVRES iuris doctiſsimè, & exactiſsimè ab Auctore in hoc opere diligenter admodum explicati.

MARIANI SOCINI
SENIORIS SENENSIS
Iurisconsulti celeberrimi.
DOCTISSIMA COMMENTARIA
SVPER PRIMA PARTE
LIBRI QVINTI DECRETALIVM.
Fœliciter incipiunt.

De accusationibus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *In librorũ principijs, quæ quæri consueuerint. remissiuẽ.*
2 *Rubrica dicitur de textu, & probat.*
3 *Rubricæ decreti non probant.*
4 *Continuatio ipsius rubricæ.*
5 *Continuatio non est necessaria in capite libri.*
6 *Leges, & capitula non sunt ad inuicem continuanda.*
7 *Rubricæ Sexti, Clem. & Auth. non sunt continuandæ.*
8 *Diffinitio quibus constat.*
9 *Accusationis diffinitio.*
10 *Pueri, infantes, furiosi, & mente capti, non dicuntur crimen committere.*
11 *Delictum vindicta publica dignum, non potest committi sine dolo, vel lata culpa.*
12 *Denuntiationis diffinitio.*
13 *Inquisitionis diffinitio.*
14 *Inquisitio duplex.*
15 *Inquisitio quadruplex.*
16 *Inquisitionis generalis quò ad delicta, & quò ad personas descriptio.*
17 *Iudici extra territorium non paretur.*
18 *Boni, & graui Præsidis officium.*
19 *Inquisitionis generalis quò ad personas, & specialis quò ad delicta descriptio.*
20 *Inquisitionis generalis quò ad delicta, & specialis quò ad personas descriptio.*
21 *Inquisitionis specialis quò ad delicta, & personas descriptio.*
22 *Syndicus inquirens generaliter contra potestatem, & eius familiam vigore inquisitionis potest condemnare.*
23 *De accusationis, inquisitionis, & denuntiationis materia, vbi tractetur.*



Vãquam hic sit libri principium: tamen, quia non est caput totius cõpilationis, omittam quæ in librorũ principijs queri consueuerũt:
1 videlicet,† quis sit libri titulus, quæ sint causæ, & cui philosophiæ parti supponatur. De quibus vide Io. And. š. in proœmio. & ibi etiam Io. de Lig. latissimè, & Io. Mo. in ꝓhe. 6. per doct. iuris ciuilis in rubr. ff. de iusti. & iur. & in proœmio Cod. & per Azo. in sum. in prin. Codicis. & Dy. in rub. de noui ope. nun. Ego dixi latissimè in proœmio Clemen.
2 vbi etiam habes† an rub. dicatur de textu, & an ꝓbet. de quo habes glo. ꝙ sic, in proœmio Sexti. in versi. titulis. & de pœnit. dist. j. §. hæc verba. & ideò scriptor, qui tenetur scribere librum, tenetur etiam scribere rubricas, nisi aliud haberet consuetudo, per. c. cum dilectus. & c. fi. š. de consuet. & per. l. minimæ. ff. de legib. not. Ioan. And. in proœmio. vj. in
3 glo. super verbo, titulis. Fallit† tamen in rub. Decreti, quia illæ nõ sunt authenticæ, nisi prima. vt notat glo. 3. q. 9. chartę. licet aliqui non habeant illã glo. ratio est, quia istæ rubricæ positæ fuerunt pro summarijs magistraliter per Gratianum, cuius dicta non probant, nisi vt dicta magistralia. Et ideò quandoq; reprobãtur, vt traditur per glo. 2. q. 3. c. euphemium. §. hinc colligitur. & lati⁹ vide in dicto ꝓœmio, vbi ẽt vide qd iuris sit, si rub. sit gñalior tex. vel ecõtrà. Itẽ quid iuris si rubrica habeat orationẽ vel perfectã, vel imperfectã, vel si loquatur negatiuè, vel modaliter, & plures alias quæstiones ibi videre potes.
4 ¶ Continuatur † autem hæc rubrica ad ꝑcedentes pluribus modis. ¶ Et primo dictum fuit supra de ciuilibus negotijs, & actionibus: verum quia delicta sæpe frequentantur, & reipublicæ interest illa puniri, vt. l. ita vulneratus. ff. ad leg. aquil. & Exodi. c. xxij. vbi dominus inquit ad Moysem, Maleficos non patieris viuere. & transumptiuè 23. q. 5. §. sed obijcitur. Et quia ad ea punienda principaliter prodita sunt tria remedia, videlicet, accusatio, denuntiatio, & inquisitio: ideò de his subijcitur. Ideò autem dixi principaliter, quia etiam alijs duobus modis delicta puniuntur. videlicet per notorietatem, vt. c. euidentia. & c. qualiter. 2. ꝟ. eod. & per modum exceptionis. c. super his. ꝟ. eod. ¶ Vel secundo potest continuari aliter, quia nati ex matrimonio, de quo in præcedenti libro tractatum fuit, tanquàm filij Adæ peccatores sunt: & peccata, seu maleficia non debent impunita remanere, & principalia remedia ad ea punienda sunt, accusatio, inquisitio, & denuntiatio.

ergo de illis subijcitur. ¶ Vel tertio sic, & magis
proximè; supra dictum fuit de quadam specie accu
sationis in tit. qui ma.accu. poss. ergo nunc viden-
dum erat de accusationibus in genere. igitur subij-
citur hic hæc rubrica. ¶ Vel quarto sic, continuan
do ad inferiora. Tractaturus compilator de malefi-
cijs, & eorum pœnis, incœpit ab hac rubr. quia accu
satio, denuntiatio, & inquisitio sunt principalia re-
media ad delicta punienda. ¶ Vel quinto potest
5 dici, quòd † cum hic sit caput libri, non est necessa-
ria continuatio, vt not. glo. in rub. de condi. furt.
6 ¶ Vtrum † autem leges, & capitula sint ad inuicem
continuanda, dic quòd non, vt not. glo. in. l. gallus.
de libe. & posthu. & l. 1. C. de peti. bono. lib. 1.
7 ¶ † Quid autem in rubricis Sexti, & Clemen. &
Authen. dic, quòd continuandæ non sunt, vt dicit Ar-
chid. Io. de Imo. & do. Domi. in rubr. de sum. trini.
lib. vj. vide quæ dixi de summa trini. in clementinis.
¶ Verum, vt inquit Cic. Omnis quæ à ratione su-
scipitur de aliqua re institutio, debet à definitione
proficisci: vt ponitur in. l. 1. in prin. ff. de iusti. & iur.
8 & ibi dicit iurisconsultus, iuri operam daturũ, prius
nosse oportet quid sit ius. ¶ † Definitio autem
debet constare ex genere, & differentijs, vt est
apud Philosophum. 2. Posteriorum. & . 3. Topic.
& debet esse conuertibilis cum suo definito, vt not.
in. l. 1. ff. de dolo. pp quam causam fortè iuriscõsul
tus inquit in. l. omnis. ff. de regu. iur. quòd oĩs definitio
in iure periculosa est. parum est enim, quòd nõ sub-
uerti possit. Tamen ad notitiam dicẽdorum, quero
primo, quid sit accusatio. Solue secundum Docto.
9 Accusatio est delatio criminis alicuius hominis † ad
vindictam publicam apud competentem iudicem
legitima interueniente inscriptione. Est enim ac-
cusare reum criminis deferre ad vindictam publi-
cam, vt. c. super his. ĩ. eodem. & l. cum rationi-
bus. & l. non ignorat. & l. si quis ex fam. C. qui accu.
non pos. & l. libellorum. ff. de accus. ibi, reum defer
re. canonizata. 2. q. 8. c. fin. § libellorum. & in. l. hij
omnes. §. 1. ff. de accusa. canonizata. 2. q. 1. c. prohi-
bentur. hanc definitionem ponit Host. in sum. eod.
titu. & Azo in sum. eod. titu. & omnes doctores se-
quuntur. Sed non placet mihi: quia delatio sonat
in factum, sed nulla accusatio est facti: licet eius
exercitium sit in facto: ergo non est bona defini-
tio. est enim defectiua, vt statim patebit. Vnde
vt clarior sit, ego dico quòd accusatio est ius de-
ferendi criminis alicuius hominis doli capacis
ad vindictam publicam in iudicio, interuenien-
te legitima inscriptione, sicut dicimus de actio-
ne, quæ est ius persequendi in iudicio, quod sibi de-
betur, vt Institu. de actio. §. 1. & l. nihil aliud. ff. de
actio. licet exercitium accusationis consistat etiam
in facto. Ideò autem dixi, quòd est ius, quia hoc poni-
tur vt genus suum: reliqua verò verba ponuntur ad
differentiam. Ideò autem dixi criminis, quia non
delicti, vel non criminis non est accusatio. Ideò
autem dixi, deferrendi, ad differentiam inquisitio-
nis, exceptionis, vel notorietatis, in quibus nõ pro-
ceditur ad delationem partis, vt. ĩ. patebit. Ideò
autem dixi, alicuius hominis, quia cætera animalia
sensu carentia, non dicuntur delicta, vel crimina
cõmittere, sed aut pauperiẽ facere, vt. l. 1. & per to-
tum titu. ff. si quad. paup. fec. dic. aut damnum dare,
vt. ĩ. de iniur. & ff. ad leg. aquil. & C. vel noxiam
cõmittere, vt toto titu. de noxal. actio. Ideò autem
10 dixi, † doli capacis; quia pueri, infantes, furiosi, &
mente capti, & alij sensu carentes, non dicuntur de-
11 lictum, aut crimen committere: quia sine † dolo, vel
lata culpa, delictum committi non potest, quod vin
dicta publica sit dignum, vt Bart. in. l. 2. ff. si quis te-
sta. lib. esse ius. fue. & isti tales, nec dolum, nec latam
culpam possunt committere, vt tractatur latè in cle
men. 1. de homici. Ideò autem dixi, ad vindictam
publicam, ad differentiam ciuilis actionis ex crimi-
ne, quæ tendit ad priuatam vtilitatem. Item ad dif-
ferentiam denuntiationis, quæ tendit ad pœniten-
tiam, vel correctionem, non ad vindictam publicã,
vt statim dicam in descriptione ipsius denuntiatio-
nis. Ideò dixi, apud competentem iudicem in iudi-
cio, quia verba illa sunt necessaria, nam sonant in fa
ctum, & exercitium, vel potes dicere in iudicio.
ad differentiam denuntiationis, quæ fit etiam ex-
tra iudicium quandoq;. Ideò autem dixi, inter-
ueniente legitima inscriptione, ad differentiam in-
quisitionis, in qua non requiritur inscriptio, vt not.
glo. in. c. inquisitionis. & ibi dicam. ĩ. eod. & tradit
Bar. in. l. libellorum. ff. de accus. in fi. prin. & l. 2. §. si
publico. ff. de adulte. & per Ang. in. l. si vacantia. C.
de bon. vacan. lib. 10. Item ad differentiam denun-
ciationis, in qua similiter non est necessaria inscri-
12 ptio, vt. ĩ. dicam. ¶ † Denunciatio verò ita descri-
bitur, omissa doct. descriptione, quòd est ius defe-
rendi criminis alicuius hominis doli capacis ad pœ
nitentiam, vel correctionem, præcedente legitima
monitione. Ideò autem dixi pœnitentiam, vel cor
rectionem, ad differẽtiam accusationis, inquisitio-
nis, notorietatis, & exceptionis: quæ fiunt ad vindi-
ctam publicam. Ideò autem dixi, legitima præce-
dente monitione, quia aliàs denuntiatio non tenet,
vt dicam. ĩ. eo. c. 2. Cætera verò verba declara, vt
13 dixi in præcedenti definitione. ¶ † Inquisitio au-
tem est alicuius criminis manifesti ex bono, & æquo
à iudice competenti canonicè facta inuestigatio
secundum Host. in sum. in titu. de inquisit. §. 1. Sed
hæc definitio non placet mihi: in multis enim est
defectiua, vt. ĩ. patebit. Vnde tu aduerte, quia se-
14 cundum quosdam † duæ sunt species inquisitionis,
quædam facti, quæ fit ad curiæ informationem, de
qua secundum eos loquitur tex. in. l. cõgruit. de off.
præsid. & l. 4. ff. ad leg. iul. pecul. & auth. de collato.
§. iubemus. Alia verò est iuris, quæ fit ad criminis
punitionem, de qua secundum eos, loquitur. l. ea
quidem. C. hoc. tit. & l. 2. §. si publico. ff. de adult.
Alij verò dicunt, quòd inquisitio est duplex, vna præpa
ratoria ad inueniendũ, de qua loquit. d. l. congruit.
& alia iura primo alleg. Alia secũdaria ad puniẽdũ,
de qua loquũtur iura secũdo loco allegata. Hanc te-
net Inn. in. c. bonę. s. de elect. ver. testes. Tu verò dic
ex mẽte Ang in. d. l. si vacãtia. C. de bon. vacã. lib. x.
plurimis tamen additis, cuius distinctio habuit ori-
ginem a quadam disputatione. Nicol. de Mat. quã
15 refert Barto. in. d. §. si publico. quòd † inquisitio est
quadruplex, quædã generalis quò ad delicta, & quo
ad personas, vt cum præses, vel alius ordinarius in-
quirit contra homines facinorosos, & homines ma
læ con-

læ condit:onis,& famæ: Quædam eſt generalis quò
ad perſonas, & ſpecialis quò ad delicta, vt quando
inquiritur contra illos in generali, qui Titium in-
terfecerunt. Tertia eſt inquiſitio generalis quò ad
delicta,& ſpecialis quò ad perſonas, vt quando in-
quiritur contra aliquem hominem certum infama-
tum in genere. Quædam eſt inquiſitio ſpecialis quò
ad delicta, & quò ad perſonas, vt cum inquiritur
contra Titium ex eo quòd interfecit Sempronium.
16 ¶ Prima ſpecies inquiſitionis deſcribitur, quòd † eſt
ius ꝓcedendi per officium ad inueſtigandum omnẽ
facinoroſum pœna dignum in territorio inquiren-
tis. hæc diffinitio ꝓbat̃ in.l.3.&.l.congruit.ff.de of-
ficio pſid.& in.c.1.s̃.de offi.ord. c.bonæ.s̃. de elec.
Ideò autem dixi ius, quia hoc eſt eius genus, vt dixi
in definitione accuſationis, & quia nulla inquiſitio
eſt facti, niſi in exercitio ſuo, vt dixi in definitione
accuſationis. Ideo autem dixi, ꝓcedendi, quia talis
inquiſitio nõ fit ad condemnandum, vel puniendũ,
ſed ad inueniendum, vt in dictis iuribus, & idẽ dicas
de hoc verbo, inueſtigandum. Ideo autem dixi per
officium, ad differentiam accuſationis, & denuntia-
tionis, quia inquiſitio non deſeruit accuſationi; ſed
duntaxat in ea ꝓceditur ex officio. Ideo autem di-
xi, facinoroſum, quia pro cauſa ciuili non habet lo-
cum regulariter inquiſitio, vt dicit Inno.in.c.ad no
ſtram.s̃.de iureiuran. & ibi latiſsimè per R.D.Ar-
chiepi.Panor.D. Nicol.Sicul. patrem, & ꝑceptorẽ
meum, & D.m. & ſic quotieſcunq; dixero de D.m.
intelligatis, velim, de ipſo D.Nicol. decretorum
monarcha.& in.c.exhibita.s̃.de iud. & per Io. And.
& D.m.in.c.fin.de foro compe.libr.6.quoniam pro
priuato commodo agendum eſt ciuilibus actioni-
bus, vt.c.1.s̃.de libel.obla.inſti.de actio.in princip.
vel aliàs eſt à parte iudicis officium implorandum,
vt not.Ioan.Andr.&.D.m.in. c.fi.prææalleg.& Ange.
in.d.repet.l.ſi vacantia. Ego verò dixi in clem.1.de
offi.ordi. vbi poſui nouẽ caſus in quibus ad priuatũ
commodum, non præcedente petitione partis, põt
iudex inquirere, de quib⁹ docto.tãgunt in prææalleg.
17 iuribus. Ideo autẽ dixi in territorio ſuo, quia † extra
territoriũ iudici nõ paret̃ impunè, vt in.c.2.s̃.de cõ
ſtit.lib.6.& .l.fi.ff.de iuriſd.omni.iud.licet Ang.di-
cat, ꝙ ideo dicuntur dicta verba; quia extra territo-
rium per non ſubditum, ſi delictũ committeretur;
non pertineret ad eũ vindicta publica, & ſic ſuperua
cua eſſet inquiſitio. per not.in.l.2. C. vbi de cri.agi
opor. Sed mihi non placet opinio ſua: quia talis in-
quiſitio, quæ fit ad inueſtigandũ, põt fieri ad dupli-
cem effectum, videlicet, vt repertos facinoroſos per
nouum ꝓceſſum puniat, vt ſtatim dicam in inquiſi-
tione ſpeciali.& hoc dicit Ang.& hoc modo ꝓcedit
eius dictum. Secundo modo, vt repertos facinoro-
ſos, & homines malæ conditionis à ciuitate repel-
18 lat. Intereſt enim † boni, & grauis Præſidis, & cu-
iuſlibet ordinarij pacatam, & integram prouinciam
habere, & eam purgare malis hominibus, vt.d.l.3.&
d.l.congruit. & alijs iuribus.s̃.alleg. Et vide Spec.
in tit.de leg.§.ſupereſt.in princ. Vnde fiet tunc in-
quiſitio, vt hominem malæ conditionis, & famæ ex-
pellat, quamq̃ non ſit ſubditus, & malam conditio-
nem, & famã receperit ex delictis alibi perpetratis.
Ideò autem dixi, pęna dignum; quia pp facinus nõ
dignum pœna, non dicetur quis facinoroſus, vt pu-
ta, ſi illud facerer lege permittẽte, vt.l.Gracchus.C.
de adulter.cum ſimi. Sed contra hoc facit, quod ſta
tim dixi, de expulſione, & ideò forte melius eſſet
addere ad diffinitionem dum dicit pœnã, & expul-
ſione dignam, niſi diceres ꝙ hæc expulſio ſapit pœ-
19 nam quandam, & bene. ¶ Generalis † verò inquiſi-
tio quò ad perſonas, & ſpecialis quò ad delicta, ſic
deſcribitur, quòd eſt ius procedẽdi per officium ad
inueſtigandum perſonam, quæ delictum, vel malefi-
cium commiſit iam compertum pœna dignum.
Ideò autem dixi, iam compertum; quia ſi non eſſet
compertum, inquiſitio eſſet generalis, vt præcedens.
& adde dum dixi, maleficium, ſcilicet pœna dignum
vt ſtatim dixi. Item in territorio inquirentis, reli-
qua verò verba examina, vt dixi in præcedenti inqui
ſitione. Et hoc probatur in.d.l.4.§. mandatis.ff.ad
20 .l.Iul.pecul. † ¶ Inquiſitio vero generalis quò ad
delicta, & ſpecialis quo ad perſonas, eſt ius proce-
dendi per officiũ, ad inueſtigãdum crimina cõmiſ-
ſa per inquiſitum certum diffamatum. pro hac de-
ſcriptione facit quod nota. in.c.cum oporteat.&.c.
cum dilecti.j̃.eod.& ꝙ not.Bar.in.l.2.§.ſi publico.
ff.de adulte.& in .d.§.mandatis. & addè illa verba,
de quibus dixi in proxi. præcedenti diffinitione. &
etiam not. vt dixi in præcedentibus. † ¶ Inquiſitio
verò ſpecialis quò ad delicta, & quò ad perſonas, eſt
21 ius quoddam procedendi per officium ad conde-
mnandum, vel puniendum certis facinoroſos ho-
mines, pęna dignos, in territorio inquirentis de ali-
quo certo crimine, non à maleuolis & ſuſpectis; ſed
à fide dignis perſonis diffamatos. Ideò autem dixi,
ad condemnandum & puniendum, quia ex prædi-
cta inquiſitione poteſt perueniri ad diffinitiuam,
& puniri condemnatus. Ideò autem dictum fuit,
à maleuolis, & ſuſpectis diffamatos, quia ad hoc vt
de iure poſsit inquiri, neceſſe eſt vt ꝑcedat diffama-
tio ab honeſtis, & fide dignis perſonis, vt.d.c. cum
oporteat.&.c.qualiter.2.& .c. inquiſitionis.j̃. eod.
Addit etiam Ang.in.d. repe.l.ſi vacantia. de quadã
inquiſitione generali, quò ad perſonas de neceſsita-
te, & ſpeciali quò ad delicta, vt eſt quando officialis
inquirit contra aliquam ciuitatem, caſtellum, vel vil
lam, in qua ſit commiſſum delictum, & illam deſcri-
bit, vt deſcripta fuit inquiſitio generalis quò ad
perſonas, & ſpecialis quò ad delicta. Addit &
aliam ſpeciem inquiſitionis, videlicet, quæ eſt
generalis quò ad delicta, & eſt generalis neceſſa-
ria, & ſpecialis quò ad perſonas, vt cum viſita-
tor inquirit contra homines in genere in eccleſia
conſiſtentes; Vel cũ ſyndicus vnius officialis inqui-
rit generaliter contra poteſtatem, & eius familiam
in genere; & hanc deſcribit vt deſcripſi.s̃. quartam
ſpeciem inquiſitionis. Et no. prædicta; quia canoni-
ſtæ parum, vel nihil habent; & apud legiſtas etiam
plura de prædictis non reperies, & tamen neceſſaria
ſunt ad intellectum dicendorum. ¶ Et per prædi-
22 cta deciditur quæſtio, an † ſyndicus inquirens ge-
neraliter contra poteſtatem, & eius familiam, vi-
gore dictæ inquiſitionis poſsit condemnare; nam
dicendum eſt, quòd ſic, vt dicit Ange. pluries ſe in
practica ſeruaſſe. De hac autem materia dic, vt di-
cã latius.j̃. eod. c.qualiter.2.in ſecundo membro
par.j.

princip. & per totam illam decretalem. ¶ Postre-
23 mo † circa hanc rubricam Ioã. Andr. in nouel. facit
remissionem, in qua parte iuris tractetur de accusatione, inquisitione, & denuntiatione. De prima dicit, quòd tractatur. 2.q.7.&. 8. per totã. 3.q.4.5.9. 10.&.11. &.4.q.1.4.5.&.6. per totum. & .15.q.3. per totam. &.c. de famulis. ẽ. de ser. non ordi. de ꝓcu. tuæ, vt li. pẽd. c. 2. de test. c. de ceterò. &. d. c. si. de. ver. signi. c. forᵒ. ver. accusator. De secũda autẽ parte rubricæ, videlicet de inquisitione, tractatur. 2.q. 1. c. primo semper. &. c. Deus omnipotens. 86. dist. c. si quid. 15.q.7. si quid. ẽ. de offi. ordi. c. 1. vt lite non conten. quoniam. §. sunt & alij. de celeb. miss. c. si. de collus. deteg. c. si. & in. c. licet de offic. vica. lib. 6. & de offi. dele. c. statuimus. 2. in. 6. De tertia parte rubricæ, videlicet de denuntiatione tractatur in. c. si peccauerit. 2.q.1.&.7.c. si quis erga. &. c. qua ꝓpter. de iud. c. nouit. de dolo & contu. c. veritatis. de testi. c. in omni. de præsum. c. cum in iuuentute. de iureiura. c. quemadmodum. de cogna. spiri. c. tua. de diuor. c. porrò.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

1 *Illegitimitatis exceptio est dilatoria, & per cõsequẽs ꝓponenda ante litis contestationem. Fallit tamen ibi, & in num. 8. & .9.*
2 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*
3 *Deportatus licet non possit accusare; potest tamen prosequi accusationem iàm inchoatam.*
4 *Bannitorum querelæ, si ex forma statuti non debeant audiri, bannitus tamen post inchoatam accusationem non prohibetur illam prosequi.*
5 *Excommunicatus etiam pendente officio, non debet de cætero audiri agendo.*
6 *Procurator reuocatus pendente iudicio post reuocationem non auditur.*
7 *Audientiæ denegatio, & non redditio iuris differunt.*
8 *Excommunicationis exceptio potest etiam post litis contestationem opponi.*
9 *Exceptio, quæ reddit iudicium retro nullum põt opponi, etiam contra personam accusatoris in quacunque parte iudicij.*
10 *Exceptio declinatoria, quæ oritur post litem cõtestatam, non excluditur per litis contestationem.*
11 *Exceptio inhabilitatis, quæ competebat in primo iudicio an possit opponi, si per eundem accusatorem inchoatur eadem, vel aliqua accusatio contra ipsum aliàs accusatum.*
12 *Specialitas duplex circa idem induci non debet.*
13 *Accusari de eodem delicto regulariter duo non possunt.*
14 *Accusatus in quo non debeat fatigari non existente legitimo accusatore.*
15 *Accusatorem illegitimum, quæ faciunt.*
16 *Criminosus, an semper repellatur ab accusando.*
17 *Infamis infamia iuris tàm de iure canonico quàm ciuili repellitur ab accusando. Fallit in sexdecim modis vt ibi.*
18 *Infamis infamia facti non repellitur ab accusando de iure ciuili, secus de iure canonico.*
19 *Accusatus ex tali crimine, quod non infamat nisi de facto, non potest accusare, vt ibi, & nu seq.*
20 *Accusato accusare permittitur accusatorem suum de pari crimine. Fallit tamen pẽdente iudicio accusationis suæ, & de iure canonico vt ibi.*
21 *Infans infantiæ proximus, & furiosus non admittitur ad accusandum.*
22 *Tutor nomine pupilli accusat, & se inscribit ad pœnam talionis.*
23 *Minor vigintiquinq; annis an, & quãdo possit accusare.*
24 *Pauper an possit accusare.*
25 *Pauper quis dicatur.*
26 *Reus citatus ad petitionem illegitimi accusatoris, an comparere teneatur.*
27 *Illegitimitatis exceptio concernit priuatum, & publicũ commodum, & iudicis honorem.*

Si legitimus. Ad petitionem non legitimi accusatoris, reus
nõ est in iudicio vocandus. vel sic. In accusatione iudiciaria prius est quærendum de persona accusantis: h.d. ¶ Nota primò duplex summarium. & concordat. 2.q.1.c. in primis. 23. distin. c. illud. & .l. si quæramus. ff. de. test. ¶ Secundo not. ibi, non fatigetur;
1 arg. secundum D. Ant. & D. m. quòd † exceptio il-
legitimitatis accusatoris est dilatoria, & per consequens proponenda ante litis contesta. facit. l. si maritus. §. si præscriptiones. ff. de adul. & tex. in. c. exhibita. de iudi. & no. glo. in simi. in. c. 1. de elec. lib. 6. glo. in. l. reum. C. de procur. & Bar. in. l. 1. §. accusatus. ff. ad turpil. alleg. D. m. simile in illa exceptione; tua non interest. no. gl. in. c. ex parte. de testi. &. c. super his. ẽ. eo. Bar. in. l. si vnus. §. ante omnia. de pact. de quo plenè dicam in. d. c. super his. in. 6. q. post gl. super ver. accusatione. vnde volunt ꝙ si non est opposita ante litis contest. quòd post non posset opponi; Quidam tamẽ dicunt, ꝙ etiã post lit. contest. potest opponi; dummodo prius nomen accusati nõ sit receptum inter reos. Sed quando nomen accusati dicatur receptum inter reos, variæ sunt opiniones, de quibus per Bart. & latius per Ioan. de Imo. in. l. is. qui reus. ff. de pub. iudic. per gloss. & Ioan. de fantu. 2.q.8. per scripta, & per Bal. in. l. 1. C. qui ac. non pos. Infertur igitur ex prędictis, quòd si accusatus comparens nihil opponit contra personam accusatoris, quòd iudicium tenebit; quod probatur in dictis iuribus, & in. l. 1. C. eodem tit. & in l. qui accusare; &. l. hoc accusare. ff. eo. tit. & de exce. c. 1. lib. 6. glo. in. c. 1. de rescrip. lib. 6. Et hoc tenet exꝑssè Bar. in. l. 1. §. accusatus. ff. ad turpil. & idem dicendum de exceptione competente ex persona accusati, quod dictum tamen post litis contestationem, vel nomen accusati receptum inter reos, nõ potest opponi exceptio de illegitimitate accusatoris. Limitat hoc D. m. & benè, si modo accusatus sciebat talẽ exceptionem sibi competere; secus si ignorabat, & postea peruenit ad eius notitiam, per not. per glos. 3. in. q. 6. §. exceptio. & .c. ad audientiam. 2. de rescrip. de procur. cap. in nostra. & quod not. in. c. 2. de ordi. cogni. &. c. pastoralis. & cap. exceptionem. ẽ. de exceptioni. & ibi dixi. Et not. quòd cum ministerio dixi duntaxat de ignorantia exceptionis dilatoriæ, propter personam ipsius accusatoris, quæ à

principio

principio competebat ipſi accuſato,non autẽ de ſu-
perueniẽte exceptione dilatoria de nouo poſt inter-
poſitam accuſationem, quæ regulatur eodem mo-
do. Et fortius videtur poſſe opponi, vt traditur in
2 dictis iuribus,cum ea † quæ de nouo emergũt,nouo
indigeant auxilio,vt.l.de ætate.§.ex cauſa. ff. de in-
terroga. acti.nam licet de nouo ſuperueniat exce-
ptio inhabilitatis, ſi tamen accuſator à principio
erat habilis, non repellitur,per not.per.Bar.in.l.vra
nius.ff.de fideiuſſ.&.l.is qui reus.ff.de publi.iud.per
3 illum tex. qui vult, quòd † licet deportatus non
poſsit accuſare,poteſt tamen proſequi accuſationẽ
iam inchoatam, & idem tenet Barto. in.l. deferre.
ff.de iu. fiſc. per illam legem, quæ vult, quòd dam-
natus non poteſt deferre,ſed cauſam iam inceptam,
4 põt proſequi. Ex quo infert, † ꝙ ſi ex forma ſtatuti
diſponitur, quòd querelæ bannitorũ non debeãt au
diri, quòd ſi aliquis fuit bãnitus poſt inchoatã accu
ſationẽ,& producit̃ bannũ,non obſtat ei quominus
poſsit inchoatã accuſationẽ proſequi;& ad.d.l. Vra
nius.&.l.penul.ff.de ſuſpe.tuto. quæ vult, ꝙ ſi pen-
dente accuſatione ſuſpecti tutoris finiatur tutela,
quòd finitur & ipſa accuſatio, reſpondet, quòd in
illis ſuperuenit defectus ex parte cauſæ materialis,
vel finalis. ſed in caſu noſtro ſupuenit defectus cau-
ſæ efficientis.facit.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt
ſui,vel alie.iuris.& quod not.in.l.cæcus.ff.de iudi.&
ſequitur hic prædictam opi. Bar. D.m. nec aliquid
obijcit.Ang.tamen, in prædicta.l.. Vranius.repro-
bat dictum Barto. ex eo,quòd dictum ſtatutum re-
moueat querelam bannitorũ, & eo ipſo,quòd ban-
nitus aliquid petit, licet ſit bannitus inchoato iudi-
cio;tamen dicitur querelare, ergo non debet audi-
5 ri.Adducit ſimile de excommunicato, † qui nõ de-
bet audiri agendo;& tamen ſi pendente iudicio ex-
communicatur,non auditur de cetetò ;quia incipit
eſſe inhabilis,vt not.in.c.dilectus.ſ.de reſcrip. & ꝙ
dixi,in.c.exceptionem.de excep. Ad idem adducit
6 Ang.ſimile de procuratore,qui fuit reuocatus pen-
dente iudicio;quia, nõ auditur poſt reuocationem;
licet antea per eum agitata teneant,vt not.in.l.1.C.
de ſatiſda.& ꝓ dicto Ang. facit quod not.in.l.quid
ergo.ff.de infami. vbi ponderatur an lex reſiſtat ini-
tio,vel non. Ad idem quod not.in cle. eos. de con-
ſangui.& affi.iuncta gl.quæ vult,ꝙ illa clem.quæ ex-
communicat ipſo iure ſcienter contrahentem cum
moniali,nõ habeat locum in eo qui contrahit igno-
ranter; licet poſtea ſciuerit illã eſſe monialẽ.Subdit
tamen Ang. ꝙ ſi bannum liquidatum eſſet poſt cri-
men,iudex ex officio poſſet ferre condemnatoriam
contra accuſatum,per.l.1.&.l.quamuis.C.de adult.
& idem ſi delictum non eſſet liquidatum ante ban-
num, & iudex vellet accuſationem terminare,ſecun
dum quod quãdoque poteſt, vt not.in.l.pe.in prin.
ff.de pub.iud.&.l.liber homo.§.fin.ff.eodem. Tu ve
rò,dic,quòd verior eſt opi.Bartol. in terminis ſuis
ſecundum Ioan. de Imo. in.d.l.Vranius.& pro ea,
adducit quod not.Iaco.Butr.in.l.adulterium. C.de
7 adult. vbi facit † differentiam, an ſtatutum dicat,
non reddatur ius:an verò dicat,non audiatur.Nam
primo caſu quando dicit, non reddatur ius, tollit
exceptionem dilatoriam, quæ debet opponi in ini-
tio,vt dictũ eſt,quo facit in ſimil.l.filius fa.§.vetera-
ni.ff.de procurat.vbi miles nõ debet audiri pro ali-
quo agens; & tamen ſi iam ſit inchoatum iudicium,
& non ſit oppoſita exceptio,non poteſt amplius op
poni. Secundo caſu non producit exceptionem,
quæ poteſt opponi in quacunque parte iudicij, &
quotieſcunque redderetur ius, videretur naſci, &
cauſari aliqua exceptio, pro quo facit, quod not.
Compoſt.& poſt eum Ioan. And.in.d.c.dilectus.de
reſcrip.in illa quæſt. ꝙ quis non trahitur vltra vnam
dietam per reſcriptum apoſtolicum à finibus ſuæ
diœceſis, in qua volunt, quòd talis exceptio poſsit
opponi quomodocunque traheretur. Nec obſt.
quod dictum fuit.ſ.de excommunicato,quia, illud
eſt ſpeciale propter periculum animarum, inſur-
gens ex communione cum excommunicato, quod
periculum toties imminet, quoties cum eo com-
municabitur,vt in.c.pia.de excep.in.6.ex quibus ha
bes vnã notabilem limitationem ad id,quod.ſ.dixi
de exceptione dilatoria inhabilitatis accuſatoris,ꝙ
8 non poteſt opponi poſt litis conteſt. quia, † fallit in
exceptione excommunicationis, quam quis poteſt
opponere etiam poſt, licet eam ſcienter omiſerit
ante opponere, vt dixi in.c.exceptionem.ſ. de ex-
cept.arbitror etiam, quòd idem ſit in quacunque
9 exceptione, † quæ redderet iudicium retro nullum,
vt illa poſsit opponi etiam contra perſonam accu-
ſatoris,etiam in quacunque parte iudicij; vt puta ſi
aliquis accuſabat vt procurator in caſibus, in qui-
bus admittitur:vel ſi erat talis inhabilitas, quæ non
purgaretur per taciturnitatem rei, fac.t.l.2.§.1.ff.
qui ſatiſd. cog.& circa hoc, vide quæ dixi in clem.
pe.de procura.nam ex.j.dictis poteris pulchras li-
mitationes colligere ad materiam noſtram. Item
aduerte, quia id, quod dixi, quòd non poteſt quis
opponere de illegitimitate ſuperueniente poſt li-
tem conteſtatam, per.l.is qui reus.ff.de pub.iud.nõ
videtur verum, nam contra illud fortiter.ob. quòd
not. Barto. in.l. hos accuſare. §.hoc.ff.eodem. vbi
ſecundum vnam lectionem, quæ etiam approbatur
per illum tex. qui probat, quòd exceptio illegiti-
mitatis ex perſona accuſati, poſtea ſuperueniens
poſt litem conteſtatam, ſeu poſtquam nomen ac-
cuſati eſt receptum inter reos, non poteſt opponi
licet poſsit illam opponere, ſi ante litem conteſta.
competijſſet, & non oppoſuiſſet; ergo qua ratione
poteſt accuſatus repellere accuſatorem propter ex-
ceptionem ſibi ſuperuenientem in perſona ſua poſt
litem conteſtatam, eadem ratione videtur dicen-
dum de illegitimitate ſuperueniente in perſona ac-
cuſatoris,etiam quòd illa ſuperueniat poſt litis cõ-
teſta.& quod ibi ſingulariter dicit glo.& docto.quæ
10 gloſſ.vult,quòd † exceptio declinatoria,quæ oritur
poſt litem conteſtatam non excluditur per litis cõ-
teſtationem. Sed quæro iuxta prædicta, vtrum poſt
litis conteſt.iudex poſsit repellere illegitimum ac-
cuſatorem in caſibus in quibus poteſt ex officio
ſupplere. Sol. ego credo quòd ſic,argum. not. per
D.Ant.& D.m.in.c.paſtoralis.ſ.de excep. in illa.
q.an poſt lapſum termini poſsit iudex ſupplere op-
ponendo dilatoriam. Secundo quæro iuxta prædi-
cta, quid ſi non fuit oppoſita exceptio inhabilitatis
perſonę accuſatoris,& reus fuit abſolutus ab inſtan-
tia,vt.j.dicã,vel quid ſimile. Vtrum ſi per eundẽ ac-

11 cusatorē† inchoatur eadem, vel alia accusatio con-
tra ipsum alias accusatum, quod fieri pôt, secundū
id, ꝙ dicā, in.c.de his.ĵ.eo.an tunc poterit opponi
exceptio inhabilitatis, quæ cõpetebat in primo iu-
dicio.Sol.Bar.in similib' terminis, ī.l.hos accusare.
§.hoc beneficio.ff.eod.in illa.q.in qua quærit, vtrū
si aliqua exceptio dilatoria cõpetebat accusato ex
persona sua, & illam non opposuit ante nomen suū
receptū inter reos; possit illā opponere facta abo-
litione contra eundē repetentē in casibus, in quibus
potest repetere, & concludit, ꝙ si est ille repetens,
qui accusauit, non potest illam exceptionem oppo-
nere, vt.l.si qs repetere.ff.ad turpil.aut ali' vult repe
tere ipsum accusatum intra.30.dies, vt tradit in.l.li-
bellorū.§.fi.ff.eod.de quo dicā in.c.de his.ĵ.eod.&
pôt opponi exceptio inhabilitatis, vt.d.l.hos accu-
sare.§.hoc beneficio.ff.eo. ex quo idē videtur infe-
rendum in casu ꝓposito, vt contra eundem nō pos-
sit opponi, contra tertium sic. Sed tu aduerte, quia
iudicio meo longa est differentia vtrū loquamur in
repetitione accusationis facta abolitione, an verò ī
reo absoluto ab instantia, primo casu procedit opi.
Bar.& ideò fit quia talis repetitio videt̄ reassumere
dictā accusationem in eo statu, quo erat tempore fa
ctæ abolitionis, vt not.in.d.l.si quis repetere.ff. ad
turpil.ergo non mirum si non potest opponere talē
exceptionem contra eundem accusatorem, cū illam
aliàs non opposuerit debito tēpore; & maximè cū
ꝑdicto casu nō sit quòd possit imputari ipsi accusa-
tori, qn̄ eidem conceditur repetitio, cū solū illa cō-
cedatur sibi, si facta est abolitio, vel ꝓpter indultū
principis, vt.l.1.C.de gener.abo.&.d.l.si quis repe-
tere.cum duabus sequen.ff.ad turpil. aut ꝓpter iu-
stum impedimentū accusatoris, vt.l.libellorū.§.fi.
ff.eod.&.l. aut priuarè.ff.ad turpil. secus si sine im-
pedimento impetraret abolitionē; quia non posset,
vt dicā.ĵ.eod.c.de his. Et si tu diceres, quòd eadem
ratio habet locum in tertio repetēte, & cōparente;
quia debet admitti in eo statu, vt facit.d.l.si quis re-
petere. Item cap.2.vt lite penden.libr.6.Respon-
deo, quòd hoc non est verum; quia tertius videtur
admitti ad repetēdum ex quodam priuilegio, vt tra
ctatur in dictis iuribus. vnde non debet gaudere se-
cundo priuilegio, ne possit opponi de illegitimate
suæ personæ; & ita loquit̄ dicta.l.hos accusare.§.hoc
12 beneficio.ff.eo.† non enim debet circa idē duplex
specialitas induci, vt not.in.l.1.C.de dot. promiss.
Vel dic secundo, & melius, quòd ideò potest op-
poni huic tertio exceptio illegitimatis; quia qua
ratione scientia illegitimitatis superuenit de nouo
post litis cōtestationem potest accusatus illam op-
ponere, vt.s̄.dixi; & eadem ratione, & fortius istam
opponit, cum non sit, quid huic possit imputari,
quando non opposuit; quæ ratio cessat, quando
ille idem qui accusauit repetit. Et no.quòd est no-
ua consideratio, per quam tolluntur plurima con-
traria, & maximè dictorum iurium. Si verò accu-
satus fuisset absolutus ab instātia, puta propter ine-
ptum libellum secundum formam.d.l.libellorum.
§.quòd si libelli. quia de ineptitudine libelli potest
quandocunq; opponi, vt.c.dilecti.s̄.de empt.& ven
di.&.c.cum ad sedem.s̄.de resti.spol.& ibi per Ioā.
And.& D.m.Ego plenè dixi in clem.2.de re iudica.

& no.Bald.in.l.actori.C.de rebus creditis. & quod
not.gloss.insti.de obli.in principio & Bal. & Guil.
de cu.in.l.si patronus libertam.ff.de iureiura. & Ia-
cob.butr.in.l.licet.C.de procurato.& idem consul-
uerunt.D.Pe.de Anca.D.Anto.& D.Flo.vnde, hoc
casu arbitror, quòd si de nouo ab aliquo; vel ab eo-
dem accusatore, & de eodem crimine accusaretur,
quod fieri potest, vt dicam.ĵ.in.c.de his, quòd
possit opponi exceptio inhabilitatis personæ, tàm
ex persona accusatoris, quàm accusati; licet illa non
fuerit opposita, & lis fuerat contestata; cum non
repetatur accusatio, sed de nouo inchoetur. Aduer-
te tamen, quia illud, quod dixi, ꝙ si alicui accusato
competit exceptio dilatoria ex persona sua, quòd
si illam non opponit, tenet accusatio. Verbi gratia,
plures accusant vnum de eodem crimine, competit
exceptio ex persona accusati, si principaliter accu-
satorum non interest, vt.l.si plures.ff.eodem.&.2.
q.1.in primis.super verbo, accusatores, & glo.in.c.
cupientes.§.si verò. de elec.libr.6.de quo per Spec.
in titu.de accu.versic.item excipitur contra plures,
& per glo.in.c.1.ĵ.de collus.deteg. Si tamen accu-
satus non opponit, tenet accusatio; quod etiam tra-
dit Bart. in.l.hos accusare.§.lege.& in.d.l.si plures.
eodem.titu. Hoc tamen fallit in crimine adulterij,
in quo est speciale, quòd si non opponatur talis ex-
ceptio, iudicium est nullum.vt.l.si maritus.§.fi.ff.de
13 adulte.† & per Bart.in.d.§.lege.& idem dicendum
est, si vnus accusat duos, quòd regulariter fieri non
potest de eodem delicto; tamen tenet iudicium si
non opponatur, vt.d.l.si maritus.§.fin.vbi est tex.
bo.& per Bar.in.d.§.lege. ¶ Vlterius quæro, ꝓ in-
tellectu literæ, in quo non debeat accusatus fatigari,
14 si accusator non est legitimus. Solu.dic secundum
Ioan.And.ꝙ nō fatigatur etiā in veniendo, vt no.2.
q.7.c.q̄tēdū.&.c.alieni.&.ĵ.eo.c.nulli.in gl.1.Vel
dic secundū.Io.And.ꝙ nō debet fatigari sup prin-
cipali, licet debeat fatigari in veniēdo; vnde Innoc.
dicit, ꝙ non fatigabitur in ꝓbando innocentiā suā,
& subdit, ꝙ si reus vocaret̄ de longinquo, accusator
debet se prius inscribere, q̄ accusatus citet̄, per.l.2.
C.de requi.re. & hoc tenuit Innoc.In cōtrarium tn̄
facit.c.licet.ĵ.eod.de quo articulo ibi dicam, circa
principalem tamen.q.ꝓ intellectu ipsius, adde, quæ
15 dicam.ĵ.in glo.fi.¶ Glo.1.ponit † tria, quæ faciūt
accusatorem illegitimum, videlicet, crimē, infamia,
& inimicitia.In eadē ibi, non pôt eruere.dic, autho
ritas hæc habetur Lucæ.c.6.vnde dantur illi duo ver
sus: Tollere festucam, qui vis de fratris ocello, Quæ
tua conturbat lumina, tolle trabem. Et dicit Cice-
ro.3.Tuscula. stultitiæ proprium est, aliorum vitia
cernere, & suorum obliuisci.& Aug.10.confess. de
talibus loquitur, Curiosum genus, ad alienam vitam
cognoscendam, desidiosum ad propriam corrigē-
dam.& has authoritates refert hic.Io.An. In fi.glo.
16 dic, circa † primam qualitatem de criminoso, an
semper criminosus, vt illegitimus repellatur; di-
stingue, ꝙ aut quis accusat ad vindictā publicā, aut
vt suā, suorumq; iniuriā ꝓsequatur. Primo casu, aut
loquimur de iure ciuili, aut canonico. Si de iure ciui
li, dic ꝙ criminosus regulariter non repellit̄, nisi sit
criminos' ex tali crimine, ꝙ ipso facto irroget infa
miā; quia tunc repellit̄ tanq̄ infamis, si esset infamia
iuris;

38 vltimo membro. † Quandoq; & vndecimo, quis fuit abſolutus, ſcilicet per viam præſcriptionis; quia fuit præſcriptum poteſtati cognoſcendi de crimine; & hoc caſu arbitror, quòd amplius non poſsit cognoſci, & ſi cognoſceretur & inquiſitus, vel accuſatus confiteretur ſe deliquiſſe; nihilominus veniret abſoluendus, facit quod ſing. dicit Bald. in.l.genero. ff.de his qui not. infam. per.l.ſed ſi vni.§.ſi eũ ante. ff.de iniur. &.l.ſi non conuitij.C.eo. de quo dic, vt latius dixi in.c.qualiter.2.in.11.artic. princip.q.66. Aduerte tamen, quia contra id quod dicit Bald. de confeſsione facta poſt tempus, fortiter obſtant not.per eundem Bald.in.l.properandũ.in fin. prin-

39 cipij.C.de iud. vbi dicit, quòd † quantumcunq; tempus triennij ſit lapſum; tamen ſi poſt illud, pars cõfitetur in iudicio, vigore confeſsionis, non obſtante triennij lapſu; iudex poſſet ſententiam promulgare; eo quia confeſsio facta in iudicio inducit notorium.l.ictus fuſtium.ff.de infami.& traditur in.c. cum dilecti.ꝟ.eod.& c.fina.de cohabitatio. cleri.& mulie. cum ſi.& in notorio iuris non requiritur ordo iuris.c. ad noſtram.2.de iureiurand.&.c.euidentia.ꝟ.eod.& ita dicendum eſt, quòd iudex virtute notorij reſultantis ex iſta confeſsione procedere poteſt. Ita reperio tenuiſſe Angel.de aretio in tractatu ſuo maleficiorũ, poſt. D. Lodo. Monta. pro quo dicto melius facit, quod traditur in.c.qualiter.ꝟ.eod.&.c. Piſanis. de reſtitutio. ſpolia.&.c. cum dilectus. de ordi.cogni.&.c.1.&.2.de accuſa. lib.6.& Barto.in.l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. vbi volunt, quòd licet confeſsio ſit facta extra inſtantiam, vel in minus ſolenni inſtantia, quia inducit notorium, poteſt ſequi condemnatio. Ad hæc tamen argumenta poſſet de facili reſpondere, quod

40 ꝙ † peremptio instantiæ non facit perire ius in ca-
sibus prædictis; sed in casu nostro lapsu temporis,
& completa præscriptione perit ius. Sed contra di-
41 ctum Bald. iudicio meo fortius obst. quia † licet cō-
tra præsumptionem iuris, & de iure non admittatur
probatio; vt in authen. sed iam necesse. C. de dona.
ante nupt. l. fina. ad Macedo. & l. antiquæ. C. ad Vel-
leia. traditur in .c. quoniam contra. de proba. ta-
men admittitur probatio in contrarium per con-
fessionem, vt not. gloss. Bald. & docto. in dicta auth.
sed iam necesse. & taditur in auth. de nu. §. si vero so-
lum. & l. Iulianus verum debitorem, ff. de condicti.
inde. Item admissa probatione, & facta debet
iudex secundum illam pronuntiare, vt not. in. c. cum
contingat. in gloss. in vers. nihilominus. de officio
delegat. ergo & in casu nostro idem videtur dicen-
dū, vt habita cōfessione cōtra pscri. possit iudex in-
42 quirere. Sed ad hoc posset responderi, ꝙ † poten-
tius est ius quod quæritur ex præscriptione, quàm
illud, quòd quæritur ex præsumptione; quia postq̄
præscriptum est, lex fingit rem esse istius, seu istum
liberatum esse; adeò quòd similis soluenti dicitur
esse præscriptio. l. si pupillus. ff. de administratio. tu.
& ibi per Barto. & vide circa prædicta; quæ late dixi
in. c. qualiter. 2. ꝫ. eod. in. 11. artic. princip. q. 66. vi-
de, quæ dicam in. c. qualiter. 2. de accusatio. in. 17.
43 princip. artic. in. q. 13. † Quandoque & vltimo, quis
fuit absolutus per viam accusationis; & sic cum esset
actum contra eum criminaliter ad publicam vindi-
ctam, nec fuit absolut⁹ ab obseruatione iudicij, sed
simpliciter. & hoc casu regula est secundum omnes
* quòd non potest iterum accusari, etiam à tertio,
Cōm. opin. 44 tex. est hic, & in. l. si cui. §. 1. ff. eo. † ¶ Quod limita-
tur primo, secūdum docto. nisi diceretur de præua-
ricatione primi accusatoris; secus si non probaretur
de collusione, seu præuaricatione primi accusatoris,
45 per. l. 3. ff. de præuari. † Qualiter autē probetur præ-
uaricatio, dic quòd per testes, qui interfuerunt, quā-
do reus, & accusator conuenerunt super fienda col-
lusione, seu præuaricatione primi accusatoris, per.
l. 3. ff. de præuarica. Et si tu diceres, ꝙ hoc est diffi-
cile probare quoniam, hæc aguntur in secreto, po-
test responderi, secundum notabilem practicā Bar.
in. l. 1. §. præuaricationem. ff. ad Senatuscon. Tur-
pili. quòd hoc probatur ex coniecturis, puta si ac-
cusatus continuè conersatur cum accusatore, &
eum salutat, & sæpe cum illo communicat. nō enim
est verisimile, ꝙ si aduersarius suus accusator non
colluderet secum, vellet cum illo conuersari; quo-
niā regulariter ex accusatione ex crimine maximè
publico, graues, & capitales oriuntur inimicitiæ, vt
l. 1. & l. si inimicitiæ. ff. de his q. vt indig. facit. c. seq.
& ibi dicā, vbi videbim⁹ plures remissiones ad hoc,
Idem dicit Barto. si accusatus ex accusatione non
indignaretur; quia præsumeretur collusio, sicut in
simili dicimus in marito, qui non curat nec indigna
tur de adulterio vxoris suæ; quia ex hoc videtur qua-
si lenocinium cōmittere, vt. l. 2. §. lenocinij. & l. ma-
riti lenocinium. in princi. ff. de adulter. Quod ta-
men ego arbitrarer limitandum, si modo non indi-
gnaretur ex eo, ꝙ esset multū catholicus, & vitæ san-
ctæ, qui viam Christi vellet imitari. hoc est retribue-
re bonum pro malo, & pro crucifigentibus se orare.

Nam habita consideratione ad qualitatem vitæ, di-
cerem præsumendum secundum illam vitæ qualita-
46 tē, in qua magis depedēret. † Secūdo limita, secundū
doct. si modo non cōpareret tertius accusator, qui
suam, vel suorum iniuriam prosequeretur, & proba-
ret se ignorasse primam accusationem. vide tex. qui
requirit hæc duo simul iuncta, in. d. l. si cui. §. 1. ff. de
47 accusa. † Qualiter autem probet hanc ignorantiam,
vide gloss. in. d. l. si cui. quæ vult, quòd probatur eo
ipso, quòd non probetur scientia; quia in facto alie-
no præsumitur ignorantia, vt. l. verius. ff. de proba.
& hoc not. sing. Barto. in. l. super seruis. C. qui mili-
ta. non possunt libr. 12. per illum tex. Item po-
test probari per proprium iuramentum, vide quod
not. in. c. nulli. de elect. lib. 6. & quod not. ibi gloss.
Quia, eorum quæ in animo consistunt admitti-
tur probatio per proprium iuramentum, vt not.
gloss. instit. de act. §. aliæ. & gloss. in. c. significasti.
1. vers. si ita est. de homi. & no. glo. in. c. statutum. §.
assessorem. de rescrip. lib. 6. not. Hostien. in. c. no-
bis. 2. inf. de senten. excōmunic. & c. 2. de consti. &
glo. 82. dist. proposuisti. ver. probabitur, & ibi Ar-
chid. Item & tertio, probabitur per absentiam suā
à loco, tempore, quo fuit instituta accusatio; vel si
illo tempore fuit infirmus graui infirmitate, vel ꝙ
in alijs maximis negocijs erat intricatus; puta circa
ducendam vxorem, vel erat minor; vt est bo. tex. in.
c. fina. qui matri. accu. pos. de hac materia, vide in
præallegatis iuribus. per Specul. in titu. de abolitio.
§. 1. vers. sed qualiter. & l. cū de indebito. in glo. su-
per versi. ignorantiæ. ff. de proba. & l. si quis delega-
uerit. in princ. ff. de noua. & c. ad audientiam. ꝫ. de
rescrip. & per gloss. in. c. innotuit. de elect. de æta. &
qualita. c. accepimus. ꝫ. de cri. fal. c. ad falsariorū gl.
fina. 1. q. 1. c. si quis. & glo. pen. in. c. vt circa. de elect.
lib. 6. glo. 12. q. 2. in. c. qui & humanis. Paul. de Lig.
in. c. 2. de tēp. ord. lib. 6. Et contra qualiter accusat⁹
probet scientiam istius, qui vult eum accusare de no
uo, dic ꝙ similiter probabit per testes. Item, ꝙ iste
accusator erat in loco, & fama publica erat ī loco de
prima accusatiōe instituta, maximè in vicinia ei⁹, q
nunc vult de nouo accusare, arg. not. in. l. si tutor. C.
de pericu. tuto. & curato. & quod not. Barto. in. l. cel
sus. ff. de vsuca. & quod not. D. m. & ibi dixi in. c. de
quarta. in prima solutione gloss. fina. ꝫ. de præscrip.
Ioan. And. in regula. præsumitur. de regu. iur. lib. 6.
& p Bar. i. l. 2. C. si ser. vel lib. ad decur. aspir. lib. 10.
Item si copia petitionis fuit transmissa ad domum
suam, vel fuit visa apud eum, arg. not. in. l. non est se
rēdus. ff. de trāsact. & quod not. Bald. in. l. 3. C. quo-
modo. & quando iud. Quod declara, vt plene dixi,
in gloss. super ver. scienter. in. clem. 1. de procura.
vbi vide. † ¶ Tertio limitatur, nisi accusationi, quæ
48 nunc secundario instituitur adijceretur noua quali-
tas, propter quam noua tribueretur accusatio; ver-
bi gratia, pone, accusaui te de simplici percussione,
pro qua est actio iniuriarum; fuisti absolutus, volo
te accusare de percussione facta hominib⁹ coaduna
tis, pro qua est actio legis Iuliæ de vi pub. quæ aliā pœ
nam imponit, vt. l. 3. C. ad. l. Iulia. de vi. & hoc casu,
& similibus posset de nouo accusari non obstante
absolutione. hoc tenet Barto. in. l. denuntiasse. ff. de
adulte. Ego arbitror, hoc procedere quò ad tertiū;

ſed quò ad ipſum accuſatorem arbitror, quòd non
debeat admitti ex alia cauſa, videlicet, propter præ-
ſumptam calumniam. vt. ſ. dixi. & dicã ſtatim. ideo
dixi quòd noua tribueretur actio; quia ſi per quali-
tatem additam augeretur, vel minueretur pœna re-
ſpectiuè, quæ imponitur pro delicto ſimplici, non
daretur tunc noua actio, exemplum in. l. Aquilia,
quæ contra confitentem datur in ſimplum; contra
negantem verò datur in duplum. nam duplum im-
ponitur per reſpectum ad ſimplum, non per ſe ſim-
pliciter. Poteſt etiam figurari exemplum in ſeruo
delinquente. nam ſi dominus ſciuit, punitur in ſoli-
dum; ſi ignorauit liberatur dando ſeruũ pro noxa,
vt. l. 1. §. 1. ff. ſi famil. fur. fe. dice. nam hoc caſu per
additionem nouæ qualitatis, non poteſt de nouo
accuſari; qa primò fuit abſolutus; vt p Bar. in præal.
l. denuntiaſſe. per tex. not. in. l. in delictis. §. ſi detra-
49 cta noxæ. ff. de noxa. act. ¶ Quarta † limitatio eſt, ſi
abſolutoria fuit ſecuta per aliquam qualitatem ad-
ditam, quam nõ probaui, & nunc illam volo detra-
here. nam his concurrentibus, quòd qualitas non ſit
reſpectiua ad factum ſic probatum, & quòd quis cõ-
ueniatur ex delicto proprio, non ex delicto alte-
rius, poſſet iterũ accuſari nõ obſtãte abſolutione de
iſto delicto. qđ intellige à tertio, & etiã à primo accu
ſatore, ſi modo primus non poſſet repelli ex aliquo
capite, vt pp calumniã, argum. l. habebat. in princ.
ff. de inſtito. act. ſecus ſi ſententia eſſet ſecuta; quia
non eſſet probatum delictum; per. l. ſi quis cum
totum. §. ſi ancillam. & .l. egi tecum. ff. de excep. rei
iudica. vel ſi ex delicto alterius quis cõueniret: qa nõ
poſſet amplius accuſari, tex. eſt in dicta. l. in delictis.
§. ſi detracta. Et hęc duę limitationes ſunt de men-
te Barto. in. d. l. denuntiaſſe. vbi ipſe latius ponit, &
declarat. vide ibi eũ, quia materia, eſt ſatis difficilis,
& dubia. ¶ Nota tamen, quòd ſi de qualitatẽ adie-
cta primæ accuſationi, vellẽ te denno accuſare, non
poſſum; licet iſta qualitas faciat nouã ſpeciem deli-
cti. verbi gratia: te accuſaui de iniuria illata homini
bus coadunatis, fuiſti abſolutus, volo accuſare de
coadunatione, quæ eſt crimen. l. Iulię de vi, vt. l. fina.
C. ad legem. Iul. de vi publi. & priua. & traditur in. l.
2. ff. ad. l. Iul. de vi. certè non potero te accuſare
de coadunatione, ſecundum Bartol. vt ipſe puncta-
liter dicit in. l. in eum. ff. eod. & ratio eſt in prõptu;
quia iſte qui egit de toto crimine, videlicet, de iniu-
ria lata coadunatis hominibus, videtur etiam egiſſe
de qualibet eius parte, & ſic de coadunatione, per
conſequens obſtat exceptio rei iudicatæ, vt. d. l. ſi
50 quis cum totum. ff. de except. rei iudic. † ¶ Quintò
limitatur, niſi ageretur nunc de crimine diſtincto,
quod ſe haberet vt ſpecies ſeparata; licet ex eodem
facto deſcenderet; verbi gratia, accuſaui te de homi-
cidio; quia interfeciſti T. in eccleſia ſancti Martini;
de homicidio fuiſti abſolutus; nunc accuſaris, quia
commiſiſti ſacrilegium, occidendo hominem in ec-
cleſia, & etiam diuina turbaſti officia, per. l. ſi
quis in hoc genus. C. de epi. & cleri. Certè tunc ar-
bitror, quòd de nouo poſsis accuſari, non obſt. ab-
ſolutione. argu. not. per Barto. in. l. ſenatus. ff. eod.
vbi latè amplectitur hanc materiãm in ſimilibus ter
minis, quæ eſt ſatis difficilis. vide eum ibi. moueor,
quia etiam ſi ex prima accuſatione quis fuiſſet etiã
naturaliter punitus; nihilominus poſſet iterum ac-
cuſari, poſito quòd accuſatus eſſet capax alterius pę
næ, arg. not. ibi per Bar. Non obſtat quod dixi. ſ.
in octauo membro, quia ibi, non eſt ſpecies omni-
no diſtincta, & ſeparata, prout eſt in caſu noſtro.
Item, quia ibi ſi fuiſſet condemnatus in prima ac-
cuſatione, in ſecunda ageretur ad illud minus quod
veniſſet in prima. hic verò agitur ad integram pœ-
nam, & integrè punitur ex vtroque delicto, natura-
li pœna delicti, ſi eſt capax, vt dixi, & eſt tex. in. l.
adulterium. ff. de adulterijs. & in. l. qui de crimine.
& ibi probatur. C. de accuſa. vide Bar. in. d. l. ſi adul-
terium. vbi, hoc expreſsè tenet, in verſ. quarto quęro
quid releuat. & adde, quæ dicit in. l. ſepulchri vio-
lati. ff. de ſepul. viola. ſecus ſi ex vno, eodemque
facto orirētur duo crimina, vel duo tituli criminis,
quæ crimina haberent ſe vt genus; vt homicidium,
quod eſt genus, & parricidium, quod eſt ſpecies. nã
iſto caſu, non poteſt puniri niſi vna pœna naturalis
delicti. & ita intelligitur. l. prætor edixit. §. 1. ff. de
iniu. Prædicta tamen limitarem, niſi in prima accu-
ſatione accuſatus fuerit abſolutus; quia tunc diſtin-
guendum eſſet, vt dixi in octauo membro. & per
prædicta deciditur notabilis quæſtio. ¶ Pone, quòd
51 primo † actũ fuit de vulnere hoc modo. Accuſo. T.
quia percuſsit. S. gladio. T. fuit abſolutus; potero ne
illum accuſare de morte? Spec. in tit. de accuſa. verſ.
quid ſi primo actum ſit. tenet quòd non. Mouetur,
quia hæc ſecunda accuſatio eſt eadem cum prima, &
vtraq; tendit ad vindictam publicam, & vtraque eſt
criminalis; non enim poteſt dici ciuilis de libero ho
mine, tum quia non petitur impenſa curæ, nec ęſti-
matio operarũ, tũ quia pœna nõ petitur ad propriã
vtilitatem; ſed ad publicam vindictam. Item, quia
licet in prima fuerit facta mentio vulnerum, & in ſe
cunda mentio mortis; tamen eadem eſt accuſatio;
quia in. l. cornel. de ſic. inſpicitur voluntas eius, qui
percuſsit, an ſcilicet percuſsit animo occidendi, an
non. non autẽ inſpicitur exitus, hoc eſt mors. vnde
mors non inducit nouam ſpeciem accuſationis; ſed
quendam modum. & hoc, eſt etiam de mente Bart.
in. d. l. ſenatus. vbi tamen hoc limitat; niſi ex forma
ſtatuti ad pœnã. l. cornel. de ſic. requireretur vera, &
effectualis mors; ex vulnere verò ad interficiendum
illato, minor pœna imponeretur. nam tunc, ad hoc
vt ſecundo non poſsit accuſari, requireretur qđ in
prima accuſatione eſſet adiecta mors, argu. l. 1. & 2.
C. ſi ex fal inſtru. & hoc videtur ſenſiſſe etiam. Spec.
in tit. de accu. ver. quid ſi primo actum. in fin. & idẽ
Ioan. And. in addit. in dicto, titu. quæ Additio inci-
pit, qui verſiculus fuit Alber. Galeoti. & ita allegat
Federi. de Señ. diſputando tenuiſſe in ambobus mẽ-
bris. ſ. poſitis. hoc eſt tàm in membro iuris commu
nis, quàm ſtatutorũ, & ibi vide latius per eum. Idem
ego arbitror, ſi ex prima accuſatione de vulnere co-
gnoſceretur, quòd etiam de iure communi nõ eſſet
locus pœnæ. l. cornel. de ſic. verbi gratia. Accuſo. T.
qui habens in manu gladium, eum ad terram proie-
cit, & .S. pugno percutiendo vulnerauit. vnde ac-
cuſo eum de vulnere. nam hoc caſu arbitror, quòd
etiam de iure communi, licet fuerit abſolutus, quòd
poſsit denuo accuſari de morte, ſi percuſſus propter
illam percuſsionem fuit mortuus. moueor, quia

prima

prima accuſatio non fuit inſtituta ad mortem, nec ad pœnam l.cor.de ſic.quia ad pœnam.l.corn.de iure communi, vt dixi, requiritur voluntas, & intentio accuſati, vt.l.is qui cum telo.C.ad.l.cornel.de ſic.& l.diuus.ff.eo. Sed ſi dico, quòd ille habebat gladiũ euaginatum, & eum proiecit in terram, &.S. pugno percuſsit, non videtur habuiſſe animum occidendi; quia non pugno, ſed gladio percuſsiſſet.ex quo ſequit quòd noluit interficere, licet interfecerit. Et hoc allegaui in quadam cauſa de facto. Nã cum quidam haberet lanceam ferratam in manu, & inimicum poſſet ferire ferro, haſta percuſsit; quòd licet ex illa percuſsione haſtæ moreretur, quòd non debebat puniri pœna.l. cornel. de ſic.ad mortem; & ita fuit iudicatum. Recordor enim, in tertio anno ſtudij mei iuris ciuilis, quendam Mattheum de Prato pro homicidio captum, liberatum extitiſſe. allegabatur ad eius liberationem quo ad pœnam mortis, quòd cum haberet enſem in manu, lapide inimicum percuſſerat, & ſic videbatur feciſſe animo non occidendi, & ad hoc allegabat. D.me⁹ tunc tẽporis, qui fuit D. Ant. de Roſel. Aret.l.omne delictum.§.ſi quis commilitonem.ff.de re mili.vbi tex. dicit quòd percutiens militem lapide, punitur pœna exilij; percutiens vero gladio, punitur pœna mortis; quaſi percutiens lapide non facit animo occidẽdi. Sed aduerte quia tex.ille non loquitur, quando mors fuit ſecuta; pdictus tamẽ captus euaſit à morte: fuit enim punitus pœna pecuniaria, quod tamẽ, in eo arbitror contigiſſe potius propter magnũ fauorem quem habebat, ex eo quòd iuuenis erat valde humanus, & liberalis; quàm ſecundum formam iuſtitiæ. Vnde recordor, quòd tunc temporis dicebam, quòd prædicta, & dictum.§. intelligerem ſecundum qualitatem rei geſtæ.nam ſi fuiſſet longinquus ab inimico, ita quòd non fuiſſet tutum, aut teſum, aut enſem proijcere, ſicut lapidem aptũ ad interficiendum; & per conſequens dicebam, ꝙ ſi iſte proieciſset lapidem, quia enſem non poterat, vt illum, quoquo modo poſſet, interficeret, ꝙ tũc licet ille non fuiſſet mortuus, de iure communi debuiſſet pœna mortis puniri, fortius ergo ſi eſſet mortuus; Et ita contigerat de facto in dicta cauſa, ſi tamen nõ fuiſſet mortuus magis eſſet dubitandum, per.d.§.ſi quis commilitonem. Si verò exiſtens prope inimicum, habens gladium euaginatum in dextra, eum poſuit in ſiniſtra, & lapidem in manu accepit, & cũ manu retinens percuſsit pectus inimici, vel proiecit verſus crura inimici; his caſibus, & ſimilibus, licet ſecuta fuerit mors, dicerem eum non teneri pœna.l.cor.de ſic. vide, quæ not. Ioan. Andr. in dictis addi. Et prædicta perpetuò notabis, quia peregrina; & quotidiana ſunt. Nota tamen, quòd ſi actum fuiſſet de vulnere ciuiliter, & ad impenſas curæ vulneris, & ad æſtimationem operarum. Nam ad aliud vt aliàs dixi, pro libero homine non poteſt agi ciuiliter; cum liberum corpus æſtimationem non recipiat, vt.l.ex hac lege.ff.ſi.quadr.pau.fe.dic.&.l.liber homo.ff.ad.l.Aqu.certè hoc caſu poſſet accuſari de morte, vt dixi.š.in.7.membro.& tenet Spec.in titu.
52 de accuſatore.ver. ſi vulneraſti.† Quid autem è contra, ſi in prima accuſatione fuit actum de vulnere, & fuit cõdemnatus, & nunc agitur de homicidio. Vel quid ſi ex prima accuſatione fuit damnatus, & nunc additur alia noua qualitas in ſecunda accuſatione, vtrum ſecunda accuſatio ſit admitenda? Vide Bart. in.d.l.ſenatus.& Spec.& Ioan. And. in dictis addi.

53 ¶ Poſtremò † pro complemẽto huius articuli.not. bonum conſilium Bar. in.d.l.ſenatus.in fi.q.quòd ſi fuiſti accuſatus, & abſolutus, & nunc de nouo accuſaris, excipis quòd non potes accuſari; quia ſemel de hoc delicto fuiſti accuſatus, & abſolutus, nam debes animaduertere, quòd ſi delictum illud eſt iterabile, ita quòd bis eodem menſe poſsit committi. nam vt exceptio ſit clare probata, debes ſecundum Bart. facere articulos, qualiter locus poſitus in accuſatione eſt iſte idem, qui poſitus eſt in prima, & rixa eadem. Item ſubſtantia rixæ, & modus vulneris, & ſubſtantia delicti eadem tam in ſecunda, quàm in prima accuſatione. Ego verò in his caſibus iterabilibus, facio fieri interrogatoria, quibus accuſans interrogatur, vtrum accuſatus de illo menſe iterauerit illud delictum, vel ſi ſemel, aut pluries illud idem delictũ commiſit, & ſi reſpondet, ꝙ ſemel tãtum, habes intentionem accuſati; ſi autem quod pluries, facias fieri interrogatoria, ꝙ interrogetur quoties, quo loco, qua die, quibus præſentibus, & quo genere, ſeu quo animo vulnerandi. & facias articulos, ſecundũ formam tibi traditam per Bar.in dictis locis.

CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Cohabitans inimicus non eſt legitimus accuſator, & nu. 6. Vbi declaratur.*
2 *Inimicitia quomodo probetur.*
3 *Amicitia quomodo probetur.*
4 *Inimicitiæ effectus.*
5 *Amicitia lex prima.*
6 *Inimicitia trahitur in tertiam perſonam.*
7 *Habitare verbum eſt frequentatiuum.*
8 *Inimicus ab accuſatione repellitur. Declara, vt in num. 12.13.15.& 22.*
9 *Mater cohabitans cum inimicis filij, de iure Codicis ab eo poteſt exhæredari.*
10 *Socius ſocij mei ſocius meus non eſt.*
11 *Societas non inducitur ex ſola affectione, vel voluntate.*
12 *Inimicitiæ graues inter accuſatorem, & accuſatum ex crimine publico oriuntur.*
13 *Inimicitiæ, quæ faciunt accuſatorem illegitimum, quales eſſe debeant.*
14 *Inimicitia grauis, & capitalis quæ dicatur.*
15 *Inimicitia an prouenire debeat ex iuſta, & rationabili cauſa, ad hoc vt accuſator ab accuſatione repellatur.*
16 *Commodum ex improbitate ſua nemo conſequi debet.*
17 *Legatum reuocatur propter inimicitiam grauem ortam poſt conditũ teſtamẽtum inter teſtatorem, & legatariũ.*
18 *Inimicitia quo tẽpore conſiderari debeat ad repellendũ accuſatorem.*
19 *Iniuria quando cenſeatur remiſſa.*
20 *Accuſator manifeſtè inimicus repelli debet per iudicem ab accuſatione, etiam parte non opponente.*
21 *Reipublicæ intereſt ne ſubdici iniuſtè vexentur.*
22 *Inimicus, etiã in caſibus in quibus criminoſus infamis, ſeu pauper ad accuſandum admitteretur, ab accuſatione repelli-*

repellitur.

23 *Ad inimicum remouẽdum ab accusatione, sit ne opus exprimere inimicitiam in specie, & eius circunstãtias; an verò sufficiat exprimere in genere.*

24 *Iudicem suspectum ratione inimicitiæ recusans, causam inimicitiæ exprimere debet.*

1 Repellantur. † Cohabitans inimicis non est legitimus
accusator.h.d.primo, ponit dictũ.secũdo, rõnẽ di-
2 ĉti,ibi, qa infestationes.¶ Nota primo,† modũ ꝓ-
bandi inimicitiam. probatur enim ex conuersatio-
ne,& cohabitatione cum inimicis. idem etiam di-
3 cendum de amicitia.† quæ etiam ex frequenti con-
uersatione præsumitur. vt.l. latæ culpæ. §. amicos.
ff.de verb. signi.& vide tex. in.l. cum allegas. C.de
castren.pecu.vbi tex dicit, ꝙ ex conuersatione na-
scitur amicitia,& nata augetur. Bal.in.l.1. C qui ac.
non pos.vbi dicit,ꝙ conuersatio auget parentelam.
& vide.88.dist.c.eijciens.ratio est;quia cum hęc cõ
sistant in animo probantur ex coniecturis,vt.c.2.de
4 renun.lib.6.dixi latius in.c.præceden.† Secundo no
ta,vnum effectũ inimicitiæ. nam inducit inimicos
ad detrahendum inimicis,& ad blasphemiam eorũ-
dem,& nedum effectus iste causatur in inimico im-
mediato,sed etiam mediato, vt est in amico inimi-
ci,vt hic in tex.nostro. nam propter amicitiam ha-
bitam cum inimico meo,inducitur ipse amicus ini-
mici mei ad blasphemandum me, ꝙ tñ esse non de-
bet,vt dicit.D.meus & testantur verba Ciceronis in
5 libro, quem de amicitia scripsit. Hæc † igitur pri-
ma lex in amicitia sanciatur, vt neque rogemus res
turpes, nec faciamus rogati. Turpis enim excusa-
tio est,& minimè accipienda,cum in cęteris pecca-
tis, tum si quis contra rempublicam se amici causa
fecisse fateatur. Vnde bellissimè inquit Valerius,
quòd cum quidam improperaret amico,ex eo quòd
non faceret quod rogabat, respondit. Quid mihi
prodest amicitia tua,si pro te quid inhonestum actu
rus sim. Principium amicitiæ est bene loqui,lauda-
re,ac extollere aliquem. secundum Ioan. Andr.hic
¶ Tertio not. summariũ,videlicet, quòd cohabitãs
inimicis non est legitimus accusator. ex quo primo
6 infertur, † quòd inimicitia trahitur in tertiã perso-
nam. Prædictum tamen notabile, & quod. s̄.dixi
in primo notabili,debet intelligi de cohabitatione
non repentina,sed frequenti, & assidua.facit tex.in.
l.licet.§.in factum.ff.nau.cau.stab. vbi probatur, ꝙ
si hospes repentinus, veluti viator, dedit damnum
in caupona,seu hospito, caupo, seu hospitator non
tenetur; quod sequuntur hic Vincen.& Ioan.Andr.
7 & mihi placet; ex eo quòd † verbum habitare, est
frequentatiuum,vt est apud grammaticos,& prædi-
cta nota.ad intellectum statutorum loquentium de
habitatione. vide Bal.in.l.ea quæ.in fin. C.quomo-
8 do & quando iudex.† Secundo infertur, quòd † re-
pellitur inimicus ab accusatione.nam propter quod
vnumquodq; est sancitum, & illud magis sancitum,
esse intelligitur,vt authẽ.multo magis. C.de sacro-
sanctis eccle.de hoc latius.j.dicam in gloss.¶ Glo.
1.coadunat tex.nostrum per quatuor iura,demum
allegat duo in contrarium, & non soluit: & tandem
arguit ex cohabitatione præsumi.& in ead.l.liberi,
9 dic,vbi probatur† quòd de iure Codicis erat iusta
causa, qua filius matrem suam posset exheredare,qa
cohabitaret cum inimicis filij. ¶ In eadem ibi, si
inimicus.dic, ad idem facit.c.insinuante.allegatum
in fi.glo.& vide Spec.in titul.de accusatore.vers. Itẽ
10 quod cum inimico. In eadem † ibi.l.socius.dic,vbi
dicitur, quòd socius socij mei, socius meus non est,
In eadem ibi.c.legitimi.dic,vbi dicidıtur,quòd quæ
cum sorore mea sunt, non sunt meæ sorores; imo
nec frater fratris mei, est mihi necessarius frater.ff.
de ritu nuptia. l. generali. §. inter priuignos. &
ad idem facit quia vasallus vasalli mei, non est va-
sallus meus. & sic libertus liberti mei, non est liber-
tus meus.l. Modestinus.ff. de verb. signific. Sed ad
hæc contraria,& similia; duplex responsio datur per
docto. Prima,ꝙ iura præallegata innituntur veritati;
quia in veritate socius socij mei &c. nec libertus li-
berti mei &c.tex,autem noster innititur ꝑsumptio-
ni, quæ probatur ex cõiecturis,vt dixi in.c. præced.
Secunda sol.est.quia socius socij mei,non est socius
meus; quia ad contrahendam societatem requiritur
consensus vtriusque;sed ad amicitiam, vel inimici-
tiam sufficit affectio,vel animus.& quandoq; ex par
te alterius tantum,vt videmus per experientiam; li-
cet amicitia regulariter debeat esse reciproca, & sic
probatur ex coniecturis, vt dixi. Vel dic generalius
ad omnia prædicta contraria,quòd loquuntur in ca
sibus,in quibus sola voluntas,vel affectio operari nõ
11 potest. nam † ex sola voluntate, vel affectione non
inducitur societas,nec fraternitas, nec libertinitas,
seu ius patronatus & simil.de quo vide quod latius
dixi in clem.vnica de prob. Nos verò loquimur in
casibus in quibus plurimum operatur affectio,& vo
luntas. In fin. glo.dic,& ad hoc allegat Ioan.And.
illud quod habetur. 2.Regũ.c.22. & Psalmist. Psal-
mo.17. cum sancto sanctus eris, cum peruerso per-
uerteris, vt dixi in.c.nulli.s̄.eod.vnde Sallustius in
Catil. Si quis etiam culpa vacuus in amicitiã pra-
uorum inciderit,quotidiano vsu,atque illecebris fa
cile propriã amittit virtutem, similisq; cęteris effi-
cietur. Et ideò diu' Hierony.ad.Demetriũ.ita scribit
Mores, & studia dominarum plerunq; ancillarum,
& comitum moribus indicantur. Adde,quæ dixi in.
c.nulli.s̄.eod.& vide tex.in.l.si plures.prima.§.si pa
rens.ff.de administratio.tutorum.vbi tutor ex mala
conuersatione efficitur suspectus de tutela. ¶ Glo.
3.ibi vel odium.dic, etiã per timorem, vel præmiũ.
vnde Cęsar, vt refert Sallustius in princip. eiusdam
orationis suæ, ita exorditus est, Omnes homines
qui de aliqua re dubia consultant,ab ira, odio,ami-
citia, & præmio vacuos esse oportet. In fin.glo.dic,
ad idem .c.cum æterni,de reg.iur.in.6. ¶ Postre-
mo, pro expedienda principali materia tex. nostri,
ego oppono contra tex.nostrum, & contra secundã
12 illationem, quam feci.s̄.in vltimo notabili. nam
clarũ est ꝙ ex accusatione ex crimine publico gra-
ues oriuntur inimicitiæ inter accusatorem, & accu-
satum,& etiã amicos accusati,vt not.in.c. memini-
mus.j. eod.tex. & docto. in. c.frequens.de restitu.
spol.lib.6.glo.in verbo æmulorum.in.c. decreto.2.
q.6.not. in.l. sciendum. ff.de leg. &.l.prima. &.l.si
inimicitiæ.ff.de his qui. vt indi.tetigi in.c.1.s̄.eod.
nota.

ꝑnot. Barto. in.l.1.ff. ad turpil. Sed accuſatus ad-
mittitur ad reaccuſandum accuſatorem ſuum, vt
l.is qui reus.ff. de publi. iudic. & l. neganda. C. qui
accu.non poſ. ergo inimicus non repellitur. So. ſe-
cundum docto. Iſta iura procedunt de iure ciuili,
quo iure inimicus non repellitur, vt in.d. iuribus, &
ſentit gloſ.in.l. qui accuſare.ff.eod. vbi hoc expreſ-
ſè tenet Bart. ad quod facit; quia hæc materia accu-
ſationis eſt ꝓhibitoria, vt.d.l. qui accuſare. & ſæpius
dixi. Cum ergo de iure ciuili inimicus non reperia-
tur prohibitus accuſare, imò fortius reperitur per-
miſſus expreſſè, vt.ſ.dixi ſecus eſt autem de iure ca
nonico, ſecundum quod inimicus non eſt legitimus
accuſator. Ita loquitur tex. noſter, & probatur. 3.
q.5.c.2.3.4.c.nullus. & c. omnes. & c. cum.P. & c.
meminimus. & c. cum oporteat. & c qualiter, & quã
do.2.ĩ.eod. & ita debet intelligi glo.c.1.ſ. eod. &
quod tradit Specu. in titu. de accuſatore. verſ. item
quod eſt inimicus. ¶ Sed contra prædicta opponi-
tur, ſi ex accuſatione cauſatur inimicitia; ergo qui-
libet accuſans debet repelli; cum enim accuſatio ꝓ-
cedat exceptionem accuſati: ergo iam cauſata eſt
inimicitia, & per cõſequens debet poſſe repelli ab
accuſatione, & hoc voluit gloſ. 3.q.11.c.2. Sed Io.
de Fantu. tenet contrarium, dicens, quòd in dubio
debemus in hoc ſequi leges, ex quo aperta non re-
peritur contradictio; per not. in.c.1. de operis noui
nunci. Sol. di, quòd iura, quæ dicunt ex accuſatione
inimicitiam cauſari, & per conſequens accuſatorem
non poſſe accuſare, debent intelligi de accuſatore
qui in probatione deficit, & iudex ei pepercit eum
non condemnando de calumnia. 2.q.3.§.notandũ.
vel fortè impetrauit abolitionẽ, vt.l.2.C. de abolit.
vnde ſi nunc vult accuſare; licet non repellatur tanq̃
ſemel calumniatus; tamen repellitur, quia præſu-
mitur inimicus ex præcedenti accuſatione. Secus
autem eſt, ſi nunc primitus vult accuſare; alias enim,
nullus admitteret de iure canonico ad accuſandũ,
cum, quilibet, eo ipſo quòd accuſaret, diceretur ini
micus; quod eſt falſum. vide Spec. in titu. de accuſa-
tore, in.d. verſic. item quod eſt inimicus. in.fi. Sed
Ioan. de Imo. in.l. is qui reus.ff. de publi. iudic. di-
cit, quòd aut quis vult repellere accuſatum accuſan-
tem, ex eo quia dicit eum criminoſum; & ſic exci-
piendo vult hoc probare, & debet admitti, per ea
quæ dixi in.c.1.ſ.eod. facit quod notat Ioan. And.
in.c. ad hæc ſi in vna. de appellatio. Nam, vt ibi pa
tet in ſimili, debebit poſſe probare per viam exce-
ptionis ad finem repellendi eum ab accuſatione, &
pro crimine, de quo pendet accuſatio cõtra ipſum
accuſatum; qui vult alium accuſare. quod tamen li-
mita niſi ſuam iniuriam proſequatur, vel niſi in caſi-
bus ſpecialis, de quibus dixi.ſ.in.c.1. Quod intel-
lige niſi eſſet excommunicatus; per ea quæ dixi in.c.
ſacris.ĩ. de ſent. excom in.6. membro principali.
q.2. Aut quis vult repellere accuſatum, qui vult aliũ
accuſare ex hoc ſolo, quia pendet accuſatio; & tunc
videtur quòd non poſſet niſi in caſibus, de quibus
late dixi in.c.1. de matri. peti. in.6. princip. articu.
fallen. 14. per totum. Et ex prædictis ego infero, ꝙ
cum ille qui teſtimonium tulit contra aliquem in
cauſa criminali præſumeretur inimicus accuſati; nõ
poſſet de iure canonico ab illo accuſari, nec etiam
alium accuſare. Quod tamen, quãdo, & qualiter ꝓ-
cedat, dicam in.c. cum.P.ĩ. eod. ¶ Sed q̃ro iuxta
13 p̃dicta, † quales debeant eſſe inimicitiæ, quæ habeãt
facere accuſatorem illegitimum. So. Io. And hic, in
verſ. inimicis, poſt Vincẽ. dicit, quòd debet eſſe gra-
ues, ſeu capitales; non autem leues, vt auth. de teſti.
§. ſi verò. inſtit. de excuſat. tut. §. inimicitiæ. ff. de his
q̃ vt indi. auferunt.l. inimicitię. Hoſtien. in ſum. eo.
tit. §. quis poſsit. verſ. ſed quæ inimicitiæ. tenet hoc
relinquendum arbitrio iudicis; quia in fraudem poſ
ſet quis aſſerere inimicitias. ĩ.eod.c. inquiſitionis. &
.c. per tuas. de ſimonia. Idem tenet etiam Specul. in
titu. de accuſatore. verſ. ſed quæ inimicitiæ, per pal-
ſeg. iura. Idem etiam tenet. Bal. in auth. ſi dicatur. C.
de teſti. allegat Inno. in.c. cum oporteat. ĩ.eod.
¶ Ego, dico, quòd inimicitia debet eſſe grauis, aut
capitalis. & in hoc an ſit grauis, vel capitalis vt plu-
rimum verſatur arbitrium iudicis, qui habebit con-
ſiderare quantitatẽ iniuriæ, & qualitatem perſonarũ,
& animi indignationem; Vt plurimum enim, grauis,
14 ſeu † capitalis inimicitia dicitur, ſi aliquis interfecit
aliquem ex meis conſanguineis, propter quod põt
agi actione iniuriarum, vt traditur. in.l. lex cornel.
in princip. ff. de iniur. Idem etiam ſi aliquis ac-
cuſaſſet de capitali crimine; nam tunc inter accuſa-
torem, & accuſatũ dicitur orta capitalis inimicitia,
vt ſupra dixi. ¶ Nota tamen, quòd non ſolùm qui
interfecit, ſed qui dat operam vt interficiatur, & qui
minatus eſt aliquem interficere, dicitur effectus ini-
micus capitalis. vt tradit Bart. in.l.3. in fi.ff. de adi-
men. leg facit.l. licet. ff. de arbi. quod mihi placet.
Nam inimicus non dicitur ſolum, qui iniuriam fa-
cit; ſed etiam qui minatur, & libenter faceret, ſi poſ
ſet, vt not. ſingulariter Bal. in.l.1.C. ſi quacun. præd.
pote. allegat gl. quã dicit nota. & aureã, in.l. athletæ.
§. ſi dat remiſsionem. ff. de excuſa tuto. ego tamen
iſtam glo. in lib. meo non reperi. Dic tamen, quòd
illa dicitur grauiſsima inimicitia contra illum qui
mouit cauſam ſtatus, vel omnium bonorum; licet ci
uiliter egerit, vt inſtit de excuſat. tut. §. item pro-
pter litem. ff. de excuſatio. tuto.l. propter litem. fa-
cit, quod dixi. in.c. vltra tertiam.ſ. de teſti. Item di-
citur capitalis inimicus, qui inuaſit bona mea, vel
ille, de cui⁹ ſæuitia probabiliter timetur, tex. eſt, in.
c. accedens.ſ. vt lite nõ cõteſt. de reſtitu. ſpoli.c. ex
tranſmiſſa. & glo. de excuſat. tuto. §. inimicitiæ. in-
ſtit. 2.q.5.c. decreto. Item dicitur inſurgere inimi-
citia grauiſsima in omnibus caſibus, in quibus dici-
tur fieri atrox iniuria. vt per Bar. in.d.l.3. in fi. de adi
men. lega. quãdo autem dicatur fieri atrox iniuria,
vide gloſſ. in verſ. atroces. in.c. fina. de donat. & tex.
in.c. fi. de exceſ. præla. Spec. in titu. de legatis. §. nunc
dicamus. verſ. quæ autem dicatur atrox. & inſtitu. de
iniur. §. atrox. Patet igitur ex prædictis, ꝙ in conſi-
deranda capitali, vel graui inimicitia plurimum ver
ſatur iudicis officium, & arbitrium, vt.ſ. dixi; ad ꝙ
15 vide notabilem gloſ. & ſingularẽ. 3.q.5.c.2. † ¶ Sed
q̃ro iuxta p̃dicta, vtrũ ad hoc vt inimicitia repellat,
neceſſe ſit, ꝙ prouenerit ex cauſa iuſta, & rationa-
bili; vel ipſo accuſatore; an verò ſufficiat qualiter-
cunq; orta ſit. Sol. videtur dicendum, quòd debeat
eſſe iuſta, & rationabilis; ſecus autem ſi accuſatus
iniuſtè mouetur ad inimicitiam accuſatoris; puta,
quia

quia ipſe accuſatus fuit ille qui dedit cauſam inimicitiæ, vt not. gloſ. in.c. vt debitus. in verſ. ſi minus rationabiliter. ꝫ. de appel. vbi glo. vult. ꝙ iudex non poſſit recuſari ex inimicitia, ſi recuſans dedit cauſam inimicitiæ; quod etiã videtur ſequi Goff. & Io. Andr. allegando. l. itaque fullo. ff. de furtis. vbi dicit
16 † quòd nemo debet ex improbitate ſua conſequi commodum. Ad quòd etiam, vide tex. & ibi notat Barto. in. l. cum ſecundis tabulis. ff. de his qui. vt indi. vbi traditur,
17 † ꝙ legatum propter inimicitiam grauem, ortam poſt conditum teſtamentum inter teſtatorem, & legatarium, regulariter reuocatur, vt l. 1. & . l. ſi inimicitiæ. ff. de his quib. vt indig. & . l. 1. ff. de adimen. lega. tamen illud eſt verum, niſi ipſe teſtator dederit cauſam inimicitiæ, vt. d. l. cum ſecundis tabulis. Ita ergo pari ratione videtur dicendum in caſu noſtro. Sed tu dic contrarium, videlicet ꝙ nõ inſpicitur quis dederit cauſam inimicitiæ. Item nec inſpicitur iuſticia, vel iniuſtitia cauſæ; ſed ſatis eſt, ꝙ tale q̃ id interuenerit quod prouocauerit animum ad inimicitiam; hoc ſentit Bart. in. l. 1. in fi. ff. de his quibus, vt indig. & ſequitur D. meus hic per not. in. c. cum. I. & A. de re iud. vbi licet quis fecerit coniurationem etiam licitam poteſt repelli à teſtimonio. allegat not. per Archid. in. c. ſtatutũ. §. cum autem. de reſcrip. libr. 6. facit etiam. c. quia diuerſitatem. de conceſ. præb. vbi, qui fuit cauſa impedimenti, põt allegare impedimentũ. facit etiã, ꝙ notat in. c. fin. de appel. & ꝙ notat Inno. in. c. penultimo. ȷ. eod. pro quo etiam facit. l. nec timorem. ff. quod metus cauſa. vbi patet, ꝙ excuſatur quis ab his quæ geſſit per metum; licet culpa ſua dederit cauſam metui. Idem etiam tenuit D. meus. in. c. meminimus. ȷ. eod. in gloſ. fina. & D. Ant. ibi, in tertio notabili. ad idem etiam. c. veniens. de ſponſ. tetigi in rubr. ꝫ. de dilationi. in. 18. quæſt. Non obſtat. c. vt debitus. ꝫ. in contrarium allegatum; quia, illa gloſ. communiter reprobatur, & tenent ibi doctores contrarium, & ſic communis doctorum opinio * facit pro deciſione noſtra. dic, vt iuſta dixi, &

Côm. opin. & pro hac opinione facit; quia in his. quæ ſunt facti nõ conſideramus vtrum quis timeat periculum facti, vel iuris, vt. l. interpoſita. C. de tranſactioni. ita etiam in ſimili tenet. Bald. in. c. cum nuncius. de teſtib. ¶ Item non obſtat tex. in. d. l. cum ſecundis tabulis. videlicet quòd ex ortu inimicitiæ præſumitur reuocatum legatum. quoniam talis præſumptio ceſſat, quando teſtator dedit cauſam, & non reuocauit legatum, vel cauſa inimicitiæ fuit irrationabilis ex parte teſtatoris. At in caſu noſtro inimicus repellitur propter præſumptã calumniam. vide, quę dixi in. d. c. vt debitus in gloſ. ſuper verſ. ſi minus. ꝫ. de appellat. & ad prædictam deciſionem, vide gloſ. ſingularẽ. quæ hoc idem tenet in ſimili. in. l. athletæ. §. dat remiſſionem. verſ. facta. ff. de excuſat. tuto. vbi quis poteſt petere excuſationem propter iniuriam, cuius ipſe cauſa fuit. ¶ Prædicta tamen limitat D. meus, & benè, ſi modo accuſatus nullam fraudem, vel dolum commiſit in præbendo cauſam inimicitiæ. allegat tex. & quod ibi ſingulariter notat Bart. in. l. 1. §. quidam. ff. de quæſtioni. vbi Bart. refert de quodam, contra quem non poterat probari debitũ; niſi per vnũ teſtẽ, vnde ad hoc vt ille ſolus teſtis nõ poſſet contra eum teſtificari, vulnerauit eum, adeo quòd illum prouocauit ad inimicitiam. nam dicit ibi Bart. quòd hoc ſibi non prodeſt. ſed io hoc verſatur arbitrium iudicis, qui conſiderabit circunſtãtias, & rei qualitates, de qua agitur. ad quòd etiam adducit. §. ſi ſeruus. poſitum in. d. l. 1. ff. de quæſt. vbi eſt bonus tex. & placet mihi hæc ſententia, pro qua facit. c. intelleximus. in fin. ꝫ. de iudi. & quod notatur. in. d. l. licet. ff. de arbi. & . c. fin. de teſtibus. in articu. de illo qui fecit accuſari teſtes, vt aduerſario ſub traheret copiam probandi. facit etiam quod dixi, in. c. omnipotens. ꝫ. eo. in eo, qui accuſauit, vt im-
18 pediret promotum. † ¶ Vlterius quæro, quod tempus ſpectandum ſit, ſeu quo tempore conſideretur inimicitia ad repellendum accuſatorem. Sol. dic, ꝙ cõſideratur tempus accuſationis; licet enim inimicitia olim fuerit, ſi tamen de illa fuit facta pax, vel reconciliatio, non poterit obijci exceptio inimicitiæ, quæ olim fuit, hoc ſentit Barto. in. l. 3. §. fi. ff. de adimen. legatis. Bald. in authen. ſi dicatur. C. de te-
19 ſtib. vnde ſi poſt inimicitiam † contractam inceperint ſimul conuerſari, ridere, vel ſimiles actus facere, præſumitur remiſſa iniuria, & facta reconciliatio, vt ibi dicit Bald. vide inſtit. de iniuri. §. fina. vbi etiam glo. ſingulariter dicit, ꝙ ſi fuit remiſſa iniuria in vltima voluntate; licet teſtator conualeſcat, non tamen reuiuiſcit iniuria, vide Io. And. in. c. 2. de homici. libr. 6. & aliquid vide in. c. 1. de offic. deleg. & ibi etiam Inno. Bal. in. c. 1. quib' modis feu. amit. in fine princip. vbi tangit, vtrum per oſculum pacis datum in eccleſia intelligatur remiſſa iniuria. & quid de ſumente corpus Chriſti. Guiliel. dicit quòd videtur reconciliatus. l. ſi tibi decem. ff. de pactis. debet igitur eſſe inimicitia tẽpore accuſationis, non autẽ ſufficit inimicitiam. fuiſſe olim, dummodo ſecuta fuerit reconciliatio. alias autẽ, inimicitia, quæ olim fuit præſumitur hodie durare. vt notat Bald. in. d. authen. ſi dicatur. verſ. quæro. in fin. & ſeqt Bart. in. d. l. 3. ff. de adi. leg. Inno. in. c. cum oporteat. ȷ. eod. pro quo etiam facit, quia quotieſcunq; ad eſſe alicuius requirit aliqua qualitas, tũc debet eſſe illa qualitas tempore quo diſpoſitio applicatur ad actum, vt l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxali. ergo an qualitas inimicitiæ adſit, inſpicitur tempus accuſationis. Specul. tamen videtur ſentire contrarium in tit. de accuſatore, verſ. item quod eſt inimicus. vbi dicit, ꝙ ſufficit quòd fuerit olim, licet nunc non ſit, p tex. 3. q. 5. c. 1. & . 6. q. 1. qui crimen. notat etiã ipſe Specul. in titu. de iudice deleg. §. ſupereſt. verſ. item quod quędam. vbi in ſimili dicit poſſe accuſari, vt ſuſpectum illum, qui olim fuit inimicus meus, licet nunc non ſit, per tex. 3. q. 5. accuſatores. facit. c. propoſuit. ꝫ. de appel. quod verũ dicit Io. And. in addi. ad dictũ verſ. ſi noniter fuit facta reconciliatio. per nota. in. c. per tuas. ȷ. de ſimo. iuncta gl. pro qua opi. facit, quia propter inimicitiam proximè præcedentem videtur adhuc durare quædam indignatio, quæ non ita faciliter deponitur. Sed pro opi. Bar. facit, quia ceſſante cauſa, &c. vt. c. cum ceſſante. de appel. Item quia licet ſit facta de proximo reconciliatio; tamen fortius videtur admittendus, quia apparet de proximo bonus animus, qui præſumitur durare. In contrarium tamen facit dictũ hominum vulgare,

d eini-

de inimico recõciliato raro aut nunquam fidendũ.
Quamobrem,totum hoc arbitror relinquendũ eſſe
arbitrio iudicis,qui debebit animaduertere, vtrum
fuerit multum capitalis, & qualis vitæ ſit ille recon-
20 ciliatus. vide quæ dixi in.c.poſtremo.in.2.membro
princip.de appel.†Item quæro,quid ſi pars non op-
ponit de inimicitia accuſatoris, vtrum iudex poſsit
accuſatorem manifeſte inimicum repellere ex offi-
cio ſuo. Solutio. dic ꝙ ſic,imo nedum poteſt, ſed
debet,vt traditur in.c.meminimus.ꝟ.eo. quinimo,
& fortius videtur dicendum, quòd etiam ſi accuſa-
tus vellet ꝙ admitteretur, quòd iudex tamẽ debeat
ipſum repellere, facit.l.vnica. C.ſi propter ini-
micitias. libr. 10. quæ tamen rubr. communiter
non habetur, & habetur rubr. de peti. ad muni.
21 nomi. Ad quod etiam adduco,quia† intereſt Rei-
pub.ne ſubditi calumnioſè, vel iniuſtè vexentur. vt
Inſtit.de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.§.1.Ex prædi-
22 ctis ego† infero, quòd etiam in caſibus in quibus
criminoſus,infamis,ſeu pauper admitteretur ad ac-
cuſandum, de quibus dixi in.c.1.ꝟ.eo. non tamen
admittitur inimicus, per rationem tex. noſtri. hoc
probatur expreſsè in.c.cum.P.ꝟ.eo. & ibi tenet gl.
magna.per.c.per tuas. &.c.licet hely.ꝟ.de ſimo.
23 ¶ Vltimo quæro,†vtrum ad remouendum inimicũ
ſit opꝰ exprimere inimicitiam in ſpecie, & eius cir-
cunſtantias; an vero ſufficiat exprimere in genere.
Sol.Bald.in.l.ſi quis.C.de teſtib. videtur conclude-
re, quòd debeat fieri ſpecificatio in ſpecie, vt not.
Bart.in.l.3.§.lex Iulia. ff.de teſti.Inno.in.c.præſen-
tium.de teſtib.lib.6.& ibi Ioan.Andr.in glo.& not.
Inno.in.c.fi.ꝟ.de purga.cano.Bal.in.d.authen.ſi di-
catur.facit etiam ad prædicta, quod dixi.in.d.c.po-
24 ſtremo.de appel.in ſecundo membro principali.vbi
dixi,†quòd recuſans iudicem vt ſuſpectum ratione
inimicitiæ,debet cauſam inimicitiæ exprimere,per
l.ſi merces.§.culpæ.ff.locati.facit.&.c. legitima. de
appella. libr. 6.nota. in.l. labeo.ff.de flumi. & cle.
conſtitutionem.de electio. Ego tenerem contrariã
ſententiam,videlicet,ꝙ à principio ſufficiat allega-
re inimicitiam grauem,& capitalem in genere,& in
proceſſu declarare,& circunſtantias exprimere.& di
cit Ioan.Andr.in.d.c.præſentium.in fi.& ibi Pau. &
Abb. Antiq. & tradunt Petr. Anch. & Io. de Imo.
in cle.conſtitutionem. de elect.& ibi vide quod la-
tius dixi in prima oppoſitione. Item adde prædi-
ctis,ꝙ non ſolum inimicus repellitur ab accuſatio-
ne, ſed etiã à volũtaria exceptione criminũ; de hoc
dicemus.in.c.meminimus.ꝟ.eo.vbi melius cõuenit.

C A p. V I I I.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatoris calumnioſi pęnitentia, quãdo ex accuſatio-
ne ꝓuenit mors, vel membrorũ mutilatio, vel debilitas.*
2 *Pœna minor imponitur in foro pœnitentiali quàm iudi-
ciali.*
3 *Niſi dictio exceptiua.*
4 *Filius, vel pupillus occiſorẽ patris, vel tutoris ſui poſtea
pœnitentem an poſſit accuſare.*
5 *Hemophaſis eſt figura quæ comittitur quando exponitur
ignotum per ignotius.*
6 *Debilitatio quando propriè contingit.*
7 *Mutilatio quando propriè dicatur fieri.*
8 *Deformitas quid ſit.*
9 *Impotentia eſt nomen generale.*
10 *Vitium quid comprælendat.*
11 *Frater an poſſit accuſare fratrem, pater filium, & filius
patrem.*
12 *Mater an poſſit accuſare filios ſuos.*
13 *Filius an parentes accuſare poſſit.*
14 *Affinis an affinem accuſare poſſit.*

1 Accuſaſti. †Ponit pęnitentiã ac
cuſatoris calumnioſi
cũ ex accuſatione ſe-
quitur mors,vel membrorum mutilatio, vel debili-
2 tas.h.d.¶ Nota primo,ꝙ mitior † pęna imponitur
in foro pœnitentiali,quam in foro iudiciali, vt dixi
in.c.de his.ꝟ.eo. Glo.1.ſentit vnum contrarium, ꝙ
accuſatori non debeat iniungi aliqua pęnitentia.2.
ſoluit. ¶ Glo.2.ſentit oppoſitionem, ꝙ non liceat
accuſare aliquem iniuſtè etiam pro pace. quoniam
non debet quis malum facere,vt inde bonũ eueniat.
3 glo.reſpondet,ꝙ hæc dictio † niſi, ſumitur impro-
priè:quia non propriè excepit à regula, cum exce-
ptio debeat eſſe de regula. nam & pro pace nõ licet
accuſare calumnioſè. allegat ſimile,dic,vt in ea. Et
in eadem in fi. dic clarius colligendo dicta doct. ꝙ
dictio niſi, poteſt referri ad ſequentia, & eſt ſenſus,
ꝙ pęnitentia.de qua in tex.noſtro imponitur accu-
ſatori calumnioſo, niſi pro pace admitteretur; puta
propter euitandum ſcandalum,quod poſſet inſurge-
re,ſi huiuſmodi pœnitentia imponeretur. Vel dic &
tertio referendo etiam ad præcedẽtia,ꝙ tex. poteſt
intelligi, vt referatur ad peccatum, hoc eſt, ꝙ licet
quis in veritate accuſet criminoſum; ſi tamen non
accuſat pro pace,hoc eſt,pro bono zelo iuſtitiæ,ſed
malo zelo; dicitur peccare,& debet pęnitere,vt hic.
Si verò pro pace,& zelo iuſtitiæ,tunc talis eſt tutus,
etiam quò ad Deum.& ita debet intelligi & limita-
ri glo.præcedens. ¶ Nota tamen, ꝙ licet quis ac-
cuſando ꝓ pace,& bono zelo iuſtitiæ criminoſum,
non committat aliquod peccatum; tamen non eui-
tat irregularitatem,ſecundum Ioan.Andr. hic, pro
quo v.de.51.diſt.c.q in aliquo. & in cle.1.de homi.
& vide Fede.de Sen. conſilio.225. Et ex prædictis
deciditur quæſt.¶ Pone.T.interfecit patrem,vel tu-
4 torem meum,& pœnituit; vtrum poſsim eum licitè
accuſare? & videtur dicendum ꝙ ſic; quia ſi non ac-
cuſo amitto hęreditatem,vt.C.de his quib. vt indig.
l.1.&.l.hęredem.ff.eod. In contrarium facit; quia
ſi iſtum accuſo, non videor moueri bono zelo, ſed
malo,poſtꝗ ipſum pęnituerit; ergo teneor pęniten-
tiam agere. facit.86.diſt.c.odio. & hoc vltimũ plus
placet Vincen.vt vide licet ipſe debeat abſtinere ab
accuſatione,vt hic refert Io. And. Sed Spec.in titu.
de accuſatore. verſ.quid ſi quis interfecit aliquem.
vbi punctualiter format hanc.q.refert Vincen.tene-
re contrarium, ꝙ etiam tenet hic Ioan.And.per no.
in.c.de his.ꝟ.eod.& hoc communiter * tenetur, & Cõm. opin.
mihi placet; quia,vt dictum fuit in.d.c.de his.ꝟ.eo.
abſolutio facta in foro pœnitentiali, non tollit ac-
cuſationem in foro iudiciali, quod tamen limitat
hic Ioan.And. niſi conſcientia ſibi repugnaret. quo
caſu

casu consulit, vt quis conscientiam sequatur. argu.
nota per eum, in.c.fi.de præscrip.& in.c.fi. de censi.
in prima glo. & sequitur D. Ant.hic. ¶ Glo. super
verbo, carena.exponit,in fi.dic,eandem expositio-
nem,& magis claram habes,in.c.2.de spons. duorũ.
& vide in genes.c.3. ¶ Sed quæro, qualiter intelli-
gatur litera dum dicit, q̃ debet pęnitere in pane,&
aqua.per.40.dies, & septem sequentibus annis vtrũ
quolibet die debeat ieiunare. Sol.dic secundum Io.
And.post Vincen.q̃ non;sed imponenda est pœni-
tẽtia arbitrio sacerdotis per certas ferias, videlicet,
vt ieiunet in qualibet septimana p̃ tres dies, videli-
cet.2.4.&.6.feria.vide.33.q.3.c.pen.nã hi tres dies
sunt legitimæ, seu canonicę feriæ, vt ibi, &.12.q.2.
de viro. de consec.dist.3.c.3. ¶ Glo.fi.exponit, &
5 in fi.dic,ista expositio videtur† quędã hemophesis,
quæ est figura, quæ dicitur committi quando expo-
nitur ignotum per ignotius. Item dicit hic.D.m.
q̃ hæc expositio non est bona, sumendo proprium
6 significatũ huius nominis debilitas;quia † debilita-
tio propriè cõtingit, quando impeditur exercitiũ
alicuius membri; puta ꝓpter aliquam percussioné
non data carentia membri. Vnde habet membrum
necessarium, sed non potens ad exercitium sibi ap-
propriatum; vt puta si quis habet manum aridam.
Tu verò dic, q̃ glo.nostra etiam benè loquitur, &
pro ea est tex. apertus in.l. si fugitiui.C. de seruis
fugiti.ibi dum tex. dicit, amputato pede debiliten-
tur.& sic vult, q̃ etiam debilitatio contingit in am-
putatione,seu mutilatione membri.¶ Potes tamen
saluare D.meum. distinguendo, q̃ aut loquimur in
debilitatione totius corporis; & procedit quod sta-
tim dixi, vt scilicet etiam per mutilationem dicatur
corpus debilitatum; & ita loquitur tex.noster.&.l.si
fugitiui.aut loquimur respectu membri,& membrũ
nõ dicitur propriè debilitatum per mutilationem,
seu amputationem; sed per impedimentum exerci-
tij illius membri. & ita intelligo gloss. & quòd Ho-
stiẽ.dicit ĩ sum. de corp.vitia.§.1.& Bar.in.l.2.ff.de
pub.iud. & traditur in.l. itẽ offilius.ff. de ędil.edic.
7 † Mutilatio vero propriè dicitur fieri ex abscisio-
ne membri,seu detruncatione,vt clem.1.de homic.
8 & per Hostien.in.d.§.1.in fi. ¶ † Deformitas verò,
est habere maculam in oculo, habere tortũ nasum,
habere gibbum, habere sex digitos in manu vna, &
simil.vide Hostien.in summa,in.d.loco.&.§.defor-
9 mitas. ¶ † Impotentia verò, est nomen magis ge-
10 nerale,vt ibi per eum.§.impotentia.† Vitium verò
comprehendit debilitatem,mutilationem,deformi
tatem, & impotentiam, quod probatur ex nigro,
coniuncto rubro. s.de corpo. vitia. & de prædictis
etiam vide in meo repertorio sub rubr. de corpore
vitiato, & in prin. & prædicta notabis pro statutis
11 loquentibus per p̃dicta.verba.¶ † Postremo quærit
hic D.Ant.an frater possit accusare fratrem. Sol.
dicit ipse quòd nõ. & q̃ si accusaret,est pœna exilij,
per.l.si magnum.C. qui ac. non poss. idem dicit de
patre,qui nõ potest accusare filium,nec filius patrẽ;
nisi suam,vel suorum iniuriam prosequantur.& hoc
idem tenuerunt hic Vinc.& Io. And.Tu verò latius,
dic,q̃ frater, vel soror de crimine capitali crimina-
liter fratrem,vel sororem accusare non possunt; & si
accusauerit pœna exilij punitur; nisi suam, vel suo-
rum iniuriam prosequantur, & nisi in leuibus crimi
nibus; vt in præalleg.l.magnũ.&.l.si sororẽ. in prin.
eo.titu.vel de crimine læsæ maiestatis, vt.l.penul.C.
qui ac.non pos.vel in crimine hęresis.vt.c.literas. de
præsum.23.q.8.c.legi. vide Spec.in titu.de accusat.
12 vers.item quod est frater.†Pater etiã.& mater filios
suos accusare non potest, nisi de crimine in se com-
misso,vt.l.ꝓpter.C.qui accu.non possunt.&.l.inau-
ditum.ff.ad.l.Cornel.de sic.Spec.in.d.vers.itẽ quod
est frater.in fi. q̃ est verum si delictũ esset leue; licet
in se commissum. Idem etiam si esset graue, si esset
commissum cõtra tertium, vt d.l.ꝓpter.&.d.l.ma-
gnum. Secus si delictum esset graue,& commissum
contra parentes, vt Bar.in.d.l.inauditum. vbi dicit,
q̃ tex.in.d.l.propter.qui vult,quòd mater possit ac-
cusare filium sibi insidiantem;debet intelligi de in-
sidijs,quæ non steterunt in meris finibus cogitatio-
nis, sed transiuerunt ad aliquem actum proximum,
vt quia coniurauit in mortem matris, vel stętit in lo
co aliquo certo armatus,vt matrem interficeret;sed
non interfecit, quia non transiuit. Item debet in-
telligi iste tex. de insidijs habitis circa graue deli-
ctum,& periculũ maximum.vt Bal.in.d l.propter.
Vtrum autem in crimine hęresis,vel læsæ maiestatis
possit accusare,& videt dicendum q̃ sic,arg.corum
13 quæ dixi,&.j.dicã.† E conuerso etiam nec filius pa
rentes accusare potest, vt.l.hi tamẽ omnes.§.liberi.
ff eo.&.2.q.1.prohibentur. Spec.in titu.de accusat.
vers.item quod est libertus. Hoc tamen fallit si cri-
men esset graue, & cõmissum in ipsum filiũ, vt dixi
in præcedent. Item fallit in crimine læsę maiestatis;
& hæresi,vt ibi per Spec. Non obst.tex.& quod ibi
not.2.q.7.quæritur. quia intelligitur secũdum p̃di-
ctam distinctionem,videlicet,in casu permisso. Vel
loquitur ibi de quærimonia filij contra patrem,non
14 per modum accusationis. ¶ Vtrum autem † affinis
possit affinem accusare? dic q̃ sic, arg.l.2.in fi.C.de
aboli. Nec ob.3.q.5.similiter. quia exponitur, dum
tex.ibi dicit,affines nõ possunt esse accusatores.hoc
est,non possunt esse accusatores,& testes.vide Spec.
in.d.vers.Item quod est frater.in fi.& Io. And.ibi in
addi.quod mihi placet; quia, vt sæpenumero dixi,
materia accusationis est prohibitoria. Et idem ar-
bitror de alijs consanguineis,exceptis fratribus; &
sororibus,&c. Nec obst.c.accusatores, vel testes.
3.q.5.quia potest responderi,vt dixi,q̃ non possunt
esse accusatores,& testes. & hoc vult tex. dum dicit,
etiam consanguinei accusatoris.

C A P. I X.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex in notorio delicto ex officio procedit.*
2 *Notorium aliud facti permanentis, & aliud facti transeuntis, & num. 3.*
3 *Euidens quid dicatur.*
4 *Iudex non iudicat de his quæ ipse cognouit vt priuatus, sed tantum de his quæ cognouit per probationes in iudicio factas.*
5 *Euidentia non accusat sed scelus.*
6 *In notorio an citatio, & probatio requiratur.*
7 *Notorium quandò ex cõfessione, & alijs actis inducatur.*

8 *Princeps ſciens veritatē poteſt omni iudiciario ordine prætermiſſo iudicare.*
9 *Princeps quicquid facit, vt Deus facit.*
10 *Euidentia delicti an admittat denuntiatorem.*

Ex euidentia.

¶ Super notorio procedit iudex
nemine accuſante.h.d. Vel ſic, adepto fine, omnia
ceſſant, quæ quærebātur ad finem.h.d.¶ Nota pri-
1 mo caſum,† in quo iudex ex officio procedit, vide-
licet quando delictum eſt notorium, ad idē.c.nos.
de coha.cle.& mulie.2.q.1.de manifeſta.&.l.ea qui-
dem.C. de accuſat. &.c.bonæ.1.§.porrò.de elect.
& ratio eſt in promptu; quia accuſator requiritur ad
hoc vt crimen detegat; ſed talis finis habetur per fa
cti euidentiam; ergo non requiritur accuſator. &
hoc ſentit glo.fin.in princ. & ſubdit D.m. quòd tex.
noſter debet intelligi in notorio facti permanentis.
Mouetur, quia tex. noſter dicit euidētia patrati ſce-
2 leris,&c. Sed † euidens dicitur illud, quod ſemper
3 apparet; ergo loquitur de notorio facti permanen-
tis.vide gloſ.ſingularem in verſ. manifeſtum.in.c.2.
de verbo.ſigni.lib.6.vbi gl.notabiliter loquitur.ad
intellectum tex. noſtri, vide bonum tex.2.q.1.§.quā
do autem crimen.vnde in tali notorio euidenti, non
requiritur etiam probatio. vide bonam glo.in.d.c.
manifeſta. Secus autem dicit ipſe in notorio facti
tranſeuntis; licet enim illud ſit notoriū alijs, non ta-
men eſt notorium iudici. Ideò in ipſo procedendū
eſt ſeruato ordine iudiciario.& etiā ſentit Io.And.
in.c.fi.de fo.comp.lib.6.in nouel. Sed tu aduerte,
quia dicta differentia non videtur bona, & videtur
reprobari,in.d.c.2.in glo.quia iſta videntur ſynoni
ma,euidens,& manifeſtum, & notorium; licet quā-
doq; vnum ad plus accipiatur, quàm aliud.& poſ-
ſunt dici notoria, euidentia & manifeſta facti per-
manentis,facti tranſeuntis, & facti interpellati.licet
iſta diſtinctio fiat in notorijs.de qua materia dic vt
traditur,in.c.fi.&.c.veſtra.de coha.cle.& mu.¶ Itē
aduerte quia videtur difficile poſſe figurare exem-
plum in notorio facti permanentis, cum delicta nō
videantur habere permanentiam in ſe; ſed videan-
tur tranſitoria, & momentanea quò ad ipſam pa-
trationem. Sed poteſt figurari exemplum in crimi
ne, quod fieret propter rem habentem permanen-
tiam vt in tenenti aliquid adpenſum notoriè contra
legis diſpoſitionem, vel in tenente concubinam no
toriè,& euidenter,vt.d.c.tua nos. & not.in.d.§.quā
do autem crimen. Doct.tamen figurant hoc exem-
plum, de eo qui deliquit in præſentia iudicis, &
plurimorum. quod mihi placet; licet ſit notorium
facti tranſeuntis,dummodo ſecundum D.m.habue-
rit permanentiam certo tempore, ita φ nec iudici
nec alijs tergiuerſari potuit; alias ſecus. puta ſi per
negationem poſſet offuſcari, vt probat tex.in.d.§.
4 quando autem crimen. in prin.Nec obſt.† φ iudex
non debet iudicare de his quæ ipſe cognouit vt pri
uatus; ſed ſolum de his quæ cognouit per probatio-
nes factas in iudicio,vt.l. illicitas.§.veritas.ff.de of-
fic.præſi. & traditur, in.c.1.de re iudi.lib.6. quia il-
lud procedit, quando id de quo iudicat non eſt eui-
dens, ſed eſt notum ſibi vt priuato; ſecus ſi ſibi eſſet
notum, vt euidens,& notorium quia tunc de illo iu-
dicat vt iudex, vt hic,& ita debent limitari dicta iu-
ra.& quod not.glo.in.l.1.C. qui et aduer. quos. de
qua materia vide in dictis iuribus. & in.c.olim. de
verbo.ſigni.& per beatum. Tho.ſecūda.2.q.67.c.2.
Et de materia notorij, vide in.d.c.noſtra. de coha.
cleri. & mu.& D. Do.in.c.1.de offic. deleg. libr.6.
Hoſtien. in ſumma,in tit. de cri.ſine ordi.pu. & per
Spec.in tit.de crimi.notor. ¶ Glo.1.ſentit contra-
rium, φ ipſa euidentia non ſit illa, quæ non indiget
5 accuſatore; quia † euidentia non accuſatur, ſed ſce-
lus.glo.fatetur contrarium,& exponit literam. dic,
vt in ea. ¶ Glo.2.coadiuuat literam per rationem,
6 & ſimilia.† Vtrū autem in notorio requiratur, cita
tio, vel probatio, & in quibus notorijs requiratur
vide Doct. in.d.c.noſtra. & alijs iuribus præal. Et
7 quādo† ex confeſsione, vel alijs actis in iudicio fa-
ctis inducatur notorium,tractatur in.c.cum ſpecia-
li.§.porrò.ꝟ.de appel. &.c.fi.ꝟ.de coha.cle. & mu.
&.l.cum fideicommiſſum.ff.de confeſ.&.c.cum di-
lecti.ꝟ.eo. & ibi dicam aliquid. Sed extra glo.op-
pono. hic dicitur, φ delictum notorium non indi-
get accuſatore,& ad hoc probādum inducit autho-
ritas D. Auguſt. Sed contra, quia illa authoritas
ſumpta eſt ex materia, in qua tractat D. Auguſt.de
morte Abel, ſuper Geneſi, quem interfecit Cain,
cuius delictum non erat notorium; quia neſcieba-
tur niſi ab vno. & ſic cum non eſſet euidens, ſeu no-
torium; nō videtur hæc authoritas bene induci. Sol.
dicunt quidam, φ ideò illud delictum fuit notoriū;
quia Cain fuit illud confeſſus. Sed hæc ſol.non pla-
cet Vinc.nec Io. Andr. quia licet per confeſsionem
quis ſit dignus depoſitione; tamē delictum in ſe nō
efficitur notorium. Nam ex hoc ſequeretur, φ fal-
ſum, & quod nunquam fuit, poſſet effici notorium
ſi pars confitetur, quod eſt abſurdum. Sed dicit hic
Io.And.& D. Ant. φ hæc opinio, φ per confeſsio-
nem non inducitur notorium, communiter* repro Cōm. opin.
batur.de quo dic,vt dixi in.c.noſtra. & in alijs iuri-
bus præalleg. ¶ Sed tu aduerte; quia ſi rectè memi-
ni, nam in præſentiarum videre nō potui; Cain non
fuit confeſſus delictum; & ideo arbitror poſſe reſpō
deri ad contrarium aliter, ſcilicet, quòd hæc autho-
ritas adducitur; quia ſicut in caſu mortis Abel, eui-
dens erat delictū ipſius Cain; quia Deo omnia ſunt
palam,& manifeſta.& ideò non fuit opus accuſato-
re.Ita,& quando ipſi iudici aliquid eſt euidens, ita
euidentia non indiget accuſatore.& ad hoc adduco;
quia licet iudex regulariter non poſsit iudicare, de
8 eo quòd cognouit vt priuatus; tamen † princeps
quando ſcit veritatem, poteſt omni iudiciario or-
dine prætermiſſo iudicare, ſola veritate inſpecta, vt
c.ad petitionem.ꝟ.eo. non enim fallit nec fallitur,
9 vt.l.fi. C.de ponde.& auri illat.libr.10.nam † quic-
quid facit princeps, facit vt Deus, vt auth.de hęre.&
fal.in princ. Deus autem, eſt ipſa veritas, vt.c.cum
eſſes.ꝟ.de teſta. vide Bal.in.c.1.§.inueſtitura.de no-
ua fidelita. for. in vſib. feu. & aliquid in cle.2.de re
10 iudi. ¶ † Vltimò quæro, vtrū euidentia delicti ad-
mittat denunciatorem. Sol. Ioan. Andr. hic quòd
ſic, per.l.ea.quidem.C.eo.titu. Hoſtien. remittit ſe
ad not.in.c.romana.§.ſanè.&. §.notoria. de cenſib.
lib.6.vbi vide.

1 Teſtiſ-

Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *Testificans in causa criminali efficitur inimicus eius contra quem testificatur.*
2 *Inimicitiæ graues in causa criminali nedũ oriuntur inter accusatorẽ, & accusatum; sed etiã inter fratrẽ vtriusq;.*
3 *Iniuria facta vni consanguineo transit ad alios in gradu proximiores.*
4 *Reus absolutus propter illegitimitatem accusatoris potest iterum accusari.*
5 *Inimicitia, & inimicitiæ suspitio etiam in exceptis casibus facit accusatorem illegitimum.*
6 *Accusatio non præsumitur bono zelo facta ex vicissitudine accusationis iteratę à consanguineis de eodem crĩe.*
7 *Accusato infamato de crimine per accusationem debet indici purgatio.*
8 *Laicus non admittitur ad accusandũ criminaliter clericũ.*
9 *Irregulares sunt illegitimi accusatores clericorum.*
10 *Bigamus non est legitimus accusator clerici.*
11 *Laicus an de crimine clericum ciuiliter accusare possit.*
12 *Actionis diffinito.*
13 *Argumentum de teste ad accusatorem non tenet.*
14 *Patronus, & Parochianus Rectorem ecclesiæ etiam collegiatæ accusare potest, & quando.*
15 *Reges, & Principes quando admittantur ad excipiendum contra clericum.*
16 *Ius publicum in quibus consistit.*
17 *Clericus an, & quando clericum accusare possit.*
18 *Clericus an, & quando laicum accusare possit.*
19 *Laicus an, & qñ possit simpliciter accusare laicum.*
20 *Forensis an admittatur ad accusandum actione populari.*
21 *Rustici dicuntur de populo.*
22 *Iniuriam suorum prosequi quando quis dicatur.*
23 *Suorum appellatione qui veniant.*
24 *Sui qui dicantur.*
25 *Suorum appellatione an veniat singularis amicus.*
26 *Illegitimi suorum appellatione an veniant.*
27 *Affines an aliquo modo suorũ appellatiõe cõtineri possint.*
28 *Vxor pars corporis viri, socia rei humanæ, & diuinæ domus.*
29 *Commater vtrum possit accusare occisorẽ compatris sui.*
30 *Affinitas spiritualis an ad temporalia trahatur.*
31 *Clericis duobus dicentibus me tali die commisisse aliquod crimen an potius credendum sit, quàm duobus laicis cõtrarium deponentibus.*
32 *Laici in cã criminali in clerici fauorem testificari possunt, sed non contra.*
33 *Testibus inuicem contrarijs, standũ est illorũ dicto qui in fauorẽ rei accusati deponũt, licet alij sint magis idonei.*
34 *Testificandi onus quis inuitus subit.*
35 *Testis quod semel contra aliquem deposuit an iterum cõtra eundem testificari possit.*

Cũ p.manconella.

Laici, vel inimici etiam clerici, clericos accusare nõ possunt. h.d. tres sunt partes. primo repellit I. primũ accusatorem. secundo repellit B. secundum accusatorem. tertio purgationem indicit. 2. ibi, cumq; præfatus. B. 3. ibi, sed vtrique. ¶ Noti primo, ꝙ
1 † ex testificatione in cã criminali, testificans efficitur inimicus eius contra quem testificatur. immo
fortius probat tex. noster, quòd volens testificari in
causa criminali, efficitur inimicus & repellitur ab
accusatione; & sic probat, ꝙ ex hoc graues, & capitales inimicitiæ oriuntur. nam aliàs talis non repelleretur, vt dixi in. c. repellantur. ꝟ. eod. & . ĩ. dicam.
2 ¶ Secundo not. ꝙ ex † accusatione in causa criminali nedum oriuntur graues inimicitię inter accusatum, & accusatorem; sed etiam inter accusatum,
3 & fratrẽ accusatoris, & fratrem accusati; † & sic, iniuria facta vni consanguineo, transit ad alios in gradu proximiores, vt no. in. c. accedens. 2. ꝟ. vt lite nõ
cõtest. & l. lex corn. ff. de iniur. & in. l. vni. C. si quac.
4 prædit. pot. ¶ Tertio not. ꝙ † si reus absolutus est
propter illegitimitatem accusatoris põt nihilominus iterum accusari. de quo dic, vt in. c. de his. ꝟ. eo.
5 in primo membro. ¶ † Quarto not. singulariter,
ꝙ inimicitia, & inimicitiæ suspicio adeò facit accusatorem illegitimum, ꝙ non admittitur etiam in
6 exceptis casibus, vt. c. per tuas. de simo. † ¶ Quinto
not. ꝙ propter vicissitudinem accusationis iteratæ
à consanguineis de eodem crimine, præsumitur, ꝙ
quis non bono zelo accuset. ¶ Sexto not. ꝙ laicus
non est legitimus accusator clerici. de hoc latius di-
7 cam. ĩ. † ¶ Vltimo not. ꝙ si accusatus est infamatus
de crimine per accusationem, debet ipsi accusato
indici purgatio, de quo aliquid dixi in. c. 1. ꝟ. eod.
8 ¶ † Glos. 1. in prin. colligit vnam regulam, ꝙ laicus
non admittitur ad accusandum clericum; à qua regula in vers. nisi. vsq; ad vers. in his. excipit, si suam,
vel suorum iniuriam prosequantur; & etiam excipit
tria crimina, & in. d. vers. & in his. ponit duas limitationes, quò ad casus exceptos, videlicet nisi accusent
malo zelo, vel nisi sint malæ famæ, & viles personæ,
quo casu, nõ admittunt nisi in accusando infamatũ,
vel vilem clericũ. Et in fi. gl. ibi, & quare. gl. oppo. ad
tex. & prædictum notabile, & soluit. In eadem ibi,
sed quemq̃. dic, vbi æquiparatur crimen simoniæ,
crimini læsæ maiestatis. In eadem, ibi, laici enim bonæ famæ. dic, vt hæc materia tibi clare liqueat faciẽda sunt principaliter quatuor membra, secundũ
D.m. Primum vtrum laici possint accusare clericũ.
Secundum, vtrum clerici possint accusare clericos.
Tertium, an clerici possint accusare laicos. Quartum, vtrum laicus possit simpliciter laicum accusare. ¶ Circa primum membrum distingue, ꝙ aut
laicus vult accusare clericum criminaliter, aut ciuiliter. primo casu non potest, etiam si esset parochianus, vel etiã patron⁹ ecclesię. 4. q. 6. omnibus. & c. de
cętero. de testib. 2. q. 1. prohibentur. & not. glos. in
verbo. laici. 2. q. 7. in summa, & ratio duplex redditur. prima quia ex odio præsumitur accusare; cum
ipsi laici, vt plurimum, clericis sint infesti. 2. q. 7.
c. laicos. & . c. laici. secunda ratio est; quia laici debẽt
reuereri clericos, vt patres, tex. 6. q. 1. omnes. & c. sacerdotes. Prædicta tamen regula fallit primo si suã,
vel suorum iniuriam prosequantur, vt hic in glo. &
idem tenet glo. 2. q. 7. in summa. Quando autem
dicantur suam, vel suorum iniuriam prosequi, infra
dicã. Secundo fallit, in tribus casibus exceptis positis hic in glo. videlicet, in crimine simoniæ, hæresis,

& læsæ

& læſę maieſtatis, & idem dicit.d.glo. in ſum. quæ
addit & quartum, videlicet, crimen ſacrilegij, ſecū-
dum quoſdam, per tex. 17.q.4.§.qui autem. Prædi-
cta tamen procedunt, vt hic dicit gl.&.d.gl. in ſum.
ſi moueantur bono zelo pro iuſtitia, & ſint bonæ fa
mæ, condititionis, & vitæ, & non viles. Nam ſi non
bono zelo, ſed ex inimicitia mouerentur nullo ca-
ſu admitterentur; ſi vero eſſent viles, & malæ condi-
tionis, & vitæ, admitterentur ſolum ad accuſandum
clericum vilem, & infamatum; aliter non, etiam in
caſibus exceptis. & ſequuntur hic doct. qui addunt
tertiā limitationem, videlicet, quòd ita demum in
prædictis caſibus laici admittantur ad accuſandum
clericum; ſi poſſunt aſcendere ad illum ordinem, in
quo accuſatus eſt conſtitutus. per tex. 2.q.7.ipſi apo
9 ſtoli. Ex quo inferi, ſecundū eos, ꝙ † irregulares nō
admittūtur ad accuſandum clericum, cum non poſ-
ſint ordinem habere; vt.d.c.ipſi apoſtoli. & ſequitur
hic Inno. Sed tu aduerte, quia ex hoc ſequeretur, ꝙ
10 † bigamus non poſset accuſare clericum cum non
poſsit ordinari, vt in rubro & nigro de biga. per to-
tum. Item nec corpore vitiatus, vt de corpore vi-
tiato. per totum. Item nec habens vxorē; licet non
ſit bigamus; quia nec ipſe pōt ordinari. Et ſi diceres
immo poteſt ſi moreretur vxor, ego ſimiliter dicā,
ꝙ irregularis poteſt accuſare; quia poteſt abſolui ab
irregularitate; cogitatis. Nota tamen, ꝙ etiam in ca-
ſibus in quibus laicus non eſt accuſator idoneus cle-
rici, procedit iudicium, ſi non opponatur de tali il-
legitimitate, tenet glo. & ſequunt̄ doct. in.c.ex par-
te Adę. de teſti. & in.c.ſup his. ȷ.eo. nā iſta exceptio
eſt dilatoria, & per conſequens debet opponi ante
lit. conteſt. ¶ Secundo caſu, quando vellet accuſa-
11 re de crimine ciuiliter. D.m. hic dicit pauca; ſed hāc
q. examinauit, in.d.c.ex parte. de teſti. vbi plures re-
citat opinio. Damaſus qui, hāc.q. diſputauit, tenuit,
ꝙ laicus non debeat admitti; niſi ille cuius intereſt.
12 Nam † actio nihil aliud eſt, quàm ius proſequendi
in iudicio, ꝙ ſibi debetur, vt inſtit. de act. in princ.
§.1.&.l.nihil aliud. ff. de actio. & oblig. ergo ſi eius
non intereſt, non debet admitti, vt.l.1.ff. de varijs.
& extrao. cog. Item quia quæſtio ciuilis de crimine,
ſapit etiam in aliquo naturam accuſationis, cum per
ipſam perdatur beneficiū; ergo non debet admitti.
¶ Et ad.d.c.ex parte. quò ad videtur cōtrariari di-
ctæ opi. Reſpondet Damaſus, ſecundum glo. ibi, vi-
delicet, ꝙ ideò fuit admiſſus; quia non fuit exceptū;
& ideò ponderatur ibi, ꝙ ille tacuit, ꝙ laicus eſſet.
Item reſpondet ad.c.tam literis.eo.tit. quod etiam
allegatur in contrarium, ꝙ ille tex. loquitur in teſti-
monio, nec eſt bona æquiparatio teſtis ad accuſato-
rem, quia teſtis inuitus compellitur teſtimoniū red-
13 dere, vt.ſ. de teſti. cogen. per totum. † Nemo verò
inuitus compellitur accuſare. vt in rubro & nigro.
C. vt nemo inuitus.c. & hanc opi. ſequitur Io. An. in
d.c.ex parte. Glo. tamen ibi, tenet dictam opi. regu-
lariter; ſed dicit, ꝙ fallit in patrono, & parochiano
quorum intereſt, habere bonum rectorem, vnde ſal-
tem admittentur ad denunciandū. 16.q.7.filijs. Sed
14 glo.d.c.filijs. in verſi. denuncient. dicit, † quod pa-
tronus, & quilibet parochianus poſſunt accuſare re-
ctorem, etiam ſi ſit retor eccleſiæ collegiatæ. allegat
c.plebs. 63. diſt. Glo. verò.c. Maximianus. 81. diſtin.
indiſtinctè tenet laicum repellendū. excipit tñ, ſub
dubio fortè, patronum, qui prælatū accuſare pōt de
dilapidatione; cū tunc ſua interſit defendere res ec-
cleſiæ. idē etiam ſenſit gl. in.c. qualiter & qñ. 2. ȷ.eo.
à cōtrario ſenſu, vbi ab impetitione, vel inquiſitiōe,
ſeu denunciatione clerici excludit laicū alterius ec-
cleſiæ, vel parochiæ; ex ꝙ non vr̄ moueri bono ze-
lo, cū ſua nō interſit, ergo à cōtrario ſenſu, ſi ſua in-
tereſt; qa parochianus, vel patron⁹ deberet admitti;
ꝙ etiā ibi ſequit Goſ. in tit. de inqſitio. §.1. ver. ſed
nūqd extraneus. gl. in.c. cōſtitutū. 16.q.1. admittit
patronū ad accuſandū clericū de dilapidatione, ex
eo ꝙ videt̄ ſequi ſuorum iniuriā. ſec⁹ dicit in alio, q̄
patrono. 2.q.2. in ſum. Gl. tñ in.c. venerabili. verſic.
ſuſpectus. de offi. dele. loquendo de crimine dilapi-
dationis admittit quemlibet laicū de illa parochia
ad denunciandū pp intereſſe. arg. c.fi. 16.q.1. Goſ.
in.c. qđ Dei. de ſta. regu. dicit admittendū quēlibet
parochianū ad petendam deſtitutionē prælati. Qđ
limitat Hoſti. in.d.c.ex parte Adæ. ſi modò ſint pa-
rochiani patroni; aliàs ſecus. Mouetur quia tales nō
debent ſe impedire de huiuſmodi ſpiritualibus, per
not. in.c. Oſius epiſcopus. ſ. de elec. &.c. contingit.
ſ. de arbitr. Fede. conſilio. 90. & conſilio. 23. con-
cludit laicum patronum admittendum ad accuſan-
dum clericū ciuiliter, ad hoc vt remoueatur. & idē
concludit de parochiano; immo fortius per argu-
menta ſua vr̄ concludere idē in quolibet laico; quia
iſta non eſt ꝓpriè accuſatio, ex quo non agit̄ ad de-
poſitionem; ſed ſolum vt remoueat̄ à beneficio, p
c. p tuas. ȷ. de ſimo. & ar.c. qñ. &.c. tam literis. ſ. de
teſti. vel vt oſtendat titu. beneficij. Lapus allegatio
11. cōcludit, quòd patronus, & quilibet parochian⁹
poſſunt petere vt p̄latus declaretur priuatus, vigore
iuris cōis, vel alterius diſpoſitionis. D. Ant. diſtin-
guit, ꝙ aut agitur de crīne præcedente promotionē,
per qđ annullatur ipſa ꝓmotio ipſo iure, & admit-
titur quilibet de populo; quia cuiuslibet intereſt ne
anima fratris ſtet in peccato. Aut agit de crimine
poſtea cōmiſſo, vel nō inducente priuationē bñficij
ipſo iure; qa tunc admitunt̄ ſolū parochiāi. Sed con
tra primū mēbrū. D. An. & D. m. allegant gl. & doc.
in.c. dudū. 2. de elec. verſ. ex parte. Tu dic ſiñ. D. m.
ꝙ aut q̄rimus de exceptione ꝓponenda cōtra pro-
mouendum, & dicendum ꝙ quilibet patronus, vel
parochianus admittendus eſt. Ita dicit gl. in ver. ali-
quorum. in.c. vt circa. de elec. lib. 6. Inno. & Io. And.
latius in.c. ſup his. ȷ. eo. & ibi dicit Inno. vnū nota-
15 bile, & memoria dignū; videlicet, ꝙ † reges. & prin-
cipes admittuntur, ad excipiendū contra clericū; ſi
veriſimiliter habeant illum ſuſpectum de aliqua fa-
ctione. vnde idē dicit. D. m. de quolibet qui poteſt
prætendere aliquod intereſſe; & ibi de hoc dicam:
Io. And. in.c. nobis. de iure patro. poſt. Inno. Si verò
quærimus vtrum laicus poſsit accuſare, vel denun-
ciare clericum, dicendum eſt quòd propter crimen
dilapidationis admittitur quilibet laicus in defectū
ſ. de reb. ec. nō alie. in.c. ſi qs p̄sbyterorū. & ibi not.
qđ videtur contingere propter quoddam intereſſe
16 publici iuris, † quod etiā conſiſtit in ſacris, & ſacer-
dotibus, vt.1. diſtin. ius publicum. &.l.1.§. huius ſtu-
dij. ff. de iuſti. & iure. de hac latius in.d.c. ſi quis
presbyt. Si verò quærimus reſpectū alterius crimi-

nis,dicit.D.m.admittendum ſolum patronum, vel
parochianos; quoniam eis expedit habere bonum
prælatum; vt.c.audacter. &.c.qualis. 8.q.1.40. diſt.
c.nullus deficiẽtibus enim redditib' parochiani te-
nẽtur alere rectorẽ eccleſiæ ſuæ.glo.not.in. c.omnis
Chriſtianus.de conſe.diſt.1. facit quod not. in.c.1.
&.c.de his.de ec.ædifi. Alij verò laici quorum prin-
cipaliter non intereſt, non admittuntur tum pro-
pter deficiens intereſſe, tum quia laici clericis ſunt
infeſti. Subdit tamen.D.m. quòd forte magis eſſet
honeſtum dicere,ꝙ nec patroni,nec parochiani ad-
mittuntur,niſi per viam denunciationis, per not.in
d.c.laicos, & hoc quãtum ad denunciationẽ cano-
nicam; quantum enim ad denuntiationem euange-
licam admittitur quilibet laicus, dummodo non ſit
criminoſus.de qua materia in.c.nouit.ſ. de iu.&.3.
q.1.peccaui.¶ Circa ſecundũ membrum,quo quæ-
17 ritur,vtrũ† clericus poſsit clericum accuſare,cõclu
dunt doc.ꝙ ſic,ſi bonę ſit famę,licet accuſat' ſit ſuus
ſuperior,vt.c.ex parte.&.c. veniens.&.c. licet.ĩ.eo.
clericus verò malæ famæ non admittit̃, vt.c.cum di-
lectus.ĩ.eo.niſi in exceptis caſibus, quos ſupra reci-
taui; quoniam in illis admittitur, ẽt contra clericũ
non infamatũ,vt.c.cũ ſuper. de confeſ.15. quæſt.3.
c.ſi.Et ſic not.vnam differentiam inter clericos, ac-
cuſatores, & laicos; qm̃ laici malæ famæ ſolum ad-
18 mittuntur cõtra clericos infamatos,vt dixi.†¶ Cir-
ca tertiũ mẽbrum,quo quærit̃,vtrum clericus poſsit
laicũ accuſare,Inno. ponit duas opi. primo, ꝙ non
põt aliquo modo accuſare criminaliter, etiã ſi ſuá,
vel ſuorum iniuriam proſequeret̃,vt eſt tex.in.c.nul
lus clericus.11.q.1.qm̃, nec in cauſa criminali põt
clericus contra laicũ ferre teſtimoniũ.11.q.1. c.te-
ſtimoniũ. Secunda opi.Inno.diſtinguit, vtrũ ex ac-
cuſatione veniat imponenda pęna ſanguinis,vel nõ.
primo caſu,non põt. ſecundo ꝙ poſsit, & hanc di-
ſtinctionẽ facit glo. 2.q.7.c.laicos. Sed quia ibi vi-
detur reſidere cũ prima opi.vide ibi.& etiã Arch.in
d.c.nullus clericus .D.m.dicit, ꝙ aut clericus vult
accuſare ad publicá vindictã,& nullo modo admit-
titur, etiam ſi nõ veniret imponenda pœna ſangui-
nis. Mouetur per.c.ſicut ſacerdotes.2.q.7.ratio eſt,
quia accuſatio dr̃ genus illaudabilis intentionis.2.
q.7.&.c.ſi quis epiſcopus,aut diaconus. & ideo cle-
ricus debet abſtinere,vt.c.cũ ab omni ſpẽ.ſ.de vi.&
ho.cleri.debet enim vita clericorũ eſſe ſeparata à vi
ta laicorũ,vt not.in.d.c.ſicut ſacerdotes. facit etiam
quod not.in ſimil.in.c.2.ſ.de poſtu.vbi clericus ꝓ-
hibetur aduocare,ne alteri videat̃ velle nocere.for-
tius ergo debet ab accuſatione abſtinere.Tu tñ vide
tex.in.l.vnica.C. de famo. libel.qui dicit, ꝙ qui ac
cuſat, publicæ ſalutis cuſtodiã gerit. Itẽ vide tex.in
c.& qui emendat.45.diſt.qui dicit quòd ille qui pe-
tit vindictam dr̃ facere eleemoſinã. Aut cleric' vult
accuſare ad priuatã vindictam proſequendo ſui, vel
ſuorum iniuriã.& diſtingue, qd' aut nõ venit impo-
nenda pęna ſanguinis, & ſine dubio põt laicum ac-
cuſare,vt.c.cum ſit generale.ſ.de fo. compe.&.c.ꝓ-
latis.de homici.lib.6.c.olim.ĩ.de iniur.&.c.grauis.
de reſtitu.ſpol. Aut venit imponenda pœna ſangui-
nis,& tenet. D.m.qd' etiam poſsit accuſare,ſi ſuam,
& ſuæ eccleſiæ iniuriam proſequatur; cum proteſta-
tione,tamen,quòd non intendit accuſare ad vindi-
ctam,vel pœnam ſanguinis, ſed ſolum pro ſuo iure
cõſeruando,& emendatione rerũ ſuarũ, vt.d.c.prę-
latis. Sed dicit ibi Io.And.in nouel.quòd ſanius eſt
conſilium,ſi dicit, Conqueror de tali,quàm ſi dicat,
Accuſo talem;vt ſic ſatisfaciat verbis,tex.in.d.c.prę
latis.& no.2.q.7.laicos.&.c.ſequẽti.dicit tamen, ꝙ
licet diceret accuſo, ſi tamen vteretur dicta prote-
ſtatione, eſſet admittendus; nec incurreret irregu-
laritatem, ſi ex tali accuſatione accuſatus puniretur
pœna ſanguinis.vide.33.q.3.Maximianus.& eadem
cauſa.q.6.c.vnum ſolum.&.c.tuam.§.ſi.&.c.poſtu-
laſti.in ſi.vbi videbimus.& ita cõſului cuidam abba
ti, cui commiſſum fuerat furtum. ¶ Circa quar-
19 tum mẽbrum† quo quęritur vtrum laic' poſsit ſim-
pliciter accuſare laicum, dic quòd aut crimẽ eſt pu
blicum ſtrictè, largè, vel largiſsimè. & quilibet ad-
mittitur, qui ſpecialiter non prohibet̃, vt.l.1.ff.de
pub. iud.vbi tractatur per Bart.& doc. quæ ſint cri-
mina publica.de quo etiam tractatur in rubri.C.qui
ac.non poſ.probatur,qa edictum de accuſatione eſt
prohibitorium,ſicut edictũ de teſti.& ſimil. & ideò
quilibet admittit̃, qui ſpecialiter non prohibetur,
vt.l.qui accuſare.ff.eo. Aut crimen eſt priuatum; &
dic ſecundum glo.& Bart.in rubr. de popula.actio.
quòd ad pęnam corporalem accuſat tantum ille,cu
ius intereſt. Ad pœnam verò pecuniariam põt qui-
libet accuſare de populo.& vide Spe.in tit. de accu.
§.3. Cui autem veniat pœna pecuniaria applican-
da,dic,vt per Bar.in.l.agrária.ff.de ter.mo.&.l.3.de
ſepul.viol.plenè per Angel.in.l.ſi qs. in princ. ff.de
iur.om.iudic. Sed hic quæro de vna notabili quæ-
20 ſtione,quam de facto habui his diebus, vtrum † fo-
renſis admittatur ad accuſandum actione populari.
Ang.in.l.1.ff.de pub.iudi.tenet quòd nõ.Mouetur,
quia ipſius non intereſt,cum ſit forenſis,ſed ad accu
ſandum debet admitti ſolum ille cuius intereſt.dixi
ſ.eo.c.illa.immo ſi plures ſunt quorum intereſt,ma
gis idoneus eligitur, vt not.gl.ff.de populari. actio,
facit.l.1.&.2.eo.tit. Præterea forenſis non dr̃ de po
21 pulo;licet † ruſtici dicãt de populo,in auth.de q̃ſto.
& de inco.poſt prin.ibi,magna &c.facit.l.ꝗ ex vico.
ff.ad municip. Nec obſt.tex.in.d.auth.de q̃ſto. poſt
prin. qu' videt̃ probare,ꝙ etiã forenſis dicat̃ de po-
pulo,qa ibi loquitur in noua Roma,quæ cõis eſt pa
tria.l.Roma.ff.ad municip. Sed idẽ Ang.tenet con-
trarũ in.l.ſi quis id quod.ff.de iu.om.iu.&.l.2.§.hoc
interdictũ. & ibi gl.ff.ne quid in loco publico.licet
ibi Ang.non ita clarè loquat̃. Tu dic ſm̃ Io.de Imo.
in.d.l.1.ff.de publi.iu.qd' aut iſtius forenſis nõ in-
tereſt,& nõ admittit̃, ita ꝓcedit prima opinio. Aut
iſtius forenſis intereſt;& admittitur; puta ſi volo ac
cuſare te, quia tenes aliquid appenſum ad feneſtras,
qd' poteſt tranſeuntibus nocere, & illos interficere
& hoc caſu intereſt cuiuslibet tranſeuntis,ſiue ciuis,
ſiue forenſis qa ſatis eſt, ꝙ nocere poſsit forẽſi, arg.
l.labeo.ff.de teſta.libe.Bal.tñ in rub.C. ꝗ accu.non
poſ.dicit, ꝙ ſi accuſatio induceretur à ſtatuto ꝑter
iuris cõis diſpoſitionem,quia ſtatutum faceret illud
delictum quod non erat,ꝙ tunc forenſis non admit
teret̃, & mihi placet maximè ſi ipſius forenſis aliàs
nõ intereſt. Et ita obtinui his diebus de facto. Cum
enim ſtatutũ Senenſe præter iuris cõis diſpoſitionẽ
inducat vacationẽ eorũ, ꝗ receſſerũt à certo officio

vt non

vt non poſsint ad illã aſpirare, vel illa acceptare, m
ſi vſque ad tantum tempus ſub certa pœna, & acce-
ptatio, ſeu electio ſit nulla; & quidã ciuis acceptaſ-
ſet vnum ex dictis officijs, accuſabatur per quendã
forenſem, fuit obiectum quòd non erat legitimus
accuſator, quia forenſis. & ita fuit determinatum.
Et ad prædicta vide q̃ notantur in.l.in prouinciali.
§.fi.ff.de op.no.nun. ¶ Sed quoniã ſupra facta fuit
mentio, quòd licet aliquis non ſit legitimus accu-
ſator, tamen admittitur ad accuſandum, ſi ſuam vel
ſuorum iniuriam proſequatur, quod quaſi cõtingit
in omnibus illegitimis accuſatoribus omni illegi-
timitate, præter quàm ſi eſſet illegitimus propter
defectũ mẽtis; vt puta pupillus, vel furioſus. ¶ Quę-
22 ro quando † dicatur quis ſuorum iniuriam ꝓſequi:
Sol. doct. in hoc articulo variè loquũtur, ex eo quia
in iure hoc non reperitur expreſſè determinatum.
23 glo.in.l.pen.C.ad turpil.dicit, quòd † appellatione
ſuorum cõtinentur omnes illi, qui inuiti non co-
guntur ferre teſtimonium. & idem tenet Spe.in tit.
de accu.§.3.in princip. Qui autem ſint iſti prohi-
biti teſtimonium ferre ratione coniunctionis, dic
vt traditur.ff.de teſti.l.3.&.l. lex iulia. Hoſti.in.c.de
de cętero.de teſti.dicebat ſuos dici illos, de quib⁹
traditur in.l.1.&.2.primo reſponſo.ff.eo. Gof.verò
intelligit ſuos, omnes illos ꝓ quibus põt agi actio-
ne iniuriarum, not.inſti.de iniur.§.fi.&.ff.de iniur.
l.lex corn. & ideo cõtinetur etiam ſponſa. facit etiã
ꝙ not. in.l.hi tamẽ.ff.de accu. & vide gl.fin.50.diſt.
c.ſtudeat. Abbas dicit quòd cõtinentur omnes illi,
qui ſunt in patria poteſtate. Item hi, qui non ſunt in
patria poteſtate, dummodo ſint in primo gradu, per
c ſi verò.de ſen.excom. Glo.in ver.ſuorũ.in.c.quo-
cunq; de ſen.excom.lib.6. vult, quòd comprehen-
dantur etiam familiares. Sed Ioan. Andr.latius ibi
loquitur. Glo.vult quòd veniant filij, & ſerui.inſti.
de his qui ſunt ſui vel alie.iuris. per totum. Item do
meſti.C.de his qui ad accu. Item vxores, & mãcipia.
per tex.in.l.2.C.de epiſc.& cle. Item coloni.C.de re
mili.l.quicunq;.& omnes de quibus habetur.4.q.3.
c.2.§.item.l.iulia.&.15.q.3.c.non eſt, glo.in.l.negã
da.C.de accu.dicit ꝙ hoc verbum ſuorum, non eſt
latè interpretandum. & aliter non declarat. Alibi
verò dicit glo. quòd vbi alicui ſit iniuria de cogna-
tione, videtur fieri oĩbus, de illa cognatione. Vnde
appellatione ſuorum veniunt omnes qui ſunt de il-
lo ſtipite quantuncunque diſtanti gradu, vt.l. lex
cornel.ff.de iniur.& ſic continẽtur omnes, qui ſunt
ex eodem caſato, loquendo ſecundum vulgare Se-
nenſe; facit.l.vnica.C.ſi quacunq;.præd.pote.& qđ
not.in.l. raptores. C.de epiſco. & cler.per Cyn. Et
alibi dicit gloſ.conſiderandam eſſe affectionem, vt
l.vt vim.ff.de iuſti. & iure. & not. in.l.alienam.C.de
procur. alleg. tex.not.in.l.petitionem. §.egredien-
tes.C.de aduoc.diuer.iud.qui loquit̃ taxatiuè vſque
ad quartum gradum; ſicut in ſimili dicimus in.c.nõ
debet.de conſang.& affi. Bal.in.l.1.C.qui accu.non
poſ. videtur ꝓbare gl. in .d.c.pen. C. ad turpil. vbi
vult, vt omnes contineantur qui inuiti non cogun-
tur teſtimonium ferre; quia parificantur teſtimo-
niũ, & accuſatio, vt.l.2.ff.eo.vbi Bal.ponit caſum ꝓ
24 dicta opin. Ipſe tamẽ in.d.l.pe.dicit, ꝙ † aliquãdo
hæc dictio, ſui, ponit̃ in iure ad differentiã agnato-
rum, qui non ſunt ſui. & iſto modo non accipitur in
materia noſtra. ſed traditur de hoc in.l.gallus.&.l.in
ſuis.ff.de libe.& poſthu. & inſti. de hered.quali. &
differen.§.ſui autem. Interdũ verò hæc dictio, ſui,
ponitur ad differẽtiam ꝓprius extraneorũ, qui nullo
modo ſunt coniuncti, & ita vult ꝙ capiatur in caſu
noſtro. Vult enim, qđ ſui intelligantur omnes cõ-
iuncti, vel qui inuiti non ferunt teſtimonium, & alij
omnes, quibus paratur ſucceſsio, vt inſti.de leg.ag.
ſuc.§.placebat. ¶ Gui. de Suza.in.l.iniquum.C.qui
accu.non poſ.dicit qđ omnes illi dicuntur ſui, pro
quibus agere poſſumus ſine mandato; tanq̃ coniun-
ctæ perſonæ, vt.l.ſed & hoc.ff.de procura. & illi pro
quibus poſtulare poſſunt hi, qui ſunt de tertio ordi-
ne poſtulantiũ, de quibus in.l.1.in fin.cũ.l. ſequẽti.
ff. de poſtu.& hanc opi. ſequitur Io. And.in titu.de
accu.§.3.in princ.exceptis duobus vltimis crimini-
bus enumeratis in dictis legib⁹. Enumerant aũt ibi
hæ pſonæ, parentes, patroni, patronæ, & eorũ liberi:
frater, ſoror; ſocer, ſocr⁹, gener, nur⁹, vitric⁹, nouerca
priuignus, pupillus, & fatuus. Sed D.m.in.d.c.de cę-
tero.de teſti.approbando hanc opi.dicit, excipien-
das tres vltimas perſonas, quia nõ poſſunt dici ſui;
ex quo ſibi nil attinent; licet alias ipſis perſonis mi-
ſerendum ſit. & hęc opi.ſatis mihi placet, cõiunctis
tñ pſonis de quib⁹.4.q.3.§.lege iulia. &.l.lege iulia.
ff de teſt.& de quib⁹ in.l.lex corn.ff.de iniur.& adde
prædictis quod tradit Spe. de aduo.§.abijcitur.ver.
coniunctas, & in tit.de reſcriptis.§.ratione autem.
Sed pro cõplemẽto materiæ formo quatuor.q.pri-
25 ma vtrũ † appellatione ſuorũ, in materia noſtra ve-
niat ſingularis amicus. Bal. in.d.l.1.C.qui accu.non
poſ.tenet quòd ſic, quòd verus amicus eſt alter ego;
facit.l.coloni.C.in quibus cau.colo.cenſi.lib. 11.&
tenet Guil.in fi.in.l.ſed etiam hæ.ff.de procu. facit
ꝙ dixi in cle. paſtoralis. de re.iud. Secundo quæro
26 iuxta prædicta, † vtrum illegitimi filij veniant hac
appellatione ſuorum. Bal.tangit hanc.q.in.d.l.1.vbi
concludit, quòd ſi ſunt naturales quòd continen-
tur; quia naturale nomen habent, arg.l. tutelas.ff.de
capi.dimi.facit.l.hos accuſare.§.oĩbus.ff.de accu. &
ff.de in ius vocã.l.nec parẽtes.&.C.de interdic.matr.
l.libertũ. Si verò non ſunt naturales, ſed nati ex im-
probato coitu; & tunc aut ſunt nati ex certo comple
xu, & tenet idem qđ.ſ.quia naturalis dolor eos cõ-
pellit, arg.l.2.ff.de libe.cau.&.l.quamuis.C.de adul.
in ratione ſui. Aut ſunt nati ex incerto complexu, &
coitu, vt ſunt vulgò quæſiti; & tunc vult ipſe, quòd
per reſpectum ad maternã lineam, quæ eſt certa, cõ-
tineantur appellatione ſuorum; aut per reſpectum
ad paternã lineã, & tũc ſecus, cũ nõ ſit poſsibile oſtẽ-
dere patrem: quia ſi poſſet, nõ diceretur vulgò quæ-
ſitus, vt.ff.de ſta.ho.l.vulgò concepti.& de in ius vo-
can.l.quia mater.& vide Bald.& Bar.C.de interdic.
ma. in.d.l.libertũ. & quod dixi poſt Doct. in cle. r.
de baptiſ. Bal.in.l.fi.C.de verb. ſigni.& in.l.filium.
ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iur. Inno.in.c. nonnulli.
de reſcrip.&.Bal.i.l.generaliter.C.de inſti.& ſubſti.
27 & vide.l.eos.C. de decu. libr.10. ¶ Tertio quæro
iuxta ꝑdicta, vtrum hic appellatio ſuorum extendat
ad aliquem gradum affinitatis. Bal.in.d l.1.diſtin-
guit, quòd aut vult accuſare mulier; aut maſculus
primo caſu regulariter repellitur, vt l.quod ſi viro.

ff.de iniur. Fallit in vxore accusante mortē mariti,
hoc enim soli vxori; non autē alijs mulieribus per-
mittitur,vt.l.de crimine.C.qui accu.non pos. Et ibi
28 per Cyn. † Est enim vxor pars corporis viri, socia
humanæ, & diuinæ domus, vt.l.aduersus.C.de cri.
expil.hære.imo vno superstite, dicitur etiā pende-
re matrimonium, vt in auth. neque virum quod ex
dote.§.nuptialis.colla.8.aut masculus vult accusare
ratione affinitatis, & tunc aut iniuria habuit initiū
ante affinitatem,aut tempore affinitatis,aut ea sub-
lata. Primo casu non potest,quia qualitas debet in-
esse personæ tempore delicti, vt.l.in delictis.§.si ex-
traneus.ff. de noxa. &. ff.de adult.l.si vxor.§.si quis
vxorem. Secundo casu potest. vt.l.1.ff.de postu.&
dixi.s̄.post.D.m.Tertio casu non potest, vt nota.ff.
de re iu.l.sed hoc ita.&.ff.de diuor. qđ ait lex. ibi,
finita est legis authoritas. &.ff.de postu.l.qui eorū.
29 §.affinitatis. ¶ Quarto,& vltimo† quæro,vtrū com
mater possit accusare occisorem compatris sui. du-
bitatio autem insurgit,vtrum spiritualis affinitas,&
compaternitas trahatur ad temporalia. & videtur ꝙ
sic, cum maior,& potentior sit causa spiritualis affi-
nitatis, quàm corporalis,seu temporalis, sicuti ani-
ma est dignior corpore,vt not. 27.q.2.qui dormie-
rit. dicit Bal.in.d.l.1.qđ de hoc non meminit se le
gisse casum legis;vel decretalis. subdit tamen, quòd
ad decisionem facit quod not. Spec.in tit.de relati.
§.qualiter.vers.qd iuris. ¶ In fi.glo.dic,So.glo.est
vera in se, non tamen congruit literæ; quoniā papa
repulit istum I. non quia inimicus; sed quia laicus
erat. Ideò Inno.soluit, ꝙ fortè fuit repulsus, quia
laicus malæ famæ erat. vnde non debebat admitti
contra clericum,etiam in criminibus exceptis.& li-
Côm. opin. cet doct.transeant communiter * hæc tamen solutio
mihi non placet. Primo, quia continet diuinatio-
nem,cum non appareat ꝙ iste Ioan.esset infamatus.
Secundo, quia posito quòd esset malæ famæ;tamen
debebat admitti cōtra istum.P.pariter infamatum,
vt dicit gl.nostra.&.s̄.tetigi.ꝓbatur, quia ipsi P.in-
dicitur purgatio;Ideo fortè huius vltimi contrarij
Côm. op in. timore Vincen.dat aliam so. quam sequuntur Ioan.
And.& D.m.& doc.communiter, * videlicet quòd
tempore quo iste Ioan.fuit repulsus,ipse.P.Manco-
nella accusatus non erat infamatus; sed ex his, quæ
postea emergunt surrexit infamia. Sed tu aduerte,
Côis opi. quia licet doc. communiter* sequantur hanc so.ta-
men mihi non placet.nam posito quòd ipse clericus
accusatus non esset infamatus; tamen poterat accu-
ri à laico de crimine simoniæ;nisi diceres,ꝙ esset in-
famatus, & sic iungeres vtramque solutionem. Hæc
sol. continet diuinationem tàm in persona ipsius.P.
ꝙ adhuc nō esset infamatus, quàm in persona ipsius
Io.ꝙ esset infamatus. Præterea tex. hic repellit istū
I.solum quia laicum;ideò ego do quartam solut.vi-
delicet ꝙ iste .I.qui accusauerat prius istum P.non
de crimine simoniæ; sed de alio crimine non exce-
pto,propter quod tanquam laicus erat repellendus,
& fuit repulsus. & isto modo litera est plana. Nec
obst.tex.ibi dum dicit de crimine simoniæ constan
tius accusaret, quia loquitur de secunda accusatio-
ne instituta per B. Nec verbum cōstantius, includit
accusationem prius factam de crimine simoniæ;sed
ponitur comparatiuè ad accusationem in genere.

¶ Gloss.2.exponit literam. dic, vt in ea dicitur.
¶ Glo.penul.assignat rationem.dic,vt ipsa.¶ Glo.
fi.format primo vnam. q.& soluit. demum in versi.
nunquid. format aliam.quæst.deinde in vers. quid si
non potest. format tertiam.quæst. & soluit distin-
guendo. In eadem ibi, statuit.dic, vt not.in.c.2.de
sortileg.in glo.2. In eadem ibi.c.de causis. &.c.cū
venissent.de iudi. In eadem ibi,suo iuramento,dic:
de hoc vide Hostien. in. c.inter solicitudines. j̄.de
purga.canon. In eadem ibi conuictus.dic, vt pro-
batur in.c.ad abolendam.§. qui vero. de hæreti. &
c.accedens. j̄.eod. &.c.insinuante. de simo. & vide
rationem per glo.in.c.cum dilectus.de purga.cano.
Qualiter autem sit ordinandus,dicam in.d.c.fi. j̄.de
purga. canon. In eadem ibi, bonos laicos,vel etiā
bonas mulieres.dic,vt in.c.cum iuuentute. de purg.
canon.in glos.fin.&. 18.q.2.in decima. & vide glos.
30 idem tenentem.2.q.7: secuti. In fin. glo.dic, quòd
c.in primis.parum, aut nihil facit; vnde ipse allego
2.q.6.c. in criminibus. in fi.81.distinc. in.c.clerici.
D.meus hic dicit, ꝙ in.d.c.clerici. est vna glos. no-
tabilis, quæ vult, quòd si duo clerici dicunt me com
misisse aliquod crimen tali die,duo vero laici dicūt
quòd ego fui cum eis per totam illam diem,nec me
viderunt committere illud crimen,& quòd non po-
tuisset esse quòd me non vidissent si commisissem
illud, quòd statur dicto laicorum,potius quàm cle-
31 ricorum. quod est singulare. Ex quo infertur, † ꝙ
laici possunt testificari in causa criminali in fauo-
rem clerici; sed non contra.facit.l. non eo minus.
C.de procurat. Secundo infertur aliud singulare,
32 videlicet,† quòd quando testes vtriusque partis sunt
contrarij, standum est illorum dicto, qui deponunt
in fauorem rei accusati, licet alij sint magis idonei.
quod perpetuo not.ad limitationem.c.in nostra.de
testi. Sed in hoc non insisto,cum non sit principa-
lis materia nostra. ¶ Postremo oppono, secun-
dum doct. contra tex.nostrum.nam iste B. non de-
bebat repelli ab accusatione P. ex eo quòd prius in
33 testem fuerat productus contra P. cum onus te-
stificandi quis inuitus subeat, vt.s̄.de testi. cogen.
per totum. &.l.si quando.C.de testi. vnde cum hoc
fecerit ratione publici oneris, & officij necessitate
debet excusari,non autem debet inimicus reputari,
vt not. in.c.inter. de restit. spolia. &.c.ex literis. de
transact. sicut in simil. dicimus, quòd in necessi-
tatibus nemo liberalis existit, vt.l.rem legatā ff.de
adimen.lega. Solu. secundum doct.contrarium est
difficile. Quidam dixere quòd ad contrahendam
inimicitiam non est inspiciendum an causa sit iusta,
vel iniusta; satis est enim quòd animus sit inclina-
tus ad inimicitiam, de quo dixi, in.c.repellantur.
s̄.eod. Sed ex testimonio in causa criminali solet
accusatus prouocari ad inimicitiam, vt not.in.c.me
minimus. j̄.eod. Barto.in.l.post legatum. §.si verò.
ff.de his.qui. vt indi. Sed dicit D.meus, quòd hæc
ratio placet sibi quò ad illum, qui perhibuit testi-
monium, vt posset repellere eum ab accusatione il-
lius, contra quem tulit testimonium in causa crimi-
nali.ipse tamen qui tulit nō debet repelli tanquam
inimicus,cum nō habuerit cām prouocandi animū
ad inimicitiam cōtra accusatum. pro quo gl.not.4.
q.3.§.item in criminali. quæ tenet, quòd testis qui

semel

ſemel perhibuit teſtimonium in cauſa criminali, poteſt etiam in alia cauſa contra eum perhibere teſtimonium.facit tex.in.c.pterea.ſ.de teſti.cogen. vbi hoc idem not. Do.meus, verum ipſe in hoc articu. concludit, quòd aut teſtis ſponte venit ad ferendum teſtimonium; & tunc præſumitur inimicus.argu.l.quæ omnia.§.1.ff.de procur. facit.c.cum in tua.de ſponſa. Aut ipſe deponit inuitus, & non pſumitur inimicus.arg.prædictorum. ¶ Tu dic, q hæc fuit originalis opin. Hoſt.qui ita diſtinguit, & eum ſequitur Io. And.in.c.meminimus.ī.eo. ſuper glo.fi. Nam ſi per iudicem fuit coactus iſte B.obedire; talis coactio debet eũ ab omni ſuſpicione excuſare, & calumnia.23.q.1.quid culpatur.&.ſ.de tempo.ordi.ad aures.& vide quòd not.in. c.fraternitatis.de teſti.in glo.2.Spec.in tit.de teſta.§.1.verſi. item quod in alia cauſa.

CAP. XI.

SVMMARIVM.

1 *Monachus poteſt Abbatem ſuum accuſare alios non.*

2 *Obedientiæ iugum non tollit poteſtatem accuſandi eum cui debetur reuerentia,& ratio ibi redditur,& num.7. & num.13.*

3 *Monachus Abbatem accuſans debet habere expenſas à monaſterio;& ratio ibi aſſignatur.*

4 *Monachus non tenetur parere Abbati illicita pcipienti.*

5 *Expenſæ neceſſariæ ſunt miniſtrandæ tàm monacho accuſanti, quàm Abbati accuſato,& ratio ibi ponitur.*

6 *Monachus contra quem inquirit Abbas debeat ne habere expenſas à monaſterio pro aduocatis,procuratoribus & alijs neceſſariis.*

7 *Monachus an poſſit quencunq; denuntiare.*

8 *Monachus donare nec poteſt ,ſicut non filiusfamilias,nec alias res facere.*

9 *Monachus an poſſit facere eleemoſinam.*

10 *Monachus an propter propriam neceſſitatem poſſit monaſterium obligare.*

11 *Monachus dicitur ſeruus monaſterij.*

12 *Monachus in ſtudio de licentia Abbatis exiſtens, cui infirmitate capto aliquis expenſas fecit,an poſſit eas repetere ab Abbate,vel patre ſuo naturali.*

13 *Expenſæ quando debeantur monacho, aut ſeculari clerico pro lite proſequenda.*

1 Ex parte. † Monachus poteſt abbatem ſuum accuſare; alios non, & accuſatione pendente debet à monaſterio expenſas habere. h.d.Diuiditur.ponit primo regulam affirmatiuam. ſecundo ponit regulam negatiuam ibi, licet alios. tertio decidit.q.circa materiã.ibi, quibus. ¶ Nota
2 primo† q iugum obedientiæ,quo aſtringitur monachus,vel alius clericus, non tollit poteſtatem accuſandi eum,cui debetur talis obedientia. Et ratio; eſt quia ſi ſuperior eſt criminoſus; non dicitur inferior accuſans venire contra obedientiam, ſi monachus ille non paret illi in his quæ illicita ſunt,nec tenetur tolerare malum prælatum. ¶ Secundo not.
3 quòd † monachi accuſantes abbatem debent habere expenſas à monaſterio. Ex quo infertur, quòd in huiuſmodi accuſatione monachus dicitur procurare vtilitatem monaſterij, quoniã ipſius intereſt habere bonum prælatum, & non lupum. alias autem non deberet habere expenſas;facit.l.vnica. C de famo.libel.vbi tex.dicit, quòd qui accuſat,publicæ ſalutis cuſtodiam gerit. & vide tex.in.c. & qui emendat.45.diſt.dixi.ſ. in.c.præcedenti. ¶ Gloſſ. 1.in princ. quærit quæ ſit rationabilis cauſa ad repellendum monachum. & ponit plura exempla. Demũ in ver. ſed pro eo.fortificat tex. Et in fin.reddit rationem, quare monacho ſint miniſtrandæ expenſæ,& abbati. In eadem ibi, conſpiratores. dic ſecundum Vincen. & Ioan. Andr. idem ſi eſſent infames,vel irregulares.16.queſt.1.legi.de corpo.viti. c.expoſuiſti. In eadem ibi, non tenetur obedire ei,
4 dic, Iſta glo. eſt intelligenda,vt monachus† non teneatur obedire abbati, ſi abbas,præciperet ei,quòd non accuſet eum; nam tunc non eſſet parendum, cum tale præceptum ſit iniuſtum.11.q.3.Iulianus. ſed in alijs tenetur obedire lite pendente, ita tamen,vt non impediatur proſequi accuſationem, vt c.olim.ī.eod.Sed contra prædicta oppono,& videtur, quòd monachus non poſſit accuſare abbatem; quia eo modo veniret contra votum profeſſionis, quo videtur eſſe aſtrictus, vt fidelis ſit abbati.22. q.5.c.de forma. Solu.ſecundum Vincen. quem ſequitur hic Ioan.And. & D.Ant.licet monachus accuſet abbatem, ne ipſum perire permittat; non tamen dicitur minus fidelis. vide.23.queſt.4.ipſa pietas.5.q.5.c.2.&.3.nam cum repellitur,tunc viuifica
5 tur.5.q.5.c.1. ¶ In fi.glo.dic. Not.† ex glo. quòd omnes expenſæ neceſſariæ ſunt miniſtrãdæ tàm monacho accuſanti, quàm abbati accuſato, & ratio eſt, quia vterque dicitur procurare vtilitatem monaſterij ſui. Monachus pe monaſterium habeat malum paſtorem; Abbas vero, quia ſi bonus eſt, vt aſſerit, monaſterij intereſt habere ipſum. Imò fortius volunt Vincen.Ioan. Andr. Ant. & D.m. quòd abbas habebit expenſas, etiam ſi remotus ſit ab adminiſtratione,vt.l.ſi inſtituta.§. de inofficioſo.ff.de inof. teſt.ſecus ſi eſſet priuatus; quia tunc nullam haberet cum monaſterio communionem. Et idem dicit hic Ioan. And. in vxore indigente,ſi contingit accuſare matrimonium,ſecundum Hoſt. in ſum. eo. tit.
6 §.ſi quis poſſit.ver.Quid ſi contingat matrimonium accuſare.¶ † Vtrum autem monachus contra quem inquirit abbas,debeat habere expenſas à monaſterio pro aduocatis, procuratoribus, & alijs neceſſariis. vide Spec. in tit.de inquiſitione.§.vltimo,quaſi per totum.¶ Glo.2.in princ.limitat regulam negatiuam hic poſitam, & ponit rationem ipſius. Et demum ſubdit, quòd denuntiare poteſt monachus. ad quod format argumentum in contrarium, & nõ ſoluit. Poſtremo format.q.de monacho, qui eſt in ſcholis de licentia abbatis. ¶ In ea ibi, ſed contra
7 videtur.dic;Inn.tenet,q† monachus poſſit denunciare quemcunq;. Ala.fortius dicebat, quòd poteſt denunciare etiam contradicente abbate.Vincẽ. diſtinguit, quòd aut ipſe vult denuntiare in forma iudicij,& non admittitur; niſi contra proprium abbatem,ſicut hic dicimus in accuſatione. Aut extra iudicium ad penitentiã, & debet admitti.Hæc opi. communiter* tenet. Non ob.c.placuit.alleg. in gl. Cõm o.ꝯ.

pro contrario: quia illud est verum, quando monachus vellet exire monasterium pro lucro terreno. Com. op in. Secus si pro lucro animarum, vt est in casu nostro. Sed circa accusationem, conclusio communis* doc. est, ꝙ abbatem proprium potest monachus accusare petita tamen venia, & licentia ab ipso secundum Gof. & Archid. 2.q.7.c.cum pastoris. sicut in simili dicimus in filio contra patrem. Inno. verò. s.c. proximo. tenet, ꝙ nulla exigatur abbatis licentia, quod placet. D. meo. per tex. nostrum, & benè. Aut vult accusare alium quàm proprium prælatum, cui debet obediētiam, & tunc aut vult accusare prælatum cuius est officialis; puta est cubicularius episcopi, & vult eum accusare, & pôt secundum Inno. in. c. præceden. & sine licentia abbatis. 2.q.7.c.cum pastoris. &.c.se. quia aliàs non exequeretur laudabiliter officium suum. Subdit tamen, ꝙ sanius faceret monachus, si denunciaret crimen prælati. & sequitur hic Ioan. And. Aut vult accusare extraneum, & communis* glo. & doct. opi. & conclusio est, ꝙ non possit, Com. opin. nisi duobus concurrentibus, videlicet ꝙ intersit monasterij, & habeat abbatis licentiam. 16.q.1. monachi. ¶ In eadem ibi, pro alienis debitis, dic, imo nec etiam pro suis possunt obligare libros suos, vel alias res, sine licentia abbatis. sicut nec filiusfa. vt. l. 1. §. 1.
8 ff. quæ res pigno. ob. pos. † fortius ergo nec donare potest, vt. l. filiusfam. ff. de dona. & l. cōtra iuris. §. 1. ff. de pac. vide doc. i. c. 2. ne cle. vel mona. lib. 6. Vtrū autem vestis qua vtitur monach* sit ipsius monachi, & an illam possideat, remittit Io. And. hic ad Spe. in tit. de acto. §. 1. vers. item excipitur contra actorem
6 quod est monachus. † Vtrum autem competentem possit facere eleemosinam. Do. meus hic tenet, ꝙ sic; remittit tamen se ad not. per glo. in clem. 2. de vi. & ho. cle. quæ idem tenet; quod intellige quando est in studio de licentia abbatis; aliàs autem si non habet administrationem, non potest eleemosinam facere, vt dicit illa gl. Quod tamen qualiter procedat dic, vt ibi dixi. quia non est de materia nostra. ¶ In eadem ibi, & hoc si abbas, dic, hæc fuit additio
10 secundū Hosti. qui dicit, † ꝙ etiam propter propriā necessitatem non pôt monasterium obligare; nisi haberet ab abbate ad hoc potestatē. allegat iura allegata in glo. &. 10.q.2. hoc ius. hoc tamen cōiter* Cōis opi. reprobatur. Ideo distingue, ꝙ aut monachus habuit licentiam ab abbate, qui promisit sibi facere expensas, & tunc pôt obligare monasterium sine alia cōcessione vsq; ad expensas, quas duntaxat abbas, vel monasteriū promisit illi ministrare; probatur in simili in filiofam. in. l. sed lege. §. quòd dicitur. ff. ad Maced. nam vno concesso, omnia videntur concessa, sine quibus &c. vt in iuribus hic allegatis in glos. & l. ad rem mobilem. & l. ad legatū. ff. de procura. Si verò contingeret, ꝙ aliquis consanguineus, vel extraneus promisisset facere sumptus, vel vltra expensas solitas vellet monasterium obligare nō posset, ꝙ etiā sentit Arch. in. d. c. 2. & d. c. cū pastoris. ne cle. vel mo. lib. 6. facit quia nec seruus pôt obligare
11 res peculiares, vt. l. 1. §. 1. ff. q̄ res pi. ob. pos. † & monachus dicit̄ seruus monasterij. 54. dist. multos. no. 12.q.1. non dicatis facit ad prędicta. l. seruus. & seq.
12 ff. de fideiusso. † ¶ Quid autem si monachus erat in studio de licentia abbatis, & cum infirmitate captus esset, aliquis fecit sibi expensas, an possit repetere ab abbate, vel patre suo naturali. Lap. & Abba. in c. 2. ne cle. vel mo. dicunt, ꝙ negari non potest quin iste gesserit negotium vtriusq; partis, scilicet abbatis, & patris, dicunt tamen aduertendum cuius contemplatione fecerit; & ille cuius contemplatione fecit, illi obligatur. In dubio autem dicunt considerandum esse qualitatem personarum, vt. c. requisisti. de testa. sed in hoc nolo insistere, cum non sit principalis materia nostra. Vide Specu. in tit. de salario. §. fin. vers. quid si monachus. Tancre. & Vincen. in
13 glo. fi. dicunt, † ꝙ istæ expensæ dabuntur etiam pro lite prosequenda, de quo tex. apertus in. c. olim. ȷ̄. eod. vnde accusatores habebunt non solum expensas victus; sed etiam litis. ¶ Et vt habeas plenè hāc materiam distingue secūdum D. meum, ꝙ aut quærimus de monacho, aut seculari clerico. Primo casu, aut monachus prosequit causam propriā, puta electionis suæ, & tunc non habebit expensas à monasterio. tex. in. c. cupiētes. § si verò discordia. de elec. lib. 6. Sed tu dic, ꝙ ille tex. hoc modo non probat simpliciter; sed videtur velle, ꝙ hoc sit verum, si talis sit potens soluere ipsas expensas, & habere vnde possit facere. alias secus. quia tunc electores, seu ecclesia tenentur. & hoc tenet ibi in vers. impotētia. & tenet Hosti. in sum. in tit. de elect. §. quid iuris de expensis. vers. hic quo; & ibi vide latissimè circa materiam electionis. Aut prosequitur causam monasterij, puta, accusando abbatem, & tunc si habet aliquod peculium non debet habere expensas à monasterio. arg. c. quanto. de offi. ordi. facit iste tex. à cōtrario, ibi, cum proprium non habeat. not. Specu. in tit. de inquisitione. §. fi. prope. fi. Aut non habet peculium, & habebit expensas à monasterio. dicit tamen Inno. & benè, ꝙ monachus nō admittitur indistinctè ad accusandum abbatem. sed aliqua præcedente causa, & cognitione; licet illa fiat absq; præsentia partium, & sic cognoscatur, vtrum procedat bono, vel malo zelo. arg. 2.q.7. quęrendū. & c. si q̄ sunt. & si admittitur ad accusandū, vel denunciandū habebit expensas; licet aliqui distinguāt inter accusationem, & inquisitionem, ꝙ reprobat hic Io. Andr. Secūdo casu, quo q̄ritur de clerico seculari, dic, ꝙ si est pauper, & vult denunciare habebit expensas ab illa ecclsia, secundū Abba. argu. c. cū pro cā de ꝓcu. Aut vult accusare; & tunc secus, ratio differentiæ est; quia primus actus est laudabilis. 2.q.7. si quis. quod etiam sequuntur. D. Ant. & D. meus. hic.

CAp. XII.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter ebriosus missam celebrans ante ebrietatis digestionem beneficio priuandus est.*
2 *Ecclesia & beneficia in dubio intelliguntur concessa esse perpetuò.*
3 *Beneficia ad tempus, & perpetuò commedari possunt.*
4 *Commenda à quibus, qualiter, & de quib* beneficijs fieri possit; remissiuè.*
5 *Ebrietatis delictū solū non est dignū beneficij priuatione.*
6 *Presbyter non dormiens inter pastum, aut potū sumptū, & celebrans*

& celebrans, præſumitur celebraſſe ante digeſtionem.
7 *Celebrans ante digeſtionem an conficiat corpus Chriſti.*
8 *Confeſſio ſpontanea non etiam coacta præiudicat.*
9 *Epiſcopus debet presbyterum cuius crimina notoria ſunt ad rationem ponere etiam non præcedente infamia, vel monitione. Ad rationem ponere, quid.*
10 *Appellatione inter poſita tollitur effectus ſententiæ.*
11 *Agenti petitorio recuperandæ non obſtat exceptio criminis nec defectus proprietatis.*
12 *Exceptio criminis, vel defectus proprietatis in beneficialibus quando obſtet.*
13 *Exceptio criminis, quæ ipſo iure infert priuationem non debet admitti contra agentem petitorio.*
14 *Infamibus, & criminoſis portæ dignitatum patere non debent.*
15 *Commenda eccleſiæ, an poſſit reuocari ad libitum commendantis.*
16 *Dormitio, an ſit de ſubſtantia digeſtionis.*
17 *Beneficij priuationis non eſt iuſta cauſa tabernam intrare, & ſemel inebriari.*
18 *Ebrietas quid ſit.*
Crapula quid ſit, & vnde dicatur nu.eo.
19 *Vinum qualiter ſit bibendum, & quoties.*
20 *Ebrietas quale peccatum ſit, an ſcilicet veniale, vel mortale.*
Ebrietas quot modis accipitur ibidem.
21 *Ebrij pœna, quæ ſit*
Miles ebrioſus militia priuatur ibidem.
22 *Ebrietatis, & vinolentię effectus.*

Si conſtiterit.

Poteſt multiplicitet intelligi. Sed
amplectẽdo omnẽ lec. ita communiter ſummatur.
1 †Presbyter ebrioſus miſſam celebrãs ante ebrietatis
digeſtionem beneficio priuandus eſt, & officio.h.d.
Diuiditur, primo inſtituit iudicem, quando ſit contra
actorem pronunciandum. ſecundo, quando pro
actore contra reum. ſecunda ibi, ceterum. ¶ Nota
primo ex tex.noſtro, arg. ſecundum Hoſtien. quòd
2 † eccleſiæ, & beneficia in dubio intelliguntur conceſſa
eſſe perpetuò. probatur hic; quoniam aſſerenti
contrarium incũbit onus probandi.ad idem .c.cũ
veniſſet.de inſtit.&.c.paſtoralis.de dona.¶ Ex qui-
3 bus infertur, quòd † beneficia etiam ad tempus poſ
ſunt commendari, imò & perpetuò poſſunt com-
4 mendari ſecundum Abba. Sed † à quibus poſsit hæc
commenda fieri, & qualiter, & de quibus beneficijs,
vide.c.ne [illegible] deinceps de elec.lib.6. & per Ioã.
Andr.in.c.dudum.2. de elect. & aliquid tradit hic
Inno. Sed non inſiſto, quia non eſt materia noſtra.
5 ¶ Secundo not. quòd † ſolum delictum ebrietatis
non eſt dignum priuatione beneficij; nam hic man
datur non ſolum inquiri de ebrietate, ſed etiam ſi
ante digeſtionem celebrauit. & ſic nota, ꝙ alterum
ſolum non ſufficit, quòd hic ſequitur D.m. q plus
dicit, quòd ſi ebrietas rara fuit non eſt peccatũ mor
tale.25.diſt.§.nunc autem.ver.aliàs.& ver.ebrietas.
de quo per doct.in.c.à crapula. &.c.clerici. de vita
& hone. cleri. & latius.ĩ.dicam. ¶ Tertio not.
6 quòd † ille qui non dormit inter paſtum, aut potũ
ſumptum, & celebrauit, præſumitur celebraſſe ante
digeſtionem, & per conſequens non ieiuno ſtoma-
cho; debet tamen in hoc conſiderari diſtantia temporis,
& qualitas, vel quantitas ſumpti cibi, vel potus,
& diſtantia ieiunij præcedentis. nam poſſet eſſe
adeò paucitas cibi, & adeò facilis digeſtionis, quòd
breui digeſsiſſe præſumeretur. quando autem quis
dicatur ieiunus, vide gl.in.c.ſacramenta. de conſec.
diſt.1.in verſ.à ieiunis.& in.c.literas de tẽpo.ordin.
& ibi Inno. ¶ Quarto nota argu.ꝙ talis celebrans
ante digeſtionem videtur dignus priuatione. Vtrũ
7 † autem conficiat corpus Chriſti, dic, quòd ſic; licet
grauiter peccet.de conſec.diſt.2.liquidò.&.c.quod
à patribus.75.diſt. ¶ Quinto not.ibi.ſine coactio
8 ne.ꝙ ad hoc † vt confeſsio præiudicet confitenti, de
bet eſſe ſpontanea, nõ autem coacta.de quo in.c.fi.
ĩ.de confeſ. Bart.in.l.1.§.diuus.ff.de quæſtio. & in
alijs iuribus hic allegatis. ¶ Sexto not. ſecundum
9 Hoſti. ꝙ vbi crimina presbyteri ſunt notoria, põt,
& debet epiſcopus ipſum presbyterum ponere ad rationem,
etiam non præcedente infamia, vel monitione.
vide Hoſt.in ſumma in tit.de cri.ſine ord. pu.
& dicit Ioan.And.hic, ꝙ iſta verba, ponere ad rationem
non præcedente infamia, denotant denuntiationem,
vel inquiſitionem. vnde ponere quem ad
rationem idem eſt ꝙ inquirere contra eum. Aliter
accipitur verbum ratio, prout eſt calculatio vltro,
citroq; dandi, & acquirendi &c. de quo vide latè in
ſumma in titu. de ob. & ta.§.de hoc & per Paulum
in cle.dudum.de ſepul.& Archid.12.diſt.c.conſuetudo
per Lapp.in.c.ex eo de elect.lib.6.dicit tamẽ.
D.Ant.ꝙ quotieſcunque epiſcopus habet aliquem
ſuſpectum circa beneficium quòd retinet, ꝙ poteſt
eũ vocare, & interrogare qualiter teneat illud.& ſic
dicitur ad rationem ponere.& ꝙ confeſsio facta eo
modo corã epiſcopo tranſit ad notoriũ. ¶ Vltimo
not. ꝙ licet quis ſit condemnatus, vel priuatus per
ſniam; ſi tamen appellat, non debet interim ſpoliari
10 appellatione pendente. ratio eſt; quia † per appellationẽ
ſuſpenditur, ſeu tollitẽ effectus ſniæ, vt.l.vnica.
§.integer.ff.nil no.app.pen.& in.c.ad hæc.&.c.di
lecti.ĩ.de app.Et ideò taliter priuatus, qui appellauit,
põt interim exercere iuriſdictionẽ in ſubditos.
¶ Gl.1.ponit caſũ, & ſatis clarè loquiẽ. In fi.gl.dic,
vult hęc gl. ꝙ iſte D.agebat petitorio petẽs reſtitutionẽ
eccleſiæ, qua dicebat ſe ſpoliatũ. ſed cõtra hũc
11 † intellectum fortiter ob.quia agenti petitorio recuperandæ
nõ obſtat exceptio criminis, nec defectus
proprietatis; nam & prædo reſtituendus eſt, vt.c.literis.
&.c.item cum quis.&.c.ſoli. de reſti.ſpol. huius
cõtrarij timore variatur intellectus hu'.c.quatuor
modis.Inno.enim Hoſt.& Io.And.ſupplent ad glo.
noſtrã, ꝙ hic agebatur petitorio.& hic intellectus
fortificat per tex.noſtrũ duobus modis.Prima dum
dicit, ꝑpetuũ ſilentiũ.& ibi dũ dicit, in pace.& ſecũdũ
hunc intellectũ litera eſt ſatis clara; nã cũ ageret
ad proprietatem, & iſtæ exceptiones concernerent
ꝓpritatẽ, & non poſſeſsionẽ, debebãt admitti, quia
inferebant defectum tituli ipſo iure, ſecundũ not. ꝑ
Inno.in.c.inter dilectos.de exceſ.prælato. Secundo
põt reſponderi ad cõtrariũ intelligendo tex.noſtrũ,
prout glo.noſtra ſimpliciter intelligit. videlicet, ꝙ
iſte D.ageret petitorio; ſed ideò iſtę exceptiões admittuntur;
quia iſte D. presbyter fuerat condemnatus,
& conuictus iudicialiter, & eum priuauerat epi-

ſcopus eccleſia ſua, & illam contulerat alteri.ſ.iſti
G. vnde cum per viam iudicialem eum priuauerit,
non dicitur ei violentiam feciſſe.7.q.1.præſentium.
& d.c.ité cũ qs. facit bo. tex.in.l.2.ff.ꝙ met.cau.&
hunc intellectum ſentit hic Ioan. Andr.nam dum
tex. dicit, conuictus, ipſe ſupplet, & condemnatus.
Iſte intellectus eſt verus in ſe, ſed non placet D.m.
quia nullum habet dubium: Item non congruit li-
teræ,cum nihil dicat,ꝙ iſte eſſet condemnatus; ſed
ſolum facit mentionem de ſpoliatione,quę ſonat in
vitium. Sed tu aduerte quia tex. videtur in vere ſen
tentiam fuiſſe latam,cum dicit in fi. ibi, propter ꝙ
de iure debuit ſpoliari.& ibi,dum dicit, poſt appel-
lationem. Tertius intellectus eſt, ꝙ iſte D.p̃sb.pri
mo in iudicio fuit conuictus, & condemnatus per
epiſcopũ ſuum; ſed antequã eſſet actualiter priuatꝰ
fuit ſpoliatus per iſtum G. cõtra quem agit iſte.D.
petitorio. Et ad contrarium, ꝙ exceptio criminis,
vel defectus proprietatis non debet admitti, reſpon
detur, ꝙ illud eſt verum,niſi exceptio eſſet notoria,
prout in tex.noſtro,ex eo quia fuerat in indicio cõ-
demnatus, ſeu conuictus; quoniam talis exceptio
notoria obſtat,maximè in beneficialibus, vt.c.con-
ſtitus.de fil.presb. &.c.ſignificaſti.de adul.&.c.ad de
cimas. de reſti.ſpol.lib.6.& tradit in.d.c.ex literis.
Nec ob.ſecundũ D.Ant. ꝙ hæc ſententia dirigatur
ad proprietatem, dum dicit, perpetuũ ſilentiũ,&c.
qa hoc potuit iudex ex officio ſuo,ex quo ſibi cõſta
bat de defectu proprietatis in cauſa beneficiali.arg.
eorum quæ traduntur,in.c.cum nobis.de elect.& in
12 regula.1.de re.iur.lib.6.† De hac tamen materia qñ
obſtet exceptio criminis, vel defectus proprietatis
in beneficialibus, quia materia eſt valde difficilis,&
intricata,vide q̃ pleniſsimè ſcripſi in clem.1.de cau.
poſ.& propriè. Quartum intellectum ſentit Inno.
in.d.c.inter dilectos.videlicet, ꝙ iſte G. agebat pe-
titorio.& ꝙ iſte D. non erat priuatus propter crimé
ipſo iure; ſed duntaxat conuictus,& ꝙ fuerat ſpolia
tus ab ipſo G.ante priuationem,contra quem nunc
agebat petitorio. hæc lect. ſecundum D.meum, eſt
notabilis,& ſatis amica literæ,quę nihil dicit de ſen-
tentia, ſed ſolum mandat inquiri an fuit confeſſus,
vel conuictus. Sed tũc obſtant cõtraria;quia ex quo
nõ fuerat priuatus,nõ debebat admitti exceptio cri
13 minis;nam † etiam contra agẽtem petitorio nõ de
bet admitti exceptio criminis, quæ infert priuatio-
nem ipſo iure ſecundum Inno.in.d.c.inter dilectos.
¶ Sed poteſt reſponderi, ꝙ ideo ob.hæc exceptio;
quia delictum erat notorium,cum iure conſtaret de
crimine per confeſsionem, vel quia conuictus erat,
facit.c.cum olim.de verb.ſigni.vnde talis exceptio,
tanquam notoria,obſtat petenti reſtitutionem be-
neficij,ex quo concludit facultatem priuãdi, & hoc
potius ſupplente iudicis officio, q̃ virtute excipien
tis.iudex enim non debet reſtituere beneficium no-
torio criminoſo;imo debet eum priuare etiam ſine
accuſatore,vt.ſ.eod.c.euidentia.2.q.1. de manife-
ſta. facit etiam quia (vt inquit Horatius) Turpius
eijcitur q̃ non admittitur hoſpes, vt.c.quemadmo-
14 dum.ſ.de iureiur. Et quia † criminoſis, & infami-
bus portæ dignitatum patere non debent, vt in reg.
infamibꝰ.de re.iu.li.6.&.l.quotiés.C.de dign.li.12.
2.q.5.c.p̃sbyter.mouet; quia ſicut agenti petitorio
adipiſcendæ in beneficialibus,obſtat exceptio cri-
minis cum infamia, non obſtante ꝙ haberet titulũ,
vt.c.accedens.ĩ.eod.ita & agenti petitorio recupe-
randæ debet obſtare exceptio notorij criminis, li-
cet nõ includat ipſo iure priuationem,& tituli nul-
litatem. ſatis eſt enim,ꝙ ipſe dedit cauſam,& para-
ta facultas facilis eſt ad priuandum.& ſic dicit limi-
tandum.d.c.item cum quis. de reſtitu.ſpoliato. Et
hanc lect.D.meus dicit notabilem,qa per eam mul-
ta iura limitantur. ¶ Glo.2.ſatis eſt clara in ſe. In
eadem ibi, quandocunq;. dic, ſecundum Tancr. &
ante conditionis euentum, de qua conuenerat, vt
15 tunc reſtitueretur. In fi.glo.dic,vult.ꝙ † commen-
da eccleſiæ poteſt reuocari ad libitum commendan
tis. Idem etiã vult gl. in.c.qui plures.21.q.1.alleg.
in glo. Gloſ.tamen in.c. nemo. deinceps. de elect.
lib.6.vbi principaliter tractatur hæc materia, tenet
contrarium,ꝙ non poſsit ad libitum reuocari. Sed
tu conclude concordando, ꝙ quandoque ſonat in
cuſtodiam,& tunc poteſt ad libitum reuocari. & ita
procedat prima opi. & hoc regulariter fieri dicitur
quando fit ſimpliciter non determinata cauſa. Quã
do verò commenda fit in titulum, vt ſi fiat ex cauſa
ad tempus,& tunc ante tempus, vel cauſa non ceſſan
te,nõ poteſt reuocari. & ita intelligitur gl.in.d.c.ne
mo deinceps. Et quia non eſt materia noſtra prin-
cipalis,dic,vt plenius in.d.c.nemo. ¶ Gloſ.pernoctauerit.in fi.dic,vbi dr̃ nõ pernoctaſſe extra vrbé,q
extra vrbé aliqua parte noctis ſtetit. & videbo. tex.ĩ
l.1.ff.de his q̃ in teſt. delè. & vide gl. in ver. plecto
in cle.cauſam.de elect.glo.76.diſt.noſce.per Bar.in
l.quinquaginta.de excu.tut. ¶ Gloſ.in ver.dormi-
tione.infert ex tex.& benè, & clarè loquitur. In fi.
16 glo dic,videtur ergo glo.relata ex tex.ꝙ† dormitio
ſit de ſubſtantia digeſtionis. nam poſt ſumptum ci-
bum non videtur quis poſſe celebrare,niſi prius dor
miat. Et hoc quidam obſeruant ad cautelam in vi-
gilia natiuitatis Domini, in qua media nocte inci-
piunt miſſæ celebrari. Sed dicit hic Abb.ꝙ nõ dor-
miſſe poſt ſumptum cibum non fuit cauſa huius iu-
ris; ſed ebrietas, in qua præſumebatur eſſe quando
celebrauit. nam poteſt cibus digeri abſq; dormitio
ne,vnde refert ſe ſocium habuiſſe qui per octo dies
non dormiebat. facit quod nota.in.c. ſacramenta.
in glo.allegatum.& quod no.Ioan.And.in.c.ex par
te.de celeb.miſ. & adde; quæ.ſ. dixi in tertio nota-
17 bili.& ſubdit hic Hoſt. †ꝙ intrare tabernam,vel ſe-
mel inebriari, non eſt iuſta cauſa priuationis bene-
ficij; de quo remittit ſe ad not. in.c.a crapula.ſ.de
vita & honeſtate clerico. Ego dicam.ĩ.in.c.fi. Sed
celebratio facta ante digeſtioné fuit iuſta cauſa pri-
uationis,ad hoc.7.q.2.c.nihil.¶ Glo.ſuper verbo,
ante epiſcopum. ſupplet ad tex.& benè. In eadem
ibi, præſente aduerſario.dic, hoc verum in his quæ
tendunt ad priuatum commodum; in tendentibus
autem ad publicam vtilitatem,iudex ſupplet pręſen
tiam, dic,vt not.in.c.cum dilectus, de appella. &.c.
cum dilecti.de.elect.& in iuribus allegatis in glo.&
vide D.m.in.c.fi.de confeſ.vbi ponit,quæ requiran-
tur ad hoc vt cõfeſsio præiudicet.¶ Glo.ſuper verſ.
ſine coactione, quærit quare tex. dicat ſine coactio-
ne, & bene ſoluit. ¶ Poſtremo,quia doctores hic
tractãt aliq̃d de ebrietate, licet pauca,& imperfectè
& quia

& quia hic articulus satis est principalis ad tex.nostrum, ideo vt habeas huius materiæ plenariam co
18 gnitionem, primo quæro † quid sit ebrietas. Solu. dic, quod ebrietas est immoderatus vsus vini, sicut crapula est immoderata voracitas cibi. dicitur enim crapula quasi cruda epula, quia homines voraciter epulantes perfecte non digerunt; sed materiam indigestam emittunt. vide docto. in. c. à crapula. de vita & honest. clerico. & ibi in gloss. j. Immoderatum autem vsum accipio secundum qualitatem personæ. potest enim esse aliquis adeò fortis complexionis, vt in duplo maiorem quantitatem requirat, quàm si esset debilis complexionis. Et idem dicendum est de crapula. nam etiam plures vidi crapula inebriari, & sine immoderato vsu vini, in mentis alienationem venire. De defectibus autem à crapula prouenientibus, habes in. c. ne tales. & c. legimus. de consecratio. dist. 5. vbi Hyeronimus inquit legim' quosdam morbo articulari podagræ humoribus laborantes proscriptione bonorum ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos côualuisse. Vnde habemus de illo Cardinali, qui cum ad Balneas Petriolas venisset ex eo quòd nihil digerere posset, captus à Ghino de Tace, & in carceribus reclusus crudas fabas comedebat, adeò quod sanitati pristinæ restitutus est. & vide quod habetur ecclesiasti. c. 27. vnde illud est tritum sermone prouerbiû, plures occidit gula, quàm gladius. ¶ Secundo quæro,
19 † qualiter vinum sit bibendum. Solu. dic, mixtum aqua, tex. est in. d. c. à crapula. adeò quòd quidam dicunt, quòd bibens vinum purum mortaliter peccat. Primo quia talis videtur facere contra prohibitionem consilij, vt. c. à crapula. Item quia in calice ponitur de aqua, vt. c. cum Marthæ. de celebra. miss. & de côsec. dist. 2. c. nô oportet. & c. in sacraméto cor poris. & pluribʼ alijs. cc. illius dist. Sed hoc non placet Teuthonicis, qui satis est quod téperenté à vino, & temperaté viuant, licet non ponant aquam in vino. Facit quod dicâ. j. in. 4. q. maximé vbi vinû esset tenue, vt est Ferrariæ. Et vide notabilia verba Valeri. lib. 2. c. 1. de institu. antiq. qui sic inqt: Vini vsus olim Romanis mulieribus erat ignotus, ne scilicet in aliquod prolaberentur; quia proximus Libero patri intemperantiæ gradus ad inconcessam Venerê esse consueuit. Vnde & Terentius, sine Cerere, & Baccho friget Venus. Narratur etiâ in historijs Romanis, virum, qui cum vxorem vinum purum bibétem inuentam, & ab eam causam, eam interfecisset, sententia liberatû fuisse. ¶ Tertio qro, quoties sit bibendum. Sol. dic. quòd non est bibendum vltra tertiam vicem. tex. 44. distinct. c. quando. 2. Ego tamé hæc omnia reduceré ad qualitatem côplexionum, & temporis, & ita omnia ad sobrietatem, & necessi
20 tatem reducenda sunt. ¶ Quarto quæro, † an ebrietas sit peccatum mortale, vel veniale. Sol. D. Florenti. in. d. c. à crapula. dicit, quod interdû ebrietas accipiť p mentis obliuione; & tunc nô censet peccatû mortale. 15. q. 1. sané. not. gl. 25. dist. c. 3. §. aliás ea demû. Interdû sumiť ebrietas criminis pro vino immoderate sumpto data opera ad ebrietatem; & tûc est mortale peccatum, quod arbitror limitandum, nisi fieret consilio medici ad recuperandam sanitatem, nam & Florentiæ vidi Magistrum Vgoné Bentium cognatum meum medicorum, atque philosophorum principem, quendam filium si recté memini, Bernardi de Vzano frequenti ebrietate liberasse à periculoso, vt dicebatur, morbo. Interdum verò sumitur ebrietas pro frequenti actu bibendi non data opera, & studio inebriandi; & tunc non est peccatum mortale; licet secuta sit ebrietas. Ita dicit glo. in d. §. aliás ita demum. hoc tamen videtur contra tex. in. d. §. aliás ita demum. vbi tex. videtur velle quòd ex tali frequentia inducatur peccatum mortale. Sed dicit D. Florent. quòd si talis frequentia actus bibendi venit in illo, qui ignorat potentiam vini, non est peccatû mortale, prout contingit in Noe. 35. dist. c. sexto die. vbi circa vini vsum habes tex. notabilé. Si autem sciret vini potentiam, & tunc non credebat quòd sibi noceret nôest peccatû mortale, vt notat Arch. in. d. c. sexto die. Sed si credebat posse inebriari sciens vini potentiam, tûc dicit si raro id fiat, nô est peccatum mortale; vt. d. §. aliás ita demû. & 25. dist. c. ante omnia. secus ergo si id frequéter fiat. Ego arbitror totam hanc materiam temperandam, ac moderandam ex gulositate, & immoderato appetitu. Vnde in ea plurimum operabitur intentio, culpa, & conscientia; eam tamen censui relinquendam theologis. ¶ Vltimo circa materiam nostram
21 quæro, † quæ sit pœna ebrij. Sol. dic, quòd si est laicus & stetit in meris finibʼ ebrietatis ita quod pp ebrietaté non cômiserit aliud delictû; nulla in foro téporali pęna tenetur. Fallit in milite, qui pp ebrietatem, secundum quosdam, à militia remouetur, vt. l. omne delictum. §. pen. ff. de re mili. Sed ille tex. meo iudicio, loquitur in eo, q aliter delinquit, pp ebrietatem, & sic qui nô stetit in meris finibus ebrietatis. Credo tamen, quòd æquum, & salubre foret illam pœnam ibi positam, sibi vindicare locum etiam in milite, qui frequenter inebriatur propter periculû rei militaris. In foro auté pœnitentiali est arbitraria de pœn. distinc. 1. c. mensuram. ¶ Si vero sit clericus secûdum iura antiqua. 30. diebus à communione abstinebit, aut corporali supplicio puniebatur vt puta fusti. vel si. vt. d. c. ante omnia. 35. dist. Hodiè autem propter ebrietatem clericus suspenditur ab officio, vel beneficio, vt. d. c. à crapula. si monitus nô desistit. Si verò quis nô stetit in meris finibus ebrietatis, sed aliud delictum propter ebrietatem commisit, vtrum sit puniendus. Bart. videtur sentire, quod sic, in. l. seruorum. §. delinquunt. ff. de pœnis. gl. vero in vers. temulentia. in. l. 1. C. si quis impera. maledi. videtur sentire, quòd non. & pro hac opin. videtur tex. î. c. aliquos. & c. sané. & c. inebriauerût. 15. q. 1. ¶ Quidam distingût, quòd si sua culpa quis incidit in alienationem mentis, imputatur ei, & pp hoc est puniendus, vt. c. si quis insaniens. 15. q. 1. quod reprobatur per gl. 15. q. 1. in summa. & per gl. in. d. c. sané. D. Floria. de sancto Petro in. l. 5. §. iniuriam. ff. ad. l. aquil. & dicit delictû cômissum ab ebrio puniendû; sed mitius quàm si esset cômissum à non ebrio, per tex. in. l. omne delictum §. pe. ff. de re mili. qui tex. meo indicio satis bené probat. ¶ Ego verò in hoc articulo ita distinguo, quod aut quærimus quò ad delicta, quæ ad ipsorum pœnam requirunt dolum, & tunc talia delicta ab ebrio commissa, non sunt punienda, secûdum illam naturalem pœnam delicti; quia ebrius non

non poteſt dici in dolo, cum ſit mente alienatus. Et hoc voluit Auguſtinus contra Fauſtum, inquiens, ꝙ Loth culpandus eſt non inquantum ille inceſtus; ſed inquantum illa ebrietas meruit. ¶ Arbitror tamen, ꝙ extraordinariè mitius punitur, vt.d.l.omne delictum.§.penul.arg.eorum quæ dicunt docto. in.l.1. C.vnde vi.&.l.vt vim. ff.de iuſti. & iure. In eo qui exceſſit defendendo moderamen inculpatæ tutelæ. Aut quærimus de delictis, quæ ad ipſorum pœnam naturalem requirunt culpam latam, vel leuē, & tunc dico, ꝙ ſi ebrius dedit operam vt inebriaretur puniatur pœna huius delicti. Si verò non dedit operā, fuit tamen in culpa bibendo plus ſolito, & debito, tunc punitur, ſed ad pœnam ſufficit culpa. Si verò nullā dedit operam, ſed alius vt inebriaretur miſcuit ſal cum vino, vel dentem caballinum, vel quid ſimile, dico, quòd non punitur aliqua pœna. & idem dico ſi ſumpto cibo, vel vino moderatè, prẹter conſuetudinem fuit effectus ebrius. & ita concordantur dicta

12 iura, & opiniones. ¶ † Poſtremò circa ebrietatem, & & vinolentiā, & eorum vitiorum proximos effectus vide has duas aureas authoritates. Prima Bernardi in libro, de contemptu mundi, qui ita notabiliter inquit. Quid turpius ebrioſo, cui fetor in ore; tremor in corpore; qui promit ſtulta, pandit occulta; cui mens alienatur, facies tranſmutatur; ibi nullum ſecretum, vbi regnat ebrietas. Alia eſt Auguſtini ita loquentis, ebrietas aufert memoriam, diſſipat ſenſum, confundit intellectum, hebetat, & impedit linguam, cōcitat libidinem, corrumpit ſanguinem, totū deniq; corpus debilitat. Adde laſciui Propertij notabilia carmina.

Vino forma perit, vino corrumpitur ętas.
Vino ſępe ſuum neſcit amica virum.

dixi in c.dilectus. de ſpon.q.10. in fi. Et ideò emanauit verſus ille, vt bibas parce, iubet hoc lex, & Patriarcæ; & alibi vinum cum moderamine ſumptum, & corpori, & animæ conferre eſt certum.

C A P. X I I I.

S V M M A R I V M.

1 *Inimicus etiam à voluntaria exceptione repellitur.*
2 *Confirmatus per Papam non poteſt benedici, nec conſecrari per inferiorem ſine ipſius Papæ licentia.*
3 *Abbatiſſa eã rectè appellatur quæ fuit confirmata in Abbatiſſam licet nondum benedicta. Idem de Abbate, vt ibi.*
4 *Epiſcopus, & Archiepiſcopus non dicitur quis ante conſecrationem licet electus, & confirmatus fuerit.*
5 *Abbatiſſa benedicitur ſicut Abbas.*
6 *Abbatiſſa an de neceſſitate ſit benedicenda.*
7 *Benedictio Abbatis contra legitimam appellationem an teneat, & an ſit iterabilis.*
8 *Exceptio voluntaria quæ dicatur.*
9 *Inimicus manifeſtus etiam officio iudicis repellitur.*
10 *Inimicitia orta præſumitur ex teſtimonio contra aliquem in cauſa criminali.*
11 *Crimina excepta nō faciunt inimicū legitimū accuſatorē.*

1 Meminimus. † Inimicus etiam à voluntaria exceptione repellitur.h.d.primo narrat factum mandatum non executum, & eius cauſam, ſecundo mandat illud exequi ibi, quia vero. Et ſecundum Hoſti. hoc.c.eſt pars.c. meminimus.ſ. de appel. quod ad finem huius cōfirmatur, &.c.meminimus.ſ. qui cle. vel vouen.ma. ¶ Nota primo, ex tex.argu. ſecundū

2 Ioan.Andr.ꝙ † confirmatus per papam non poteſt benedici, nec conſecrari per inferiorem, ſine licentia ipſius papæ, ad idē.c.ſi eo tempore.de elec.lib.6. & ibi vide de hoc in glo.ſi.&.c. cum in diſtribuendis.ſ.de tēpo.ordi.& in.c.eccleſia.2.ſ.vt lite pend. quod verum putat hic Ioan.And. niſi aliud haberet conſuetudo illius loci, vt.c.nihil in fin.ſ.de elect.& idem tenent Doct.in.d.glo.fin. ¶ Secundo not.ꝙ

3 electa, † & confirmata in abbatiſſam licet nōdum benedicta appellatur abbatiſſa. & idem dicendum eſt de abbatib⁹, probatur in.c. inter monaſterium.ſ.de regu.iur.licet in illis ſit maius dubium.ad quod.c.1. de ſupplen.negli.prꝗla.Et hoc tenuit Hoſt.ꝙ poſſit dici abbas ante benedictionem, per tex. noſtrum.

4 Secus eſt in epiſcopo, † & archiepiſcopo electis, & confirmatis; quia ſi non conſecrati appellantur electi; non autem epiſcopus recepto pallio, vt in.c.ita de his quæ ſiunt à prꝗla.facit quòd not.in clem.1.de bapriſ.& in.c.niſi.de autho.& vſu pal. Et poteſt aſſignari ratio diuerſitatis, quia propter conſecrationem epiſcopi confertur ordo vt not.gl.in proemio 6.quòd non contingit in abbate, vel abbatiſſa quib⁹ non confertur ordo per benedictionem. Item quia non eſt conueniens, ꝙ epiſcopus obtineat nomen epiſcopale, ſeu pontificale priuſquam habeat ordinem epiſcopalem; cum per ipſum ordinem exerceat

5 epiſcopalia. ¶ Tertio no.ꝙ † abbatiſſa benedicitur ſicut abbas, probatur in.c.indemnitatibus. de elect. lib.6. Aduerte tamen quia benedictio vtriuſq; nō eſt eiuſdem effectus, quoniam abbas benedictus benedicit monachos; vt de ſupplen.negli.prꝗla.c.1. & confert ordines minores, vt.c.contingat. de ætate. & quali.& hoc non poteſt facere abbatiſſa; quia tales act⁹ ſunt viriles, vt ꝓbatur in.c.dilecta. de maio. & obe.&.c.dilecti.de arbi. &.c.noua.ſ. de pœnit.& remiſ.Et ſic habes, ꝙ benedictio abbatis, & abbatiſſę eſt diuerſi effect⁹. benedictio enim abbatiſſæ pōt ſięri ſingulis diebus, facit.c.2.de cōſe.eccle.vel alta. Secus in benedictione abbatis, cū illa non ſit omninò ſimplex, ſed ex ea dependet ordinandi poteſtas, vt eſt gloſſ.in ver. benedici.& ibi, Pau. de Leaz. & ibi dixi in clem.attendentes.de ſta.mo.vide Hoſtien.in c.cum contingat. de ætate. & quali.D.m.in.c.cum ſis.

6 de cōſec.eccle.vel alta. ¶ Vtrum autem † abbatiſſa de neceſſitate ſit benedicenda, dic, ꝙ in monaſterijs in quibus abbatiſſa conſueuit benedici, ſi intra annū non facit ſe benedicere, priuata eſt iure iam quæſito; ſecus vbi conſuetudo hoc nō haberet. & vide gl. & quod ibi dixi in.d.cle.attendētes. ¶ Quarto no. ꝙ contra petentem benedictionem ſolitam conferri abbati, & abbatiſſæ poteſt excipi de crimine; ſicut contra petentem conſecrationem epiſcopalem. Ex quo infertur, ꝙ talis benedictio non eſt meri facti, ſed tribuit aliquid iuris. nam ſi eſſet meri facti exceptio non admitteretur contra habentem plenū ius, vt not.in.c.conſtitutus.ſ. de appella. &.c.accedens.ȷ.eod.& vide, ꝙ ego no.in.c.ſuper his.ȷ.eo.in 4.not.4.q.&.d.c.accedens. Facit quia talis benedicendus

cendus examinatur, de quo vide Ioan. And. in. c. venerabilem. de elec. sup ver. examinato. vers. sed nunquid. Ex quo dicebat hic Guil. quòd iste cui papa committit benedictionem debet admittere exceptionē. non enim est merus executor cum habeat examinare, vt dictum est. 33. dist. laici. Vnde dubitabat Boatinus hic, secundum Io. Andr. si fieret benedictio abbatis contra legitimam appellationem,
7 an teneret. dubium † pendet, an talis benedictio sit iterabilis, vel nō: de quo in gl. in. d. ver. benedici. in. d. clem. attendentes. & ibi dixi. In consecratione autem episcopi non est dubium; quia imprimit caracterem, etiam si illa iniustè fiat, vt probatur in gl. in vers. firmitatis. in. c. prouida. de elect. libr. 6. licet quidam tenuerint contrarium. de quibus in proemio. 6. ¶ Quinto not. ꝙ inimicus repellitur nedum ab accusatione, vt. c. cum. P. §. eo. sed etiam à volun-
8 taria exceptione. † dicitur autem voluntaria exceptio, quia spontè non molestatus venit ad iudiciū, vt faciebat iste. H. qui nullū speciale interesse ptendebat. sim. dicit Inno. in. c. super his. §. eo. & ibi dicam in ver. accusatus. in glos. & dicit Inno. in. c. dudum. 2. de elec. ꝙ talis exceptio in multis habet vim actionis. vide quòd dicam in glo. super verb. accus.
9 §. eod. c. super his. ¶ Sexto not. ꝙ † manifestus inimicus nō solum repellitur si opponatur à parte, sed etiam iudicis officio, vt de his duobus notabilibus plenè dixi in. c. repellantur. §. eo. ¶ Vltimo not. ꝙ
10 ex testimonio † cōtra aliquem in causa criminali ꝑsumitur orta inimicitia; quòd qualiter debeat intelligi, dixi. §. c. cū. P. ¶ Gl. 2. sentit cōtrariū, & soluit. In fi. dic, vt dixi in. 4. not. Gl. 3. sentit contrarium; & fortè intelligit gl. etiam si laicus esset. cum simonia sit de criminibus exceptis, soluit glo. ꝙ iste fuit repulsus, tanquam inimicus manifestus. In fi. glo. dic,
11 no. ergo ex gl. ꝙ † crimina excepta non faciunt inimicum legitimum accusatorem, de quo dic, vt dixi, in. d. c. repellantur. §. eo. ¶ Glo. fi. est literalis, & in fi. dic de materia hac, vt dixi in. d. c. cum. P. §. eod. Extra glos. oppo. primo enim videtur, ꝙ iste iudex iuridicè distulerit non benedicere istā abbatissam, ex quo de ea pendebat accusatio, vel delatio. vt. c. omnipotens. §. eo. Sol. dicunt quidam, ꝙ ideò hic non benè differebat benedicere, ex eo quia iste H. non porrexerat accusationem, sed dicebat accusaturum. vnde propter futuram accusationem nō debebat se impediri. Alij dicunt, ꝙ benè fecit differēdo. Et sic fatentur contrarium; sed hoc non placet hic Host. q dicit, ꝙ imo malè distulit, & ad. c. omnipotens. respondet, ꝙ loquitur quando apud bonos, & graues erat orta infamia ex accusatione, vel denuntiatione iam facta; hic vero non erat orta infamia, quia non erat formata accusatio, nec formari poterat, cum esset inimicus; immo per accusationē formatam à repulso propter inimicitiam non causatur infamia, vt. c. cum in iuuentute. de præsumpt. &. c. qualiter. 2. ver. antiquioribus. inf. eo. Sed tu aduerte, quia non sequitur, est accusatus, ergo infamatus. Ad quod vide, quod dixi in. c. 1. in glo. fi. &. c. cū P. §. eo. adde tamen, ꝙ etiam posito quòd debuisset differri talis benedictio, ex eo, quòd quis diceret se velle accusare, tamen in casu nostro debebat differri, cum frustra expectaretur euentus, nil operaturus. nam cum iste esset manifestus inimicus, etiam accusans debebat repelli. ¶ Secundo oppono. nam ex quo iste detulit appellationi, non debebat amplius se intromittere, vt. c. cum appellationibus. de appel. lib. 6. Sol. hæc litera non sentit, quòd detulerit; sed de facto videbatur differre non benedicēdo. & hoc patet per tex. dum dicit, non decet. nō autē dicit, non decuit. quia denotaret quòd detulisset. Et dato quòd poneret illū detulisse; hæc tamen litera non probaret deferentem posse pœnitere. nam hic fiebat remissio per iudicē ad quem, quod fieri pōt, vt. d. c. cum appellationibus.

CAP. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Accusator ante inscriptionem ab accusatione sine pœna desistere potest, & num. 8.*
2 *Accusatio nunquid possit fieri per literas.*
3 *Canonici proprium prælatum accusare possunt; inferior superiorem accusare potest.*
4 *Citationis modus super crimine.*
5 *Citationis effectus ad successorem transit.*
6 *Index seruata iudiciaria grauitate procedere debet.*
7 *Desistenti ab accusatione est imponendum perpetuum silentium; ampliatur, & declaratur, vt ibi, & nu. 11.*
8 *Procurator in causa criminali ex parte accusatoris interuenire potest.*
9 *Delator criminis desistere potest ab accusatione, dummodo id faciat antequam se inscribat.*
10 *Papa debet potius delectari in odorem bonæ famæ, quā malæ.*
11 *Modus procedendi contra intimantes, seu deferentes crimina superioribus.*
12 *Intellectus verus istius. c. licet.*
13 *Absentiæ beneficium quandoque præualet beneficio minoris ætatis.*
14 *Accusator occultus causatiuè compellitur accusare.*
15 *Accusator an possit desistere quandocunq; ante litis contestationem, absq; eo quòd incidat in turpilianum.*
16 *Puniri non debet quis duplici pœna ex eodem delicto.*
17 *Argumentum in contrario sensu non est permissum quando sumeretur contra iuris dispositionem.*
18 *Mulier non tenetur pœna senatusconsulti turpiliani.*
19 *Pœna senatusconsulti turpiliani est multiplex.*
20 *Pœna ordinaria turpiliani, quæ sit.*
21 *Pœna extraordinaria turpiliani quæ sit.*
22 *Desistere ad accusatione, quando quis dicatur.*
23 *Actor in causa ciuili post datum libellum causam prosequi cogitur.*
24 *Inscriptio ad pœnam talionis in libello fieri solet.*
25 *Citatus ab vno Iudice, an coram eius successore absq; alia citatione comparere teneatur.*
26 *Successor in dignitate, & si succedat in causa coram suo prædecessore intentata, respectu tamen citatorij edicti non succedit.*
27 *In citatione fienda in causa criminali libelli formam inserere an sit necesse.*
28 *Reo comparenti in causa criminali induciæ ad deliberandum dandæ sunt.*
29 *Accusare eundem de eodem crimine plures non possunt. Fallit tamen vt ibi.*
30 *Inferior superiorem corrigere an possit.*

31 Monitio

31 *Monitio vnica de prosequendo accusationem, an sufficiat adhoc, vt actori, qui ab ea desistit perpetuum silentium imponi possit.*
32 *Ad inquisitionem non proceditur, nisi præcedente infamia. Declara tamen vt ibi.*
33 *Inquisitio fit aut super fama, aut super veritate criminis.*
34 *Sententia per quam imponitur perpetuum silentium est interlocutoria habens vim diffinitiuæ.*
35 *Iudicium intentatum per accusatorem, cui impositum fuit perpetuum silentium, reo non excipiente, tenet.*

1 Licet. † Ante inscriptionem potest accusator ab accusatione desistere
sine pœna; & si non venerit ad ter-
minum, ei silentium imponitur. h. d. secundum Ioã.
Andr. Vel sic, & notabilius. Dicens se accusaturum
aliquem coram iudice, ante inscriptionem potest
sine pœna desistere, & non accusare; sed ei desistenti
imponitur perpetuum silentium. h. d. Primo narrat
factum. Secundo ibi, nos igitur. duo diffinit, & ter-
tium committit. secundum ibi, quia verò. tertium
ibi, ne autem. Itẽ prima pars quinq; intendit, vide-
licet Archiepiscopi delationem, ipsius citationem,
& etiam comparitionem, differentium requisitio-
nem, & ipsorum responsionem. secunda ibi, Cele-
stinus. tertia ibi, cum autem. quarta ibi, ne aliquid.
quinta ibi, ipsum autem. & dicit hic Ioan. An. quòd
hæc decre. tractat de eodem facto, de quo in. c. fin.
2 ĩ. de purga. canoni. ¶ Not. primo ex tex. ꝙ † accu-
satio potest fieri per literas, & ꝙ accusator potest pe
tere, ꝙ reus citetur vt veniat responsurus libello etiã
absq; quòd mittatur copia libelli. Sed primo dicto
obst. tex. in. l. 2. C. de exhib. reis. vbi dicitur, ꝙ quan-
do accusatus est citandus de longinquo, citatio non
debet cõmitti antequam accusator se inscribat; cu-
ius contrarium innuit hæc litera, dum dicit, ꝙ ideò
non imputatur istis canonicis; quia desisterunt citra
vinculum inscriptionis. si ergo necessaria est inscri-
ptio; ergo debet esse præsens; quia aliàs ad pœnam
talionis non posset se inscribere. ad idem est tex. in
c. per scripta. 2. q. 8. vbi. tex. vult, quòd per literas nõ
possit fieri accusatio. dicit D. m. hic, ꝙ doc. non tan
gunt hoc; tangit tamen Ioan. Andr. in. c. 1. s̃. eod. &
adde hic quod ibi dicitur. Potest tamen responderi
secundum eum, quòd illa. l. 2. procedit de iure; sed
consuetudo reperitur in aliquibus locis, quòd cita-
tio fit non præmissa inscriptione, & sic saluatur, &
intelligitur tex. noster de consuetudine; quoniam
aliàs papa non seruasset iudiciariam grauitatem; si-
cut attestatur hic obseruasse. Sed tu vide, quòd Ioã.
And. format hoc cõtrarium in. c. 1. s̃. eod. vbi dicit,
quòd quando accusatus debet venire de longinquo
accusator debet prius se inscribere, q̃ accusatus ci-
tetur. per. d. l. 2. secundum Vinc. licet papa hic con-
trarium fecerit vt ipse ibi dicit. sed pro dicto Do.
mei, ꝙ in hoc operetur consuetudo & valeat, vide in
Spec. in tit. de accu. §. 1. ver. in his. in tertia parte. vbi
dicit, ꝙ qui vult accusare debet se præsentare coram
iudice, & dicere, Domine Iudex ego volo talẽ accu-
sare de tali crimine vnde peto vt eum citetis. Iudex
vero debet dicere, De quo vis eum accusare, obliga
te ꝙ accusabis, & inscribes, & accusationem prose-
queris, & alia facies, quæ requiruntur in accusatione
fienda. hoc tamen secundum ipsum Specul. de con-
suetudine non seruatur. Sed solue contrarium aliter
& melius, videlicet, ꝙ hic non fuit propriè accusa-
tio, sed intimatio criminum, quam faciebant ipsi
canonici, & super ipsius criminibus petebatur cita-
ri delatus, secundum Ioan. And. hic post Inno. & sic
non obst. c. per scripta. s̃. alleg. in contrarium, quod
vult vt dixi, qđ per epistolas, vel literas non fiat ac-
cusatio, & ideò ꝙ ista nõ fuit ꝓpriè accusatio. ¶ Se
3 cũdo no. ꝙ † canonici possunt accusare ꝓpriũ p̃latũ,
& sic inferior potest accusare, vel denuntiare supe-
riorem, dixi in. c. ex. parte. & c. cum. P. s̃. eod. & di-
4 cam. in. c. veniens. ĩ co. ¶ Tertio not. † modum ci-
tationis super crimine, videlicet, vt citetur reus vt
veniat ad respondendum his, quæ sibi obijciuntur
super tali crimine, & sic videtur ꝙ non sit necessa-
rium, ꝙ in tali citatione, inseratur tenor libelli. de
hoc dicam. ĩ. latius. & in hoc tex. iste videtur nota-
bilis, allegat Bar. in. l. inter accusatorẽ. ff. de pub. iud.
contrarium tamen tenet glo. 1. in. c. 2. s̃. de dila. vbi
dicitur, ꝙ debet inseri tenor libelli. De hoc latius
5 dicã. ĩ. potest gl. ¶ Quarto not. ꝙ † citatio prædе-
cessoris arctat citatum vt compareat coram succes-
sore, & sic effectus citationis trãsit ad successorem.
6 & de hoc latius. ĩ. dicam. ¶ Quinto not. ꝙ † iudex
debet ꝓcedere seruata iudiciaria grauitate, ad hoc.
vide. c. licet. s̃. de proba. & fuit ista grauitas in non
procedendo contra absentem, vel in deliberando
an esset citandus, vel & tertio in assignando termi-
num, quantus esset dandus secundum Boatinum.
7 ¶ Sexto not. ꝙ † desistenti ab accusatione est impo
nendũ ꝑpetuũ silentiũ, nec amplius est audiendus, si
vellet accusare, imo plus probat iste tex. secundum
D. meum, quòd non solum ille qui desistit ab accu-
satione repellitur; sed & ille qui dicit se coram iu-
dice accusaturum & desistit; quòd tamen arbitror
verum, si fuit impositum silentium per sententiam
vt hic aliàs fortè secus esset. sed de hoc dic, vt latius
8 dixi in. c. de his. s̃. eo. ¶ Septimo not. ꝙ † in causa
criminali ex parte deferentis potest interuenire ꝓ-
curator, de quo hic per Inno. Ego dicam in. c. ve-
9 niens. ĩ. co. ¶ Octauo not. ꝙ † delator criminis po
test desistere ab accusatione impunè; dummodo id
10 faciat antequã se inscribat. ¶ Vltimo not. ꝙ † papa
debet potius delectari in odorem bonæ famæ, q̃ ma
læ, & ideò committit inquisitionem super bona, &
mala; Et not. quòd hic non committit inquisitionẽ
super substantia criminis; sed super infamia, ꝙ qua-
liter intelligatur dicam in glos. fi. ¶ Glos. 1. format
duo contraria, & soluit. & secundum ponitur ibi,
sed videtur. & in solutione primi contrarij intermi-
scet vnum incidens ibi, & no. In eadem glo. ibi. l. tẽ-
pus. dic, ista. l. & sequentia iura alleg. in glo. voluũt,
quòd qui abest rei publicæ causa habeat terminum,
intra quem ire, & redire commodè possit, habita ra
tione infirmitatis, hyemis, discriminis viarum, tem-
poris, & similium. si verò sponte moraretur in loco,
illud ei non proficit. ¶ In eadem ibi, quia accusa-
tor prius monendus est. dic, & ad idem facit glo. 4.
q. 5. quisquis. Hosti. tamen hic dat tertiam so. vide-
licet, ꝙ ideò isti fuerunt requisiti; quia adhuc se nõ
inscripserãt, cũ nõ per modum accusationis, sed ꝑ
modum cuiusdam denuntiationis, seu intimationis

contra archiepiſcopum crimina ꝓpoſuiſſent. Not.
11 ergo ex glo. & ex dictis Hoſt. vnum † modum pro-
cedendi contra intimantes, ſeu deferentes crimina
ſuperioribus, & quantum eſt in ſe, infamantes de-
latos; videlicet, quòd ſi ſint præſentes moneantur vt
accuſent, & ſi non accuſant imponitur eis perpetuũ
ſilentium ſuper poteſtate accuſandi. Tu verò pro
ſolutione contrarij diſtingue, & clarius ſecundum
D.meum, ꝙ interdum ſtatuitur terminus accuſato-
ri, intra quem debeat accuſare ſecundum formam
l. diffamari. C.de ingen.manu.&.l.ſi ea.C.qui accu.
non poſ.&.l.titia.ff.eo.& tunc ſi hoc non fecit intra
terminum ſibi ſtatutum, imponitur ſibi ſilentium
per ſententiam, quæ tranſit in rem iudicatam ſi non
appellauit; adeò quòd volens poſtea accuſare, am-
plius non auditur vt in dictis iuribus; & eſt tex.not.
in.d.l.titia.& dixi in.c.de his.ſ̄.eod. Quandoque
verò terminus ſtatuitur accuſato ad inſtantiam accu
ſatoris, & hoc caſu ſi accuſator non comparet in ter
mino, non eſt incontinenti ipſi accuſatori ſilentium
imponendum; ſed iterum citandus eſt, ſaltem quò
ad hoc, vt accuſatus abſoluatur ab inſtantia iudicij.
Ita loquitur.l. qui crimen. C.qui accu. non poſ. Et
ſi accuſator intra dictum terminum non comparet,
imponitur ſibi ſilentium perpetuum, vt ibi, ad qđ
facit qđ not.in.c.conſuluit.ſ̄.de offi.deleg.punitur
etiam talis accuſator contumax extraordinariè, &
ad ſumptus litis, vt.d.l.qui crimen.Facit ergo iſtam
termini aſsignationem ad hoc, vt poſsit accuſatori
imponere perpetuum ſilentium. vide Spec.in tit.de
accu.verſ.quinto.in princ.in.3.parte.vbi etiam tra-
dit qualiter debeat fieri iſta citatio accuſatoris, qui
abeſt per totam contumaciam, & per Bal.in.d.l.qui
12 crimen.†Sed contra prædicta opponitur; videtur
enim, qđ non debuerit iſtis canonicis imponi per-
petuum ſilentium, argu.eius quod dicit gloſ.in ſeq.
parte, quæ vult, ꝙ iſte nuntius exceſsit formam man
dati accuſando, nam ſi exceſsit formam mandati ac
cuſando, non debebant iſti haberi pro accuſatori-
bus, & ſic iuridicè non poterat eis perpetuum ſilen-
tium imponi. Præterea ſi hoc eſſet verum, qđ nun-
tius in literis exceſſiſſet formam mandati non eſſet
congrua ratio, quæ aſsignatur in tex. ibi dum dicit,
non imputatur eis deſiſtentia; quia deſtiterunt citra
inſcriptionem; quia non poteſt dici deſiſtere qui
non inchoauit accuſationem. Præterea & tertio, ſi
nuntius iſte non habet mandatum ad proponendã
accuſationẽ, & ad faciẽdum citari archiepiſcopum,
non debuit papa adhibere ſibi fidem; quod tamen
fecit, & dicit ſeruaſſe iudiciariam grauitatem. Vnde
dicit hic D. meus, quòd propter hæc contraria, hę
decret. redditur valde intricata, & difficilis, maximè
præſupponendo quod dicit glo. noſtra, qđ iſtis ca-
nonicis parcitur, quia nuntius exceſsit formam mã-
dati. vnde dicit, qđ ſi opin.glo.eſſet vera, contraria
erunt quaſi indiſſolubilia. Et ideò ipſe aliter intel-
ligit tex. quàm intelligat gloſ.noſtra, videlicet, ibi
dum dicit, quòd nuntius exceſsit formam manda-
ti. continet allegationem canonicorum; ſed papa
noluit ſtare huic allegationi; vnde proceſsit con-
tra illos tanquam contra accuſatores, vel profeſſos
ſe accuſaturos. & ideò cum dicerent ſe nolle accuſa-
re, imponitur eis ſilentium; non tamen imputaĩ eis
ꝙ deſiſterint ab accuſatione, vel propoſito accuſan-
di, quia adhuc ſe non inſcripſerant; vel quia hoc for
tè non fuit petitum. Imponitur tamen eis ſilentiũ,
ne illa citatio videatur omnino fruſtratoria, vel quia
cum ex tali denuntiatione infamaſſent archiepiſco-
pum, potuit eis pręfigi terminus ad accuſandum, ſe-
cundum formam.d.l.diffamari.C. de ingen. manu.
quo termino elapſo debet eis ſilentium perpetuum
imponi. Sed dicit D.m. hic, ꝙ licet iſte vltimus in-
tellectus ſit verus in ſe; tamen non congruit literæ.
quia hoc ſilentium imponitur eis vt deſiſtentibus, &
ideò dicit ꝙ melior eſt præcedens. Sed tu aduerte,
quia ſecundum intellectum D.mei iſti debebant in
expenſis condemnari, & non fuerunt condemnati.
vnde propter hoc iſte tex. redditur valde difficilis.
13 Præterea ego dicerem, ꝙ † verus intellectus iſtius
c.eſt.ꝙ nulla fuit propoſita accuſatio, nec per nun-
tium, nec per canonicos; quoniam ipſi canonici in-
timarunt per literas crimina ipſius archiepiſcopi,
nec apparet ꝙ nuntius propoſuerit accuſationẽ. hic
intellectus probaĩ ex tex. ibi, dum dicit, ſi quid ſup
præmiſsis aduerſus te pro ſe, vel alijs ꝓponere vel-
lent. Et ſic not.verbum proponere, ꝙ nec per nun-
tium, nec per ipſos aliqua accuſatio fuit propoſita.
nam ſi propoſita fuiſſet, non quæſiuiſſet papa an vel-
lent proponere; ſed vtrum vellent proſequi, vel ge
rere cauſam, vt dicit tex. in.l.qui crimen.C.qui. ac-
cu.non poſ. Nuntius tamen fortè in aliquo exceſſit
formã mandati; puta qa fecit archiepiſcopũ citare
vt hic dicit Inno.& ſeq.Io. And.non tamen accuſan
do; ſed dicendo fortè ſe nolle accuſare, vel canoni-
cos accuſaturos. vnde propter talem accuſationem
non debuerunt iſti canonici condemnari in expen-
ſis; vt dicit glo. noſtra, & benè.litera tamen nõ ape-
rit in quo iſte nuntius exceſſerit formam mandati,
vnde per hunc intellectum poteſt reſponderi ad cõ-
traria D.mei; Primo, ꝙ iſtis accuſatoribus impo-
nitur perpetuum ſilentium propter intimationem
criminum, quam fecerunt de archiepiſcopo; Vt qa
dixerunt poſtea ſe nolle ꝓponere quod ſcripſerãt;
vnde non propter factum ipſius nuntij; ſed propter
factum ipſorũmet imponitur eis ſilentium. nec eſt
verum, qđ pp deſiſtentiam ſolum imponeretur eis
ſilentium, quia hoc non dicit tex. noſter; licet in ſe-
cunda parte in ver.quia verò. dicat ꝙ deſiſtentia nõ
imputatur eis. Intelligo ergo vt dixi, quòd pp hæc
tria imponitur ſilentium, videlicet, qđ infamauerãt
archiepiſcopum, & fuerunt moniti vt proponerent
accuſationem, & dixerunt ſe nolle proponere. Et
in hoc redditur iſte tex. not. Item non obſt. ſecun-
dum, arg. D.mei, quia poſſumus dicere qđ ibi deſti-
terunt à propoſito volendi accuſare, quod videban
tur habere cum intimarent crimina contra archie-
piſcopum; & hæc ſolũ. probatur apertè per tex.in
l.miles.§.ſocer.ff.de adult.vbi tex dicit, ꝙ ille ſocer
fuit proteſtatus ſe accuſaturum nurum, & non accu-
ſauit; & tamen dicit tex. maluit ab accuſatione de-
ſiſtere. Tertium arg. D.mei eſt valde difficile, quòd
papa non debuit adhibere fidem huic nuntio reſpe-
ctũ citationis ſi non habuit mandatum; poteſt re-
ſponderi tamen, qđ ſatis poterant credere, & trahi
in eam partem, ꝙ citari faceret archiepiſcopum per
literas canonicorum, quę intimabant crimina ipſius
archie-

archiepiſcopi. vnde ne fortè videretur negligere
correctionē archiepiſcopi fecit ipſum citari; attētis
pluribus, quæ ibi occurrebāt, ſcilicet nuntij petitio;
& intimatio facta per literas. In eadem gl. ibi. §. ſe-
natus. dic, vbi dicitur, ꝙ ei qui defert res in fiſcum
imponitur perpetuum ſilentium ſi fuerit cōtumax,
13 & fideiuſſores eius tenētur. † Vltimo not. ſecūdum
Vinc. ex hac gl. in ver. & not. vnum caſum in quo be-
neficium abſentiæ præualet beneficio minoris ętatis.
¶ Glo. 2. infert ex tex. in fi. dic, vt dixi in præce-
denti. ¶ Glo. in ver. de cętero, quærit, an iſti cano-
nici poſſent accuſare iſtum archiepiſcopum de no-
uo delicto, & ſoluit qđ ſic. In eadem glo. ibi, qui
deſtitit. dic, ibi tex. dicit, ꝙ ille qui deſtitit amplius
agere, vel accuſare prohibetur. In eadem ibi, ſi rem
meam, dic, hæc iura alleg. in glo. volunt, qđ in rei
vendicatione, & actione ad exhibendum, ſi aliquis
fuit abſolutus, quia non poſsidebat, ſi poſtea ince-
pit poſsidere, & de nouo agatur cōtra eum, nō obſt.
exceptione rei iudicatæ. In eadē glo. in fi. dic, & ra-
tio eſt; quia per talem deſiſtentiam non eſt effectus
infamis; ſecus autem ſi pro deſiſtentia incidiſſet in
ſenatuſconſul. turpil. & ſic eſſet effectus infamis,
vt. l. 2. ad ſenatuſconſul. turpil. & ideò propter hanc
cauſam non poſſet accuſare, etiam de alio crimine.
vide quæ dixi in. c. de his. ēx. eod. & de infame in. c. 1.
ēx. eod. ¶ Glo. pe. ſentit contrarium ad tex. quòd iſti
debebant compelli agere. argu. authen. qui ſemel.
C. quomo. & quan. iudex. glo. ſoluit diſtinguendo.
In eadem ibi, ſi quis iratus. dic, & adde quod nota-
89 fur.fec.dic.&.c.in sacris.§.de sepul. Nam † dictio, alios facit positionem, & est repetitiua qualitatis ꝓcedentis, vt in dictis iuribus. & dixi in clc.1.de resc. & hoc arbitror procedere siue ad iudicem, siue ad partem competat electio alternatiuæ. Si verò pœna expressa in vna parte alternatiuæ, esset pecuniaria; puta, puniatur in centum, vel alia pœna. & hoc casu arbitrarer admittendum procuratorem; quia nõ potest eligere iudex, vel pars, ad quã spectaret electio, aliam pœnam, quæ esset dissimilis pecuniariæ. Ad quem articulum adde quæ dixi in.d.c.sicut. in prin. io vlti.q.& licet iudex, ad quem spectaret electio, posset causa cognita dissimilem pœnam imponere, quo casu videtur maius dubium, & dubitatio insurgit; an à principio dicatur arbitraria, vel ex accidenti, vt dixi in præcedenti questione; quia cum videatur competere originaliter, dum dixit, vel alia pœna, videtur q̃ non possit interuenire procurator. vt dixi in præced. quęst. Contrarium tamen arbitror verum; quia arbitraria originalis erat pecuniaria, vt dictum est. Corporalis verò arbitraria ex accidenti, propter aliquam causam. vt puta, cum multis crassantibus opus sit exemplo, vel propter similem cãm. & ideò posset interuenire procurator, vt dixi in quæst. pręced. & hoc adde ad ibi dicta. Et prędicta not. quia vt arbitror, alibi non reperies. ¶ Se-
90 ptimo qnero, † vtrum in casibus, in quibus dubitatur, an veniat imponenda pœna corporalis, vel pecuniaria, admittatur procurator. verbi gratia. Accusatur quis de vulnere, & dubitatur, an vulnus sit mortale, vtrum debeat admitti procurator, saltem sub conditiooe, vt habeatur pro uon admisso, si contingat illum mori. Bal. io dicta.l.penul.§.ad crimen.ff. de pub.iud videtur tenere quòd sic: Facit quod nota.in.l.eleganter.§.si dolo.ff.de dolo. & dicit tenere Iacob.de Belui. & etiam videtur tenere Iacob. de Are. vt refert Bal. in.l.prætor ait.in princi. de dam. iofec. per quem tex. videtur probari dicta opinio, & secundum prędictam opinionem videtur sequi, quòd in casibus, in quibus est dubium, an possit sequi pœna corporalis, an pecuniaria, quòd debeat admitti sub dicta conditione. quòd adde his, quæ dixi in quarta quæstione, in cautelis, quas

dedi circa admittendum procuratorem. Sed dicit
Io.de Imo.in.d.§.ad crimen. quòd forte prædicta
opi.non eſt vera; quia pars ſemper poſſet eligere
dare procuratorem ſub tali cõditione.& poſtea cõ-
demnatus pœna corporis afflictiua deloderet iudi-
cium,& ſic delictum remaneret impunitum, contra
.l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil. &.l.ſi prætor ait.ff.
de dam.infe. ¶ Sed tu aduerte,quia melior videtur
ratio præcedens,vel opi. vt admittatur procurator,
etiam ſine illa cautela. arg.not. per Bal.in.l.ſeruum
quoque.§.publicè.ff.de procur. verſi. tertio quæro.
vbi dicit, q̃ talis poteſt reſpondere per procurato-
rem:& ita dicit Dy.cõſuluiſſe; quia ex illo proceſſu
non ſequitur condemnatio de occiſo; ſed ad pœnã
ſtatutariam, vt.l.ſi vulnerato ſeruo.ff ad leg.Aquil.
q̃ dicit notabile. Facit etiam, quia non tenentur fi-
deiuſſores talis proceſſus de occiſo,ſm Iac.Butriga.
& Iac.de Belu.& ratio eſt,quia mutatur tam ſpecies
criminis,q̃ ſpecies pœnæ;& requiritur nouus libel-
lus de occiſo,vt not. Iac.de Are. in.l damni infecti.
§.Sabini.ff.de dam.infec. & tenet Bal.in.d.l.ſi vulne
rato ſeruo. Ad quod etiam facit quod ipſe Bal.not.
in.c.1.quib.mo.feu.amit.&.c.1.§.iniuria.de pa.iur.
fir.in vſib.feu.vbi vide pro prædicta opin.facit quod
tradit do.Floria.poſt Bal.in.d.l.ſi vulnerato. vbi te-
91 net,q̃ † ex proceſſu facto contra vulnerantem de vul
nere,non poſſit ſequi condemnatio de occiſo; ſed
debeat fieri nouus proceſſus. & tenet Iaco.de Belui.
in quæſt.quæ incipit,Regni conſtitu.cauetur. quam
etiam ponit in.l.ſi.C.de duo.re.:& ad hoc etiam fa-
cit quod not.do.Floria.in.l.ait lex.in prin.ff.ad leg.
92 Aquil.vbi vult,q̃ † pax facta de vulnere,non opitu-
letur ad remiſſionem pœnæ;ſi ex vulnere ſequuta ſit
mors,ſi facta ſit ſimpliciter de vulnere. & Bart.& Io.
de Imo.in.l.damni infecti.§.Sabini. ff.de dam.infe.
& Dy.& Bar.in.l.fideiuſſores magiſtratuum.ff.de fi-
deiuſſ.& per Bar.in.l.denunciaſſe.§.qui tamen.ff.de
adul.Spec.in titu.de accuſa.§.1. verſi. quid ſi primo
actum. hoc tamẽ arbitror verum, vt dixi.ſ.niſi eſſet
actum taliter de vulnere,q̃ ſententia poſſet ſequi de
occiſo;vt puta ſi eſſet actum contra vulnerantem,q̃
animo occidendi vulneraſſet, per.l.is qui cum telo.
C.ad leg.cor.de ſica.& Inſti. de pub.iudi.§.item lex
cornelia.vel q̃ telum in vulneratum animo occiden
di iniecerit,vt.l.1.in prin.§.diuus.ff.ad leg. corn. de
ſic.quia tunc non poſſet interuenire procurator, q̃
probatur per not.ſingulariter per Io.And.in ſimili-
bus terminis in addi.Spec.in rub.de inquiſit.vbi om
nino vide,& perpetuò notabis. Nec arbitror hunc
admittendum ſub conditione,ſm quod dictum fuit
in prima opin.Bal.quia dicta cautela mihi non pla-
cet;ne iudicium poſſit reddi deluſorium,contra qđ
debet iudex totis viribus laborare. & ideò licet de-
beat ferre ſententiam pro eo, qui diſtulit opponere
exceptionem reddentem iudicium retro nullum, ſi
ipſam oppoſuit,& ꝓbauit; tamen ipſum debet cõ-
demnare in expenſis,vt not.glo. magna ſingulariter
circa medium.in.c.1.de reſcri. & ꝓbatur in.c.ex-
ceptionem.& ibi dixi.ſ.de except. Item aduerte,
quia prædictam limitationem arbitror procedere,
ſi ageretur de iure communi. ſed ſi ageretur ex for-
ma ſtatuti imponentis pœnam illi, qui occiderit:
quo caſu non ſufficit vulneraſſe,etiam animo occi-

dendi,vt not.Bar.& ſequuntur doct. in.l.is qui cum
telo.ff.ad leg.aquil.& alijs iuribus.ſ.allegatis. arbi-
tror,quòd eſſet attendenda concluſio; an eſſet talis,
ꝓ q̃ quam ex petitione, ſeu libello accuſatorio, vel
inquiſitorio poſſet ſequi cõdemnatio de morte,do-
mum ſequuta,quo caſu diceretur ꝓcuratorẽ non ad-
mittendum,ſecus ſi ſimpliciter actum eſſet de vulne
re,licet adiecta eſſet qualitas, quòd aĩo occidendi,
arg.not.ꝑ Io.And.in.d.addi.& prædicta not. & ite-
93 rum not. ¶ Octauo quæro,† quid ſi eſt tale delictũ,
in quo non venit imponenda pœna corporis affli-
ctiua,nec relegationis,ſed infamiæ;vel alia pœna mi
nor relegatione coniuncta infamia; an admittatur
94 procurator?& videtur dicendum q̃ non;quia † infa-
mia æquiparatur morti, vt not. in.l.transſigere.C.de
transac.qua ergo rõne ſi ex crimine venit imponen-
da pœna mortis,non admittitur procurator; eadem
rõne nec in caſu noſtro.In contrarium videtur tex.
apertus in.l.1.ff.an per ali.cau.app. vbi tex.vult,q̃ ſi
pecuniaria ſit cauſa,ex qua ignominia ſequitur, põt
per procuratorem agi.& tenet ibi glo. pro qua glo.
eſt tex.in.l.furti.§.qui alieno. ff.de his qui not.infa.
95 vbi † in iudicio furti poteſt procurator interuenire;
quod iudicium eſt criminale,vt.l.1.ff.de fur.& Inſt.
de ob.quæ ex delit.in prin. &.ff.de act.& obl.l.ex ma
leficijs,& infamat.vt.l.1.ff.de infa. nec ex tali deli-
cto iure digeſtor.imponebatur pœna corporis affli
ctiua;licet hodie quãdoq; imponeretur, vt in auth. Cõis
96 ſed nouo iure.C.de ſer.fugi.& † communiter* ex for opi.
ma ſtatutorum furca ſuſpenduntur. Sol.poteſt dici,
vt ſingu. dicit glo.in.l.non ſolum.§.fi.in glo.pen.ff.
de procur.quæ diſtinguit,quòd aut non agitur prin
cipaliter ad infamandum; ſed ad pœnam pecunia-
riam,vel ſimi.& infamia venit in conſequentiam; &
hoc caſu admittitur procurator,vt in iurib. ſecũdo
loco alleg. Aut agitur principaliter ad infamãdum;
97 & non poteſt interuenire procurator. Facit,† quia
infamia iudicatur maior relegatione, vt traditur in
d.l.transſigere.C.de tranſ. & de neceſſitate probatur
hoc caſu rõne repugnantiæ;quia ſi aliud diceremus;
videlicet quòd poſſet interuenirẽ procurator de ne-
ceſſitate,ſequeretur quòd effectus intentatus ad infa
mandum ſequi nõ poſſet; nam procurator nõ infa-
maretur; quia alieno noĩe interuenit in iudicio,vt
d.§.qui alieno. Itẽ nec dñs,cum ipſe non fuerit cõ-
demnatus,ſed procurator,vt in.d.§.q alieno. ¶ No
98 no quæro,† an ꝓcurator poſſit interuenire, qñ venit
imponenda pœna reuocationis in ſeruitutẽ. Exem-
plum in dño accuſante libertum de re capitali,vt re
uocet eum in ſeruitutẽ.& ita figurat caſum Ange.in
l.ſed & hæ.§.1.ff.de procu. Tu dic,ſecundum Io. de
Imo.& melius,quòd ibi tex.non videtur propriè lo
qui,quando libertus accuſatur de crimine capitali;
ſed quando accuſatur vt ingratus erga ſuum patro-
num,vt patet ibi in tex. Et hoc caſu Ang. in.d.l.pe-
nul.§.ad crimen.dicit,quòd licet ex parte accuſato-
ris poſſit interuenire procurator;tamen ex parte rei
99 nõ credit quòd poſſit interuenire,cõſiderato q̃ † ſer
uitus morti comparetur. & ſic eſt merè capitalis.
hoc tamen non ponit pro conſtanti; ſed dicit cogi-
tandum. Io. de Imo.& ſentit Bar.in d.§.ad crimen.
& do.Ant. hic,melius dicunt, quòd etiam ex parte
rei admittitur procurator,& ratio eſt,quia illa cau-

sa principaliter agitur ad commodum pecuniariũ,
applicandum agenti; ideò procurator non prohi-
betur interuenire, maximè quia existens in posses-
sione libertatis, ꝓuocatur in seruitutem. & profec-
tò satis miror de opin. Ange. cum tex. in. d. l. sed &
hæ. §. 1. apertè dicat, ꝙ patronus per procuratorem
accusare poterit, & libertus respondere per procu-
ratorem. posset tamen, vt arbitror opin. Ang. salua-
ri; quando quis accusaretur, vt reuocaretur in serui-
tutem pœnæ; videlicet, vt damnetur in metallum; &
& sic efficiatur seruus pœnæ. Nam cum ista pęna sit
maior relegatione, non est dubium ꝙ non admitti-
tur procurator, vt. d. l. 1. §. sed si ea. ff. an per ali. cau.
app. & l. 1. C. de iniur. & secundum hunc intellectũ
posset intelligi. 2. q. 6. c. si quando. vel intellige tex.
illum, vt statim dicam. & hoc etiam ꝓbatur in. l. 2.
ff. de pub. iud. & ratio differentiæ sit; quia ista nõ ten
dit ad commodum pecuniarium, sed ad vindictam
publicam, & est crimen capitale; secus quando pa-
tronus ageret, vt reuocaret in seruitutem ad suum
commodum, vt dictum est. ¶ Aduerte etiam, ꝙ etiã
in cã status ad proprium cõmodum, quandoq; non
potest interuenire procurator, etiam ex parte acto-
ris; puta, quando existens in possessione seruitutis
prouocat in libertatem, vt est in. l. 1. C. de asser. tol.
& ita potest intelligi. c. si quando. 2. q. 6. & ita intel-
ligit ibi glo. ꝓbatur. 54. dist. c. frequens. tenet Spec.
in tit. de procu. §. 1. ver. item excipitur contra pro-
curatorem, ꝙ est cã status, vbi vide. ¶ Decimo quę-
100 ro, † quid si venit imponenda pœna relegationis; an
possit interuenire procurator? Sol. hæc quæstio est
valde difficilis, & intricata; & variæ traduntur opin.
Glo. hic in ver. item si crimen. tenet ꝙ admittatur.
& idem tenet glo. 2. q. 6. c. si quando. & glo. in. l. pe.
§. ad crimen. ff. de pub. iudi. & in. d. l. seruum quoq;
§. publicè. ff. de procu. & l. absentem. ff. de pę. & l. 1.
ff. an per ali. cau. app. per illum tex. per quem etiam
aliæ glo. mouentur, intelligendo ꝙ dictio, vsque, po
sita ibi, ponatur exclusiuè. & hanc opin. sequuti fue
Côis opi. runt communiter* antiqui doc. tàm iuris canonici,
q̃ ciuilis. & Io. And. & Host. hic. Iac. de Aret. Odof.
Iaco. But. Guil. de Cu. Ray. de Forli. & cõmuniter*
Côis opi. antiqui doct. vt dixi. Sed Iac. de Rauen. Pe. & Vltra-
mon. vt refert Cy. in. l. reos. C. eod. tit. tenent, ꝙ non
possit interuenire procurator; & sequitur Mart. Syl-
limani. volunt. n. quòd in crimine publici iudicij
non possit interuenire procurator, nisi quando ve-
nit imponenda pœna pecuniaria. vnde concludunt,
ꝙ si venit imponenda pœna relegationis, quòd non
possit interuenire procurator. ¶ Non obstat. d. l. 1.
quia secundum eos, dictio vsque, ibi ponitur inclu-
siuè. & sic facit contra primam opin. pro hac secun-
da opinione. Et hoc probant per tex. illum, qui di-
101 cit. sed capitalis per ꝓcuratorem agi non licet. † Ca
pitalis enim est, quę adimit vitam, libertatem, vel
ciuitatem, vt. l. 2. ff. de pub. iud. vnde si verba sequen
tia in. d. l. 1. dum dicunt, sed & si ea causa sit, ex qua
sequi solet pœna vsque ad relegationem, non opor-
tere per aliam causam agi; si dictio vsque, poneretur
exclusiuè. dictus versiculus nihil importaret. ergo
vt verba aliquem effectum producant, dictio vsque
debet intelligi inclusiuè. ¶ Secundo, mouentur per
tex. in. d. §. ad crimen. qui generaliter loquitur, ꝙ
in crimine publici iudicij non admittitur procura-
tor; ergo si relegatio venit imponenda ex tali cri-
mine, non debet admitti procurator. ¶ Tertio, mo
uentur per. l. 2. C. de procura. dum tex. dicit appel-
lationes pecuniariæ. ¶ Quarto, pro dicta opinione
dicunt esse casum in. l. fina. C. de iniur. canonizata
3. q. 9. §. nisi in crimine. Nam si speciale est ibi in
personis illustribus, quòd in crimine iniuriarum
admittatur procurator; ergo in contrarium est ius
commune, vt. l. 1. in fi. ff. ad municip. cum simili. sed
in crimine iniuriarum potest imponi pœna relega-
tionis, vt. l. fin. ff. de iniur. igitur &c. do. Cyn. in. d. l.
reos. dicit, quòd opinio glo. communiter* seruatur Côis opi.
de consuetudine. & sic sentit, quòd opinio Vltra-
mon. sit verior de iuris rigore. Et ad. §. publicè. re-
spondet, quòd ille tex. non diuiditur in tres partes,
secundum quod glo. ibi legit; sed totus ille. §. loqui-
tur in eo, qui venit ad allegandas causas absentiæ.
sed vt supra dixi, communem* opin. Citramon. se- Côis opi.
quitur glo. per tex. in. d. §. publicè. quem intelligunt
de eo, qui venit ad excusandum innocentiam, & ad
allegandum causas causæ, secundum Iaco. Butriga.
& sic ad defendendum. ¶ Nec obstat. l. 1. ff. an per
ali. cau. appel. quia secundum Iaco. de Aret. & Bu-
trig. ille tex. dum dicit capitalis. debet accipi stri-
ctè pro ea causa, quæ verè ingerit pœnam mortis, &
in versi. sed si ea. loquitur de alijs capitalibus, quæ
continent damnationem in metallum, vel deporta-
tionem, vt tenet Oldra. ¶ Non obstat §. ad crimẽ.
quia licet loquatur indistinctè; tamen debet distin-
gui secundum alias leges. Et ita respondent etiam
ad. l. 2. ff. de procura. Facit quod dixi. s. in secunda
questio. huius membri. ¶ Non obstat. l. fin. C. de in-
iur. coniuncta. l. fin. ff. de iniur. quia secundum Gu-
liel. de Cun. opin. prędicta debet intelligi, quando
duntaxat imponeretur pœna relegationis, vel remo
tionis ab ordine; aut interdictionis, vel similis pri-
uatiua. & clarum esset, quòd maior non posset im-
poni. secus quando imponeretur pœna corporis af-
flictiua; vt ictus fustium, vel similis; quia tunc non
potest interuenire procurator. & ita loquuntur di-
cta contraria. Et si quis diceret, quomodo hoc est?
nam & in. l. fin. C. de iniur. potest imponi pœna exi-
lij, vel alterius interdictionis. respondetur, quòd sa
tis est, quòd possit imponi pœna corporis affli-
ctiua, cum imponatur arbitrio iudicis, vt dixi. s.
in quinta quæstio. & ideò non potest interuenire
procurator, vt ibi dixi. Barto. in. d. §. ad crimen.
dicit, quòd communiter* est tenenda opi. glo. quia Côis opi.
minimè sunt mutanda ex. l. minimè. ff. de legib. &
secundum prædicta iudicandum esset. ¶ Sed di-
sputatiuè de iuris rigore videtur sibi opinio. Vltra-
mon. verior. vnde intelligit dictam. l. j. quòd illa
dictio vsque, non exclusiuè ponatur. & sic ille tex.
facit pro opinione Vltramon. vt supra dixi. ¶ Item
mouetur per alia iura allegata per Vltramon. Non
obstat. §. publicè. quia intelligit illum tex. de eo,
qui venit ad excusandum, vel allegandum causas
absentię, non causas causæ; seu ad plenam defensio-
nem. ¶ Item mouetur per. l. fi. C. de iniur. coniuncta
. l. fi. ff. de iniur. ¶ Nec obst. secundum eum, respõsio
Guliel. quia licet in actione iniuriarum possibile sit
imponi pęnã corporis afflictiuã, qa arbitrio iudicis
&c.

&c. tamen talis pœna videtur esse determinata, quæ consueuit imponi pro tali delicto; vt tradit in.l.qd ergo.§.pœna grauior.ff.de infamibus.vt dixi supra in.5.quæst.vnde potest esse talis persona quæ debet relegari; & tamen non potest interuenire procura-
102 tor.¶ Præterea† pœna relegationis est,qñ damnatur quis, vt debeat morari in certo loco,vt.l.relegatorum.ff.de interdic.& relega.ergò eadem ratio est in relegatione, quæ esset in deportatione, qa nunq̃ posset interuenire procurator.& in hoc residet Bar. in.d.§.ad crimen. Hosti.hic tenet cõmuniter * opi. glo.& Citramon. quam ẽt tenet Fede. in consi.94. & tenet Bal.in.d.l.reos. C.de accusa. in princip. vbi dicit, q miratur de opinio. Vltramon.& quòd aliqs illam sequatur: quia est contra eos casus ex coniunctione duarum legum, ex quibus vna dicit, q ad pœnam relegationis potest absens cõdemnari, vt.l.absentem.ff.de pœnis. alia dicit, qđ vbicunq; absens potest damnari, ibi potest interuenire procurator ad plenam defensionem, vt est tex.in.d.§.publicè. & ideò dicit q opi. Vltramon. est simpliciter falsa. & opi.Citramon. simpliciter vera. Et secundũ prędictam opi. communem * dicit etiam hic D.meus. consulendum, & iudicandum fore. Subdit tamen, q veritate inspecta potius esset tenenda contraria opi. Mouetur primo per ea, quæ dixi in.16.ratione; quando ex parte accusati non admittatur procurator; sed potes respondere,vt ibi dixi. ¶ Secundo, mouetur ex his,quæ dixi etiam in.5.ratione.sed potest etiam responderi,vt ibi dixi.& ad.l. absentẽ. ff.de pœn.quæ vult, q pœna relegationis potest imponi etiam absenti. & sic per consequens videtur q possit interuenire procu. respondet D.m. qđ licet absens possit contumaciter relegari; tamen procurator non potest interuenire; quia non potest legitimare personam suam præstando satisdationem,vt .s.dixi in.6. ratione primæ.q. Ista tamen responsio non videtur bona.vt ibi dixi. Itẽ secundum eum,qa homines consisi,q potest interuenire ꝓcurator, de facili eum constituerent. Et quandoq; per negligẽtiam procuratoris damnarẽtur. cui est obuiandum. ¶ Nec obst. §.publicè.quia vt notabiliter dicit ibi Bar. ille tex. non loquitur in procuratore, sed in excusatore; qđ patet, quia dicit,per quẽcunq;& vtitur similibus verbis, quæ clarè indicant quemlibet admittendum, etiam si sit fœmina,vel minor. vnde nõ potest intelligi in ꝓcuratore. Nec ob. quòd tex.ibi dicit, q admittitur ad excusandum innocentiam; quia excusator debet admitti etiam ad excusandum super crimine; quia ex quo potest procedere iudex in illo casu contra absentem, ex officio debet supplere præsentiam absentis, & inuestigare etiam de eius innocentia. Facit.l.properandum.C.de iudi.& authen. qui semel.C.quomodo & quádo iudex.30. q.5.iudicantem. & quòd not. in.c.2.de arbi.lib.6. vnde si iudex per se debet hoc facere, fortius debet admittere quencunq; excusatorẽ volentẽ ostendere innocentiam accusati; quia excusator qualiscunque sit potest prodesse, & non obesse, cum non habeat mandatum; sed procurator posset etiam obesse. ¶ Ex prædictis igitur patet, q in hoc articulo duplex est principalis opi. vna glo.& Citramõtanorũ. Alia Vltramontanorũ, quã de iuris rigore videt seq Cyn.Bar.& D.meus. Prima fundatur super.d.§.publicè,coniuncta.d.l.absentem. ff.de pœnis. Secunda fundatur principaliter super.l.fi.ff. de iniurijs. vt igitur veritas istius articuli satis intricati clarè elucescat, examinandi sunt intellectus dictarum iurium. ¶ Pro prima igitur opi.vt dixi, videtur tex. in.d.§.publicè.coniuncta.l.absentem. Nam in.d.l. absentem.§.1.dicitur, q in causa relegationis snia potest ferri contra absentem; ergo potest interuenire procurator, vt.d.§.publicè.vers.vbicunq;. Et quanquam Bar.conetur respondere, q ibi non admittitur vt procurator,sed vt quilibet, qui possit ꝓ desse accusato; non autem obesse. hæc tamen respõsio videtur contra tex.illum, qui formaliter dicit quemlibet pro reo absente verba facientem, & innocentiam ostendentem audiri debere; ergo sequi-
103 tur,q etiam procurator debet audiri; cum † oratio sumpta ex vniuerso verificari debeat ĩ quolibet particulari,vt.l.si.is qui ducenta.§.vtrũ.ff.de rebus dub. & quia qui omne dicit,nihil excludit, vt.c.solitæ.de maio.& obe.&.l.2.procuratore.C.mandati.Et propterea,vt tangunt Bal. & Ang. ex responsione Bart. sequeretur, q quis posset facere procuratorem ad faciendum omnia, quæ sibi prodessent; non autem
104 illa, quæ sibi nocerent.qđ videtur falsum; † qa talis procuratoris forma est reprobata, per id, quòd not. Inno.in.c.constitutus.de procu. & quòd notatur in.c.fi.de dila.& per glo.in.c.relatio.21.q.1. per Specu. in titu. de procur.§. ratione autem formæ. vers.item excipitur. & per Paulum in clem.1.de ꝓcur. ¶ Tu aduerte; quia Bart. non videtur hoc voluisse, sed videtur sensisse, q excusator etiam innocentiæ in casu prædicto admittatur sine mandato. ¶ Non obst.l.fi.C.de iniu.quia potest responderi, vt.s.dixi post opin. Cyn. Bart.tamen dictam respõsionem reprobat. pro qua reprobatione facit, quia in casu.d.l.fi.iudex non poterat excedere pœnam relegationis; quia persona erat illustris, vel similis. & tamen dicitur ibi, quòd est speciale, quòd possit constituere procuratorem; ergò in contrarium est ius commune, vt.l.1.in.fi.ff. ad municip. cum si.ergò vbi alias venit imponenda pœna relegationis. regulariter non videtur admittendus procurator. Vnde Ang.in.d.§.ad crimen.dicit,q non videtur,q opi.glossæ,& Citramontanorum possit sustineri; nisi dicamus, q speciale sit in crimine iniuriarum, quòd procurator non possit constitui in illo crimine; licet non possit imponi pœna.s.relegationem; quasi sentiat, q in alijs criminibus possit constitui. sed in crimine iniuriarum regulariter nõ possit. & speciale est in persona illustri,vt possit. & hanc solu. tangit Cyn.in.d.l.fi.licet Ang. ipsum nõ alleget. Sed hæc sol. non videtur bona; quia non est bona ratio diuersitatis inter crimen iniuriarum, & aliud crimen,maximè quia quò ad potestatem dandi procuratorem in criminalibus,non videtur attendenda qualitas criminis; sed qualitas pœnæ imponendæ ex illo,vt d.l.1.§.1.ff.an per ali.cau.ap.& dixi.s.sæpius, & maximè in.1.&.2.q. huius secundi membri. Vnde do.Richar.de Sali.aliter respondet ad.d.l.fi.videlicet,q speciale erat in persona illustri q sibi in crimine iniuriarum imponeretur pœna relegationis. Et ex hoc in consequentiam resultabat, quòd

quòd ſpeciale erat in eo ꝙ poſſet dare procurato-
rem in dicto crimine; quia quicquid eſt cauſa, cauſę,
eſt cauſa cauſati, vt in dictis iuribus. Sed hæc reſpõ-
ſio non videtur bona ſecundum Imo. quia nedum
illuſtri debet imponi pœna corporis afflictiua; ſed
relegationis, aut minoris. imo etiam idē eſt in alijs
inferioribus à perſona illuſtri; vt non poſsit impo-
ni pœna corporis afflictiua, ſed relegationis, vel mi
nor; niſi ſit vilis, aut humilis pſona, ſecundũ.l.hu-
milem. C.de inceſt.nupt. Facit qđ notatur in.l.an-
nona.ff.de extraor. crimi. & probatur in.d.l.fin.ex-
105 preſſè.ff.de iniur.in quantum dicit, ꝙ † ſolum ho-
mines humilioris loci fuſtibus ſubijciuntur, & non
cæteri. & benè.facit, qđ habet in.l.capitaliũ.§. nõ
ſolent.& §. generaliter. &.l.moris.§.illæ feræ. ff.de
pœnis. & ſic patet, ꝙ attenta ratione Do. Richar.
idem debuiſſet ſtatui in alio homine honeſtæ vitæ
circa conſtitutionem procuratoris. qđ ſtatuitur in
illuſtri perſona, qđ tamen eſt falſum. vt patet ibi in
tex. dum dicit, nulli alij licere. & ideò dicta ſolu-
tio non videtur bona. Et ob hoc fortè Ricar. dedit
aliam ſolutionem; videlicet, ꝙ interdum ſumus cer
ti à principio pœnam relegatinois debere imponi;
& tunc admittatur procurator. & ita loquatur opin.
glo.& communis. Interdum vero ſumus dubij ra-
tione criminis, ex eo, ꝙ datur iudici arbitrium, vt
inſpectis circunſtantijs perſonæ, loci, & temporis.
vt eſt in crimine iniuriarum, vt.l.prætor.§.atrocem.
ff.de iniur.& inſti.eo. tit.§.atrox. Et tunc propter
dubium non admittitur procurator. ſed ſpeciale eſt
in illuſtri.& ſic loquatur.d.l.fi.C.de iniur. ¶ Et pro
hoc facit, ſecundum eum; quia poterit eſſe quod il-
luſtris intulerit iniuriam illuſtri; & ſic ceſſabit pri-
uilegium. Item à principio non conſtabit iudici,
ꝙ ille, qui intulit iniuriam, fuerit illuſtris. & ideò
pp has dubietates in dubio repellet in crimine in-
iuriarũ procurator. Fallit in perſona illuſtri.& hãc
ſolutionem ſequitur Bar.de Salic.in.d.l.reos.¶ Sed
certè hæc reſponſio non videtur bona ſecundũ Ioã
106 de Imo.quia † licet illuſtris intulerit illuſtri; non
tñ videtur qđ debeat imponi pœna corporis affli-
ctiua.per.l.fin.ff.de iniurijs.&.d.l.capitalium.§.non
ſolent.ff.de pęnis.& quia eſſet nimis reſtringere di-
ctam.l.fina.C.de iniurijs. maximè, quia dicta lex
finalis vr̃ præſupponere, ꝙ conſtabat ipſum eſſe il-
luſtrem.& ſic etiam eſt veriſimile ipſum eſſe illuſtrē,
cum talia ſcilicet eſſe illuſtrem, veriſimiliter cõſue-
uerint eſſe notoria. & ideò dicere quòd illud con-
tingat; quia dubium eſſet, an eſſet illuſtris, videtur
deluſorium: quia.vt dixi, litera ibi pro conſtanti vi-
detur ponere quòd ibi conſtabat illuſtrem. & ſic ſi-
militer, ex quo conſtabat ipſum illuſtrem, conſtabat
pœnam relegationis imponendam. ergò non debet
eſſe ſpeciale in ipſo illuſtri, vt poſsit procuratorem
conſtituere; contrarium cuius vult ille tex. ¶ Præ-
terea dico, quia eadem ratio militaret in inferiori-
bus ab illuſtribus, qui non eſſent vilioris conditio-
nis. & ſic poteſt reprobari, vt præcedens. Vnde
Ioan.de Imo.dicit, quòd ad l.fi.C.de iniur. poteſt
aliter reſponderi ſaluando communem opin. ꝙ illa
intelligatur, qñ intentabatur crimen iniuriarum; ex
quo poterat ſeq pœna capitalis, vt in caſu.l.primæ.
C. de famo.libel. quo caſu ſpeciale ſit in pſona illu-
ſtri vt poſsit conſtituere procuratorem. Facit, ꝙ
not.Cyn.in.d.l.fin. Item poteſt intelligi quando cri
men iniuriarum deſcendit.ad.l.corn.de ſiccar. quia
fortè vulnerauerat animo occidendi. Facit.l.præ-
tor dixit.§.ſi dicatur.ff.de iniurijs quo caſu, etiam
in perſona honeſtiori imponitur pœna deportatio-
nis.vt.l.3.§.fi.ff.ad.l.cornel. de ſic. Facit qđ habet
in.l.antepe.ff.de iniur. vbi apertè videtur innui, qđ
interdum in crimine iniuriarum imponitur pœna
deportationis. Nam verbum exilium, poſitum in
d.l.antepe.vt differat à verbo relegationis, ꝙ verbũ
& ibi ponit, debet intelligi de deportatione. Facit
quòd not.glo.in.l.2.C.de epi.aud. Non ob.ꝙ.d.l.
antepe.loquat de pęna calumniãtis in crĩe, iniuriarũ,
cũ pęna calumniæ ſit pęna talionis, & ſic ſimilitudo
ſupplicij, vt.l.fi.C.de accu.&.l.1.§.crimē.ff.ad turp.
Erit ergo ſpeciale in pſona illuſtri; vt in iſtis caſibus
in crĩe iniuriarũ poſsit dare procuratorē; videlicet,
qñ pęna capitalis, vel deportationis veniret imponē
da; ſecus ſi pœna relegationis. quia tunc non eſſet
ſpeciale: cum etiam in alio haberet locum procura-
toris conſtitutio. vnde ſecũdum Ioan.de Imo. non
eſſet ſpeciale qđ pro leui, & verbali iniuria illata p
illuſtrem, illuſtris poſſet agere per procuratorem;
quia nemo dubitat, quòd etiam pro tali iniuria, ex
qua venit imponenda ſola pecuniaria, veriſimiliter
etiam alius quilibet poſſet agere per procuratorem,
per not.in.c.cum te.ſ. de re iud. vbi ſecundum vnũ
intellectum patet exemplũ de iniuria verbali.¶ Sed
tu aduerte, quia licet hæc ſolutio videatur eſſe no-
tabilis; tamen iſte intellectus videtur continere di-
uinationem. Præterea videtur contra.d.l.fi.quæ ge-
neraliter, & indiſtinctè loquitur de qualibet cauſa
iniuriarum. & ſic videtur generaliter intelligenda.
¶ Vnde ego arbitror poſſe dari nouum, & veriorē
intellectum ad.d.l.fi.de quo aliquid tetigi. in prima
fallentia. 2.q.huius.2.membri. ꝙ ſpeciale ſit in per-
ſona illuſtri, vt liceat ſibi ſe defendere per procura-
torem in crimine iniuriarum. nam perſona illuſtris
regulariter non poteſt cauſam agere, ſeu defendere
ſe, per ſe principaliter; ſed per procuratorem, vt
l. quicunq;.C de procura.& latius dixi in.d.fallētia.
¶ Nec contra hunc intellectum obſt.d.l.fi.dum di-
cit, vt nullus alius ſibi liceat hoc vēdicare, quaſi ſen
tiat, ꝙ hoc ſpeciale ſit in perſona illuſtri; & tamē
perſonæ illuſtri non poteſt imponi pœna ſupra re-
legationem, vt.d.l.fi.ff.de iniurijs.ſed vſq; ad relega
tionem iam dictum eſt, ſñ communem opin. quod
quilibet põt cauſam agere per procuratorem, quia
reſpondeo, ꝙ illa lex continet ſpecialitatem in hoc,
videlicet, qđ vbi aliàs perſona illuſtris non põt ci-
uilem cauſam agere per ſe, ſed per procuratorē; in
cã tamen iniuriarum, in qua illuſtri non venit impo
nenda pœna corporis afflictiua, hoc licitum eſt.
Vnde pondero, ꝙ tex. ibi dicit per verbum, licere:
quaſi velit dicere, & ſi alijs indifferenter licitum ſit
cauſam criminalem, in qua venit imponenda pęna
vſq; ad relegationem, agere per procuratorem; ta-
men in perſona illuſtri potuiſſet eſſe dubitatio per ꝑ-
allegatã.l.quicunq;. Et ideò imperator dicit, licere,
quaſi dicat, licet alias non liceat in cauſa ciuili illu-
ſtri per ſe agere. Item licet in cauſa criminali non
ſit licitum agere per procuratorem, vt in.d.§.ad cri-
men.

men.tamen licitum ſit illuſtri in cauſa iniuriarum agere per procuratorem. Et ratio ſpecialitatis ſit; quia non eſt cauſa ciuilis. Item nec cauſa criminalis multum grauis, in qua ex genere pœnæ non poſſit conſtitui procurator, cum veniat imponenda pœna illuſtri vſq; ad relegationem. ¶ Nec obſt.tex.ibi dum dicit, ita tamen vt nullus alius. quia reſpondeo, ꝙ hoc alteri non cõceditur ex iure ſpeciali, ſed ſimpliciter ex iure cõi; quando venit imponenda pœna vſq; ad relegationem. Vel reſpondeo & melius, ꝙ nulli alij hoc conceditur in crimine iniuriarum, ſed quòd ſimpliciter poſſit cauſam agere per procuratorem; ſed in ipſis perſonis inferioribus ab illuſtribus, vt ibi dicit tex. formaliter mos iudiciorum, qui hactenus obtinuit, obſeruetur in poſterum; quaſi ſentiat, ꝙ ſi ſimus certi de pœna; vel ex qualitate pſonæ, vel ex conſuetudine vt procurator admittatur; tunc debebit admitti, ſi venit imponenda pœna à relegatione ſupra, vel eſt dubium de pœna, vt dictum fuit in.5.q.& hic eſt meus nouiſsimus intellectus, ſecundum quem nulla continetur diuinatio; nec litera violatur. ¶ Et ex prædictis infero, quod
107 † idem dicendum eſſet in epiſcopis, & alijs inferioribus prælatis, qđ dictum fuit de perſona illuſtri; quia tales ſicut illuſtres, non poſſunt per ſe ciuiles cauſas agere; ſed p procuratorē.5.q.3.c.quia epiſcopus.iuncta glo. & tenet Hoſt. in ſumma in tit.de pcur.§.quis dare.ver.item epiſcopus. vbi aſsignat qua
108 tuor rationes. prima, quia ſecūdum apoſtolum, † nõ oportet ſeruos Dei litigioſos eſſe.2.q.7.c. ſicut ſacerdos. Secunda, ne cogantur recedere à diuinis officijs, vt.l.omnes qui.C.de epi.& cleri. Tertia, quia
109 † cauſæ, quæ in iudicio agitantur, materiam criminibus ſolent præparare. C. de iudic.l.properandum. Quarta, quia æquiparantur illuſtribus, vt.C.de epi. & cle.l.epiſcopale. Ego tamen de hoc dicto dubito valdè; & fortè non eſt verum, & contra ipſum videtur tex.in.c.cum olim.ꝟ.de teſtib. vbi probatur, ꝙ epiſcopus poteſt perſonaliter agere. Facit, & .c.fin.
110 ꝟ.de iur.calum. Item video, ꝙ † epiſcopus poteſt eſſe procurator pro eccleſijs ſuis, & miſerabilibus perſonis, vt.c.1.& fi. de poſtula. & in cauſis ſpiritualibus, in quibus poteſt eſſe procurato laici, vt.c.per venerabilem.ꝟ.qui fi.ſint legi. & ibi Ioan. Andr. in prin. ſed quia non eſt principalis articulus noſter, non inſiſto.vide in.d.l.iuribus. & per Spec. in tit.de procur.§.1.verſ.item ꝙ eſt epiſcopus. ¶ Item non ob.opi.glo.de qua in.d.§.ad crimen.vt.ꝟ.dixi, quæ vult, ꝙ ſit dare relegationem in locum certum, vt l.relegatorum.ff.de interdic.& relega. quæ pœna nõ videtur cadere in abſentem. & ſic ſaltem non videt poſſe dari procurator. Sed poſſet reſponderi, & primo, ꝙ opi.glo. debet intelligi, & limitari in relegatione ad locum certum; ſecus in relegatione fienda ad incertum locum. & hanc opinionē ſequutus ſunt D.Franc. de Ramponibus; quam etiam tangit Bal. in.d.§.ad crimen. Item poſſet dici & ſecundo, ꝙ ēt in relegatione fienda ad certum locum poſſit ferri ſententia in abſentem.& per conſequens videt poſſe
111 interuenire procuratorr; quia † cum talis retineat ciuitatem, & bona, vt.d.l.relegatorum.§.1.veriſimiliter habebit effectum ſententiæ; quia ſi præcipiet ſibi, ꝙ debeat parere ſententiæ, ille parebit, ne alias aggrauaretur eius pœna, per.l.relegati.ff.de pœnis. Nec obſtat ſi diceres, ꝙ eadem ratione ſententia deportationis debet poſſe ferri in abſentem; quia poteſt augeri pœna, ſi condemnatus non pareat ſnīæ, damnando illum in metallum, vt notatur in.d.l.relegati. quia reſpondetur ſecundum D.Richardum, & Bart.de Salic.in.d.l.reos. ꝙ natu a vocabuli repu-
112 gnat in deportatione; ex eo, quia † deportare; eſt ad aliquem locum portari naui, vel vehiculo, vel iumēto, vt.l.1.ff.de ſerui.ruſti.prædio.&.l.ferri.§.portari.ff.de verbo.ſigni. Et ideò talis ſententia non videtur poſſe ferri in abſentem; quia non videtur poſſe ferri, ſecundum qđ denotat vis, & proprietas verbi; quæ ratio ceſſat in relegato. ¶ Sed aduerte quia hæc reſponſio non placet Io. de Imo. quia etiam relegatus in inſulam, videtur in illam deportandus. Et ideò interdum tenetur in carceribus, vt.d.l.relegatorum.in fine principij. vnde poſſet aliter reſponderi; videlicet, ꝙ cum deportatus amiſerit ciuitatē, & bona, ex quo non habet quid perdat, niſi libertatem, per quam poſſet damnari in metallum; ſicut non timebat deportationem propter abſentiam. ita non timebit damnationem in metallum. vnde ſecus dicendum eſt in relegato, qui non perdit bona. Ad prædicta etiam adducit, quod in ſimili videmus. nā damnari actione perſonali poteſt quis, licet abſens, & licet in illo loco non habeat bona, in quibus ibi poſſit fieri executio. & per conſequens patet, quòd non ſequitur, non poteſt fieri ſtatim executio cōtra abſentem; ergò abſens non poteſt damnari. Et hinc eſt, qđ ille qui nil habet in bonis, poteſt damnari; quia poteſt peruenire ad pinguiorem fortunam, vt l.ſi defunctus.C. arbit.tutel.& hoc modo communis opinio poteſt ſuſtineri.& ſic reſidet Io.de Imol. Subdit tamen; ꝙ fortè non eſſet malum de iure limitare dictam opi.glo. ſm opinionem Do. Franciſ.de Rampo.videlicet, quando relegatio eſſet facta ad locum incertum. Ad alia autē argumenta. ꝟ.formata contra communem oppinionē patet reſponſum ſupra. Aduerte tñ quia ſecundum Io.de Imo. contra communē opinionem poſſet adduci.d.§.ad crimē. cõiungendo principium cum fine. dicitur enim ibi in principio ſimpliciter, ꝙ ad crimen publici iudicij non admittitur procurator. & in fine tex. videtur velle, quòd ſnīa poteſt ferri in abſentem, ꝙ nihilominus differtur propter iuſtam excuſationem. & ſic videtur ille tex. comprehendere cauſam criminalē, ex qua veniebat imponenda pena relegationis, quæ contra abſentem imponi poteſt.non autem intelligi poteſt de grauiori; quæ non poteſt imponi contra abſentem, vt.d.l.abſentem. dummodo eſſet abſens ex iuſta cauſa. propter quam etiam ſnīa relegationis eſſet differenda, vt ibi in fine. & ſic finis illius. §.videtur comprehendere cauſam relegationis. & tamen vult, ꝙ non admittatur procurator, ſed executor. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quòd tex. in d.§.ad crimen.non debet intelligi, quando eſt talis pœna, quæ poteſt ferri in abſentem. Nec obſtat litera in fine, dum dicit, de ſententia differenda; quia non debet intelligi de ſentētia pœnæ ex delicto; ſed de ſententia annotationis bonorum, de qua in.l.1. ff.de requiren.reis.&.d.l.abſentem. Vel dic, quòd tex.ille poteſt intelligi in criminibus ſpecialibus, in quibus

quibus pœna, vel snia capitalis potest ferri contra absentem, etiam de iure ciuili.vt patet in.l.lege Cornelia.§.constitutum.ff.ad.l.Corn.de siccar.&.in ca-su.l.ne diu.C.de pęnis. & hodie in crimine lesæ maiestatis,vt in extrauag. ad reprimendum. & dicam infra in.15.quæst. Et si tu diceres, ꝙ tunc non admittitur solum excusator absentiæ, sed simpliciter admittendus est procurator ad defendendum. Respondeo, quòd hoc est dubium, vt.ꝫ. videbimus in quęst.15. Sed posita opinione quod admittatur ꝓcurator; respondeo ꝙ in casibus prædictis non restabat, nisi ferre sniam. & ideò.§. ad crimen. loquitur ꝙ admittitur excusator, & differtur sententia. Nam ille textus loquitur solum de actu sententiandi. Nec etiam obstat, si diceretur, ꝙ etiam eo casu, in quo procedi potest contra absentem, non debeat admitti ꝓcurator in causis criminalibus à relegatione.ꝫ. per ea quæ notantur in.l.1.ff.an per ali.cau. app.vbi patet,ꝙ in causa app. potest procedi contra absentem. quia illa imitatur naturam causæ principalis. vnde sicut in principali nõ poterat admitti procurator, ex eo, ꝙ absens non poterat damnari; ita nec in causa appellationis quæ sequitur ipsius naturam, vt dixi: licet in illa possit procedi contra absentem. & pro hoc facit regula gñalis posita in.d.l.1. in.fi.

113 quæ dicit, † ꝙ generaliter si causa principalis nõ potest agi per procuratorem,nec etiam causa appellationis poterit agi secundum Bal. in.d.§.ad crimen. ¶ Aduerte quia ex.d. opi Bal. vr sequi, ꝙ in causa appellationis,& in cā criminali, in qua non poterat procedi cõtra absentem in cā principali, possit ꝓcedi contra absentē in causa appellationis. Et hoc voluit Bal. dum sentit, ꝙ in cā appellationis possit procedi contra absentē; sed non debet admitti ꝓcurator: quia non debebat admitti in causa principali. & sic non poterat procedi contra absentem: aliàs debuisset admitti procurator, vt dicā in.15.q. sed hæc opi. Bald.non videtur vera, per.l.absentem. ff.de pœnis.&.l.absentem.C.de accu. quæ loquitur indistinctè. & sic videtur velle,ꝙ tam in causa appellationis,ꝙ in causa principali, in causa in qua venit imponenda pœna à relegatione.ꝫ. non possit ferri sententia in absentem. Et propterea arg.Bald.videt concludere contra ipsum, nam si causa appellationis imitatur naturam causæ principalis, vt dictū est: ergo sicut in causa principali non pôt contra absentem procedi,si talis est natura causæ: ita nec in cā appellationis. ¶ Tertio moueor per tex. in.d.l.1. ff.an per al.cau.appel.vbi tex. vult, quòd in causis criminalibus à relegatione'supra,nõ potest quis per alium causam agere; sed debet ipse adesse auditorio. & sic videtur quod requiratur eius præsentia. Nec ob.l.fi.§.illud.C.de temp.ap. quia respondeo, quòd ille tex.loqtur in ciuilibus, vel in causis, in qbus contra absentem poterat procedi in causa principali. Nec obst.etiā si allegaretur, ꝙ ex quo sententia est lata in principali contra reum;illa statim traxit secum executionem quò ad ea,quæ sunt iuris;videlicet, quò ad infamiam, seruitutem, & perditionem status sui.l. qui vltimo. ff.de pęn. & ideò tunc facilius poterit procedi contra absentem in cā appellationis, quia respondeo, secundum Io. de Imo.

114 ꝙ hoc non videtur sufficiens; quia † per appellationem interpositam videtur extinctum pronunciatū, vt.l.1.in fi.ff ad turpil.& si sententia ferretur in causa appellationis,ageretur ex secunda,non ex prima; vt traditur in.l.si quis.ff.ad treb.&.l.eos.C.de appe. &.l.furti.ff.de infami. ¶ Aduerte tñ,quia Bal in nostro principali articulo variauit.nam primo dixit,ꝙ in relegatione ad certum locum potest interuenire ꝓcurator; sed in relegatione ad incertum locū nõ ꝓpterrationes quas.ꝫ. allegaui in opi.D.Fede.deinde dixit, vel dic melius, ꝙ vtroq; casu idem est: nec videtur, ꝙ sententia sit delusoria; quia saltem ꝑ eam inducetur obligatio ab pœnā, ꝙ videtur sufficere; quia aliàs si secus diceremus,non posset ferri sententia contra absentem in cā pecuniaria, si damnatus nulla haberet bona, in quibus posset fieri executio, & sic residet Io.de Imo. sed ratio prædicta mihi non videtur concludens; quia idem concluderet in qualibet alia pœna maiore relegatione. ideò tene ꝙ supra dixi in alijs rationibus.ꝫ.assignatis: ex quibus patet, simpliciter defensatam communem opi. quæ placet Io.de Imo. & mihi;nec ab ea recedēdum eēt, maximè cum glo. vbiq; hanc firmet; secundum ꝙ singulariter not. Iac. But. in.l.1.C.qui pro sua iuris.

115 qui dicit,ꝙ † opi.glo.per eam firmata seruanda est pro lege.& idem not.Bal.in.l.cum hæreditas.C.depo si.& adde quæ dicam.ꝫ.in.15.q. ¶ Vltimò aduerte, ꝙ licet Doc. circa prædictum casum relegationis simpliciter transeant, non facientes differentiā inter accusatorem, & accusatum;tamē ego arbitror dicendum, ꝙ retenta opi. Vltramon. non sit fienda differentia. sed retenta opi. Citramontano. dicendum esset,ꝙ licet ex parte accusati possit interuenire ꝓcurator; tamen ex parte accusatoris dico, ꝙ lit. conte. prosequendo publicum interesse non admitteretur procurator. Ad ꝙ faciunt quæ dixi.ꝫ.in rationibus.2.quæst. primi membri principalis, & quæ dixi in.2.quæst. secundi membri. Quid autem iuris sit, si hoc casu veniret imponenda pœna pecuniaria. dic, vt dixi in.d.q. ¶ Et ad secundum argumentum, quqd posset formari in contrarium,ꝙ vbi venit imponenda pœna relegationis, non admittatur procurator; quia vbi venit imponenda pœna fustigationis, videntur æquiparari.l.cognitionū.§.1.ff.de var. & extraord.cri. & per consequens non videtur admittendus procurator dixi in.3.q.responde, vt dicā in argumentis formatis in contrarium ad decisionē 13.q.& adde quæ dicam in.12.q. Et ex pdictis est expeditus iste articulus difficilis, & intricatus.¶ Vn

116 decimo quæro, †an in delictis, ex qbus venit imponenda pęna perpetui carceris,admittat procurator? Sol. pro solutione huius.q.debes animaduertere, ꝙ de iure ciuili non pôt quis dānari ad perpetuū carcerē.l.capitaliū.§.solet.ff.de pę. immo in femo vix concessa fuit dicta potestas dānandi ad ꝑpetuū carcerē, vt in.l.incredibile.C. de pęn &.l.1.C.de his q nõ pos.ad liber. pue.nisi fortè dicerem*, ꝙ vbi olim ex delicto veniebat īponenda pęna, ꝑ quā irrogabat ꝑpetua seruitus, hodiè,cū illa pęna nõ sit in vsu,posset īponi pęna ꝑpetui carceris, vt dixit Bal.ī.d.l.incredibile,quo casu,ꝓcederet dicta.q.maximè attēta dispositiōe.l.hodiè.ff.de pęn. vel posset ꝓcedere ex forma statuti disponētis,ꝙ ꝑ aliquo delicto imponat pęna ꝑpetui carceris;vel de iure canonico,sm ꝙ non est

non eſt dubium, ꝙ talis pœna pôt imponi, vt.c.pẽ.
de apoſta.&.c.nouimus.ĩ.de verb. ſigni.vt cõmiſſi.
de heretic.lib.6.quantum ergo attinet ad principa-
lem.q.noſtram,licet doc.hanc non tangant; tamen
arbitror dici poſſe,ꝙ non poteſt interuenire procu-
118 rator,quia hæc† pœna perpetui carceris,æquipara-
tur pœnæ damnationis in metallum,vt not.Inno.in
c.qualiter.2.in glo.magna.ĩ.eod.& ſequitur Barto.
in.l.2.ff.de publi.iud. Sed in iudicio, in quo venit
imponenda pena damnationis in metallum,non po
teſt interuenire procurator,arg.l.2.coniuncta.l.pẽ.
§.ad crimen.ff.de public.iudic.& hoc etiam proba-
tur latius ex his, quæ dixi.ſ.in.3.&.9.q. quia cũ iſta
pœna ſit maior relegatione; non poteſt interuenire
procurator, vt.l.1.§.ſi ca.ff.an per ali.cau.appel.
¶ Aduerte tamen circa prædicta,ꝙ dicta equipara-
119 tiọ Inno.& Bar. non videtur bona; quoniam † do-
minus non amittit dominium ſerui damnari ad per
petuum carcerem.l.aut damnũ.§.ſui in fi.ff.de pẹn.
ſed ſi eſt damnatus in metallum, dominus priuatur
dominio ſerui,vt.d.§.fin.in prin. ſed poſſet dici, ꝙ
Côis opi. licẹt non ſit bona quò ad omnia; tamen communi-
ter * æquiparatᷣ.& licet dominus non perdat domi-
nium ſerui damnati ad perpetuum carcerem: tamẽ
illud dominium videtur parui effectus; quia per ta-
lem ſeruum domino non poteſt acquiri.nec in ipſo
ſpectatur perſona domini ad faciendum ipſum ca-
pacem,vt.d.l.1.C.qui ad liber. perueni. non poſ. &
tenet Ioan.de Imo. in.l.ſecunda.ff.de publi.ind.&
idem tenuit quidam ſolennis Docto. D.Benedi. de
120 Plumbi. qui voluit quòd † damnato ad perpetuum
carcerem, vel ex forma ſtatuti, vel de iure canonico
non poſſit aliquid relinqui vltra alimenta.& ſic etiã
in hoc vr̃ æquiparari damnato in metallum, qui nõ
eſt capax relictorum; licet quò ad alimenta poſſit
capere,vt.l.1.&.2.ff.de his qui pro non ſcript.habẽ-
tur. & tangitur in.l.1.C.de hæred.inſtit. ¶ Sed ad-
uerte, quia etiam videtur poſſe attentari, ꝙ damna-
to perpetuo carceri de iure canonico non poſſint rẽ
121 linqui alimenta, † cum ſibi deputetur panis angu-
ſtiæ, & aqua doloris. Facit ꝙ habetur in.d.c.noui-
mus.&.c.quamuis. de pẹn.libr.6.dixi in.d.c.pen. de
apoſtat.&.c.ad audientiã.ĩ.de homic.in.58.q.7.q.
principalis. ¶ Sit ergo concluſio, quòd non poteſt
interuenire procurator,qñ imponitur pœna relega-
Côis opi. tionis in locum certum, ſm communem * opinio-
nem de qua dixi in præcedenti.q.fortius in caſu no-
ſtro, maximè quia de facili poſſet effici iudiciũ de-
122 luſorium. ¶ Duodecimo quæro † an in criminibꝰ
ex quibus venit imponenda pẹna, vt quis poſſit im-
punè offendi, vel ꝙ nõ audiatur tàm in ciuili,quàm
in criminali cauſa,admittatur procurator? Sol.Bar.
in.l.2.ff.de public.indic.concludit, ꝙ talis cã dica-
tur capitalis. ſi talis pœna perpetua; vt puta,ſi ſtatu-
tum dicat,ꝙ declinans iuriſdictionẽ poteſtatis poſ-
ſit impunè offendi. nam perdit ius illius ciuitatis,cu
ius videtur factus hoſtis, vt.l.amiſſione. §. qui defi-
ciunt.ff.de capit.dimin.ad inſtar pœnæ deportatio-
nis, per quam quis perdit ciuitatẽ;& propter hoc di
citur capitalis. Secus ſi talis pœna non ſit perpetua.
verbi gratia, dictat ſtatutum, ꝙ bannitus à centum
libris ſupra poſſit impunè offendi; quia tunc non
cenſetur capitalis, cum ſoluendo centum poſſit eui
tare aliam pœnam ad inſtar pœnæ excommunica-
123 tionis,† quæ eſt medicinalis, non mortalis, ſeu per-
petua,vt.c.1.de ſen.excõ.lib.6.Ange. vero in.d.l.2.
dicit,ꝙ ſecundum dictum Bar.fortè non eſt verum;
quia videtur ſufficere, ꝙ pœna poſſit eſſe perpetua,
arg.l.ſufficit.ff.de cond.inde. & not.in gl.in perpe-
tuas.in.c.ſi.de reſcript.lib.6.& in.c.fi.ſ.de ſol.Nam
poterit eſſe ꝙ condemnatus nunq̃ ſoluet, nec vnq̃
habebit potentiam ſoluendi. Facit qđ dictum fuit
ſ.in.5.q. Nec ob.ꝙ dictum fuit de excommunica-
124 tione; quia † ſaltem in mortis articulo poterit ab-
ſolui à quolibet, vt traditur.17.q.4.c.ſi quis ſuaden
te. dicam in.c.omnis.1.de pẹnit. & remiſ.ꝙ non cõ
tingit in bannito propter pecuniam,quia de banno
non poteſt exire, niſi ſoluat, ſecundum Ang. Bald.
verò in.l.ſeruum quoq;.§.publicè.ff.de procu.verſ.
vlterius quæritur. dicit, ꝙ ſi ſtatuto cauetur, ꝙ con-
trahens matrimonium cum Guelfa non audiatur in
ciuili, vel criminali, quòd accuſatus de tali crimine
non videtur poſſe reſpondere per procuratorem; qa
hæc pœna videtur maior deportatione.l. hi qui ſan-
ctam.C.de apoſta. ergo non poteſt interuenire ꝓ-
curator,vt patet ex his quæ dixi in.10.q. Contrariũ
tamen ipſe determinat. Mouetur; quia quædam pẹ-
næ ſunt afflictiuæ corporis; & in his habet locum
§.publicè. Quædam verò excluſiuæ, vt eſt pœna præ
dicti ſtatuti; & etiam pœna remotionis ab ordine,
& ſimilis.& in his non habet locum.§.publicè.ratio
poteſt aſſignari; quia prima pœna non cadit in ab-
ſentem: & ſic non poteſt interuenire procurator, vt
dixi in.1.q.1 principalis. Secunda verò cadit in ab-
ſentem:& ideò poſſe interuenire procurator, vt te-
net Iac. But.in.d.l.hi qui ſanctam. Et ex hoc infert
Bald.ꝙ licet bannum in ſe habeat hanc conditionẽ,
ꝙ non debeat reddi ius bannito,& ꝙ poſſit impunè
offendi, tamen admittitur procurator. Nec obſtat,
ꝙ talis non debeat audiri, per conſequens non de-
bet admitti procurator; quia verum eſt qñ bannum
eſſet decurſum, & traxiſſet ſecum executionem; ſed
antequam currat,admittitur defenſio. quòd eſt val-
de notabile ſecundũ Bal.& eandem ſniam tenet ipſe
in.d.l.reos.in princip.C.eod.&.d.l.penult.§.ad cri-
men. Ang.verò in.d.§.ad crimen.videtur impugna-
re hanc opin. ex eo, quia ſi non debet audiri; ergò
poterit impunè offendi.quia de iniuria non poterit
quærelare. Sed conſtat ſecundum eum, ꝙ hæc pẹna,
ꝙ poſſit impunè offendi,eſt capitalis; quæ vel eſt,vel
poteſt eſſe perpetuò duratura, vt.ſ.dixi.ergò videtᷣ,
ꝙ non poſſit interuenire procurator. ¶ Ego arbi-
tror poſſe dici, ꝙ ſtante ſtatuto, qđ poſſit impunè
offendi,quòd cum hæc pœna ſit maior deportatio-
ne,videatur non admittendus procurator; niſi con-
tra abſentem procedi poſſet vt.ĩ.dicam. Sed ſi cõ-
tra abſentem procedi poſſet, cum videatur hæc pœ-
na poſſe cadere in abſentem, vt.ſ.quis pronuntietur
offendibilis, videtur quòd poſſit procurator inter-
uenire. & hoc ſentit Ioã. de Imo.in.d.§.ad crimen.
Subtiliter tamen conſiderando,videtur,ꝙ cum ſim-
pliciter hæc pẹna cadat in abſentem, vt de ſe patet,
ꝙ verior ſit opi.Bal. ſi autem ſtatutum diceret, qđ
condemnatus à centum libris ſupra poſſit impunè
offendi: non video, quare non debeat admitti pro-
curator; quia iſta videtur eſſe pœna contumaciæ,nõ
delicti.

delicti. facit quod dixi.s.in.4.q. propterea si statutum dicit dicto modo, pœna potentiæ offensionis videtur imponi à iure, non autem à iudice. Sed procurator interuenit solum respectu pœnæ imponendæ à iudice. Pœna autem imponenda à iudice est pœna pecuniaria; ergò debet posse interuenire procurator, & hoc sentit Bald. in d.l. reos. in q. pen.

125 ¶ Tertiodecimo quæro, † an in delictis ex quibus venit imponenda pœna priuationis, seu depositionis ab ordine, possit interuenire procurator? Sol. Iac. But. Bart. Bald. & doc. côiter * omnes in d.§. ad crimen. & in d.l. reos. tenent q admittatur procurator. & sequuntur Io. de Imo. & Mod. mouentur, quia talis pœna censetur minor relegatione. Facit qd' habetur in l. cognitionum. §. 1. ff. de va. & extraor. cog. & l. 1. §. 1. ver. plane. ff. an per ali. cau. appel. & quod no. in d. l. qd ergò. §. pena grauior. ff. de infa. siue ergo quis deponêdus sit ab ordine, vel priuandus publicis honoribus, vel simili pœna condemnandus, non prohibetur procurator admitti, arg. d.l. cognitionû. §. 1. quia omnes dictæ pœnæ, videntur minores relegatione; ergo est admittendus procurator, vt dixi in 20. q. & hæc est communis * conclusio docto. Sed tu aduerte; quia contra hanc communem opinionem fortiter dupliciter oppo. Primo de tex. nostro, in quo videbatur agi ad depositionem. & tñ hic Papa dicit quòd non admittitur procurator; quia causa erat criminalis. ¶ Circa q aduerte; quia intellectû isti' decre. vt vidisti, tetigi. s. in. 1. q. principalis. q. & tenendo duas primas solutiones nouas, quas ibi dedi, contrarium patet solutum, sed tenendo vltimam solutioné Io. de Imol. q aliud sit de iure canonico, & aliud de iure ciuili; quia de iure ciuili procurator admittitur, de iure canonico non; contrarium licet in se pateat solutum; tamen solutio videtur leuis nisi addatur ratio; quare magis de iure canonico reperiatur prohibitum talem causam per procuratorem agi, quàm de iure ciuili. vnde pro examinatione dicti dubij debes aduertere, q aliter accipitur

126 de iure ciuili ordo, & aliter de iure canonico. † De iure canonico ordo, est sacramentû ecclesię ab Apostolo introductum; cuius character per impositioné manus prælati secundum formá ecclesiæ cooperâte Spirituśancto imprimitur ordinato, vt in certis officijs valeat ministrare, vt tradit Hostien. in summa in tit. de tempo. ord. Facit. 32. dist. in sum. & c. 2. s. de

127 sacra. non reiter. † Sunt autem ordines ecclesiastici sm Isido. libr. 6. ethimo. & trásumptiuè. 21. distinc. c. clericos. hi, videlicet, hostiarius, psalmista, lector, exorcista, accolitus, subdiaconus, diaconus, presbyter, & episcopus. qd' aût sit vniuscuiusq; officiû, vide ibidem; & sic videtur q ordines sint nouem, non septem, prout côiter * tenetur, sed hic non est noster articulus: ideò dic, vt trad. per glo. & Archi. in d.c. clericos. & à subdiaconatu supra inclusiuè; hodiè

128 ordines sunt maiores, & appellant sacri. † Sed. j. sub diaconatum minores; & licet cômuni vulgari maiores appellentur sacri, tamen ordines minores etiá sunt sacri, vt not. in c. clericus si tonsuram. s. de vit. & honest. cleri. & not. glo. 32. dist. in summa. vbi dicit, q quatuor præcipuè dicuntur sacri à sanctimonia, id est à castitate, & continentia, quam indicunt, vel pp excellentiam, vel quia magis participant de sacramento corporis Christi; & transferunt ordinatos in sortem domini; ita vt non liceat amplius retrocedere. Facit. c. cû ex eo. de elec. lib. 6. & c. 1. de cleri. coniug. & licet constitui in minoribus tenantur continere, vt. c. vt clericorum. de vit. & honesta. cleri. tamen & in quantitate delicti, & in potentia contrahendi matrimonium longa est differentia, vt c. 1. de offic. ordin. & c. 1. de cleri. coniuga. & c. 1. de vi. & honest. cler. lib. 6. de iure autem ciuili aliter ac-

129 cipitur ordo. † Dicitur enim ordo cuiusq; corporis vniuersitatis, vel collegij, vt puta decurionû, doctorum, mensaliorum, lanificum, & si. vt not. in rub. & in tex. ff. de decre. ab ordi. faci. & not. glo. 63. distin. c. vota. Facit tex. 4. distin. c. denique. 18. distinc. c. 1. iuncta gl. & 20. q. 1. c. præsens. 11. q. 3. c. si autem. & l. cognitionum. §. 1. ff. de var. & extraord. cog. vnde de iure ciuili dico, q depositio ab ordine importat etiam illam pœnam, per quam quis prohibetur honoribus fungi, vt d. l. cognitionum. §. 1. quia talis minuit existimationem, vt ibi. ¶ Ex prædictis ergò patet ratio diuersitatis, quare magis quis potest respondere per procuratorem, quádo agitur ad depositionem ordinis de iure ciuili, quàm de iure canonico; quia vbi maius periculum, ibi cautius est agendum, vt cap. vbi periculum. de elec. lib. 6. sed pter excellentiam ordinis sacramenti maius videt inesse periculum; quia ecclesia quasi nihil habet maius. Vnde ex grauissimus dumtaxat criminibus quis deponitur ab ordine, vt tractat. 81. dist in. 1. & c. Maximianus. 35. distin c. 1. & glo. 67. dist in. c. episcopus. 50. distinc. si. episcopus. & c. si quis presbyter. glo. 1. 82. dist. c. presbyter. Inno. in. c. ex tenore. de tempo. ordi. & in. c. 1. de corpo. vit. Crimina autem nô grauia talem pœnam non inducunt, vt. c. sicut nostris. de iureiur. hoc autem non contingit in depositione ab ordine ciuili, sed tenendo primam, & secundam solutionem, de qua. s. in dicta prima. q. per quas declaraui intellectum tex. nostri; contrarium clarè patet solutum. ¶ Secundò opponitur, & vr quòd ét de iure ciuili in iudicio ex quo venit imponenda pœna depositionis ab ordine, non possit interuenire procurator, quia in iudicio, in quo venit imponenda pena fustigationis non admittitur procurator, vt dixi. s. in. 3. quæst. huius. 1. q. 2. q. principalis. sed pœna depositionis ab ordine, & fustigationis quò ad plebeios æquiparatur vt in. l. cognitionem. §. 1. ff. de va. & extra. cog. ergò qua ratione etiá in iudicio in quo plebeio veniret imponenda pęna fustigationis non admittitur procurator, eadem ratione nec debet admitti in iudicio. in quo venit imponenda pœna depositiôis ab ordine. ¶ Solutio. côtrariû prima fronte videtur difficile, nec tangitur à docto. Ego arbitror posse solui, q illa æquiparatio, quæ fit ibi, fit quò ad effectum illius. §. sed non simpliciter quò ad alios effectus, in quibus diuersa esset ratio in vna pęna, quàm in alia, sed maior vr ratio, quare prohibeatur procurator interuenire, qñ venit imponenda pœna fustigationis quam depositionis ab ordine, vt patet ex his, quæ dixi. s. in princip. in prima. q. principali. & prædicta adde, his quæ dixi. s. in. 3. q. in fin.

130 & in. 8. q. in fine. ¶ Quartodecimo quæro, † an in causis, in quibus venit imponenda pœna separationis tori possit interuenire procurator. verbi gratia, vir con-

vir contra vxorem, vel vxor contra virum coram
iudice eccleſiaſtico propter adulterium ad ſepara-
tionem tori. Solu. dico, quòd ſicut eſt tex. apertus
in.c.tuæ.ſ.de procura. vbi tex.vult, ꝙ in tali cauſa
quæ videtur mixta inter ciuilem, & criminalem,ad-
mittatur procurator,licet tex.ibi dicat,quòd hoc ſu
ſtineri pōt, ſi neceſsitas id poſtulauerit. & ſic à cō
trario videtut ſic velle, ꝙ ſecus, ſi non eſſet neceſsi-
Cōis opi. tas; tamen idem dicendum eſt in vtroq; caſu ſecun
dum Hoſt.& Ioan.And.& doc.communiter.* vnde
dum tex.ibi dicit, ſi neceſsitas poſtulauerit; ſubau-
diendum eſt,verbum,maximè, vt in.c.paſtoralis. de
offi.dele.&.c.ꝙ ſedes. de oſ.ord.& ſequunt Ang.&
Io.de Imo.in.d.l.penul.§ ad crimen.ff.de pub.iud.
131 Quintodecimo quæro,† an in caſibus in quibus di-
xi in cā criminali procuratorem non admittendū,
procedet hoc indiſtinctè, vt non admittatur etiam
pro abſente? Sol. circa hanc.q. variæ fuerunt doct.
opi.Martinus enim antiqu' gloſſat.voluit,in.l.reos.
C.de accu.ꝙ ſi lite conteſtata.reus ſe abſentauit, ꝙ
poſsit admitti procurator, ex eo; quia cum lis ſit cō
teſtata,poteſt procedi contra abſentem, & ſenten-
tia dabitur contra dominum, qui fuit litem conte-
ſtatus, & ita debet intelligi.l.reos.C. de accuſa. quæ
vult; quòd rei capitalium criminum abſentes poſ-
ſint per procuratorem defendi; ſecus ſi reus ſe ab-
ſentaſſet ante litem conteſtatā,quo caſu non poteſt
procedi contra eum lite non conteſtata, & hoc ca-
ſu loquatur.l.penul.§.ad crimen.ff.de public.iud.&
ideò hoc caſu non poſſet interuenire procurator. &
hanc ſententiā ſequutus fuit Melendus antiquus gl.
iuris canonici. de quo hic in glo.1.noſtra.in fin. per
tex.5.q.3.c.reos.& ſic patet,ꝙ.d.l.reos.&. d.c.reos.
loquuntur in procuratore, qui venit ad allegandas
cauſas abſentiæ ante lite conteſtata. & idem ponit
glo.in.d.§.ad crimen. vt ſtatim videbimus in.2.q.
princip.huius ſecūdi membri. nos autem loquimur
de procuratore, qui venit ad plenam defenſionem.
Cōis opi. 132 Sed hæc opinio cōmuniter* reprobatur,ex eo † qa
ſiue lis ſit conteſtata, ſiue non, videtur, ꝙ in crimine
capitali non poſsit ferri ſententia contra abſentem
ff.de pœn.l.abſentem. quia eſſet deluſoria, vt.l.ab-
ſentem.C.de accu Præterea ex dicta opi.videtur in-
133 ferri, ꝙ † procurator interueniens poſt litem con-
teſtatam.non debeat damnari;cuius contrarium te-
Cōis opi. nent communiter* doc.in.l. nihil.C. de procu. de
qua materia tractatur latius in.l.1.C.de ſen. &.c.q̄-
relam.ſ.de elec. & ibi per glo.& doc. & in glo. fi.in
c.licet cauſam.ſ.de probatio. ¶ Secunda opi.fuit,
ꝙ aut ſententia poteſt ferri contra abſentem; & tūc
admittatur procurator. ita poteſt intelligi.d.l.reos.
& hanc tangit Bar.in.d §.ad crimen.ſed ipſemet di-
cit,ꝙ iſte intellectus ad.d.l.reos.non placet ſibi,pri-
mo; quia non conuenit.d.l.reos.ꝙ patet; quia litera
ibi dicit, ꝙ leges publicorum iudiciorū permittunt
reos capitalium criminum abſentes poſſe defendi.
Sed nulla lege digeſtorum hoc reperitur cautum, ꝙ
in crimine capitali poſsit ferri ſententia contra ab-
ſentē, niſi in vno caſu, videlicet,in caſu legis.l.Cor-
nelia.§.conſtitutum.ver.ſed in ſeruos.ff.ad.l. Corn.
de ſica.vbi tex.vult,ꝙ ſerui,qui ſpadones fecerunt;li
cet vltimo ſupplicio damnandi ſint; tamen poſſunt
abſentes condemnari. Et eſt hic vnus caſus ſpecialis
in quo in cauſa capitali vltimi ſupplicij poteſt ferri
ſnīa contra abſentem. & hic ſolus caſus de iure di-
geſtorum reperitur,vt dixi; ergo non eſt veriſimile,
ꝙ vno caſu ſpeciali legiſlator in.l. reos. fecerit illā
regulam.quinimò & iſte caſus procedit ſecundum
vnum intellectum. de quo in.d.ver.ſed in ſeruos.ſed
ſecundū alium ſm intellectū glo. tex.ille intelligi-
gitur quando venit imponenda pœna vſq; ad relega
tionem, quo caſu poteſt procedi contra abſentem.
Item non obſt. ꝙ alius caſus reperiatur. de quo in
l.ne diu.C.de pœn.quia de illo non potuit conſide-
rare regula.l.reos.quia.d.l.reos.fuit Alexandri Im-
peratoris qui Maneas,ſeu Manicas fuit cognomina
tus à matre Manea,quæ fuit Chriſtiana auditrix Ori
genis; quam ob cauſam eam filius iuſsit interfici.hic
enim Alexander fuit vigeſimus Imperator Roma.
creatus anno Dñi 224. & hic habuit aſſeſſorē Vlpia
nū Romæ clariſsimū iuriſconſultū, vnde fuere eo tē
pore duo viri clariſsimi Vlpian' ſcilicet, & Orige-
nes. qui Origenes fuit Chriſtian', & vt ſcribit Hie-
ronymus ſeptē millia volumina librorum cōpoſuit
exceptis epiſtolis quas ſcripſit. Et idem dicit Iſido
rus. & habebat, vt fertur, quatuordecim ſcriptores,
continuos ſeptem viros, & ſeptem puellas quæ ex
ore ipſius diuerſorum librorum materias conſcribe
bāt. nunquam iacuit ſupra lectum; nūquam calceos
portauit; carnes nunquam comedit, vinū nunquam
bibit; vt legitur in lib. eccleſiaſticæ hiſtoriæ &.l.ne
diu.fuit Gratiani, & Valentini,qui fuerunt longo
tempore poſt Alexandrum; Fuerunt enim anno Do
mini.381. Eſt tamen & hodiè tertius caſus, in quo
poteſt ſententia ferri in cauſa capitali contra abſen-
tē, videlicet in crimine læſæ maieſtatis, vt in extra-
uag. Henrici Imperatoris,quam promulgauit Piſis,
quæ incipit,ad reprimendum. & prædicti caſus adhi
bendi ſunt ad id quod. d.glo.3.q.9.in ſumma. Præ-
terea ꝙ dicit Bart.non eſt in ſe verum; quia licet ſi-
mus in caſibus in quibus poteſt procedi ad pœnam
capitatem contra abſentem, quòd poteſt hodiè cō-
tingere de iure ciuili in dictis tribus caſibus; tamen
non videtur poſſe admitti procurator per tex.in di-
cto.§.ad crimē.qui loquitur indiſtinctè. ergò ſic in-
diſtinctè videtur intelligendus.19.diſt.ſi Romano-
rum. Item quia, & quando quis eſt carceratus, &
præſens,nō videtur poſſe interuenire procurator in
crimine capitali,arg l.1.ff.an per ali.cau.ap.de quo
articulo dicendum, vt dicam in.17.q. Item quia vi-
detur inconueniens, quòd in cauſa tanti præiudicij
dictum,factum,vel neglectum procuratoris noceat
domino; & ideò videtur ꝙ non debeat admitti ꝓ-
curator. Et pro hac etiam ſententia allegat etiā Io.
de Imo.quia accuſator, & accuſatus debent eſſe ꝑ-
ſentes in iudicio; & quando crimen eſt graue,ambo
debent ſtare in vinculis,ſeu in carcere,vt.l.1.2.&.3.
ff.de cuſto.reo.&.l.pen. & fi.C.de accuſa. Vnde cū
iuriſconſultus ſciret hoc eſſe de iure; & tn̄ in.d.§.ad
crimen.dicit, ꝙ ad crimē publici iudicij proſequē-
dum fruſtra interuenit procurator, videtur conſe-
quenter intellexiſſe, ꝙ etiam quando ambo ſunt in
vinculis,nō admittatur procurator;ergò multo mi-
nus,quando reus eſt abſens. Nec obſtat ſecundum
Bar.l.ſeruum quoque.§.publicè.verſ.vbicūque. qui
vult, ꝙ vbicunq; abſens poteſt damnari, ꝙ tunc de-
beat

beat admitti veniens ad plenam defensionem; quia respondet, quòd ibi non veniebat vt procurator; qa tunc non debuisset admitti per illam rationem, ne in causa tanti præiudicij dictum, factum, aut neglectum per procuratorem noceat domino, secundum quod al iās in simili dicitur in.l.non solum. in prin. ff.de procu.& in.c.2.de confes.lib.6. Sed debet intelligi dictus vers.vbicunq;. quòd debebit, seu poterit admitti vt defensor absentiæ, instructor, seu informator iurium absenti competentium, & per consequens poterit prodesse absenti,& non nocere. Facit ꝙ not.in.d.l.non solum.§.fina. nec est de hoc mirãdum secũdum Bart.si taliter debebit audiri;qa vbicunq; iudex processurus contra absentem est,requirere debet veritatem omnibus modis. & per cõsequens debebit audire tales instructores,seu defensores causæ absentiæ; vt not.in authen. qui semel. C. quomodo & quando iud.&.l.ampliorem.C.de appella.& licet glo.ibi dicat ꝙ speciale est in causa appellationis;tamen Inno. hic tenet contrarium. & Bart.ibi. Facit etiam ꝙ ipse Barto.not.in.l.4.§. hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.& quod not.in.l.& si non defendatur.ff.de pœnis.&.l.1.§.fin.ff.de quæstio.&.l.qui cũ maior.§.si libertus.&.§. sequen.ff.de bon.liber.30.quæst.5.iudicãtem.22.q.8.c. occidit. Facit.l.penul.ff.de interroga.actio.& hanc eandem opinio. ponit Bart. in.d.l.seruum quoq;.§.publicè. & in.d.extrauagan. ad reprimendum in ver. legitimè.ꝓ qua Bar.ibi allegat; quia in causa appellationis parte absente,lite non contestata; potest perueniri ad diffinitiuam, vt.C.de tempo. appella.l.fin. §.illud. & tamen tunc non admittitur procurator, vt.d.l.prima.§.primo.ff an per alie.cau.appel. Item
134 mouetur; quia † procurator rei debet satisdare iudicatum solui;nisi fuerit releuatus à domino pro eo satisdare, vt institut.de satisda.§.si verò aliquis. sed in casu nostro,nec procurator satisdare potest, nec dominus pôt eum releuare à satisdando. ergo,&c.
135 Vnde Barto.ibi dicit,ꝙ † si statuto cauetur, ꝙ accusatus,aut inquisitus de crimine capitali, habeatur pro confesso,si sit contumax, prout est communiter in Italia, & condemnetur, ꝙ talis non poterit comparere per procuratorem. de quo tamen,dic vt statim dicam in seq.q. ¶ Et pro hac sententia etiã adducunt quidam, ꝙ in casu prædicto; ideò per ꝓcuratorem non potest causa criminalis agitari;quia iudex ex inspectione in faciem, & personam rei multa recognoscere poterit, videlicet,qua trepidatione, quo colore, quo pallore,&c. vt.l.de minore. §.tormenta.ff.de quæstio. Facit.l.3.ff.de test.& maximè ex verbis rei respondentis,vt in dictis iuribus. quæ comprehendere ex verbis procuratoris non potest, cum ipse innocens sit, nec inspicitur rei præsentia,ex quo non respondet, arg.l.in lege. ff.de contrahen.empt.&.ff.de peti.hęred.l.nec vllam.§.quòd si quis.&.ff.de iure codic.l.2.§. furiosus. ¶ Et prædictam opi.videtur sequi. D. Ant.hic. per.l.inter accusatorem.ff.de pub.iud. vbi inter accusatorem, & reum admittitur excusatio pro absente, ne reus citatus absens damnetur. vnde vult D. Ant.quòd admittãtur tantum excusatores in casu,in quo etiam absens posset damnari. Ad quòd etiam alleg.tex.nostrum &.c.super his.7.eo.in quibus probat,ꝙ in causa, in qua potest procedi ad diffinitiuam contra absentem, vt ad pœnam depositionis non potest interuenire procurator; nisi responderes,quòd iura prędicta restringuntur, quando vellet intrruenire procurator ante litem cõtestatam per.c.veritatis.de do.& contu. Sed in hoc intellectu, & de alijs intellectibus quantum ad tex. nostrum, dic, vt dixi.s̃.in.1.& 8.q.huius.1.q.principalis. Et hanc opi.tenet D.Ricar.de Salice.in.d.§.publicè.& Bartho. de Salice.in d.l.reos.C.de accusatio. ¶ Contrariam tamen sententiam tenet Dyn.in.d.§.ad crimen. qui voluit, ꝙ in omnibus casibus,in quibus pôt procedi cõtra absentem ad pœnam capitalem,possit interuenire ꝓcurator; & sic si ex forma statuti posset contra absentem procedi, voluit, ꝙ admitteretur.de quo dicam in seq.q. Et hanc sententiam Dyn.tenet Io. And. in addi. Spec.in tit.de procu.§.1. in vers. itèm ꝙ causa est criminalis, quasi in fi.vbi dicit, quòd in.d.§.publicè aperte innuitur, ꝙ etiam in capitalibus admittitur procurator ad defendendum innocentiam, si absens potest damnari. & dicit tenuisse Iac. de Are. & refert Dyn.sic consuluisse in quadam causa Regina. vnde concludit ibi Ioan.and. quòd ad excludendum defensorem duo requiruntur. Primum,ꝙ pœna veniat imponenda supra relegationem, vt dixi in 1.&.10.q. Secundum, ꝙ absens non possit diffinitiuè condemnari. Et hæc opi. plus vr̃ placere Io. de Imo.in.d.§.ad crimen. mouetur per tex. in.d.§.publicè.nam ſm eum, non violando literam in quantũ ille tex.dicit quemlibet admittendum,vr̃ per consequens velle, ꝙ admittatur ẽt procurator arg. l.is qui ducenta.§.vtrum.ff.de.reb.dub.& maximè; quia litera dicit ibi quemlibet debere admitti. vnde videt̃ esse mens. quòd si veniat quis cum mãdato,& vt ꝓcurator admittatur; quia tex.non dicit quemlibet, tanq̃ quemlibet;sed quemlibet simpliciter;si autem non habeat mandatum, admittatur vt defensor. Et sic videt̃ intelligere Inno.hic si bene ponderet̃. Pro hoc etiam facit; quia in crimine læsæ maiestatis potest procedi contra absentem, vt patet in.d.extrauag.ad reprimendũ. & tamen vr̃ ibi sufficere, ꝙ possit cõparere per procuratorẽ ꝑ tex.ibi dũ dicit,personaliter, & legitimè nõ cõparuerit, & nõ dixit ꝑsonaliter tantũ; licet Bar.ibi conetur respondere,dicens,ꝙ legitimè dicitur comparere,qñ personaliter cõparet,si est singularis ꝑsona;vel per procuratorẽ, si est vniuersitas, per not.in.l.2.de accu.dicam.ĩ.in 6.principali huius.2.q.principalis secundi mẽbri. ¶ Sed hæc responsio vr̃ quædam cauillatio. nam facilè fuisset Imperatori exprimere ibi, si voluisset.& ideò cum illud non expressisset, vr̃ voluisse, ꝙ vtroq. casu sufficiat per ꝓcuratorẽ cõparere, arg.l.1.§.sin aũt à deficientis. C.de cad.tol.iuncta.l.1.&.d.§.publicè.ff.de procu.& maximè atteto, ꝙ illa verba ꝑsonaliter,vel legitimè videntur pariformiter referri ad singularẽ personã, & ad vniuersitatẽ. & sic debet vtrunq; pariformiter determinare,arg.l. tã hoc iure ff.de vul.& pu.Nec ob.rõ,quę allegatur in oppositũ per Bar.videlicet,ꝙ non est cõueniens,ꝙ in cã tanti preiudicij fiat præiudicium domino per dictum,factum,vel neglectũ procuratoris; quia respondet Io. de Imo.ꝙ per eius dictum, factumue non præiudicat domino; nisi super illo habuerit specialissimum manda-

136 mandatum,vt videmus in ſimili† in matrimonio,in
quo requiritur ſpecialisſimum mandatum.c.fina.de
procura.lib.6.de quo artic.dicam in.d.vj.q. & hanc
doctrinam poſuit Bart.in.l.filiusfa.ff.de dona.& ſic
licet non posſit rñdere ſine ſpecialisſimo mandato
poſitionibus, tamen poterit alia ꝓſequi, ſicut in ſi-
137 mili videmus,quòd† procurator poteſt cã agitare,
& tamen non poteſt iurare de calumnia, niſi habeat
ſpeciale mandatum,vt.c.fi.de procu.lib.6. in authẽ.
principales.C.de iura.cal. Facit etiam,quia factum
procuratoris declinans in delictum, nunq̃ nocet do
mino,ſecundum not.in.l.non ſolum.§.1. ff.de ꝓcu.
facit.l.ſi procurator.ff.de condi.inde. nec eſt etiam
verum, ꝙ negligentia procuratoris non debeat no-
cere domino in caſu ꝑdicto,quia immò debet poſſe
nocere. nam minus malum eſt abſenti,ꝙ in aliqua
particula cauſę negligentia committatur per procu
ratorem,quàm ꝙ defenſio cauſæ negligatur, & nul-
lus compareat. & ideò melius,& vtilius eſt ſibi talẽ
procuratorem admitti, licet posſit committere ali-
quam negligentiam.nam melius eſt taliter admitte
re,quàm ex toto repellere,arg.l.tutor.C.de neg.ge.
& hac ratione conſiderata, tex.in.l.non ſolum.§.fi.
ff.de procu.dicit,ꝙ eo caſu,quo iudex deliberat om
ninò procedere contra abſentem in cauſa ſuſpecti,
ꝙ debet admittere ꝓcuratorem,etiam ſine ſpeciali
mandato,quia tunc minus malum eſt,ꝙ aliquis ad-
mittatur,quam ꝙ nullo admiſſo procedatur. Nam
veriſimiliter veritas melius patefiet. & hac rõne at-
tenta,etiam tex.in.d.§.publicè. q voluit quemlibet
admittendum,videtur intelligendus, quando iudex
deliberat omninò procedere contra abſentem.nam
primo loco debet procurare quãtum poteſt, vt reus
principalis compareat,& ſi hoc etiã fieri nõ poteſt,
debet procurare vt compareat procurator, habens
ſpeciale mandatum, & ſi hoc etiam fieri non poteſt,
admittat ſine ſpeciali mandato, & etiam admittat
quemlibet defenſorem ſine aliquo mandato,arg.d.
l.non ſolum.§.fi. Nec obſtat ſi dicatur,ꝙ veriſimi-
lius magis fideliter dominus defendet cauſam ꝑ ſe,
quàm per procuratorem. & ſic per hoc non debeat
admitti procurator,quia in prædicto caſu prædicta
ratio non poteſt vendicare ſibi locum, qñ iudex eſt
omninò proceſſurus contra abſentem ad ſñiam, vt
eſt tex.apertus in.d.l.non ſolum §.fin. Et ratio pa-
tet manifeſta de ſe ex his, quæ.ſ.dixi. & ſic conclu-
dit Io. de Imo. quòd vbi contra abſentem põt pro-
cedi ad ſententiam pœnæ capitalis, debet admitti
procurator.quam etiam ſñiam tenuit Dyn. & etiam
ſm quod conſuluit,vt dictum eſt.& tenet etiam Cy.
in.d.l.reos.& Io.And.vbi.ſ. & ſequuntur commu-
niter* Docto.ſm Io.de Imo. excepto Barth. Rich. Cõis op.
Bar.de Sali.& do.Ant.de But.hic. ¶ Sed aduerte,qa
arbitror,ꝙ dici poſſet,ꝙ Bar.fortè intellexit,ꝙ non
admittatur procurator,ſed inſtructor, vel informa-
tor,quia dato ꝙ quis habeat mandatum,tamen me-
lius eſt,ꝙ admittatur vt inſtructor, q̃ tanq̃ procura-
tor;quia primo caſu ſatisfactum erit abſenti, & iudi
ci quoad inſtructionem ſine aliquo ꝑiudicio abſen-
tis,quã in ſecundo caſu,in quo ꝑꝑ mãdatum poſſet
magis præiudicari.ſi tamen ille,qui habet mandatũ,
nollet admitti vt inſtructor,aut informator; ſed vt
procurator,procederet dictum Io.de Imo. ¶ Item
aduerte, quia Io.de Imo.non reſpondet ad alia duo
argumẽta,quæ.ſ.vltimo loco formaui pro opi.Bar.
vnde potes dicere, ꝙ ad vltimum argũ de ſatiſda-
tione præſtanda poteſt rñderi, ꝙ prædictum argũ
non procedit, vt patet ex his,quæ dixi in.j.q.princ.
in asſignando rationes. ¶ Sed maior difficultas eſt
in rñdendo ad aliud pen.arg.d.l.1.§.1. ff.an per ali.
cau.ap.ſed poteſt rñderi, vt.ſ.latius dixi in.q.j.& x.
nam illa lex loquitur in caſu,in quo non poterat ꝓ-
cedi contra abſentem,ꝙ patet ex eo,ꝙ ibi dicit cau
ſam appellationis eſſe eiuſdem naturæ, cuius eſt cau
ſa principalis;ſi ergo in principali poteſt ꝓcedi cõ-
tra abſentem,ergo & in cauſa appellationis; & ſi in
cã principali poteſt interuenire procurator, ergo &
in cauſa appellationis, per rationem ibi asſignatam
in tex.de quo latius dicendum, vt dixi in.j.q. huius
ij.q.princ.in ver.nec etiam obſtat ſi diceretur. ¶ Ad
aliud autem argũ.ſ.formatum per alios pro opin.
Bar.rñdetur,ꝙ arg.procedit, quando abſens poſſet
haberi,& contra abſentem procedi nõ poſſet, vt eſt
in caſu noſtro. ¶ Nec etiam obſtat ſi diceretur,ꝙ ſi
procurator admitteretur, iudicium redderetur de-
luſorium, quia ex quo ius noluit contra abſentem
procedi poſſe,illud non conſiderauit. Nec etiam.§.
ad crimen. in quo nulla fit differentia præſentiæ,&
abſentię,quia licet ille tex.ſimpliciter loquatur;ſuf-
ficit tamen,ꝙ alia lege diſtinguatur, ꝑ not. in.l.Se-
io.ff.de teſtib.& in.c.cum expediat.de elect.lib.6.&
.l.nam & poſteriores.ff.de legib. & ſic reſidet Io. de
Imo. ¶ Sed tu aduerte, quia nouisſimè reperi quan-
dam repet. Ange.quam fecit in.d.§.publicè. quæ,vt
arbitror,fuit vltima,quia reperio illum. §. per eum
bis repetitum,licet vtraque repetitio fuerit ſatis bre
uis,quia non præterit decem columnas, in qua ipſe
dat nouisſimum intellectum ad d.§.publicè. dicẽs,
quòd licet in iudicando,& conſulendo non ſit rece-
dendum ab opin.glo tamen diſputationis cauſa di-
ſtinguit, ꝙ quandoq; reus accuſatus de crimine ca-
pitali eſt abſens ex iuſta cauſa,& poteſt interuenire
procurator ad plenam defenſionem.& ita intelligit
.l.reos.C.de accuſa.& ita per conſequens poteſt di-
ci,quòd intelligatur.c.reos.5.q.3.vbi litera forma-
liter dicit,reos capitalium criminũ abſentes, etiam
per procuratorem defendi leges publicorum iudi-
ciorum permittunt,nec apparet, ꝙ litera loquatur
in defenſore, qui ſolum venit ad allegandas cauſas
abſentiæ.& ideò intelligit illa iura generaliter.ff.de
de lega.præſtan.&.d.l.de prætio.& ratio eſt, ſm eũ,
quia vtile eſt reipublicæ, quòd abſentes defendan-
tur. Vnde ratione publicæ vtilitatis illud videt̃ in-
ductum. Allegat etiam ad prædicta.d.§.publicè.&
qđ not.in.l.1.ff.de no.ope.nun. ¶ Si verò reus accu-
ſatus de crimine capitali non abeſt ex iuſta cauſa,
ſed ex iniuſta;fortè quia latitat,& tunc verum eſt,ꝙ
ad crimen publici iudicij fruſtra interuenit procu-
rator.ita intelligit.d.§.ad crimen.in.j.reſpon.volẽs,
ꝙ ſm reſponſum illius.§.loquatur in caſu, in quo
procurator comparuit ad allegandas cauſas abſen-
tiæ,& ꝙ per eius comparitionem ſñia differatur; &
quòd debeat intelligi in alijs caſibus,vel cauſis non
capitalibus,in quibus posſit ferri ſententia contra
abſentem.Si.n.non potuiſſet ferri contra abſentem
propter cauſam abſentiæ allegatam, non retardare-

tur prolatio sententiæ, sed propter ipsam materiam
causæ. ¶ Et si diceres ad quid prodest, quòd procu-
rator interueniat ad plenam defensionem in casu, in
quo in absentem non potest ferri sentētia? Rñdeo.
ꝙ prodest, ne fiat annotatio, vel descriptio omnium
bonorum, secundum formam. l. 1. ff. de requir. re. &
l. 2. C. eod. titu. Item poterit prodesse quoad impe-
diendum damnum, secundum ꝙ dicam in seq. q. in
fi. probatur autem defensio non probato crimine.
vnde propter hoc insurgit magna vtilitas, tum rōne
dictæ annotationis, tum etiam, quia absens ex actis
poterit se informare, an debeat comparere, vel non.
¶ Et hic intellectus est valde subtilis, & singularis,
tamen, vt ipse dicit, non est recedendum à commu-
ni opin. quæ plus mihi placet, intelligendo, & decla-
rando, vt. s̄. dixi. & maximè, quia si abest ex iusta cā,
non videtur latitare, & per consequens vr̄ etiam sa-
tis esse allegare causas absentiæ ad impediendū an-
notationem bonorum. ¶ Insuper aduertendum est,
ꝙ p̄dicta procedūt respectu rei accusati. Sed vtrum
eo casu quo potest procedi contra absentem, & quo
potest admitti procurator ex parte accusati, an de-
beat admitti ex parte accusatoris, Doct. nō tāgunt,
videtur tamen dicendum, ꝙ debeat admitti, per re-
gulam, quæ vult æqualitatem in iudicijs seruandam,
vt in reg. non debet actori. de reg. iur. lib. 6. & ff. eo.
reg. non debet. vnde si reo accusato licet compare-
re per procuratorem, debet etiam licere accusatori.
¶ Solu. ego arbitror dicendum contrarium, & hoc
indubitanter procedit, retenta opin. de qua. s̄. intel-
ligendo, ꝙ talis procurator non possit interuenire
ad plenam defensionem, sicut nec procurator rei ad
plenam defensionem, secundum opin. Bar. & sequa-
cium, sed bene arbitror, ꝙ possit interuenire procu-
rator, vel defensor ad allegandas causas absentiæ
ipsius accusatoris, ad hoc vt effugiat pœnas accusa-
toris absentis per contumaciam. de quo per Spec. in
tit. de accusa. §. 5. in tertia parte sui operis. Bart. in. l.
quæsitum. ff. ad senatuscon. Turpil. dixi latius in. c. li
cet. s̄. eo. ¶ Sed retenta opin. communi, maius videt̄
esse dubium, an possit venire, vt defensor. arbitror
tamen idem dicendum, quia etiam hoc casu militāt
rationes, quare ex parte accusatoris non admittatur
procurator. de quibus dixi. s̄. in. ij. q. primæ. q. prin.
Non obstat argm̄. s̄. in contrarium formatum, quia
potest responderi, vt dixi in. d. ij. quæst. nam diuersi-
tatis ratio hoc facit, vt non seruetur æqualitas. & ma
ximè, quia facilius admittitur procurator ex parte
conuenti, quàm ex parte accusatoris, vt. l. licet. ff. de
procura. cum simi. intellige tamen, vt statim dixi, ꝙ
potest venire ad allegandas causas absentiæ. & adde
138 quæ dixi in. d. ij. q. ¶ Sextodecimo quæro, quid† si
statuto disponitur, quòd accusatus, vel inquisitus de
crimine capitali, si sit contumax, habeatur pro con-
fesso, & condemnetur, & ponatur in banno, an hoc
casu admittatur procurator. Sol. Bar. in. d. extrauag.
ad reprimendum. in versi. legitimè. tenet, ꝙ non, ne
in aliquo habeat nocere domino. argu. eorum, quæ
dixi. s̄. in p̄ceden. q. in opin. Bar. & quia hoc non re-
peritur iure cautum. quinimmò secundum Bar. hoc
videtur esse de mente statuentium, ꝙ tunc nō admit
tatur procurator, vel absens; aliàs autem nunq̄ absēs
posset condemnari vt cōtumax, quia compareret p
procuratorem, & sic non posset hr̄i ꝓ confesso. & p
consequens non posset damnari, aut poni in banno.
¶ Dyn. verò tenet, & consuluit contrarium, vt patet
ex his, q̄ dixi. s̄. in p̄ced. q. in opin. sua. voluit ergo, ꝙ
etiam si ex forma statuti contra cōtumacem posset
procedi, tanq̄ contra confessum, quod nihilominus
admittetur procurator. & hanc sequitur Io. And. in
addi. Spec. in tit. de procu. §. 1. versi. item ꝙ causa est
criminalis. in fi. magnæ addi. quam dicit tenere Iac.
de Are. in. l. inter accusatorem. ff. de pub. iudi. & per
hanc dicit consuluisse Dyn. & hæc plus mihi placet
cum limitatione. de qua statim dicam, & corrobo-
ratur ex his, q̄ dixi in p̄ced. q. ¶ Nec obstat primum
argm̄ Barto. ꝙ hoc non reperiatur iure cautum; quia
immò reperitur. nam cum dictū sit in p̄ced. q. ꝙ vbi
cōtra absentem potest procedi in crimine capitali,
potest interuenire procurator, retenta opi. communi,
poterit interuenire in casu nostro; & sic si interue
nit, non dicitur contumax, & per consequēs non po
terit haberi pro confesso. ¶ Nec obstat aliud argm̄
Bart. ꝙ statutum non possit hr̄e effectum, qa immò
poterit habere effectum, qn̄ non comparet nec p se,
nec per procuratorē. vnde satis videtur sufficere, ꝙ
p̄dictum statutum, quod est adeò exorbitans, & præ
139 iudiciale, possit habere effectum in aliquo casu, † &.
restringendum est potius, q̄ relaxandum. arg. not. in
l. 2. ff. de noxa. & in. c. cum dilectus. s̄. de consuet. &
in reg. in pœnis. de reg. iu. lib. 6. & voluit Io. de Imo.
in. d. §. ad crimen. ¶ Aduerte tamen, quia secundum
sñiam Ang. de qua in p̄cedē. q. esset distinguendum,
vtrum absens contumaciter abesset, prout videtur
velle statutum, videlicet, quia latitaret. & hoc casu
posset saluari opin. Bar. Et si tu diceres, non dicitur
abesse, vel latitare, ex quo comparet per procurato-
rem. Rñdeo, ꝙ si cā absentię suę est iniusta, fortè qa
cum possit comparere, non comparet p se, quia for
tè sentit se culpabilem. & ideò vult comparere per
procuratorem, & tunc meritò hr̄ ꝓ cōfesso, nec ad-
mittitur procurator. ¶ Si verò nō latitaret, sed esset
absens ex iusta causa, tunc admitteretur procurator
etiam ad defensionem innocentiæ. Et hęc est mea
noua consideratio, quæ habuit ortum ex opin. Ang.
Ex qua infero, ꝙ anteq̄ legitimaretur persona talis
procuratoris, necessarium esset, ꝙ doceretur de legi
tima causa absentiæ. aliàs posset iudex eum non ad-
mittere. Item fortè posset dici, ꝙ iudex intellecta iu
sta absentię causa posset differre iudiciū, donec ipse
posset p se cōparere, nisi fortè oporteret ipsum in-
tra certum tp̄s cām expedire, & impedimētum esset
futurū longum. cogita. ¶ Et ex p̄dictis infertur, qd
dicendum sit in casibus, in quibus de iure cōi contu
max habetur ꝓ cōfesso, & vt cōfessus, & conuictus,
140 de crimine potest condemnari. Exemplum† in crīe
hęresis, in quo citatus, vt de fide respondeat sub ex-
cōicationis vinculo, innodatus pro eo ꝙ compare-
re subterfugit, & cōtumaciter se absentat, quàm ex-
cōicationem pertinaci animo p annum sustinet, ex
quo tunc condemnatur vt hęreticus, vt. c. cum con-
tumacia. de heret. lib. 6. dico. n. ꝙ hoc casu admitte-
retur procurator, probando, ꝙ ille se non absentat
cōtumaciter, sed ex iusta causa, quod voluit ille tex.
vt patet ex verbis suis. Faciunt etiam prædicta ad ea,
quæ traduntur in. c. rursus. & c. quicunque. 11. q. 3.

& hæc procedunt ex parte accuſati. Ex parte autem accuſatoris quid iuris ſit, collige ex dictis in fi. præ-
141 ceden.queſt. ¶ † Decimoſeptimo quæro, † vtrum in caſibus, in quibus dixi procuratorem non admittendum propter naturam cauſæ, & qualitatem pœnæ, indiſtinctè procedat, etiam ſi reus accuſatus eſſet præſens. Sol. Bal. in.l.reos.C.de accu.tenet ꝙ ſic, dicens, ꝙ ſi ruſticus, qui neſcit dicere facta ſua, ſit præſens, ꝙ certè poterit loqui per procuratorem, vt cō-muniter* dicunt Docto. quia ex quo aliquis eo præſente loquitur, videtur ipſemet loqui; & ſic non videtur defendere ſe per procuratorem, ſed per ſeipſum iuris fictione, arg.l.ſi procurator.ff.de verb.obl. & quod not.in.l ſi defenſor.ff.de interro.act. & l.cū oſtendimus.§.fi.ff.de fideiuſſ.tu. & in hoc dicit concordare omnes doct.* Sed cōtra hoc dicit, quod dixi, ſ.in.xv.q.ſecundum opin.Bart. ſecundum quam; videtur dicendum, ꝙ non debet admitti procurator etiam pro præſente. Pro quo facit.l.1.ff.an per ali. cau.ap.& d.l.penul.§.ad crimen.ff.de pub.iudi.hoc modo inducendo, Accuſator, & accuſatus debent eſſe præſentes in iudicio criminali, & quando crimē eſt graue, debent teneri in cuſtodia, vel carcere, vt.l.pen.& fi.C.de accuſ.& l.1.2.& 3.ff.de cuſto.reo. cū, ergo iuriſconſultus hoc ſciret eſſe de iure, & nihilominus in d.§.ad crimen, dixit, ꝙ ad crimen publici iudicij proſequendum fruſtra admittitur procurator, & in.d.l.1.dixerit, ꝙ in cauſa criminali, ex qua venit imponenda pęna ſupra relegationem, non interuenit ꝓcurator, videtur intellexiſſe, vt etiam qn̄ vterque eſt præſens, ſeu in vinculis, ꝙ non debet admitti procurator. Hoc etiam videtur probari, & fortius in.d.l.1.ff.an per ali.cau.app. aliter inducendo hoc modo, videlicet, nam ſi ſententia fuerat lata in cauſa principali; ergò neceſſario ibi fuerat præſens; aliàs non debuiſſet damnari, vt.l.abſentem.ff.de pę. & conſequenter debebat eſſe in vinculis tàm actor, quàm reus propter grauitatem pœnæ, vt in dictis iuribus, & tamen ibi non admittitur procurator, ſi venit imponenda pœna à relegatione ſupra. Et pro hoc etiam facit, quia ſubeſt ratio, quam. ſ.dixi, videlicet, ꝙ ipſe principalis melius agitabit cauſam per ſe, quàm ꝑ procuratorem.arg.l.2.§.ff.de adult. Ego verò in hoc articulo prius arbitratus ſum in vtrāq; opin.concordari poſſe hoc modo, videlicet, ꝙ aut accuſatus eſt præſens, & procurator ipſius formaliter reſpōdet, habita informatione prius à domino, qualiter debeat reſpondere in effectu. & hoc caſu procedat opi.Bal. aliàs procedat alia opin. Sed demum habita diligentiori conſideratione, nō video poſſe ſuſtentari dictam opin. quia videtur expreſsè contra tex.in.l.non tantum.ff.de appel. vbi non ſolum quis admittitur ad appellandum pro volente, ſed etiam pro contradicente in cauſa, in qua quis venit capitali pœna puniendus. Vnde deciſio huius.q. videtur difficilis; in prædicta tamen difficultate arbitror, ꝙ prima opin.ſit verior, videlicet, ꝙ pro præſente admittitur procurator, vt ſciat melius reſpondere, habito tamen mandato ſuper ſpeciali reſponſione. de quo articulo dicam.j.in.vj.q.princip.huius ſecundæ quæſt.princ. vnde hoc caſu cum præſens per præſentem procuratorem reſpondeat, videtur ipſemet reſpondere, arg.d.l.ſi procurator. cum alijs iuribus.ſ.alleg. Faciunt ea, q̄ ſtatim dicam in ſeq.q. Nec obſt.argumenta in contrarium formata, quia licet ita debeat eſſe, vel cōiter ſit, ꝙ in cauſa criminali, qn̄ crimen eſt graue tàm accuſatus, q̄ accuſator debeant ſtare in vinculis, tamen poterit eſſe, quòd non erunt in vinculis, quo caſu quęrendum erit de procuratore, ꝙ vr̄ etiam ſentire Iuriſconſul. in di-
142 ctis iuribus, cum tractat de procuratore, † qa cōiter quis conſtituit procuratorē, qn̄ non poteſt intereſſe rebus ſuis. Facit.l.1.§.vſus.ff.de procur. Nec obſt.rō ſ.alleg. quia in caſu noſtro non procedit, cum principalis ſit præſens, & habeat informare ipſum procuratorem; quinimmò melius defendet cām per ſe, & per procuratorem, q̄ per ſe ſolum. Et prædicta ꝓcedunt ex parte accuſati. Ex parte accuſatoris, quid iuris ſit, docto.non tangunt. Ego arbitror, ꝙ exordia cauſæ, hoc eſt ad accuſandum, ſeu libellum accuſatorium ꝓcuratorio noīe concipiendum non admittatur, moueor, quia poſtq̄ crimē eſt publicum, & cuilibet competit accuſatio, poſtq̄ quis poteſt accuſare noīe proprio, non debet admitti alieno. arg.eorum, quæ dixi in.ij.q j.q.prin.in prima ratione aſſignata; quare ex parte accuſatoris non admittatur procurator. & hoc limitari pōt. arg.eorum quæ dīr in.d.q. In reliquis aūt actibus, arbitrarer idem dicendum eſſe ex parte accuſatoris, ꝙ dictum fuit ex parte accuſati. & adde quæ dixi, ſ.in xv.q.in fi. ¶ Deci-
143 mooctauo q̄ro, † vtrum in caſibus, in q̄bus dixi ꝓcuratorem non admittēdum, rōne qualitatis cauſæ, ꝓcedat qđ dictum eſt, ēt ſi reus accuſatus ſit carceratus. Sol. Odof. quem ſequitur Gād in tract.malefi. & ēt Rayn.tenent, ꝙ non admittatur procurator. & idem Richar. de Sali.in.d.l.ſeruum quoq;.§.publicè.& Bar.de Sali.in.l.reos.C.de accu.& do.Anto.de But.hic.mouenī, quia talis ꝓcurator non poteſt pręſtare cautionem.de qua dixi.ſ.in vj.rōne.j.q. Allegat etiam ad hoc.l.1.ff.an ꝑ ali. cau. ap. inducendo vt.ſ.dixi in alia.q. Nec obſtat ſm do. Ant.l.nō tm̄. ff.de appel.quæ vr̄ facere in contrarium, quia rn̄det, ꝙ ibi procurator interuenit rōne proprij intereſſe inſurgentis ratione cuiuſdam cognationis, quæ eſt inter omnes homines, vt.l.vt vim. ff.de iuſti. & iure. & hoc propter periculum ſententiæ iam latæ, quando notum eſt illam fore iniuſtam, & damnatus voluntariè properat mori. Secus vbi dubius eſt de iure ſuo, & non conſtat illum iniuſtè condemnatum. Facit.d.l.1.ff.an per ali.cau.appel. Item mouetur do. Barto. quia ſi admitteretur ad reſpondendum poſitionibus, vel ad teſtes producendos, eius dictum, vel factum poſſet nocere domino, ꝙ videtur inconueniens in cauſa tanti præiudicij, videlicet, relegationis, vel minor. Facit quod not.in.l.fi.C.de iniur. arguendo à ſpeciali, vt.ſ.ſæpius fuit inducta. Dicit tamen do.Ant.hic, ꝙ quis poſſet comparere, vt inſtructor, vel præparator, non vt procurator, ſuſcipiendo in ſe tutelam iudicij. vnde, ſecundum eum, poterit comparere ad iurandum de calumnia, ſi ad hoc habet ſpeciale mandatum, quia per hoc non ſuſcipit in ſe tutelam iudicij. Facit.l.qui autem.§.fi.ff.de cōſtit.pec. Bar. verò in.d.l.pen.§.ad crimen. ff.de pub. iudi.tenet contrarium, per.l.ſciendum.& l.ſeruus. ff.de pub.iudi.& quia in carcerato videntur ceſſare omnes rationes, per quas ex parte accuſati vr̄ pro-

Cōis opi.

Cōis opi.

hiberi interuentus procuratoris; nam ſententia po-
terit ferri in ipſum pſentem, & contra ipſum pſen-
tem exequi.& ſic iudicium non erit deluſorium. Itē
quia melius, plenius, & vberius defendet ipſe reus
cauſam per ſe,& per procuratorem,quàm per ſe ſo-
lum,iuxta illud vulgatum.In cauſa propria aduoca-
tum quære.& quod no.de ludo ſcacchorum in.l.er-
ror.C.de iur.& fac.igno.Nec obſtat ratio in contra
rium facta,videlicet ꝙ nō ſit æquum, ꝙ procurator
præiudicet domino;quia eius dictum,factum,vel ne
glectum, non poterit piudicare ſine ſpecialisſimo
mandato ad ſic reſpondendum, & ſi tale mandatum
habuerit, non procurator, ſed ipſemet principalis
præiudicium ſibi facit,arg.l.licet.&.l.qui autem. in
fi.ff.de conſt.pec. nec eſt veriſimile,ꝙ in tàm arduo
negotio committatur aliqua negligentia, eo maxi-
mè,quia cum reus ſit carceratus,veriſimiliter infor-
mabit ſe de geſtis per procuratorem; & concludit
finaliter,ꝙ pro carcerato procurator admittetur ad
omnes actus iudiciales,præterq̄ ad ſententiam.& ſic
intelligit quod not.in.l.2.C.de accu. Sed Io.And.
in addi.Spec.in tit.de procu.§.1. verſi. ſed nunquid
ad media.dicit,ꝙ procurator interuenit ad media
cauſæ,non ad litis cōteſtationem, quia ille eſt actus
pertinens ad principalem. quòd videtur ſatis rōna-
le,ſm Io.de Imo.¶ Nec obſtat ſm Io.de Imo.l.1.ff.
an per ali.cau.ap.alleg. in cōtrarium, quia debet in-
telligi, quando reus poſt ſententiam ſe abſentaſſet,
ſecundum ꝙ dixi in preced.q. nam hoc etiam cōtin
gere poteſt,& à iure conſiderandum eſt, arg.l.caſti-
tati.C.de adult.Nec etiam obſt.ꝙ quando crimē eſt
graue,tàm accuſator,quàm accuſatus debent teneri
in vinculis, quia licet illud ſit verum regulariter; tñ
quandoq; euenit oppoſitum,ex eo,ꝙ alter ſe abſen-
tat;& hoc caſu,quando alter eſt abſens,debēt intel-
ligi iura tractantia, an pcurator debeat admitti,vel
non.Pro quo facit tex.in.d.§.ad crimen. in verſi.ſed
excuſationem. per quem ver. clarè datur intelligi,ꝙ
voluit intelligere de abſente in principio illius.§.Fa
cit etiam quod habetur in.l.inter accuſatorem.ff.de
publi.iudi. & in.d.l.ſeruum quoque.§.publicè.ff.de
procu. vbi tex.refert ſe ad abſentes.& ſimiliter in.d.
l.reos.C.de accuſa.&.c.reos.5.q.3.& ideò vr̄ dicen-
dum,ſecundum Io.de Imo.cum cōi* opi.quam ſer-
Cōis opi.
uat conſuetudo,prout etiam hic dicit do.Anto.quę
vult,ꝙ pro carcerato admittatur procurator ad ple
nam defenſionem ſuper crimine.& hanc etiam opi.
ſequuntur Domini de Rot.deciſ.102.& deciſ.201.
licet aliqui habeant deciſ.196. Et per pdicta etiam
patet,ꝙ licet ſm do.Anto.& quoſdam alios, quādo
reus eſt carceratus,videatur ſufficere, ꝙ admittatur
inſtructor,preparator,vel aſſiſtens.non tamen videt
eſſe repugnans,ꝙ admittatur quis,vt procurator;im
mò videtur eſſe iuri conforme,vt.d.§.publicè. & p
ea,quæ.s̄.dicta ſunt.pro quibus etiam facit.l.exigen
di.C.de pr cur.&.d.l.non tantum.ff.de appel. Nec
obſtat reſponſio do.Ant. quam dat hic ad.l.non tan
tum.de qua ſtatim dixi in opin.ſua, videlicet,ꝙ ad-
mittatur ad vnum articulum tantum, videlicet, ap-
pellationis rōne generalis cognationis inter hoīes
exiſtentes,quia ſi bene ponderetur illa.l.non loquit
etiam de eo,qui admittitur ad proſequēdum appel
lationem,nec etiam eſt vera ratio præfati do. Anto.

de cognatione,quam tangit etiam glo.in.l.non tan-
tum.quia lex illa non conſiderauit illam generalem
cognationem,vt poteſt colligi ex not.in.l.ſed & hæ.
ff.de procu.cum not.in.l.3 § parētes.ff.de in ius vo.
q̄uis ille.§.loquatur in alia rōne, ſed propria ratio
ad.l.non tantum.fuit, quia ibi damnatus erat in vin
culis.& ideò iudicium nō poterat eſſe fruſtratoriū.
Et propterea iudex ex pñtia perſonæ poterat cōpre
hendere quo colore,quo pallore,&c. vt.l.de mino-
re.§.tormenta.ff.de queſt. & hoc etiam voluit Bart.
in.d.l.non tantum.licet poſſint etiam aliæ rōnes ad-
duci.de quibus ibi per doct. Et præterea ſi ratio co-
gnationis eſſet vera, quare non ita dicendum eſſet,
ꝙ admittatur procurator ad alios actus, q̄ ad ſolum
articulum appellationis,cum vtrobiq; pariformiter
vendicet ſibi locum?Item ſi diceremus, ꝙ.l.non tñ.
haberet locum ſolū in articulo appellationis, certè
non poſſet adaptari ratio.l.non tñ.quia ſi reus ppe
raret mori,non faceret aliquam defenſionem.& re-
nunciare poſſet appellationi tacitè,vel expreſsè. qd
non eſt dicendum.Bal.verò in repe.d.§.publicè.di-
cit,ꝙ eſt diſtinctio cōis* glo.& doct. vtrum accuſa-
Cōis opi.
tus ſit abſens,an ſit carceratus,vt pro detento, & car
cerato admittatur procurator,ſed non benę probat
per.d l.2.C.de accu quia ibi dominus non veniit p-
curatorio nomine, ſed tanq̄ tertia perſona veniens
ex trāſuerſo pro ſuo intereſſe pecuniario. Facit.l.1.
144 C.de bo.dam.ſicut in ſimili† poſſet vxor prohibere
ne bona mariti deſtruerētur,vel in præiudicium ſuū
publicarētur,vt.l.ſi quis poſt.C.de bo.dam.& pater
poteſt phibere ratione ſui intereſſe,vt.l.ſi filius.eo.
tit.nam quò ad iſtam tertiam perſonam venientem
ex tranſuerſo cā non eſt criālis.& ideò conſtituit p-
curatorem,vt.l.Lucius.ff.de appel. Facit etiam qd
not.in.l.2.ff.ſi ex nox.cau.aga.Concludit ibi tādem
Bal.ꝙ cōis* conſuetudo habet,& obſeruat,ꝙ p car-
Cōis conſuetudo.
cerato admittatur procurator. Idem tamen Bal.in
d.l.reos.C.de accu.dicit,ꝙ detentus in carcere pro
pœna capitali conſtituit procuratorem ad oīa, præ-
terquàm ad tria.non enim conſtituit ad litis conte-
ſtationem.Item nec ad torturam ſubeundam. Item
& tertio non conſtituit ad audiendam ſententiam
contra dominum, quia dominus debet eſſe præſens
apud acta, & debet duci in palatio ad audiendā ſen
tentiam,quia abſens à iudicio non pōt damnari ca-
pitaliter.l.abſentem.ff.de pę.ſed ad audiendā ſnīam
pro ipſo accuſato benè admitteret procurator, vt.l.
quamuis.C.de adul.vbi eſt caſus,ſm vnam lect.ſub-
dit tamen,ꝙ ad ſnīam formandam in perſonam dñi
ſui contra dñm,non admittitur procurator in cauſa
145 capitali,† quia abſens nec condemnari, nec abſolui
poteſt.l.abſentē.ff.de pœ. quia principalis ita debet
duci ad banchū in cā abſolutionis,ſicut in caſu con-
demnationis;ſed qñ ſnīa venit formāda in perſonā
domini pſentis,tunc poteſt interuenire procurator
ad illum actum,vt ipſe Bal.concludit. Ange.verò in
d.repeti.§.publicè.pro ſnīa Bart.& cōi obſeruantia
allegat.l.ſi non defendatur.ff.de pœ. vbi tex. expſsè
dicit, ꝙ ad defenſionem ſerui indefenſi admittitur
vnuſquiſq;.& loquit de carcerato.ſubdit tñ,ꝙ mul-
tum mirat de opi.Bar. nā Bar.dicit,quòd ideò in cā
capitali non interuenit procurator, quia non poteſt
domino piudicium gñare.vnde ſi hæc rō eſt vera,ita
videtur

videtur habere locum, quando dominus est carceratus, sicut etiam quādo non est carceratus; & sic nullo casu posset interuenire procurator. & pro hoc dicit se allegare casum singularem in. l. miles. §. quidā. ff. de adul. vbi litera dicit, q vtile tempus, quod dat marito ad accusandum de adulterio, non currit ei existenti in carcere; ergo patet, q non potest constituere procuratorem ad accusandum de adulterio; quia si posset, ei curreret tempus, vt. l. 1. ff. de diuersi. & temp. præscrip. & hoc de cursu tēporis tenet Bar. in. d. §. quidam. & probatur in. l. Papinianus exuli. ff. de mino. vnde consuluit Ange. q carceratus semper faciat actus per seipsum, & accusator semper dirigat acta in personam accusati, & non in personam procuratoris. q est menti tenendum. Io. de Imo. in. d. §. ad crimen. dicit, q communis* consuetudo est, q procurator pro carcerato nō contestetur litem, sed custoditus debet præsentari, vt illam contestetur, vt. l. 2. ff. de cust. reo. ratio potest esse, ne scilicet videaē effectus dominus litis per contestationem. Itē subdit, q nec ad sententiam audiendam potest cōstitui procurator, quia carceratus debet duci ad tribunal, vt dictum est. licet enim sit in carcere, tamē videtur abesse, vt. l. 4. §. abesse. ff. de dam. infe. Facit etiam ad prædicta, & hanc opin. videtur tenere Io. An. in addi. Spec. vt dixi ante præced. q. quod not. in. d. l. 2. C. de accusa. ¶ Quidam verò dixerunt, † q carceratus debet respondere per se, non per procuratorem in omnibus actibus substantialibus, de quibus in. l. plá tam. C. de senten. Io. de Imo. tandem dicit concludi posse, q pro carcerato possit interuenire procurator, præterquàm in sñia. vnde vult, q si procurator habeat mandatum specificum ad contestandum litem, & ad confitendum, vel negandum, q possit litē contestari, cum non videatur aliqua rō in contrariū prohibitiua. fatet tamen, q melius faciet iudex, pui dere, q ipse reus personaliter litem contestetur, arg. d. l. de minore. §. tormēta. ff. de quęstio. pro qua opi. facit, quia vbi ius disponit in hac materia, q procurator possit interuenire, vr dispēsare quò ad omnes actus, præterq ad sñiam, vt. l. fi. C. de iniur. vnde illud quod ibi operatur dispensatio facta contra communes regulas ratione dignitatis, operetur etiam alia causa, pp quam iudex dispensat; vnde cum ius pmittat interuentum procuratoris pro carcerato, & pro absente, eo casu, quo potest procedi cōtra absentē, verior videtur opi. q possit interuenire procurator ad omnes actus, præterq ad articulum sñiæ; licet, vt dixi, prudentius faciat iudex, si compellat principalem per se litem contestari, & positionibus respondere, † quibus in criminali cā rñderi debet per verbum veritatis; non autem per verbum credo, vt dicit Bar. in. l. marcellus. ff. re. amo. & l. inter omnes. §. rectē. ff. de fur. & hæc opin. videtur mihi verior. Prædictæ tamen opin. aduersatur dicta opin. Ang. quam arbitror. Io. de Imo. non vidisse, sed ad ipsam, & rationes suas arbitror posse responderi. Primo ad rationem de præiudicio patet responsio, ex his, quæ §. dicta sunt pro opin. Bar. Ad tex. verò in. l. miles. §. quidam. rñdeo fm qd̄ sensit Ange. in. l. pen. § ad crimen: q ibi non currunt illa tēpora, quia volens aliū accusare, accusare non potest per procuratorē, licet pro carcerato admittatur respōsio. quod dictum est

Cōis consuetudo.

146

147

notab. fm Ang. dicit tamē Io. de Imo. q fortè illud intelligi posset, quādo carceratus vellet accusare coram alio iudice, non coram illo penes quem est. Facit quod not. idem Ang. in. l. 4. ff. de adul. debet etiā intelligi, quando est carceratus ex alia causa, quā ex ea, ex qua esset accusatus. nam tunc recurrendū esset ad illam difficilē materiam, de qua in. l. is qui. ff. de pub. iudi. & l. neganda. C. qui accus. non poss. in qua tractatur, an accusatus possit reaccusare accusatorē suum, vel extraneum, siue sit accusatus, & nomen accusati non sit receptum inter reos, siue sit receptum, & sic sit inter vinculis. super qua materia nō insisto. quia indigeret alia repetitione; sit ergò conclusio in hac quæstione, q pro carcerato admittitur procurator cum mandato specifico ad omnes actus, præterq̄ ad sententiam contra eum formandam. ¶ Et prædicta procedunt reo existente in carcere pro illo delicto in loco, quo iudicium fit. Sed si reus esset captus pro homicidio Senis, & Perusij agitaretur præiudicium, quia Perusinus non posset interuenire; secus esset. ita dicit Bal. in. l. reos. §. super his. C. de appel. Et satis placet per rationes. §. alleg. ¶ Item prædicta procedunt ex parte accusati; ex parte autem accusatoris potes concludere ex his, quæ dixi in fi. duarum

148 præceden. quæst. ¶ Decimonono quæro, † an in casi

149 bus, in quibus mortuus potest dānari, † vt est in crimine læsæ maiestatis, vt. l. fi. C. ad leg. iul. maie. & in crimine heresis, vt in. c. cum secundū. de hæret. lib. 6. & c. si quis eps. 7. de heret. 24. q. 2. c. fin. & vide alios casus in glo. summe. & vide glo. & doct. in. l. ad iudiciorum. ff. de accusa. vbi numerantur alij casus. ¶ Et aduerte, quia Bar. in. l. si qs defunctum. C. de aposta. fuit in mirabili opin. dicit enim post Richar. q iu-

150 ra, quæ volunt, q† de crimine heresis potest cognosci post mortem, debēt intelligi intra quinquenniū, q dicit singulare propter inquisitores, qui inquirūt post mortem, vt bona eorum publicentur. Sed hoc dictum non vr̄ verum, nec tutum; quia contra tex. in c. 2. §. fi. de præscrip. lib. 6. vbi requiruntur xl. anni, nisi fortè diceremus, quòd quantum ad publicationem bonorum procedat ille tex. sed q̄tum ad damnationem memorię procedat dictum Bar. licet Bar. videatur loqui in publicatione bonorum, sed non insisto, quia non est principalis materia nostra.

¶ Redeundo igitur ad propositum quæstionis, quæritur, vtrum in casibus prædictis admittatur procurator. Sol. Bal. in. d. l. reos. C. de accusa. quasi in fi. tenet q sic, quod probatur apertè, quia cum alias defunctus non possit loqui, si aliud diceremus excluderemus defensionem, quòd esse non debet. Facit qd̄

an admittatur procurator. Sol. Spec. in tit. de inqui-
ſitione. §. 1. verſ. Item poteſt quis. tenet qđ ſic, per
c.I.&.A. de re iudica.&.c.ſuper his. ĩ.eo. de quo tan
gam in.c.qualiter & quando. 2. ĩ.eod.in vltima.q.7.
q.prin. ¶ Sed D.Ant.hic dicit, ꝙ legiſtæ tenent, ꝙ
278 non; quia de † iure ciuili propter viam inquiſitionis
non alteratur pœna delicti. & ideò non interuenit
procurator, niſi in caſibus, in quibus poteſt interue-
nire per viam accuſationis; de quibus dictũ eſt. ſ.in
præced. ſecundo mẽbro. & tenet Bar. in.l.ſi cui.§.1.
ff.eo.&.l.2.§.ſi publico.ff.de adul. & hanc eandem
opi.tenet Audr.de Piſis, & Oldra. & poſt eos ſequi
tur Bal.in.l.ſeruum quoq;.§.publicè.ff.de procura.
279 qui etiam idem ſentit in.l.reos.C. de accu. ¶ † De
iure autem canonico dicit D. Ant. ꝙ vbi eſt eadem
pœna accuſationis, & inquiſitionis, vt eſt in crimi-
nibus exceptis, de quibus in.c.inquiſitionis.in prin.
ĩ.eod.& per Io.And. in.c.qualiter.§.debet. ĩ. eod.
& ibi dixi in.15.q.prin.& per Spec.in tit. de inqui-
ſit.§.nunc dicendum. verſ.ſi per modum inquiſitio-
nis. & ſequentibus. & hoc caſu, non admittitur ꝓ-
curator; quod intellige, niſi prout admitteretur ſi
procederetur per viam accuſationis. & hoc ſentit
gl.in.d.c.inquiſitionis. & D. de Rota deciſione.52.
¶ Aliàs autem de iure canonico, ſi proceditur per
viam inquiſitionis, admittitur procurator, vt tradi-
tur in.c.cum.I.& A. Facit quòd not.in.c.cũ cauſam
ſ.qui fil.ſint legi. & glo. in.c.venerabilis.ſ. de dolo
& contu. ¶ Et ratio eſt; quia iſta inquiſitio vocatur
cauſa ciuilis; cum non intendatur ad vindictam, &
ad naturalem pœnam delicti; ſed ad intereſſe publi-
cum, ne ſcilicet criminoſus indignè teneat eccleſiã.
& hanc eandem concluſionem, & diſtinctionem te-
net Hoſt. & poſt eum Do. Ant.in.d.c.inquiſitionis.
& ibi aliquid dixi. & Hoſti.in.d.c. qualiter. vbi etiã
dicam in fi.ſeptimæ.q. & hanc diſtinctionem etiam
ſentit Bal.in.l.reos.C.de accuſa. allegat Inn.in.c.cũ
oporteat. ĩ.eo. ¶ Ego breuiter concluderẽ, ꝙ vbi-
cunq; in crimine inquiſitionis veniret imponenda
talis pœna, propter quam in cauſa per viam accuſa-
tionis non poſſet interuenire procurator; nec etiam
poſſet interuenire in cauſa criminali, per viam in-
quiſitionis intentata. vide quæ dixi in.d.c. qualiter.
280 2.in.15.quæſtio.princi. ¶ Tertio quæro, † quid ſi
cauſa criminalis deducatur in iudiciũ per viam ex-
ceptionis; an admittatur procurator? Solu. D.Ant.
hic diſtinguit, ꝙ aut opponitur crimen ad finem
repellendi aliquem vt inhabilem, & admittitur; quia
finis dicitur ciuilis, vt.c.ſuper his. ĩ.eo. Subdit ta-
281 men, ꝙ hoc caſu, vbi † exceptio infamaret, ꝙ patet
ex his, quæ not.in.c.2.ſ.de ordi.cog. & exigitur ſpe
ciale mãdatum, per not.in.d.c.ſuper his.& in clem.
2.de procu. ¶ Et ideò dicendum, ſecundum eum,
ꝙ ſi opponatur crimen ad finem deijciendi benefi-
ciatum ab obtento, vt in dictis iuribus, quia iſta nõ
eſt naturalis pœna delicti; ſed potius inhabilitatis
perſonæ; & ſic quodammodo ciuilis; ꝙ tunc admit
teretur. Si verò opponetur ad finem puniendi, qđ
eſt quandoq; ſecundum ea, quæ habentur, in.d.c.2.
de ord.cog.&.c.1.de excep.&.l.2.§.ſi publico. ff.de
adul.&.c.ſuper his. ĩ.eod. & per Specu.in tit.de cri-
mi.per mo.excep.propo. & hoc caſu per omnia di-
cendum eſt, prout dictum fuit, quando procederet
282 per viam accuſationis. ¶ Quarto quæro, † quid ſi
de crimine proceditur per viam denunciationis, an
admittatur procurator? Sol. dicit hic Do. Anto. ꝙ
aut loquimur in denunciatione euãgelica, & ex par-
ta denunciantis; & hoc caſu, cũ quilibet poſsit de-
nunciare, ſeruanda eſt diſtinctio.l.licet.ff.de ꝓcura.
de cuius intellectu dixi. ſ.in.1.q primę.q.prin.ſecũ
di mẽbri prin. qa non intendit finis pęnæ naturalis,
ſed penitentiæ. Si verò denunciatio eſt canonica,
dicendum eſt ſecundum Do. Anto. prout dictum
fuit in inquiſitione. Spec. tamen in tit. de denunc.
§.qui denunciare. verſ.item poteſt. dicit, ꝙ quis po
teſt denunciare per procuratorem, & illam proſe-
qui, arg.c.cum in iuuentute.de præſump.&.c.ex par
283 te.A.de teſtib. ¶ Tn aduerte, quia † denunciatio nõ
ſolum eſt duplex, ſed quadruplex; videlicet, euan-
gelica, iudicialis, canonica, & regularis. vide docto.
& maximè Do. meum in.c.nouit.ſ.de iud. & quaſi
in nulla prædictarum ſpecie denunciator denunciat
ad finem naturalis pœnæ imponendæ delicti; ſi ta-
men dareĩ aliquo modo, ꝙ veniret imponenda pę-
na, in qua de ſui natura non admitteretur procura-
tor per viam accuſationis; arbitrarer, ꝙ etiam non
admitteretur per viam denunciationis, arg. dicto-
rum in duabus præcedentibus quæſtioni. ¶ Quin-
284 to, & vltimo quero, † quid ſi ad puniendum crimẽ
procederetur per viam notorietatis, an admittere-
tur procurator? Sol. Doc. non tangunt. ¶ Ego ar-
285 bitror dicendum, & aduertendum; quia cum † no-
torium ſit multiplex; videlicet, facti permanentis,
facti tranſeuntis, & facti interpellati. Itẽ cum aliqđ
dicatur notorium, ꝙ poſsit aliqua exceptione, ex-
cuſatione, vel defenſione celari, & aliquod, qđ nul
la tergi verſatione celari poteſt, dicendum eſt, qđ
in eo quòd nulla exceptione, vel excuſatione celari
poteſt, fruſtra quæritur, an admittatur procurator,
vt de ſe patet; quia in tali non eſt neceſſaria accuſa-
tio, vel denũciatio, inquiſitio, aut exceptio, nec te-
ſtes, aut aliæ probationes, ꝓut dixi. ſ.eo.c.euidẽtia.
& tractatur latius in.c.noſtra.de coha.cler.& mulie.
2.q.1.c.manifeſta.&.c.de manifeſta.&.c.bonæ.1.de
elec.&.C.de accu.l. ea quidem. nec libellus recipi-
tur, aut cauſæ cognitio adhibetur, vt.c.quoniam. de
fil.preſby. de quo per Spec.in tit.de noto crimi.§.1.
in princ. Si vero non eſſet tale notorium, ſed eſſet
tale,

tale, quód poſſet aliqua excuſatione, vel defenſione celari, & compareret procurator nomine rei delinquentis, ſeu qui dicitur deliquiſſe; an eſſet admittendus talis procurator, ponderanda eſſet qualitas ipſius delicti, & pœnæ imponendæ, vt latiſsimè dixi in.14.q. primæ.q. princ. 2.membri princip. & data tali qualitate pœnæ, propter quam ſi procederetur per viam accuſationis, non deberet procurator admitti, dico, ꝙ hoc caſu ponderanda eſſet qualitas, & forma propoſitæ excuſationis, exceptionis, vel defenſionis per ipſum procuratorem. & an poſſet de ipſis cognoſci ſeparatim à delicto, vel non. & ſecundum ipſarum qualitatem, & formam admittete, vel non admittere procuratorem, ſecundum ea quæ latius dicta fuere in ſecundo mēbro princ. maximè in.2.q. ſecundæ quæſt. princip. in.1.2.&.3. mēbro. Et ex his Deo duce, eſt expedita hæc difficillima materia; an, & quando in cauſa criminali admittatur procurator. ¶ Glo. ſuper verſ. ſilentium. quærit de tribus quæſt. & ſol. In eadem glo. ibi, quémadmodum. dic, vt ibi principaliter tradit̄ de hoc articulo, quia conuenit illi tit. de iureiur. ratione iuramenti, conueniret etiam hic ratione accuſationis. Sed quia materia procuratorum fuit nimis longa, dic de hoc, vt latius dixi poſt Doct. in.d.c. quemadmodum. In ea.glo. ibi, ſed nunquid poteſt. de hoc artic. dic, vt latius dixi poſt Doct. in.d.c. quemadmodum. In fi.glo. dic, de hac materia vt latiſsimè dixi in.c. de his. ſ̄.eo. ¶ Glo. fi. colligit arg. ex tex. quòd
286 demum limitat; deinde ſumpta occaſione † enumerat plures caſus, in quibus citatio non eſt legitima; & an, & quando, citatus tenetur comparere, vel non. ¶ In fi.glo. dic, no. hanc glo. quæ quotidiè allegat̄. & dic de hac materia, quæ nō pertinet principaliter ad titulum, vt latius traditur. 2.q.3.c. ſi epiſcopus. & latiſsimè dixi poſt Inno. & Doct. in.c. ꝑterea. ſ̄. de dila. & per Io. And. in regula, ſcienti. de regu. iur. lib.6. in mercur. vide etiam Hoſti. in c. bonæ.2. de electio. in gl. & per Spec. in tit. de cita. §.1. Et ex his, Deo duce, huic.c. veniēs. dici poteſt; benè veneritis. In quo materiam principalem, an, & quando, & in quibus caſibus, & cauſis admittatur procurator in cā criminali, habes longè copioſius, & clarius expeditā, q̄ cæteri Doctores tractēt, ſimul iūcti.

CAP. XVI.

SVMMARIVM

1 *Denuntiator criminis ſe non inſcribit, quia tendit ad correctionem; Accuſator autem ſic; quia tendit ad pœnā. Excipiens verò, ſi quis per talem exceptianem deijcitur ab obtento, ſe inſcribit ad penam extraordinariam. Procurator admittitur ad excipiendum de crimine.*

2 *Crimen quot modis opponatur.*

3 *Accuſationis effectus. & nu.19. quomodo accipiatur.*

4 *Denuntiationis effectus. & quotuplex ſit denuntiatio.*

5 *Exceptionis natura.*

6 *Crimina vndecunq; claruerint, ſunt punienda. Et quot modis puniantur. nu.7.*

8 *Confirmationem petens dicitur certare de beneficio obtinendo. & quando dicatur adeptus beneficium. ibidē.*

9 *Electio ſola, an tribuat ius in re, vel ad rem.*

10 *Electio, & confirmatio tantum iuris tribuit, quantum collatio.*

11 *Ordinationem, ſeu conſecrationem petens dicitur aliquid iuris petere.*

12 *Connexorum idem eſt iudicium. & nu.121.*

13 *Conſequenti deſtructo, ſuum antecedens ſtare non poteſt.*

14 *Criminaliter dicitur agi, qualitercunq; agatur ad vindictam publicam, etiam ſi ipſum crimen per viam exceptionis opponatur.*

15 *Agens contra clericum, vt priuetur ſolum beneficio propter crimen, an dicatur criminaliter agere; adeò, ꝙ procurator interuenire non poſſit. Et an contra eum taliter agere poſſint, patronus, parochianus, & ſimiles. ibidem.*

16 *Statutum, ſi diſponat, ꝙ qui luſerit ad azardum priuetur beneficio; ſi aliquis accuſetur, quòd luſerit, an.q. dicatur criminalis; vel ciuilis.*

17 *Exceptio, eſt actionis excluſio propriè. & nu.59. & quæ ſit eius natura. nu.112.*

18 *Calumnioſus non admittitur ad opponendum.*

20 *Abigeatus crimen quale.*

21 *Crimina leuia quæ ſint. remiſſiuè.*

22 *Apparitores qui.*

23 *Denuntiator, quibus caſibus ſe inſcribere debeat.*

24 *Maritus ſi vxorem accuſat de adulterio, an teneatur ſe inſcribere. & quando.*

25 *Tutor, & curator, producentem falſum inſtrumentum contra pupillum accuſantes, non tenentur ſe inſcribere.*

26 *Inſcriptio quid. et nu.28. Et triplex ē ei⁹ forma. nu.29.*

27 *Subſcriptio quid. et quotuplex ſit forma ipſius. nu.29.*

30 *Talio, onis. quid; & vnde dicatur.*

31 *Inſcriptio ad pœnam talionis, an ſit de ſubſtantiali eſſe accuſationis. & ꝙ ſic: & eſt communis opi. nu.32.*

33 *Iudex à quo, licet appellanti, etiam non petenti apoſtolos, tradere tenetur; an ſi non petantur deficiat appellatio.*

34 *Tacitum, tantum operatur, quantum expreſſum.*

35 *Inſcriptio, an ſit neceſſaria in caſibus, in quibus defunctus poteſt accuſari.*

36 *Peccatum grauius eſt in mortuum, quàm in viuum.*

37 *Crimino ſus, an contra electum, ſeu confirmatum poſſit excipere. & quando.*

38 *Criminis exceptio, nemini ius ſuum proſequenti obſtat. & nu.53. Fallit tamen in excommunicatione, quando venit vt actor. ibidem.*

39 *Suſpectus ex aliqua cauſa, in criminalibus, & eccleſiaſticis non eſt admittendus.*

40 *In cauſis ſpiritualibus, vel beneficialibus, an requiratur libellus, & litis conteſtatio; & an procedatur ſine ſcriptis.*

41 *Cap. illud. 23. diſtin. intellectus. & nu.51.*

42 *Princeps, vel dn̄s loci, vel ciuitatis, an poſſit excipere cōtra electum de crīe ſimoniæ, periurij, adulterij, et ſimil.*

43 *Ad excipiendum de crimine contra electos petētes confirmationem, conſecrationem, vel ordinationem, qui admittantur. Quid ſi contra excipientem replicatur, ꝙ ſua nō intereſt, an teneatur probare de ſuo intereſſe nu.67. Quid ſi contra electum opponatur, & ipſe contradicat, quis habeat probare. nu.68.*

44 *Ius publicū conſiſtit etiam in ſacris, & ſacerdotibus.*

45 *Bonagnida fuit Aretinus.*

46 *Appellatio ab interlocutoria, licet de iure ciuili non ad-*

mittatur, quando granamen venit reparendum, in diffinitiua; nihilominus si durius venit reparandum, tunc admittitur appellatio.

47 Verbũ si quis est vniuersale. et idẽ de verbo aliqui ibidẽ.

48 Forma defectus vitiat electionem.

49 Crimen obijciens electo, si offert se incontinenti probaturum; an sit audiendus.

Quid si non opposuit crimen in confirmatione, an possit postea opponere in consecratione. nu. 57.

50 Turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes.

52 C. cum inter. extra de excep. intellectus.

54 Excommunicatio, non repellit quem à defensione.

55 Interesse priuatum qualiter intelligatur, quando obijcitur contra electum de crimine.

56 Plures an admittantur ad excipiendum contra eundem ndem tempore; & quando.

58 Quærendum non est sæpius, de eiusdem hominis delicto.

60 Confirmatio facta sine communi cognitione non tenet.

61 Exceptio criminis occulti, an possit opponi cõtra eligẽdũ.

62 C. si quis episcopus. 83. distin. intellectus. & c. cum in cũctis extra de electio.

63 Calumniosus quis dicatur.

64 Rescriptum malè impetrans, regulariter condemnandus est in expensis,

66 Replicatio, tua non interest, contra quem excipientem opponi debeat, & an post litem contest. opponi possit.

66 Exceptio falsi procuratoris põt opponi, etiã post sñiam.

69 Bonus quilibet præsumitur.

70 Solemnitate allegans in aliquo actu interuenisse, debet illam probare.

71 Excipiens contra electum de periurio, an sufficiat, quod probet illum iurasse soluere infra mensem, & quod lapsus est mensis, an etiam necesse sit probare, quod non voluit.

Quid de eo qui fuit excommunicatus, si non soluisset infra mensem, vel quid aliud fecisset. nu. 74.

72 Excipiens exceptionem suam ita probare debet, sicut actor suam intentionem.

73 De iuris apicibus nõ congruit disputare, vbi agitur de bona fide.

75 Negatiua non coarctata loco, & tempore, licet sit impossibilis probationis, tamen quandoq; probari potest. & nu. 86. vbi latè. & fal. lit. 9. modis. vt num. 95.

76 Negatiuam proponens dicitur illam probare, si contrarium non probetur. quomodo intelligitur.

77 Negatiua, vbi est causa immediata intentionis alicuius, debet illam probare, siue sit causa actionis ipsius, siue exercitij, siue officij iudicis. & qualiter intelligi debeat.

78 Promittens sistere. P. in iudicio tali die sub pœna; ille cui promissum est probando promissionẽ, & lapsum diei debet obtinere; nisi aduersarius probet adsistentiam.

79 Statutum si disponat, quod non soluens collectas non audiatur; si excipiatur contra aliquem, quod non soluit; cui incũbat onus probationis.

80 Affirmanti, non neganti incumbit onus probandi.

81 Reus non debet esse melioris conditionis, quàm actor in probationibus.

82 Negatiua an possit probari per inspectionem librorum fiscalium.

83 Tutor, si de suspecto accusetur, ex eo, quod non confecerit; inuentarium, an teneatur probare se confecisse.

84 Inuentarij confectionis effectus.

85 Hæres, an, & quando teneatur probare se adimplesse voluntatem defuncti iuxta formam Auth. hoc amplius C. de fideicom.

86 Negans quando negatiuam probare teneatur.

87 Præsumptionis natura quæ sit.

88 Excommunicatio, si opponatur religioso, ex eo, quod administrauerit sacramenta in parochia aliena sine licentia; quid probare habeat opponens, vt obtinere possit.

90 Negatiua hæc talis iuit ad talem locum, licet non sit coarctata loco, an sit probabilis; & quomodo.

91 Negatiuarum species triplex.

92 Negatiua facti pura, & simplex, quæ sit.

Negatiuæ facti secunda species. nu. 100.

Negatiua facti prægnas, quæ est tertia species, quæ sit; & quare ita dicatur. nu. 105.

93 Testis tenetur reddere causam dicti sui per aliquem ex quinque sensibus.

94 Actori asserenti incumbit onus probandi.

96 Scientia in facto proprio præsumitur.

97 Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.

98 Ex particularibus ad vniuersalia non infertur.

99 Confessio non est propriè probatio; sed probationis releuatio.

101 Ioannes de Lignano fuit vir optimus, maximus Philophus.

102 Io. And. Canonistarum Princeps.

103 Tempus, & locus quare in instrumentis contactum opponatur,

104 Consuetudo inducens, quod in instrumentis non ponatur locus, & tempus, non valet.

106 Negatiua iuris quæ sit. & quod duplex potestatis, scilicet, & solemnitatis, vel formæ.

107 Solemnitatis intrinsecæ, & extrinsecæ materia vbi tractetur; & quis eas probare habeat remissiuè.

108 Negatiua qualitatis quæ sit; & cui incumbat onus eam probandi.

109 Exceptio criminis an obstet repetenti beneficium, siue agat possessorio, siue petitorio.

110 Electo se opponens ne confirmetur, nec se inscribit iuxta tex. hunc; an saltem puniatur pœna. c. 1. de elect. libr. 6. & quando grauiori,

111 Pœna. c. 1. de elect. lib. 6. quando locum habeat.

113 Crimen per viam exceptionis probatum non infamat.

114 Infami amittit honorem iam quæsitum.

115 Exceptio duplex, propria scilicet, & impropria.

116 Infamia iuris non infamat, sed facti sic. Et an infamia iuris priuet ipso iure honore iam quæsito. nu. 117.

118 Purgatio non habet locum, quando delictum est verè probatum.

119 Grauatio opinionis quæ sit,

120 Electus, & confirmatus, si non est consecratus, non dicitur propriè sponsus in ecclesia; & ipsa adhuc dicitur vidua.

122 Episcopus translatus ad secundam ecclesiam, si antequã adeptus sit corporalem possessionem, repulsus sit exceptione criminis, an reijciatur à prima dignitate.

123 Obijciens in formam electionis, an obliget se ad pœnam extraordinariam.

124 Mandatum speciale, an requiratur ad proponenda crimina, vel defectus.

125 Pœna, vbi non est in iure expressa, relinquitur arbitrio iudicis.

126 Iudex, si iniquè arbitratur in commissis eius arbitria, potest appellari ab eo.

127 Iudex, quando cognoscit vt bonus vir, nõ põt ab eo appellari,

lari,licet iniquè arbitretur; ſicuti nō appellatur ab arbitrio boni viri,& quando ibi latè.

128 *Liberum arbitrium, & plena poteſtas, quantumcunq; alicui data ſit, intelligitur tamen, ſi modo dolus malus ceſſet.*

129 *Ius ciuile, ſi committeret aliquid arbitrio iudicis, & poſtea de iure canonico eſſet datus certus, ac determinatus modus,ita ꝙ non eſſet arbitrarium, iudex ciuilis deberet arbitrari ſecundum illum modum, aliàs poſſet ab eo appellari & idem econuerſo.*

130 *Conſcientia alicuius,quando aliquid committitur, an poſſit ab eius ſententia appellari.*

131 *Appellare a pœna legis,quando liceat.*

132 *Iudex in commiſſis arbitrio tuo,vbi ius expreſſè non decidit,debet ſequi æquitatem.*

133 *Teſtes an poſſunt cogi ad teſtificandum remiſſiuè.*

1 Super his. † Denociator criminis ſe nō inſcribit,quia ad correctionem tendit,accuſator autem ſe inſcribit, quia tendit ad pœnam. Excipiens etiam ſe inſcribit ad pœnam extraordinariam, ſi per talem exceptionē quis deijciatur ab obtento,aliàs ſecus.h.d.primò. Ad excipiendum de crimine admittitur procuratot.h.d.ſecundò. Diuiditur io duas partes principales. Primò,queritur, an excipiens,teneatur ſe inſcribere,& diſtinguit. Secundò,an talis cauſa exceptionis poſſit agi per procuratorem,ſecunda ibi,licet. Prima ſubdiuiditur in duas;quia primò ponit tres modos opponendi crimina.Secunda illos proſequitur.ſecunda ibi,quādo. crimen. In hac. 2.parte tria facit. Primò proſequitur modum denunciationis.2.modum accuſationis ibi,ſed cum. adijciēs rationem diuerſitatis.ibi,quoniam.3. proſequitur modum exceptionis. ibi, cum autem.In quā bimembrem ponit diſtinctionem,videlicet, de qua re,& quando.& differentiam diſtinctionis proſequitur tripliciter,primam proſequitur ibi,ſi autem,ſecundam proſequitur ibi,ſed cum opponitur, cui adijcet rationem, tertiam proſequitur ibi, poſt confirmationem. Eſt autem decretalis iſta pars.c.ſuper his.ꝰ.de teſtib.cog.&.c.ſuper his.ꝫ.pœnis,& loquitur de eodem facto, de qoo loquitur. c.

2 tā literis.ꝰ.de teſt.¶ Nota primo, † triplicem modum opponendi crimina, videlicet,per modum accuſationis,denunciationis, & exceptionis. † Accu-

3 ſatio enim tendit ad pœnam, vnde contra beneficiatum tendit ad depoſitionem, quia accuſatus conuictus deponitur ab officio, & beneficio;ſi eſt tale crimen,quod requirat talē pęnam. immò ſi crimen fuerit enorme, debet detrudi in perpetuum carcerem,

4 vt.c.tuæ.ꝫ. de pœnis. † Denunciatio verò non tendit ad pœnam,ſed ad correctionem, vt quis deſiſtat a peccatis,ſiue illa ſit euangelica,ſiue canonica, ſiue iudicialis,ſiue extraiudicialis,licet quandoq; denunciatus teneatur etiam ſatisfacere, vide quæ dixi. ꝰ.

5 eo.in rub. ¶† Exceptio vero ſecūdū ipſius propriā naturam, tendit ad repellendum aduerſarium dilatoriè,vel peremptoriè, vt verbum ſonat,vt c. 2.ꝰ. de ordine cog.&.c.a nobis,de except.&.l.1.ff. except. cum infinitis ſimi.quandoq;tamen propter quādam connexitatem iuris obtenti, & obtinendi ſi opponitur exceptio ad impediendum obtinendum, deijcit a iure iam obtento,& quæſito, quia vnum ſine altero ſtare non poteſt, & hęc eſt ratio tex.noſtri. Et hinc eſt, quòd is,contra quem probatur crimen per viā exceptionis,non amittit priora beneficia; vt hic dicit tex. noſter,& de hoc.ꝫ.dicam.¶ Secundò no-

6 ta,ꝙ † crimina ſunt puniēda,vndecunq;apparuerint

7 24.q.3.c.Ecce,& adde quæ dixi.ꝰ.in rubri.† Gimina autem puniuntur, ſeu corrignotur altero ex tribus modis poſitis in text. ꝙ intellige ad patris petitionē, nam & alijs duobus modis puniuntur officio iudicis, vt dicam in glo.1.& tetigi.ꝰ. eod. in rubri.

8 Tertiò nota, ꝙ † petens cōfirmationem dicitur certare de beneficio obtinendo, & ſic non dicitur fore adeptus beneficium. Poſt confirmationem verò, dicitur obtinuiſſe beneficium,licet nondum fuerit or

9 dinatus,vel conſecratus.Ex quibus infertur, ꝙ † per ſolam electionem non acquiritur ius in re,ſed ius ad rem;vt vult glo.in.c.quanto.63.diſt.c.1.& vide glo. penul.c.ex parte.ꝰ.de arbi.& quod oot. in.c. tranſmiſſa.ꝰ.de tranſlatio,&.l.priuatorum. C. de iuriſd. omn. iud. Poſt confirmationem dicitur queſitū ius

10 in re ſicut per collationem. Vode no.† ꝙ tantum ius tribuit electio,& confirmatio,quantum collatio, vide Inn.in c.cum olim.de cauſa poſ.& propriè,& vide quod not.io.c.ſi.de præben.lib.6.&.c.fin.de cō

11 ceſſio.præben.lib.6.Quartò nota, ꝙ † petens ordinationem , ſeu conſecrationem, dicitur petere aliquid iuris,quod patet,quia hic admittitur exceptio contra eum.Sed ſi peteretur aliquid,quod eſſet meri facti conſecutiuum ad ius obtentum de præterito, non admitteretur exceptio,ſed accuſatio, vt c. conſtitutis.ꝰ.de appela.& c.accedens.ꝫ.eo.Simile nota in benedictione abbatiſſæ,in.c. meminimus.ꝰ.eo.&

12 vide,ꝙ ibi dixi in.4.notabili.Quintò nota.ꝙ † connexorum idem eſt iudicium,nam hic propter impedioientū obtinendi deijcitur quis ab obtento connexo obtinedo,probatur in.c.ſuper eo.1.& ibi oot. ꝰ.de appell.& in clem.2.de iudici.& vide Bald.in.l. 2.C.de ſponſa.facit regula,acceſſorium,de reg. iur.

13 lib.6.Sextò nota, ꝙ † deſtructo conſequenti,ſuum quoq; antecedens ſtare non poteſt,& ad hoc iſte eſt

14 text.ſingularis. Vltimò nota,ꝙ † qualitercunq;agatur ad viodictam publicam,vt delictum puniatur oaturali pœna delicti,dicitur agi de crimine, etiam ſi ipſum crimen opponatur per viam exceptionis. Ex

15 hoc deciditur queſtio,qua quæritur, vtrum † dicatur queſtio criminalis, adeo, qđ non poſſit interuenire procurator,ſi agatur cōtra clericum ſolum, vt priuetur beneficio propter crimen. & hanc queſtionē Federicus de Senis.conſi.27.vbi decidit, quòd non quia finis quæſtionis criminalis, vt dictum eſt,tendit oon ſolum ad finem priuationis beneficij, ſed & depoſitionis, vt hic. Preterea quando agitur ad hoc ſolum vt clericus priuetur beneficio. hoc videtur attentari ſolum propter inhabilitatem ipſius clerici, noo autem principaliter propter delictum ipſius clerici.Et hinc eſt,ꝙ patronus parochianus,& ſimi.poſſunt agere contra clericum beneficiatum,vt eo modo priuetur beneficio. & tamen criminaliter agere non poſſunt,de quo latiſſimè dixi in c. cum P. in gl. 1.in primo membro.ꝰ.eo.Et dicit D.m.ꝙ prædicta ſententia probatur per tex.expreſſum in.c.per tuas, verſi.tales.ꝫ.de ſimo. vbi tex.nota dicit, ꝙ nō agebatur

batur criminaliter, vt deponeretur ab ordine, sed ci
uiliter, vt remoueretur ab administratione; qa dãno
sus videbatur ecclesiæ, Et sic notabiliter probat ille
text. ꝙ licet agatur ad bonum publicum; nihilomi-
nus dicitur agi ciuiliter, ex quo non agitur ad impo
nendã pœnam naturalem delicti, sed vt remoueatur
tanquam immeritus, & ad prædicta vide tex. in. c.
tuæ. 2. respon. s̃. de procur. vbi qui agit ad separatio
nem, non dicitur agere ad naturalem pœnam deli-
cti, & ideò dicitur cã ciuilis, non aũt criminalis. Et
16 ex hoc infert. d. Anto. ꝙ † si ex forma statuti dispo-
neretur, ꝙ si quis luserit ad Zardum priuetur bene-
ficio, ꝙ si aliquis accusaretur quia lusisset ad Zardũ,
diceretur quæstiò criminalis, quia tunc priuatio di-
ceretur pœna naturalis ipsius delicti, quòd etiam se
quitur hic Do. me. nec hoc contradicit decisioni Fe
de. Sed oppo. secundum Doct. ad text. nostrum, &
contra quartum notabile. videtur enim. ꝙ contra pe
tentem confirmationem, vel consecrationem, non
17 admittatur exceptio criminis. Nam † exceptio pro
priè est actionis exclusio, vt. c. 2. s̃. de ordi. cogni. &
l. 2. ff. de except. sed petens consecrationem, vel con
firmationem nullam intentat actionem, sed dunta-
xat implorat iudicis officium, ergo contra eum non
debet posse opponi exceptio, vt sit actionis exclusio
Sol. dicit Inno. ꝙ ista non est propriè exceptio, vt sit
actionis exclusio; sed est exceptio intentionis, & fa-
cti, quoniam ea proposita debet iudex supersedere,
donec examinetur veritas ipsius exceptionis, si est ve
risimile quod opponitur. vt. c. super eo. s̃ de elect. &
in auth. quomodo opor. epi § si quis autẽ, col. 9. 23.
dist. c. illud. ¶ Subdit tamen hic Inno. & Hosti. ꝙ si
talis longo tempore tacuit quousq; videret ordina-
tionem, vel consecrationem imminere videtur suspe
ctus, arg. l. diffamari. C. de inge. manu. & c. 1. s̃. de fri
18 gi. & malefi. † Calumniosus aũt nõ admittitur ad op
ponendum, vt d. auth. quonio. opor. epi. & l. si cui cri
men. ff. eo. ¶ Gl. 1. sentit contrarium ad tex. nostrũ
videlicet, ꝙ tex. sit defectiuus, dum dicit, ꝙ est tri-
plex modus opponendi; quia vult ipsa gl ꝙ ẽt quar-
to modo puniantur crimina, videlicet per modũ in-
quisitionis, ergo videtur fateri contrarium. In eadẽ
ibi, quartum modum dic, secundum hoc Papa vide-
tur defectiuus, quod est absurdũ. Ideò tu dic, melius
secundum Io. And post Petr. & Abba. ꝙ si quærere-
tur quot modis possit agi de crimine, glo. benè dice
ret. nam de crimine potest agi tribus modis, de qui-
bus in text. Item potest agi, & quarto modo, secun-
dum quod dicit gl. videlicet per viam inquisitionis.
Sed hic tex. noster non quęrit quot modis possit agi
de crimine; sed quot modis possit crimen opponi,
& secundum hoc Papa non fuit defectiuus, sed ple-
nè loquutus fuit; quia non potest opponi crimen, ni
si tribus modis, vt in text. Sed gl. non ponderauit dif
ferentiam inter agi & opponi, vnde verbũ opponi,
positum hic in text. soluit contrarium. Comprehen
dit enim solũ quod fieri potest per partẽ, & per iudi
cem, & sic etiã inquisitionẽ, maxime si habet aduer-
sarium, nnt. per D. Dom. post Io. de Im. in. c. 2. de of
fi. iudi. & c. 1. vt lite pend. lib. 6. Si autẽ tex. fuisset lo
quutus per verbũ puniri, cõprehẽderẽtur ẽt crimina
notoria, quæ p̃ter accusationẽ, denũtiationẽ, excep-
tionẽ, & inquisitionẽ puniũtur ẽt per viã notorieta-
tis, vt tetigi. s̃. in rubr. & vide latissimè per Specu. in
tit. de not. cri. & Host. in summa in tit. de crimi. sine
ordi. puni. ¶ Subdit etiã hic Ioan. And. ꝙ etiã põt
quis petere remoueri a beneficio per aliũ modũ, vi-
delicet per viam accusationis, vt. c querelam. s̃. de
19 elec. ¶ Subdit etiam D. m. ꝙ verbum † accusatio. po
situm in tex. debet intelligi large, scilicet, vt compre
hendat eam accusationem, quæ proponitur ad vindi
ctam publicam, & sic quæ tendit ad depositionem,
& etiam eam accusationem, quæ tendit ad hoc solũ,
vt quis priuet̃ beneficio. Gl. 2. primo excipit quinq;
casus, in quibus accusator se non inscribit, demũ sub
dit quid sit inscribere. In eadem ibi, crimine abigea
20 tus. dic hoc autem † crimen abigeatus committitur
quando grex abigitur pãno rubeo, vel simili modo,
& postea cum socijs ordinat istum gregem furari. In
eadem ibi. l. 1. dic, est text. 4. q. 4. §. aliquãdo. in prin.
21 In eadem ibi, leuibus criminibus dic † quæ autẽ sint
leuia crimina. vide Specu. in tit. de libel. concept. §.
nunc dicendum, versi. 42. & per Bar. post glo. in. l. le
uia. ff. de accu. In eadem ibi, ea quidem, dic, illa lex
habetur canonizata. 4. q. 4. §. aliquando, dicunt tamẽ
doct. ꝙ ista non est bona exceptio; quia illa lex non
loquitur in accusatione, sed in denunciatione noto-
22 rij criminis. loquitur enim † in apparitoribus idest
nuntij, qui denutiant crimina notoria, nec eis credi
tur nisi super notorijs, vt d. l. ea quidem. C. de accu.
& d. §. aliquando. in fi. & hic dicit expresse gl. In ea-
23 dẽ ibi. C. de iudi. l. ne quis. dic † hos casus, & plures
alios habes notat. 2. q. 7. in summa, & ibi per glo. &
l. qui crimen. C. qui ac. nõ pos. & l. 2. C. de cal. & per
gl. in aut. vt lice. matri, & auiæ. §. causas. & per. l. quã-
uis. de adul. & c. tuæ. de procur. Addit etiam hic Ho
sti. alios casus, quos sequuntur doct. ¶ Sit igitur sex-
24 tus casus, si † maritus accusat vxorem de adulterio,
vt. l. quamuis. 2. C. de adul. quod verum dicit Host.
quem sequitur Io. And. & docto. si modo maritus ac
cuset iure mariti, secus, si vt extraneus, quia tunc
esset necessaria inscriptio, vt est text. in d. c. tuæ. de
procur. & pro hoc etiam tex. 4. q. 4. §. item si mari-
tus. Et quid hic importet accusare iure mariti, vide
omninò ibi gl. quæ videtur velle, ꝙ hodiè iure nouo
teneatur se inscribere, per d. §. causas. in auth. vt lice.
ma. & auiæ. coll. 8. in summa. & idem glo. 2. q. 8. gl.
in d. cap. tuæ, per illum text. Sed potest responderi,
quòd illa iura, quæ in casu prædicto requirunt in-
scriptionem debent intelligi, quando non accusat
iure mariti. Septimus casus est quando mulier accu
saret prosequendo suam, vel suorum iniuriam. 15.
q. 4. c de crimine. ff. ad turpil. l. 1. §. accusationem; &
l. mulier. Octauus, in crimine falsæ monetæ, vt. l. 1.
C. de fal. mo. Nonus, in eo qui accusat de necessi-
25 tate, ratione publici officij, vt † in tutore, vel cu-
ratore accusantibus producentem falsum instru-
mentum contra pupillum, vel quid simile; quia ta-
les non puniuntur si deficiant in probatione accusa-
tionis; nisi probaretur euidens calumnia, vt. l. 2. C.
qui accu. non pos. Decimus, in hærede, qui accu-
sat vindicando necem defuncti, vt. l. tutorem. ff. de
his qui, vt indig. ¶ In eadem gloss. in fin. dic Ioan.
And. dicit hanc opin. quæ probatur, in. d. c. tuæ. de
procura. tenendam, & Bar. in. l. si cui. in princ. ff. eo.
26 dicit, quòd † Inscriptio est ipse libellus accusato-
rius

rius,continens crimina oppoſita.l.libellorum. ff.eo.
27 † Subſcriptio verò eſt illa,quę fit in fine,in qua accu
ſator ſe inſcribit.Bal.verò in.l.qui crimen.C.qui ac-
cu.non poſ.dicit,ꝙ ſubſcriptio eſt cõfeſſio, hoc eſt
aſſeueratio,& promiſſio,quam facit accuſator de ve
28 ritate accuſationis, & de proſequendo eam. † Inſcri
ptio verò eſt cõfeſſio, & aſcriptio ad pœnã talionis.
Tu dic,ꝙ iura ſynonimè vtũtur iſtis duobus vocabu
lis,inſcribere, & ſubſcribere,& hoc ẽt dicit Bar.in l.
ſi cui.in prin.& ẽ tex.in.l.pẽ.C.de accu.& vide oĩnò
29 tex.in.§.itẽ ſi qs.in fi.4.q.4.¶ †Prædictæ aũt ſubſcri
ptionis, & inſcriptionis triplex reperitur forma.
Vna, ꝙ pars ſubſcribat ſe perſeueraturam vſq; in fi-
nem,vt.d.l.ſi cui. in princ. Secunda forma eſt,vt ac-
cuſator propria manu ſi ſcit ſcribere, vel alterius, ſi
neſcit,ſubſcribat,ita ſe profeſſum ſicut ſcriptum eſt,
vt.d.l.libellorum,verſi.Item ſubſcribere. Tertia for
ma eſt, ꝙ pars profiteatur ſe velle ſuſtinere ſimilem
pœnam.ſi in probatione defecerit,& hoc tenet gloſ.
Cõis opi. noſtra,& communiter * approbatur,& probatur in
30 l.fi.C.eo.tit.& d.l.ſi cui.&.l.2.C.de fide inſtru.† Eſt
autem talio, vt ſcribit Suidas Grȩcus grammaticus
in eo libro,quem ſcribit,de verb.ſigni.Cum quis, id
vel beneficij,vel iniurię patitur,ac recipit, ꝙ alij fe-
cerit,& ſic pro recompenſatione,& retributione pu
nitur, dicitur autem a tali,quod eſt quale,hoc eſt,vt
quale quis alij facere intendit, tale recipere debet.
Et idem etiam vult Papias,licet eius verbi originem
non ponat,& vide glo.quæ idem vult,in verbo talio
nem.2.q.3.c.calumniator.Sed quęro iuxta prædicta
31 † vtrum inſcriptio ad pœnam talionis ſit de eſſe ſub
ſtantiali ipſius accuſationis,gl.1.4.q.4.§.inſcriptio,
tenet ꝙ ſic; adeò ꝙ ſine ipſa non valet accuſatio, &
hoc ẽt voluit Pet. de bella.pertic.in.l.fin.C.eo. tit.
& hoc videtur probari in d.§.inſcriptio,&.l. qui cri
men.C.qui ac.non poſ.&.2.q.7.c.quiſquis Gl.tamẽ
in.l.2.C. de fide inſtr.tenet contrarium, mouetur,
quia licet accuſator ſe non inſcribat, tamen tenetur
ad pœnã talionis,vt.l.1.C.de aduo.di.iudiciorũ. &
l.3.§.item diuus.ff. de teſti. & hoc etiam ſentit gl. in
l.pen.§.fi.C.eo.Quidam tamen,vt hic refert Io. An
dr.tenuerunt,ꝙ ſi accuſaror ſe non inſcribit,non pu
nitur,niſi probetur calumniatus fuiſſe.2.q.3.§.notã
dum.C.de calum.l.2.Philipp.tamen in c.1. de calũ.
tenet contrarium. Sed hic, & benè dicit Ioan. And.
32 ꝙ † communis opi. eſt,ꝙ inſcriptio ſit de eſſe libelli
accuſatorij,& tamen licet accuſator ſe non inſcribat
ad pœnam talionis; nihilominus ad illam tenetur,ſi
non probat,& per hoc non ſequitur, ꝙ non teneatur
33 ſe inſcribere;nam & † iudex a quo,appellanti etiam
non petenti Apoſtolos tradere tenetur.l. eos. C. de
appell.& tamen ſi appellans non petit illos, deficit
appellatio;vt ibi tractatur,& in cle.quàmuis. de ap-
pell.Vnde dicit.Io.And.ꝙ Spec.in tit.de accu.verſi.
Item ꝙ non.ad finem tituli. dicit,ꝙ hodiè conſuetu
dine plurimarum regionum non fiunt inſcriptiones
quod ſatis dicit Io.Andr.tolerari poſſe,pet.l. ordo.
ff. de pub.iudi.&.l.hodie.ff. de pœ. Facit quòd not.
Bar.in.d.l.libellorũ.verſi.itẽ inſcribere. & d.l.ſi cui.
in prin.vbi dicit,ꝙ talis inſcriptio non eſt in vſu. Sẽ
tit ergo Io. And. ꝙ de iure deficit accuſatio ſine ſub
ſcriptione,licet debeat puniri accuſator,ſi non pro-
bat.Quidam tamen hic eum aliter allegant,& malè
iudicio meo. Bal.in.l.fi.C.eo.tenet,ꝙ talis ĩſcriptio
non ſit de eſſe formali libelli accuſatorij, ſed qđ ſit
de ordine,& ideo proceſſus non vitiatur, licet in eo
ſubſcriptio omittatur,nec tñ ꝓpter omiſſã ſubſcri-
ptionẽ remanebit impunita calumnia;quia talis ſub
ſcriptio tacitè ſubintelligitur, vt l.pen.C.eo.tit.&.l.
3.C.qui accu.non poſſ.& hæc opi.mihi placet,& eã
fueram imaginatus,antequam viderem Bald.ex qua
infero,ꝙ ſi pars opponeret de omiſſa ſubſcriptione,
nõ procedit iudicium.Ita intellige omnia iura, quæ
videntur velle inſcriptionem fore neceſſariam. Si
verò pars nõ opponit,procedit iudicium,& nihilo-
minus punitur accuſator.Ita intelligo alia iura, quę
volunt accuſatorem puniri ſimili pœna, licet ſe non
inſcribat. Nam alias videretur mihi abſurdum, ꝙ
ſi libellus eſſet nullus, & nullum iudicium propter
omiſſam inſcriptionem, quòd accuſator deberet pu
niri pęna talionis,arg.c.non præſtat. de reg.iur.lib.
6.& quod not.gl.inſti.de ob. in princip. Et ſi dice-
res, ſi hoc tacitè ſubintelligitur, non eſt neceſſe, ꝙ
etiam ad petitionem accuſati ſe inſcribat accuſator,
34 cum † tantum operetur tacitum, quantum expreſ-
ſum.l.cũ quid.ff. ſi certum pet. &.l.3.ff.de leg.1.Re-
ſpondeo ſecundum Bald.in l.3.C.qui accu.non poſ.
ꝙ fieri debet ad maiorem terrorem accuſatoris, vt
maturius conſideret,quo pacto accuſet,& vt facilius
a calumnia diſtrahatur, cum expreſſam videat ante
ſe pœnam propoſitam,ſi calumniet.vide quod nota.
in cle.de ætate & qualitate,& ꝙ ibi dixi.& 23.diſt.c.
quanquam, &.c.aduerſus. ĩ. de hære. & eſt text.ex-
preſſus in inſcriptione.4.q.4.§.item ſi quis.in fi.ibi,
vt alterutram partem digna legum terrere poſſit au
35 thoritas. Secundò quęro iuxta prædicta † vtrum in
criminibus,in quibus defunctus poteſt accuſari,quę
hẽs notata per gl.in.l.ex iudiciorũ.ff.eo. &. l.fi.ff.ad
l.Iul.pecul.neceſſaria ſit inſcriptio.Sol. gloſſ.in hoc
ſingularis,quam non memini alibi legiſſe,in.§.ſi for
tè.24.q.2.dicit,ꝙ eſt neceſſaria, & eã ſequitur Bal.
in.l.qui crimen. C. qui accuſa.non poſ. Et ad quam
pœnam debeat accuſator eo caſu ſe inſcribere,dicit
ibi glo. ꝙ ad illam ad quam ſupponeretur mortuus,
ſi viueret,& de tali crimine eſſet conuictus, non au-
tem ad illam, ad quam nunc defunctus ſupponere-
36 tur,& ratio eſt,quia † grauius eſt peccatum in mor-
tuum,quam in viuum. l. qui ſepulchra. C. de ſepul.
viola.Gloſſ.in verſic.accuſatione,ſentit duas.q. pri-
ma, vtrum quis repellatur ab accuſatione prætextu
criminis, ſecunda, vtrum repellatur ab exceptione.
In eadem ibi, criminoſus accuſare non debet, dic
de hoc artic.vt plenè dixi in.c.1.ſ.eo.in gl.1.in pri-
ma. q. ¶ In eadem in fi. dic ſentit ergo glo. noſtra,
37 ꝙ † contra electum, ſeu confirmatum poteſt quis
excipere, licet ſit criminoſus, etiam ſi ſolum proſe-
quatur publicum intereſſe,aliàs enim gloſ. in hac ſe
cunda parte non aduerſaretur primæ parti,prout vi
detur aduerſari.Nam & in prima parte nõ repellere
tur criminoſus ab accuſatione,ſi proſequeretur pro
prium intereſſe,vt dixi.ſ.eod.c.1.Inn.in hoc articu
lo multum inſtat.primo dicit ꝙ regulariter non ad
mittitur, ſi ſolum excipiens proſequitur publicum
intereſſe,mouetur,quia hæc exceptio voluntaria ha
bet vim accuſationis,vt hic, &.c.ſuper eo.& in auth.
de ſanctiſſ.epi.§.1.& per Inno.in c.1.&.2.ſ.de elec.
vnde

vnde ſicut accuſator repellitur prætextu criminis, niſi proprium proſequatur intereſſe, & ſic ſolum dicitur voluntarius accuſator, vt c. 1. ſ. eo. ita & excipiens, & per hoc etiam allegat tex. 23. diſtin. c. illud. vbi textus vult, diſcutiendũ fore ante omnia de perſonis cõtradicentium, & ſic an ſint criminoſi, vel nõ. Secus vult Inn. ſi excipiens exciperet propter priuatum intereſſe; puta, quia eſt parrochianus, vel patro-
38 nus, quoniam, † nemini ius ſuum proſequenti obſtat criminis exceptio. 4. q. 6. omnibus. 16. q. 1. c. cõſtitutum. 2. q. 7. filijs ac nepotibus, nam talis non dicitur excipiens voluntarius, cum ſtimulatus ad hoc veniat, arg. not. per D. m. in c. cum inter. & c. dilecti ſ. de except. tetigi. ſ. eod. c. meminimus, in v. notabi-
39 li, quod tamen eſt verum, ſecundum Inno. niſi † ex aliqua cauſa eſſet ſuſpectus; quia talis in criminalibus, vel eccleſiaſticis non eſt admittendus. 3. q. 10. c. fin. & ad hoc etiam allegat. l. apud Celſum. §. Marcellus ff. de doli exceptio. ſubdit tamen, ꝙ iſte. §. videtur facere in contrarium, nam indiſtincte videtur velle, ꝙ excipiens admittatur; nec contra excipientem de crimine admittatur criminis replicatio. Soluit tamen ipſe Inno. ꝙ iſte text. procedit, quando alius agit contra excipientem; quia non poteſt replicare de crimine ipſius excipientis. Sed hic petens confirmationem, vel conſecrationem non agit contra excipientem, ſed duntaxat implorat iudicis officium; ideò poteſt replicare de crimine excipientis, ſi non proſequitur ſuum proprium intereſſe. Refert ſecundò Inno. alios tenere contrarium, & melius ſecundũ eum, videlicet, ꝙ criminoſi ſimpliciter admittantur ad excipiendum; quia iſte, qui petit confirmationẽ, vel conſecrationem, ſi habet aduerſarium, debet dare libellum, in quo debet exprimere cauſam, qualiter fuit electus a toto capitulo, vel maiori parte, aut ab alio ad quem fuerat deuolutum ius eligendi, vt c. ex parte de conceſ. preben. Item ſiet litis conteſta-
40 tio; niſi dicatur, ꝙ † hæc duo ſpecialiter non requirantur, ex eo, ꝙ cauſa ſit ſpiritualis, vel beneficialis, & ſine ſcripto proceditur. 11. q. 1. c. ſi quis cum clerico. & c. 1. ſ. de do. & contum. Sed hoc eſt hodie expeditum in clemen. diſpendioſam. de iudi. Sequitur ergo ex prædictis, ꝙ contra talem de crimine excipientem non debet admitti replicatio, vt. d. l. apud Celſum. §. Marcellus, & c. dilectus. de except. Ad c. illud. 23. diſt. reſpondit, ꝙ quantum ille text. dicit, diſcutiendas fore ante omnia perſonas contradicen-
41 tium, ꝙ † debeat intelligi, ꝙ debent diſcuti, & examinari in hoc, videlicet, an habeãt probationes in prõptu ne diu differatur vacatio eccleſiæ, vnde ſi non haberent probationes in promptu, non admittentur propter periculum vacationis, per c. quam ſit. de electio. lib. 6. & ſic non differtur propter talem accuſationem confirmatio, vel conſecratio. 2. q. 7. pleriq; &. ſ. de probat. latè. Vel exponitur ſecundo modo, vt debeant examinari perſonæ, an ſcilicet veniant bono, vel malo zelo, vel odio, vel vana gloria 2. q. c. 7. querendum, & c. ſi qui ſunt. Archid. verò in d. c. illud, latè tractat hunc articulum, & finaliter concludit, ꝙ criminoſus non admittatur ad excipiendum, niſi proſequatur proprium intereſſe, imo plus dicit ꝙ ſi canonici ſunt conſpiratores, excommunicati, vel criminoſi, procurator eorum non admittitur ad huiuſmodi exceptionem, per c. fin. de procurat. ꝙ intelligo, niſi proprium proſequeretur intereſſe, & hoc tenet hic D. Ant. & D. m. Eſt ergo concluſio, vt diſtinguamus, an proſequatur publicum intereſſe, & non admittatur; An priuatum, & admittatur. nam primo caſu talis excipiens dicitur voluntarius, & ſic quaſi actor, vel accuſator, ideò non debet admitti. In ſecundò verò caſu, talis excipiens dicitur quaſi reus neceſſarius, & ſic nõ ꝓpriè actor, vel accuſator, vide D. Ant. in c. dilecti. & c. cum inter, & c. ſignificauerunt. ſ. de except. & Doct. in. c. exhibita, de iudi. ¶ Ex prædictis deciditur alia notabilis quæſtio,
42 quam tangit hic Inno. videlicet, † vtrum princeps, vel dominus loci, aut ciuitas admittatur ad excipiendum contra electum, de crimine ſymoniæ, periurij, adulterij, & ſimi. & concludit ꝙ non, quia timendũ eſt, ne faciant cauſa extorquendi pecuniam, facit. c. ſignificante. ſ. qui ma. accuſ. poſſ. ſecus ergo ſi ceſſaret iſta ſuſpicio, quia tunc admitterentur præ aliis. 16. q. 1. c. cõſtitutum. ¶ Et dicit hic Hoſtien. ꝙ hoc poterit iudex arbitrari ex diuerſis coniecturis, nam ſi incontinenti offerunt probationes paratas, videtur admittendus, arg. c. literas. de reſtit. ſpolia. vel ſi is, contra quem exciperet, eſſet inſamatus de alio delicto, & ſic vult hoc eſſe ſummariè examinandũ per prælatum, ex quo deuenit ad eius aures, imo plus dicit, ꝙ ſi pars deficeret, vel deſiſteret, non debet iudicis officium conquieſcere, quin de obiectis ſummariè per viam inquiſitionis cognoſcat, per c. crimina. ſ. de colluſio. detegend. & c. omnipotens. ſ. eod. & plus dicit ſingulariter Inn. quòd ſi princeps haberet iuſtam cauſam ſuſpicionis contra electum, puta, de proditione, rebellione, coniuratione, aut reuelatione ſecretorum, & ſimi. & hoc contingat ratione patriæ ſuæ, vel familiæ, a qua electus eſt, vel traxit originem, quæ habeat capitalem inimicitiam cum ipſo principe, & hoc caſu erit admittendus, quia ſatis diceretur proſequi proprium intereſſe. allegat de iureiur. c. petitio. & ꝙ ipſe notat in c. nobis. ſ. de iure patro. & ibi Io. And. in verſi. neſcius, & quòd notat. Inn. in c. ſacroſanctã. de electio. pro quo dicto facit glo. in c. nullus. 61. diſt. & 63. diſtin. ſi fortè. Tu vide etiam Oldra. conſi. 100. vbi vult, quòd vaſallus admittatur, cum ipſe teneatur eccleſiam defendere, & eius interſit illam a noxa conſeruare, vt c. 1. de forma fidelita. in vſibus feudorum. Item quia intereſt ipſius habere bonum prælatum, & bonum dominũ cum ſit etiam futurus ſuus iudex in cauſa feudi, vt c. cæterum. ſ. de iudi. & c. verum de foro comp. ¶ Sed
43 quæro iuxta prædicta magis generaliter, † qui admittantur ad excipiendum de crimine contra electos petentes confirmationem conſecrationem, vel ordinationem. Inno. in hoc fuit varius, & videtur ſuper hoc plurimum dubitaſſe, primo enim dicit, quòd ſicut quilibet admittitur ad defendendum, vt l. ſeruũ quoque. §. publicè. ff. de procur. ita debet admitti quilibet ad huiuſmodi exceptiones, cum eo modo dicatur etiam ſe defendere; vnde etiam laicus admittetur, quia cuiuſlibet catholici Chriſtiani intereſt, vt eccleſia habeat nedum bonos prælatos, ſed etiam bonos, & honeſtos clericos, vt authen. de ſanc. epi. §. ſi quis coll. 9. & in auth. quomodo opor. epiſ. §. ſi quis coll. 1. & ſ. de teſti. c. quoniã. &c. ex parte. &c. vnico,

vnico.ſ.de obli.ad ratio.23.diſtinctio.c.qui epiſco
pus.in fi.&.c.illud.62.diſt.c.1.63.diſtinct.c.plebs.
44 & not.81.c.Maximianus.8.q.1.c.licet.nam & † ius
publicum conſiſtit in ſacris,& in ſacerdotibus.1.di-
ſtinct.c.ius publicum.ff.de iuſtitia & iure l.1.in fin.
& hanc opinio.fuit ſecu.Bonagni.qui dicit Clemen
tem Papam ita dixiſſe, non tamen determinando,&
45 † fuit ille Bonagni. Aretinus vt dicit Archid.in c.
1.de electio.lib.6.Refert ſecúdo Inn.alios dicere
ꝙ regulariter nullus admittitur, nec rõne publici in
tereſſe, nec rõne priuati;niſi in criminibus a iure ex
preſsis,vt d.c.vnico de obli.ad ratio. Et eſt ratio ſe-
cundum iſtos,ꝙ licet talis electus promoueatur;ni-
hilominus parti remanet ſuum ius ſaluum,vt.c.poſt
elect.in fin.ſ.de conceſ.præben.Hoſtien.tamen re-
ſpondebat huic ar.ꝙ quamuis non perimatur actio;
tamen deterior ſit petentis conditio, & ideò debet
admitti quis propter priuatum intereſſe.facit.c.fin.
ſ.de alie.mut.iud.Item facit,quia melius eſt ante tẽ
46 pus occurrere &c.Item,quòd dicimus de † iure ciui
li in appellatione ab interlocutoria,ꝙ licet grauamẽ
veniat reparandum in appellatione a diffinitiua.ni-
hilominus ſi venit durius reparandum, poteſt appel
lari ab interlocutoria; licet alias regulariter appella
re non poſſet,vt not.Bar.in.l.1.§.quæſitum.ff.de ap-
pel.& per eum in.l.2.ff.de ap.reci.finaliter Inn.vide
tur reſidere in ſententia,ꝙ ad opponendum crimen
non admittatur, niſi is,cuius ſpecialiter intereſt, ra-
tione priuati intereſſe.Nec ob.ſecundum eum l.ſer-
uum.quoq.§.publicè.ſ.alleg.quia loquitur,quando
defenſor agit nomine alterius & ſatiſdat; ſed iſte ex
cipiens videtur nomine ſuo excipere.Subdit tamen
Inno.ꝙ contra formam electionis non videntur ad-
mittẽdi;niſi ſolum illi,quorum intereſt ratione ſuæ
electionis,vel collationis,& hic ſolum canonici, qui
haberent eligere,vel alius.qui haberet conferre,vt c.
2.ſ.de elect.& hanc videtur ſequi Lap.Ab.& Math.
in.c.1.de elec.li.6.& dicit Lap.ibi.ꝙ hæc opi.proba
tur per tex.in cle.conſtitutionem.de elect.vbi tex.
vult,ꝙ admittãtur illi ſolum,quorum intereſt.ergo
ſi non intereſt,non debent admitti.Ego hunc articu
lum ſatis plenè examinaui in d.cle.conſtitutionem,
propè fi.ſed non ſicut hic.vnde aduerte, quia idem
Innoc.in c.1.de elec.lib.6.ſentit,ꝙ etiam cõtra for
mam electionis admitteretur quilibet,qui admitte-
retur ad excipiendum,quod dictum ſequitur hic Ar
chi.& ſatis videtur probari ex generalitate dicti c.1.
47 loquitur enim ibi tex.per † verbum, ſi quis,quod eſt
vniuerſale.Itẽ probatur,per tex.in c.vt circa.de ele.
lib.6.qui loquitur per verbum,aliqui,& ad idem c.
is qui.& c.procurator.eod.tit.& lib.qui tex.videtur
loqui indiſtinctè,& ſic ſunt intelligendi indiſtinctè
ſiue exceptio fiat contra formam,ſiue contra perſo-
48 nam.Ad quod etiam facit,quia † defectus formę vi-
tiat electionem.c.quia propter.ſ.de elec.ergo inter
eſt vniuſcuiuſq; caſſari dictã vitioſam formã.¶ Gar
zias verò vt refert gloſſ.in verſic.aliqui.in.d.c.vt cir
ca.de elec.lib.6.dicit,ꝙ curia Ro.admittit quomo-
dolibet clericum contra electum in epiſcopum,ſiue
ſit ibi beneficiatus,ſiue inde oriũdus,& hoc inquan-
tum obijceret contra perſonã electi.Inquantum ve
rò obijceret contra formam electionis admittit ſo-
lum canonicos de eccleſia,vel alios habentes vocem
ad talem electionem, & in hoc videtur reſidere Io.
And.in d.gloſ.Ipſe tamen ibi in nouella videtur po
tius adhærere opinioni quam ponit Inn.in d.c.1.de
elect.lib.6.ꝙ ſcilicet,quilibet admittatur ad excipiẽ
dum contra formam, qui admitteretur contra per-
ſonam,& hoc etiam videtur ſequi gloſſ.in c.cupien-
tes.§.ſi verò verſicu.vnicus de elect.lib.6.Io.An.hic
poſt recitatas opinio.Inno.videtur inclinare in opi-
nio.quam tetigi.ſ.in pręcedenti quęſtio.ſecundum
Hoſtien.videlicet,ꝙ hoc ſit arbitrarium; vt etiã quã
49 doq; quilibet laicus admittatur.† Quid ſi obijciens
offert ſe incontinenti probaturum,certè audiendus
erit,arg.c.literas.de reſt.ſpoliato.& idem ſi is,cõtra
quem obijceret,eſſet infamatus de illo crimine,quia
certè videretur admittendus.arg.c.omnipotens.ſ.
eo.& c.accedẽs.ĩ.eod.vnde debebit iudex hoc ſum
mariè cognoſcere,& examinare, vt dixi in præceden
ti q.Do.Ant.hic non facit differentiam,vtrum obij-
ciatur contra formam,vel contra perſonam; ſed ſo-
lum diſtinguit gradus dignitatum.dicit enim,quòd
contra electum in epiſcopum,in perſonam, vel con
tra formam admittitur ſubditus, contra promouen
dum verò ad eccleſiam curatam dicit admittendum
quemlibet parochianum. Si verò quis promouere-
tur ad dignitatem,vel magiſtratum, poſt epiſcopũ,
dicit admittendum quemlibet de diœceſi; quia quo
dammodo eſt eius ſuperior.Contra canonicos verò,
& alios electos ad particularia beneficia admittun-
tur omnes de eccleſia,& etiam illi,quorum ſpeciali-
ter intereſt.Et ſic non facit differentiam,an obijcia-
tur contra formam,vel contra perſonam. D.m.ali-
ter diſtinguit, dicit enim,quòd aut ille,qui excipit,
eſt laicus,& nullo modo admittitur, maximè de cri
mine contra electum,niſi ſua interſit ratione priuati
intereſſe, vt quia patronus, vel parochianus, vel ex
alia ſi.cauſa,arg.c.illa præpoſitorum.ſ.eo.& ibi teti
gi in quinto notabili.mouetur etiã, quia hęc excep-
tio habet vim cuiuſdam accuſationis, vt.ſ. dictum
fuit,ſed laicus ab hac accuſatione repellitur,niſi ſuũ
proſequatur intereſſe,vt d.c.illa.&.no.in c.ex parte
ſ.de teſti.& quod dixi in c.cum.P.ſ.eo.Aut iſte qui
excipit eſt clericus,& dicit hunc admittendũ, ſi alia
cauſa rationabilis non obſtet. Intereſt enim cuiuſli-
bet clerici ne malus præficiatur in eccleſia. Præterea
ſi clericus poteſt accuſare alium clericum proſequẽ
do ius publicum,vt dixi in c.cũ.P.ſ.eo.fortius de-
bet admitti ad excipiendum, vt c.ad agendum.de
50 reg.iur.lib.6.Nam † turpius eijcitur, quàm nõ ad-
mittitur hoſpes,vt c.quemadmodum.ſ.de iureiur.
Et pro hoc etiam adducit, quia talis clericus non vi
detur prohibitus;imo potius admiſſus, cum hoc.c.
loquatur generaliter, & ſic etiam loquitur generali-
ter c.1.c.vt circa.c.procurator, & c.is qui de elect.
lib.6.&.ſ.dixit.D.m.in.d.c.vt circa.de elect.lib.6
poſt D.Ant.aliter nititur concordare prædictas opi
nio.diſtinguit enim,ꝙ aut obijcitur in formam ele-
ctionis defendendo eccleſiam. & hoc caſu admitti-
tur quilibet,qui aliàs admitteretur ad obijciendum
crimen contra perſonam, & ita procedit opinio In.
poſita in d.c.1.de elec.lib.6.pro quo allegat.D.Do.
dictum Hoſt.in.c.cum Bertoldus.ſ.de re iudic.vbi
dicit,ꝙ quilibet de eccleſia, etiam parochianus ad-
4 famia. ¶ Tertio not. ꝙ † commiſſa ſimpliciter inquiſitione ſuper crimine, intelligitur facta commiſſio,
vt fiat inquiſitio ſuꝑ fama; nam cum iſtud ſit quod-
5 dam ſubſtantiale præambulum, & antecedens, † per
commiſſionem conſequẽtis, intelligitur cõmiſſum
ipſum antecedens, vt not. in. l. imperialis. §. ſimiles.
C. de nup. &. l. ad rem mobilem. &. l. in rem allegatũ.
6 ff. de procu. facit etiam, quia † cum quid prohibetur,
omnia vñr prohibita per quæ deuenitur ad illud, vt
in. c. cum quid. de reg. iu. lib. 6. de hoc latius. ĩ. in ij.
7 quæſt. ¶ Quarto not. ꝙ inimici repelluntur non ſolum ab accuſatione, vt dixi in. c. repellantur. s̃. eod.
ſed etiam à denuntiatione, vel proſequutione inqui-
8 ſitionis. ¶ Quinto not. ꝙ † inimicitia præſumitur ex
conuerſatione cum inimicis, vt. d. c. repellãtur. s̃. eo.
9 ¶ Sexto not. ſm do. Anto. † ꝙ citatus poteſt comparere ante diem termini. hoc tamen non poteſt colligi hic, quia iſte ep̃s non comparuit ante diem termini coram iudice citante, hoc eſt, coram inquiſitoribus, ſed coram ſummo Pontifice. Vtrum tamen notabile ſit verum in ſe, dic vt Spec. in tit. de dila. §. dilationum. verſi. quid ſi iudex. Bart. in. l. eum qui. ff. de
verb. obl. Io. An. in. c. fi. de fer. dixi in cle. 2. de appel.
10 ¶ Septimo not. † ꝙ conſanguineus denuntiatoris,
vel ꝓſequentis inquiſitionem, periurus, & crĩoſus, &
11 ſimiles non ſunt idonei teſtes. ¶ Vltimo not. † ꝙ licet in inquiſitione nihil ſit probatum contra infamatũ, non debet ſimpliciter abſolui, ſed ſibi indicitũ
purgatio, vt. c. 2. ĩ. de purg. ca. &. 2. q. 5. ĩ. c. ꝑsbyter.
¶ Glo. 1. infert ex tex. & allegat iura concordantia.
deinde allegat duo iura in contrarium. & tandẽ colligit argũ. in eadem ibi. §. cum patronus, dic, vt ibi
dicitur,

12 dicitur, q † si patronus probat libertum conspirasse cum inimicis, damnatur in metallum. In eadem ibi,
13 l.4.§.1.dic, vbi dicitur, q † accusator non cogitur legationem suscipere ad eum, qui se amicum, vel domesticum dicit eius, qui accusatur. In eadem ibi, nā socius. dic de his duobus contrarijs, vt dixi in.c.re-
14 pellantur.§.eo. ¶ Glo.2.colligit, q † consanguinei non admittuntur in testes, in causa criminali consanguineorum. In fi.glo.dicit Abb. quem recitando sequitur Io.And. & limitat hanc glo. si modo agatur
15 de crimine criminaliter; secus si ciuiliter; quia † tunc admittuntur etiam fratres pro fratribus, cum non
16 reperiantur expresse prohibiti; & edictum de testibus sit prohibitorium, vt.l.1.ff.de testib.&.c.literas. de praesumpt. vnde concludit, q non tanquam consanguineus repelleretur, sed tanquam inimicus. glo.
17 verò.3.q.5.refert Alanum tenere, q etiam † in causa criminali admittatur consanguineus, si est talis opinionis, qui non praesumatur deierare. videtur tamen glo. ibi tenere contrarium. Bart. verò in.l.qui testamento.ff.de testamen. tenet expresse consanguineū repellendum in causa criminali, dummodo sit consanguineus in illo gradu, qui ponitur in.l.lege Iulia. ff.de testi. do. Anto. hic videtur primo inclinare in sententiam Bar. deinde concludit, q hoc sit arbitrio iudicis relinquendum: in ciuili tamen aliter distinguit. D.m.hic, aliter distinguit, & melius, q aut causa est merè ciuilis, aut ciuilis criminaliter intentata. Primo casu, quia non est materia nostra remittit ad nota.in.c.in literis.de testib. Sed do. Anto. dicit, q si sint fratres in eiusdem potestate, vel habent communia bona, vel simul cohabitent, quod non admittuntur. primum patet in.l.parentes.C.de testib. Secundum per Spec. in titu. de testi §.1. versi. sed nunquid. Tertium patet in.c.consanguinei.3.q.5. vbi autem praedicta deficiunt, admittuntur. Sed quanta fides tunc eis sit adhibenda, relinquitur arbitrio iudicis. & quia iste non est articulus noster, dic, vt in dictis iuribus. ¶ Secundo casu. quando ageretur de crimine ciuiliter, dic, secundum D.m. & etiam do. An-
18 to. hic, q † in actione iniuriarum nullo modo admit-
19 titur consanguineus; quoniam † iniuria videtur illata omnibus de consanguinitate, aut affinitate, vt est tex.in.l.lex Cornelia. in princ. ff. de iniur. sed fortè secundum patriae consuetudinem possent admitti,
20 si † non esset de eadem familia, vel de eodem sanguine cognatione, seu consortio. nam tunc iniuriā passus, licet alias essent consanguinei, vel affines, posset talem in testem producere, eo casu, quo aliàs posset in alia causa, quàm iniuriae, vt argumen. à cessante ratione. Et potes figurare exemplum in hac alma ciuitate Senarum, in qua viget consuetudo, q
21 † iniuria facta vni, non intelligitur facta alteri fratri vterino. & tamen intelligitur facta cuilibet, vel de eadem familia, vel de eodem cognomine, etiam in quocunque gradu distante. Si verò ageretur ex alia causa ciuiliter, dic quòd in omnibus casibus, in quibus quis in causa merè ciuili est reijciendus, etiam fortius in causa criminali ciuiliter intentata. immò etiam in casu quo admitteretur, minor fides ei adhibenda esset, q si ageretur merè ciuiliter. facit. c. tam literis. de testib. ¶ Tertio casu, quando de crie criminaliter ageretur, distingue, q aut quis prosequitur vindictam publicam, & erit arbitrarium; an consanguineus admittatur, & quanta fides sit ei adhibenda. Ita procedat opi. Alani in glo.3.q.5.in summa. bo. tex.in.c.cum.P.§.eod. vbi frater carnalis admissus fuit in causa criminali, nec apparet illum fuisse re-
22 pulsum propter consanguinitatem. Aut quis † prosequitur iniuriam propriam, vel pro particulari interesse, & tunc indistinctè repellitur, ita procedat dictum Bar.in.d.l.qui in testamento. & tenuit etiā hic do. Ant. in quadam noua additione. Sed aduerte, q isto modo debet potius agi ciuiliter, nisi diceres, q vtrunque prosequeretur eo casu quo possit, maximè ex forma statuti. ¶ Aduerte tamen, quòd in omnibus casibus, in quibus dixi, tam in causa ciuili, quàm in criminali consanguineum repellendum, arbitror
23 limitandum. Primo, nisi † esset tale quid, quod non posset probari, nisi p domesticos, & consanguineos, quia tunc admitteretur consanguineus, vt nota.in.l. cō sensu.C.de repud.&.l.quoties. C.de naufr. lib.xj. sentit glo.3.q.5.in summa. bonus tex. in.c.videtur.
24 §.qui matri.ac.poss. Nam videmus, quòd † propter difficultatem probationis, admittitur quandoque probatio per iuramentum, vt.c.fi. & ibi per Inno.§. quod met.cau.&.l.fi.§.si quando.C.vnde vi. Secūdo limito, nisi par ratio affectionis, & cognationis remoueret omnem sinistram suspitionem; vt puta, q esset consanguineus in eodem gradu accusatoris, & accusati. Hoc tenet expresse Barto.in.d.l.qui testamento.per tex.in.l non solum.ff.de ritu nupt. facit quod not.in.c.cum R.canonicus.de off.deleg. & ita
25 consului illo anno ¶ Sed q̄rit hic.D.m. † vsq; ad quē gradum consanguinitatis repellatur consanguineus. Sol. dicit ipse vsq; ad illum, intra quem non compellitur testificari contra consanguineū, de quo in.l.lex Iulia ff.de testi.canonizata.4.q.3.c.2.§.item lege Iulia. Vel melius fm eum, q attendatur qualitas affectionis, fm consuetudinem patriae, nam in quibusdā locis stricta dilectio durat vsque ad certum gradū, in alijs durat inter omnes eiusdem cognationis, vt in simili not. Io. And.in.c.postremo.de app. ¶ Glo.
26 in verbo ad denuntiandum, quaerit, † vtrum ad denunciandum admittant criosi, & infames. & arguit p vtraq; parte, & concludit q non. Et tandē recitat opin. Io. quam reprobat. In fi.dic, fm Io. And. q aut loquimur in denuntiatione Euangelica. & habet locum opi. Io. aut iudiciali, vel canonica, & habet locum glo. nostra. de hoc artic. vide Spec. in tit. de denun.&.D.m.in.c.nouit.§.de iudi. ¶ Glo. super ver.
27 inimicos, quaerit, † quae inimicitiae repellant à denunciando, vel testificando. & primo arguit, q tantum graues. deinde qđ et leues. & concludit hoc eē relinquēdū arbitrio iudicis. In fi.gl.dic de hac materia, q inimicitia repellat, & q dicat grauis, vt dixi i.c.repel-
28 lant.§.eo. ¶ Glo.pen.q̄rit, † an repulso illo, q impetrauit inq̄sitores, possit alius subrogari. & arguit q sic. tandē ponit opin. Io. quā approbat, & reprobat opi. Tāc. In fi.gl.dic, Inn. aliter distinguit, q aut impetrator adhibuit tm̄ nudū ministeriū, & habeat locū opi. Tāc. vt videlicet eo repulso poterit iudex ex offō suo, pcedere, vel aliū cōstituere in locū inq̄sitionē, psequētis. Si verò nō fuit simplex nud' minister, sed ēt author, & tūc debet iudex supsedere p rōnem positā in glo. Dī.n. nudū ministeriū adhibuisse, si nō fuit

fuit expreſſum nomẽ impetrãtis; verbi gratia, quia
Papa dicit ad audientiam noſtram perlatum, vel
crebro rumore delatum, vel quid ſimile. nã hoc caſu,
quia Papa quocunq; impetrante dediſſet inquiſito-
res, dr̃ adhibuiſſe nudũ miniſterium; ſecus vbi eſſet
expreſſum nomen impetrantis. & hoc cõiter* tenẽt
29 doctores. ¶ † Quid aũt ſi impetrans fuiſſet excõica-
tus. Inno. hic concludit idẽ. Tu dic de hoc, vt tradit̃
per gl. & docto. in. c. 1. de reſcrip. lib. 6. Aduerte etiã
30 ſm Inn. quia † ſi Papa mandaſſet inquiri de fama, li-
cet impetrans reppelleret̃, nihilominus poſſet ꝓce-
di ad vlteriora p idoneos; & ratio eſt, qa Papa tunc
non vr̃ habuiſſe reſpectum ad impetrantẽ. Extra gl.
formant hic doct. plures. q. quas hic ponã meo ſoli-
31 to more. ¶ Primo igit̃ quæro † qui dicant̃ cõplices.
Sol. dicit Io. And. ꝙ dicunt̃ ſocij coniuncti ad malũ,
non ad bonũ. Bar. in. l. 1. C. ſi rector prouin. dicit, ꝙ
per iſtũ tex. veniunt filij, nepotes, cõſiliarij, & dome
ſtici. Ego vero hoc verbũ arbitror capiẽdũ ſm ſub-
iectam materiã; quia vt plurimum refert ſe ad id de
quo q̃ritur; & prædicta notabis pro inſtrumẽtis pa-
32 cis q̃ fiunt quotidie. ¶ Secũdo quæro, † vtrum is, cui
ſimpliciter eſt delegata inq̃ſitio, neceſſitet̃ pri⁹ inq-
rere ſuper fama, quã ſuper veritate crĩs. Sol. dic, qđ
aut Papa ſimpliciter cõmiſit inquiſitoribus, & dicẽ
33 dũ eſt, ꝙ ſic. arg. eorũ q̃. ſ. dixi in. 3. notabili. Et † ſi
delegatus vellet prius inquirere ſup veritate, q̃ ſuper
fama, poſſet ab ei⁹ ſñia appellari, vt. c. 2. eo. tit. lib. 6.
34 ¶ Aut † Papa fecit mentionẽ de fama, vt puta, qa di-
cit, plurimorũ clamore ad nos delatũ eſt, talẽ talib⁹
criminibus infamatũ, quare tibi cõmittimus inqui-
ſitionẽ, &c. & hoc caſu Ioan. vult, ꝙ talis non neceſ-
ſitetur inq̃rere ſuper fama, poſtq̃ Papa aſſerit illum
infamatũ. Contrariam ſñiam tenet Tanc. mouetur,
quia ad Papam talis clamor deferri potuit per ini-
micos infamati. Item põt eſſe, ꝙ Papæ fuit facta fal
ſa delatio. Io. And. hic diſtinguit, ꝙ aut Papa loquit̃
narratiuè, & procedit opi. Tanc. Aut loquit̃ aſſerti-
uè, & ꝓcedit opi. Io. arg. no. in. c. ſi Papa. de priuile.
lib. 6. & clem. 1. de proba. vbi pleniſſime dixi de hac
35 † materia verborum narratiuorũ. vide & Spec. in tit.
36 de inquiſitio. §. nunc tractemus. verſ. hoc aũt. † dicit̃
autẽ narratiuè loqui, ſm Io. And. hic, ſi dicit multo-
rum relatione accepimus, vel ad audientiã noſtram
peruenit, talem talib⁹ criminibus infamatũ. Si vero
diceret, cũ conſtet nobis talẽ de tali criẽ infamatũ,
tũc aſſertiuè loqueret̃. Idem tñ Io. And. in addi. Spe.
in. d. §. hoc autẽ. concludit ꝙ ſi Papa diceret. Multo-
rum fidedignorum relatu accepimus, &c. ꝙ tunc nõ
neceſſitaret̃ inquirere ſuper fama. & ſic talia verba
in effectu dicerentur habere vim verborum aſſerti-
uorum. cum hoc caſu non poſſit dici, ꝙ relatio fue-
rit à ſuſpectis, vel maleuolis pſonis, vt dixi in cle. 1.
de proba. hoc tñ non placet D. Ant. quem ſequitur
hic D. m. dicit enim, ꝙ præſuppoſito ꝙ Papa id per-
ceperit à fidedignis; non tñ ſequitur, ꝙ ille ſit tali-
ter infamatus, ꝙ poſſit fieri inquiſitio ſuper verita-
te, cum potuerit audiuiſſe à duobus, vel tribus. & ſic
Papa verũ diceret, & tñ per hoc nõ concluderet̃ in-
famia, vt. c. inq̃ſitiõis. §. tertiæ. ȷ. eo. & ȷ. dicã. ¶ Ter
37 tio quæro, † qualis debeat eſſe infamia, ad hoc vt ꝓ-
cedi poſſit ad inquiſitionẽ. Sol. dicit Io. And. ꝙ de-
bet eſſe clamoſa infamatio, per quã crimen reddat̃
q̃ manifeſtum. vt. c. qualiter. ȷ. eo. Itẽ debet eſſe fre-
38 quens, vt. ſ. c. proximo. & ſubdit ꝙ † duæ vices indu-
cunt frequentiam, vt. c. monaſteria. de vita & ho. cle.
& c. venerabilẽ. de elec. cum ſimi. Idem tñ Io. And.
in. c. licet. Hely. de ſimo. dicit qđ debet eſſe trina p
c. cum eccleſia. de cã poſ. & proprie. per not. in. l. cũ
de in rem verſo. ff. de vſur. Ego vero de hac. q. licet
eam tractet D. Ant. dicã in. c. qualiter. ȷ. eo. ¶ Quar
39 to quæro, † vtrum non præcedente inquiſitione in-
famiæ, valeat proceſſus habitus ſuper veritate crimi
num. Inno. hic, tenet qđ ſufficiat relatio famæ: licet
ſuper ea non inq̃ſiuerit iudex, nec ſit ſibi facta pro-
batio per teſtes, vt. ȷ. de purg. cano. c. inter. ȷ. eo. D.
Ant. in. c. qualiter. in glo. 1. dicit, qđ moderni doct.
in hoc articulo varias habuerunt opin. Nam Pet. &
Abb. diſtinguunt, quòd, aut iudex procedit alio ꝓ-
mouente inquiſitionẽ; aut procedit ex mero iudicis
officio. Primo caſu volunt, qđ inq̃ſito negante in-
famiam præceſſiſſe, non poſſit iudex procedere; niſi
primo probet̃ infamia p promouentem inquiſitio-
nem. Secundo caſu volunt, ꝙ poſſit inquirere de ve-
ritate; licet inquiſitus neget ſe infamatum; nã ſatis
eſt, quòd ſibi conſtet de infamia; qa, non eſt iudex
corã quo hanc fidem facere poſſit; cum non ſit ali⁹
iudex q̃ ipſe. Si tamen pp hoc appellaretur, ſufficit,
quòd inquirens faciat fidem coram ſupiore de infa-
mia; & hoc ne illudatur correctio. Hæc ẽt vera dicit
D. Ant. niſi procedatur ex officio ad penã criminis;
quia tunc ſufficit infamiam ſubeſſe; licet illa non ſit
ꝓbata corã ordinario. Sinautẽ procedatur ex offi-
cio debito, & vrgenti, vt in matrimonio carnali, vel
ſpirituali, hoc caſu dicit ꝓcedi poſſe abſq; alia infa-
mia. primũ probatur in. c. 3. de clan. deſpon. ſm in
c. cum nobis. de elect. Idem dicit vbicunq; ex mero
iudicis officio procederet̃, maximè in his, in quibus
vertitur periculũ animarũ, vt. c. ad noſtram. ſ. de iu-
reiuran. & c. 1. de offi. ordi. D. m. hic, pro concordia
pdictarum opi. diſtinguit, quòd aut iudex eſt dele-
gatus, aut ordinarius. primo caſu, aut in reſcripto eſt
facta mentio de infamia, & proceſſus factus ſup ve-
ritate criminum tenet. aut non eſt facta mentio, &
non tenet tunc. aut iudex ꝓcedit ſuper veritate cri-
minum omiſſo ꝓceſſu famæ, ſcientæ, & patientæ in-
40 quiſito, & tenet ꝓceſſus. nam † exceptio, non præ-
cedente inquiſitione ſuper infamia, eſt dilatoria, &
inducta in fauorem inquiſiti. vnde ſibi imputandum
eſt, ſi à principio non excipit, p tex. not. in. c. 2. eod.
tit. lib. 6. Aut inq̃ſitus erat pſens, ſed ignorabat te-
ſtes recipi ſup veritate crĩs. Credebat enim qđ reci-
perentur ſuper fama: & tunc non valet proceſſus, vt
c. inquiſitionis. §. tertiæ. ȷ. eod. Aut inquiſitus erat
abſens, & per contumaciã. & tunc aut non eſt adhuc
proceſſum ad actum; per qđ præcludatur potentiæ
opponendæ dilatoriæ exceptionis, vt lit. conteſt. vel
alterius actus, qui habeat̃ pro lit. conteſt. & cõparẽs
excipit, & dic vt ſtatim dicã. alias ſecus; qa tunc non
admitteretur. facit gl. no. in. c. 1. de elect. lib. 6. Et ad
prædicta allegat not. dictum Inno. in. c. præterea de
41 dilat. in vlt. col. quoniam † non debet eſſe melioris
conditionis contumax inobediens in facultate op-
ponendarũ exceptionum, q̃ præſens, & obediens. &
42 per pdicta dicit D. m. † limitãdum. c. 2. eod. tit. lib.
6. vbi tex. exigit pſentiam abſq; reclamatione; nam
idem

Cõis opi.

idem dicit si erat absens per contumaciam. ad idem
allegat tex.in authē. qua in prouincia. C.vbi de cri.
agi.opor. Si vero inquisitus erat præsens & excepit,
vt prius inquireretur super fama. & quia nō fuit ad-
missa exceptio appellauit. & hoc casu processus ha-
bitus super processu criminū, non tenet, cum appel-
latio fuerit legitima. nam eo ipso, qđ opponitur,
talis exceptio criminum iudici, si est iudex delega-
tus, debet prius recipere testes super infamia, q̄ sup
veritate, vt.d.c.2.nec sufficit, ꝙ iudex dicat sibi cō-
stare de infamia, facit dictū.c.2.& sequit̄ hic Hosti.
Et prædicta, vt dixi.procedūt in delegato, ſm eum,
ꝙ arbitror ego procedere, in delegato ad vnam cau
sam tantum, seu ad vnam speciem. secus in delega-
to generali, seu inquisitore generali. argu.c.præ-
cedentis. & quod dixi.s̄.in secundo notabili. Fa-
cit, ꝙ not. glo.& ibi dixi, in.c.qualiter.s̄.eod. nam
in eo arbitrarer dicendum, ꝙ dicam in ordinario.
¶ Si vero esset ordinarius, distingue, ꝙ aut procedit
alio principaliter promouente inquisitionem.& di-
cendū est, vt dixi in p̄ced.membro. Aut procedit ex
mero suo officio; & tunc, si vult, pōt recipere testes
super infamia. Si vero non vult, qa dicit sibi coasta-
re de infamia per inuestigationē extraiudicialiter
factam, vel per frequentem clamorem, & tunc pōt
procedere super veritate criminum etiam parte cō
tradicente, arg.c.qualiter.j̄.eo.qm̄ satis est, qđ ad
eum frequens, & clamosa criminum relatio perueне
rit, vt probat̄ ibi, &.c.præced. de qua non tenet̄ ali-
cui facere fidem. si tñ inquisit⁹ appellaret, ex eo qđ
assereret se non esse infamatum; tunc oportet iudicē
ordinarium facere fidem de diffamatione, vt not.in
d.c.qualiter. & ad p̄dicta vide notabilia dicta Ang.
in repet.l.si vacantia.C.de bo.vac.lib.10.in ver.& p
43 hoc cauti rectores. Vbi dicit, ꝙ † cautus rector ne ha
beat ostendere famam ponit inquisitionem ex me-
ro eius officio. Aliud ponit ibi in vers. Sit igitur cau
44 tus aduocatus. vbi dicit ꝙ † cautus aduocatus ante
omnia debet petere dari sibi copiam diffamationis,
& si viderit aliqd deesse debet obijcere. Et p̄dicta
not.perpetuò circa hāc materiam. ¶ Quinto quæro,
45 † qualiter iudex se informabit super infamia. Sol.
Inno. dicit, ꝙ dupliciter, vno modo recipiendo te-
stes qui probent infamiam. Alio modo extraiudicia
liter de plano per rumorem, seu famā viciniæ apud
bonos, & graues.per.c.cum in tua.de sponsa. & seq-
46 tur hic, D. Ant. ¶ Sexto quæro † vtrum probata in-
famia per testes, infamatus admittatur, volens pro-
bare bonam famam ad finem excludendi inquisitio-
nem. Hæc quæstio est notabilis, & quotidiana.& va-
riæ in ea reperiuntur opi.Io.Andr.hic, dicit quosdā
47 tenere ꝙ sic, qui dicunt, † ad hanc probationem in-
nocentiæ admittendos etiam familiares, cubicula-
rios, & domesticos. 2.q.7.c.cū pastoris.12.q.1.sine
manifestæ.18.q.2. in decima.2.q.5. omnibus. in fi.
81.dist.c.clerici. & in auth.de monach.§.cogitādū.
In contrariū arguit̄, ꝙ hoc non videat̄ prodesse. nā
48 † si mille testes dicerent eum bonæ famæ, centum ve
ro dicerent eum malæ famæ, præualet dictum pauco
rum; qm̄ quantum ad indicendam purgationē, & fa
ciendam inquisitionē vr̄ hoc sufficere, quia satis est,
ꝙ remaneat infamatus apud alios, quorum respectu
49 Indicenda est purgatio: licet † pp paucorum dicta
non inducat̄ infamia, vt.c.inquisitionis.j̄.eo. Et hoc
dicit tenere Io.& Philiph.ad ꝙ adducit ꝙ ipse not.
in.c.sup hoc.s̄.de renun.sup gl.1. ¶ Tanc. & Vinc.
50 tenent contrarium; dicentes † testimoniū plurimo-
rum esse p̄ferendum, dūmodo probent bonā famā,
sicut alij testes malā. ¶ Idem tenet Spec.in tit.de in-
qsitione.§.nunc tractemus.ver.ꝙ si plures Host.dic,
51 ꝙ ꝓbatio debet admitti. Sed † an p̄iudicet ꝓbationi
contrariæ debet attendi quid habeat, & teneat cō-
munis vox exterior, & ēt quantitas testium, & perso
narū, & sic ſm diuersas qualitates arbitrabit̄ iudex,
q̄ probatio præualeat. Inno.in.c.inquisitionis.j̄.eo.
tetigit hunc articulum, & vix comprehendi pōt, qd
ipse velit. Io. An. hic dicit, ꝙ vbi primi, & secūdi te-
stes deponunt de infamia viciniç, putat verum dictū
Tanc.p.c.cū in tua.s̄.de testi.in gl.fi. Sed si primi li-
cet pauci deponunt de fama viciniæ, & alij licet mul
ti deponunt de fama alterius loci, procedat opi. Io.
& Phi. Idē tñ Io. And. in.c.inquisitionis.j̄ eo.dicit,
ꝙ si testes deponunt de infamia, & cōis vox est in cō
trarium, de qua pōt Iudex se informare, ꝓprijs auri-
bus; tunc ad dictum illorum testium non fiet inqui-
sitio, arg.c.inquisitionis.j̄.eo. Aut Iudex non pōt se
informare p̄dicto modo, sed recipit testes vtriusq;
sup bona fama. Et tunc aut testes vtriusq; partis po
nunt super fama habito respectu ad cōem opi.& ha
bet locum op.Tanc. ¶ Aut habito respectu ad se; qa
testes vnius partis dicunt eum infamatum apud se:
52 Alij vero dicunt contrarium, & tunc † indicet̄ pur
gatio, ex quo apud legales, & bonos viros est infa-
matus. 2.q.5.in.c.oibus. ¶ D.m.hic post Bar.in.l.de
minore.§.tormenta.ff.de quæsti.distinguit; ꝙ aut te
stes vtriusq; partis deponunt sup fama eius loci, &
eiusdē temporis. Aut sup fama diuersi tēporis. Aut
53 sup fama diuersi loci. ¶ Primo casu, ex quo † pro-
bationes sunt omnino contrariæ habito respectu ad
locū, & ad tempus, standum est testibus magis ido-
neis; Ad hoc ꝙ no.in.l.ob carmen. & in.l.3.ff.de te-
sti.& latius in.c.in nostra. s̄.de testi. & in.c. cum in
54 tua.s̄.de spon. ¶ † Est enim primo dignitas, & famā
55 testium; † Itē q aptiora, & magis verisimilia depo-
56 nunt negotio, de quo quærit̄ † Itē numerus, & ſm
Host.ēt attendit̄ qualitas actoris, & rei; sed hoc vlti-
mum non est ponderandū. Et dicit D.m.se putare,
57 qđ † qualitas probationis magis verisimilis, p̄ferat̄
alteri qualitati, ēt respectu numeri. ¶ Nā licet pro
vna parte sit maioritas numeri, tñ præfertur ꝓbatio
magis verisimilis; moueor per not. in.d.l.ob car-
men.& 4.q.3.si testes, & qđ no. Inno.in.c.auditis de
p̄scrip.& per glo.in.c.1.eo.tit.lib.6.& maximè, hoc
58 dicit procedere † in infamia, in qua debet attendi
verisimilitudo; qa vt dicit Bart.in.d.§.tormenta nō
sufficit dicere talē infamatum apud populum, quia
59 † vanæ voces populi non sunt audiendæ, vt in.c.
60 osius.s̄.de elec. Vnde † dicūt testes reddere causam,
ex aliqua verisimili p̄sumptione, vt ēt sentit hic Inn.
Bar.tñ in.d.§.tormenta. videt̄ velle ante omnia attē
dendum numerum. Omissis opi. Doct. & collectis
61 hincinde quæ veriora sunt. Ego hoc dico † esse relin-
quendum arbitrio iudicis p.l.3.§.tu magis.ff.de te-
sti. habebit enim iudex considerare qualitatem te-
stium, qualitates depsitionum, & quantitatē nume-
ri, & hoc etiam inuicem commiscere; & hincinde
ponde-

ponderare. ¶ Secundo casu, qñ testes vtriusq; partis deponunt de diuerso tempore, vt puta, qa quidã testes probãt Titium malæ famæ tempore cõmissi delicti; Alij verò testes deponunt eundem Titiũ præsenti tempore bonæ famæ; Et tunc, ꝓferenda est ista secunda probatio, pp mutatam opi. q̃ non ꝑsumitur mutata sine cã, vt in l. 2. ff. quis ord. in bo. pos. serue. & in c. non debet de consan. & aff. & in c. certe. 12. q. 1. ꝙ ego arbitror limitandũ, si modo isti testes deponerent de eodẽ loco, sed si deponerẽt de diuerso loco cum diuersitate temporis, idẽ dicendũ arbitror, ꝙ dicã in tertio mẽbro. ¶ Tertio casu, qñ testes cõcludunt sup diuersitate loci; vt puta, quia testes vni⁹ partis dicunt eũ infamatũ in tali castro, Alij dicunt eũ bonæ famæ in ciuitate, & in hoc, quæ ꝓbatio sit ꝓferenda, dicunt considerari aliæ circunstantiæ. Nã si in loco à ciuitate remoto fuit cõmissum delictũ, & ibi sit infamatus, licet in ciuitate sit bonę famę, ꝓualebit probatio malæ famæ. Et ita debet limitari, ꝙ dixi. s. fm Io. And. si vero locus commissi delicti pariter distaret à ciuitate, & castro, attendenda est causa pp quã testes mouentur; Item et tempus vt di-
62 xi in præcedent. ¶ Et † si omnia sunt paria, ꝓbatio bonæ famæ confundit ꝓbationẽ malæ famæ, vt not. in simili in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in c. fi. & qđ ibi latissimẽ dixi. s. de iureiur. Nã si ꝓbationes adinuicẽ se confundunt, remanet ꝑsumptio iuris, q̃
63 habet ꝙ † quilibet ꝑsumat bon⁹ ar. reg. q semel mal. de reg. iur. lib. 6. & in l. merito. ff. pro socio. Ego tñ attbitrarer, ꝓdictã distinctionem D. mei ꝓcedere, quò
64 † ad potestatẽ inquirẽdi super veritate criminũ, sed q̃tum ad indicendã purgationẽ, probatio sequens bonæ famæ non releuat, quominus indicenda sit purgatio, si apud aliquos infamat⁹ est. Ita ꝙ ex infamia generetur aliqua suspitio. 2. q. 5. omnibus, & voluit s. Io. And. & sequitur hic D. Ant. licet enim non sit infamatus quò ad totã viciniã, vel quò ad testes deponentes de bona fama, tñ potest esse infamatus penes aliquos, ꝙ sufficit ad indicendam purgationem, licet non sufficiat quò ad inquisitionem, & ita dicit D. Ant. intelligendum dictum Inn. in c. inquisitionis. s. alleg. in gl. infamauit in fine ¶ Postremò tangit hic Do. Ant. aliquas alias quæstiones de quibus ego dicam. j. in c. qualiter.

CAP XX.

SUMMARIUM

1 *Denuntiare non potest publicus concubinarius, excõicatus conspirator, et is qui non præmonet. Et an accusare, & quando nume. 11.*

2 *In alternatiuis sufficit vnum esse verum.*

3 *Accusatio non potest fieri per alium, nec per scripturam.*

4 *Denuntiatio per alium fieri potest.*

5 *Tempus datę inspicitur ad validitatem rescripti, quo ad impetrantem.*

6 *Cõcubinatus solus nõ reddit quẽ inhabilẽ ad denũtiandũ.*

7 *Appellatione pendente nihil est innouandum. Quod tamen intellige, vt ibidem. Et nu. 13.*

8 *Superior denuntiatus, non debet post denuntiationẽ cõtra eũ factã, ꝓcedere contra subditũ in aliqua causa.*

9 *Inferior denuntians superiorem, non tenetur ei obedire in his, quæ impedirent suam denuntiationem.*

10 *Ex denuntiatione solent graues inimicitiæ nasci.*

12 *Denuntiatio ad vindictam propriæ iniuriæ non fit, sed ad correctionis finem.*

1 **Cum dilectus.** † A denũtiatione repellit publicus concubinarius, excõicatus, conspirator, & is qui nõ pręmonet. h. d. diuidit in duas partes. Primo instruit iudicẽ super declaratorijs; & eis deficientib⁹ super principali. secundo mandat fieri inhibitionẽ. ibi, eidẽ. ¶ Noto primo summariũ, ex quo patet, ꝙ ad repellendũ denũtiatorẽ sufficit alterũ prædictorum, videlicet, ꝙ non præmoneat, vel quia conspirauit, vel quia sit publicus concubinarius; & pp hæc excommunicatus. nam rescriptũ alternatiuẽ concep-
2 tũ erat. & sic † sufficiebat vnũ esse verũ, vt. c. inter ceteras. s. de rescriptis. ¶ Secundo not. ibi, quorũ
3 nomine, ꝙ † licet accusatio non possit fieri per aliũ, seu p scripturã, vt probat. 2. q. 8. c. per scripta. tñ se-
4 cus est in denuntiatione, † quæ per alium fieri põt, vt hic, & de hoc aliquid dixi in. c. licet. s. eo. ¶ Ter-
5 tio not. ibi, tum fuisse. ꝙ † ad considerandã validitatem rescripti, respectu impetrantis inspicitur tempus datæ de quo in. c. eam te. s. de rescript. & c. dile-
6 ctus. s. de præben. ¶ Quarto not. ꝙ † sol. concubinat. non reddit quem inhabilẽ ad potentiã denuntiandi. nã hic considerat non solũ concubinatum, sed excõicatio pp concubinatum. Hoc tñ non placet D. m. hic, per not. s. c. ꝓximo. & in. c. si peccauerit. 2. q. 1. & in c. nouit. s. de ind. Et ad tex. nostrũ respõdet, ꝙ hic fit mentio, de excõicatione ad maiorem aggrauationem delicti. Tu dic, ꝙ idẽ voluit hic Io. And. qui dicit, ꝙ hoc non erat necessarium; sed solum fuit allegatũ, & ꝙ hic duo coniungunt, quorũ alterũ sufficeret. ¶ Quinto no. ex secũda parte, ꝙ ap-
7 pellatione pẽdẽte, nihil est innouãdũ. vt in rubro, & nigro. ff. nil no. ap. inter. ꝙ est verũ in his, q̃ pertinet ad cãm quæ agit, vt hic in tex. dũ dicit sup his. ergo à contrario, sec⁹ est sup alijs. ff. apud eũ à quo. l. vni. & c. Romana. §. si verò. de ap. lib. 6. dixi in. c. sup eo. 1. de app. nisi recusarẽt vt suspectus, vt. c. accepta. & in. c. ad hoc. s. de app. licet gl. fi. hic, assignet aliã tõnem, sed dic, vt dicã in ea, quia illa non ꝓcedit, nisi qñ vellet ꝓcedere in alijs. ¶ Vltimo, colligit hic D.
8 m. arg. ex fine literæ. ꝙ † per denuntiationẽ cõtra superiorẽ non debet supior denuntiatus ꝓcedere cõtra subditũ in aliqua cã hoc tñ dictũ, licet sit verũ in se, fm distinctionẽ quã. j. ponã post eũ; tñ non colligitur ex litera. In eo aũt articulo ita distinguit, & benè; qa aut cã denũtiationis impedirẽt aliquo modo p processum serendũ p superiorẽ contra denunciantẽ, & non tenẽt ei obedire, nec cãm sub eo age-
9 re; imo debet superior cessare, vt. c. olim. j. eo. qñ † inferior denuntians superiorẽ, nõ tenẽt, vt dixi, obedire supiori in his, q̃ haberẽt impedire cãm denũtiationis suę. 8. q. 4. nonne. & c. olim. j. eo. in quib⁹ ꝓbatur qđ si per ꝓcessum, vel ꝓceptũ superioris non impedirẽt denuntiatio inferioris, qđ tunc inferior tenetur obedire, & cãm sub eo agere. facit ꝙ dixi in c. ex parte. s. eod. Posset tamen inferior recusare
10 ipsum supiorem vt suspectũ, ꝓpter denuntiationẽ, † ex qua solẽt graues inimicitię nasci, arg. l. 1. ff. de his quib. vt ind. facit ꝙ dixi in. c. repellantur. s. eodem. facit etiam. c. proposuit. & c. ad hæc. de appellat.

11 Glo.1.opponit, q † concubinarij, & alij criminosi debeant admitti ad denuntiandũ; quia tales admittuntur ad accusandum.4.q.6.omnibus. Glo.soluit, q ibi pro sequebantur suam iniuriam, hic non. In eadẽ in fine fm D.Ant.dic,qđ ideò admittunt, qa
12 † denuntiatio non fit ad vindictam propriȩ iniuriȩ; sed ad finẽ correctionis. nã ex fine denuntiationis, q̃ nedum ad correctionẽ; sed ad publicam vindictã tenderet,non vendicaret suam iniuriã.¶ Glo.si.assignat rõnem ad tex. Tu dic, qđ ratio text.nostri est
13 illa quã assignaui in.5.notabili. videlicet, quia † app. pend.&.c.hæc igitur ratio gl.procedit solum quando super alijs, q̃ super his super quibus appellatum est,episcopus denuntiatus vellet procedere.

CAP. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Crimen probatum per inquisitionem,regulariter non punitur pena ordinaria; sed si impedit ordinis executionẽ, fit depositio, sicut in accusatione: si vero impedit tantũ beneficij retentionem, fit priuatio à beneficio, nec potest iudex talem penam moderari.*

2 *Crimina quædam depositione digna, impendiunt ordinis executionem etiam post peractam penitentiam, quædã non. Et nu.11. Et quædam, quæ impediunt beneficij retentionem etiam peracta pęnitentia.nu.13.*

3 *Homicida non potest, quamuis pœnituerit ministrare in ordine suo,licet crimen sit occultum.*

4 *Dauid,etiam post peractam pęnitentiam homicidij, prohibitus fuit ædificare templum Deo.*

5 *Ordo simoniacè receptus, non habet executionem, licet character imprimatur. Et nu.17.*

6 *Conuictus de crimine per viam inquisitionis mitius punitur, quam per viam accusationis.*
Quod intellige de iure canonico,secus autem de iure ciuili.nume.7

8 *Condemnatus per viam inquisitionis, si de iure ciuili infamaretur, infamiam euitat de iure canonico.*

9 *Damnatus per inquisitionem nõ efficitur infamis, & est communis opin.*

10 *Index quando procedit per inquisitionem, potest moderare pœnã. Et quæ tunc considerare habeat.ibidem.*

12 *Exempla non restringunt dispositionem,vel regulam.*

14 *Pœniterere quis non potest sine restitutione.*

15 *Denuntians,an teneatur se inscribere in casibus tex. nostri. Et nu.18.*
Et an monitio sit necessaria.nu.16.

19 *Iura, realem effectum,non verba considerant.*

20 *Excipiens,quando se obliget ad pœnam extraordinariã.*

21 *Procurator non admittitur, in omnibus casibus in quibus eadem pena imponitur per viam inquisitionis,quæ imponeretur per viam accusationis.*

22 *Accusator,cur se inscribit ad pœnam talionis; Denuntiatus verò non.*

23 *Denuntiantis finis, & principalis intentio,est correctio.*

24 *Index inquirens nunquam se inscribit ad pœnam talionis.*

25 *Regulares facilius remouentur ab administratione,quam seculares.*

26 *Puniendus est quis in eo,in quo delinquit.*

27 *Pœna vbi arbitrio iudicis relinquitur, potest arbitrari vsq; ad quantitatem pęnę ordinariæ, quæ imposita est, quando per viam accusationis ageretur: Et si maiorem vel eãdem imponat,appellari potest Quòd tamen limita.vt num.30.*

28 *Moderari verbum,diminutionem continet, non augumentum. Idem de verbo modificare.nu.29.*

Inquisitionis.

Si crimen per inquisitionem probatũ, impedit etiam post peractam pęnitentiam ordinis executionẽ, vel beneficij retentionem punir; sicut in accusationis iudicio; alias pęna erit arbitraria.h.d. prima pars vsq; ad.§.tertię dubitatiõis.secũdũ doc.
1 sed D.meus aliter summat. videlicet. † Crimen probatum per inquisitionem, regulariter non punitur pena ordinaria; sed si impedit ordinis executionẽ, fit deposito; sicut in accusatione;& si impedit tantũ beneficij retentionem, fit priuatio à beneficio; nec potest iudex talem pœnam moderari.h.d. & hunc dicit verum intellectum prin.huius decre. malè declaratæ per doct.de quo.ỹ. Diuiditur in duas partes; quia in prima consultatio.in secunda responsio,ibi, in quo quidem. & dicit hic Hosti. q primã partem, seu quæstionem quæ continebatur sub ista decisa & ỹ.non habem'. dicit tamen Io.And.quòd prima q. erat de nominibus, & dictis testium an essent credenda.& an exceptiones contra eos essent admitten dæ quæ continebantur sub ista decisa, &.ỹ.hæc tractantur in.c.qualiter.ỹ.eod.§.debet. ¶ Noto pri-
2 mo, quòd † quædam sunt crimina depositione digna, quæ impediunt ordinis executionem, etiam post peractam penitentiam. Ex quo infertur,quòd non omnia crimina depositione digna impediunt ordinis executionem, vel beneficij retentionẽ post peractam pœnitentiam. licet enim quis furtum, vel adulterium commiserit: tamen post peractam pœnitentiam licitè administrat in ordine suo, ex quo in iudicio de tali crimine non conuincitur, vt.c.si. de tempo.ord. Quædam verò vt dixi,impediunt ordinis executionem, quamuis peracta sit pœnitentia,
3 & crimen sit occultum, vt homicidium. † Homicida enim non potest ministrare in ordine suo quãuis eum pęnituerit, & crimen sit occultum, vt.d.c.si.& c.miror.1.dist.&.c.sicut dictnum.ỹ.de homi. Vnde
4 † prohibitus fuit Dauid etiam post peractam pęnitentiam homicidij,ędificare templum Deo,de conse.dist.1.c.1.&.1.q.7.si quis omnem. Idem etiã est
5 in simoniacè ordinato; quia † ordo receptus per simoniam non habet executionem: licet character imprimatur. nam in ipso ortu dicitur decessisse.1.
6 q.1.c.qđ quidam.¶ Secundo no.quòd † conuictus de crimine per viam inquisitionis mitius punitur, q̃ conuictus per viam accusationis. Si enim delictum est graue, pęna condigna per viam accusationis est depositio ab officio,& beneficio,vt hic,&.c.sup his. ỹ.eo.& in.c.tuæ.ỹ.de pen. Sed per viã inquisitionis põt esse pęna arbitraria, vt statim dicã. & idẽ pbat in.c qualiter.ỹ.eo. & limita, vt ibi dixi in.14.princi-
7 pali articulo.q.1.Item pdicta procedunt † de iure canonico;nã de iure ciuili,respectu penę imponẽdę non est differẽtia, an procedat per viã accusationis, vel per viã inquisitionis; qm vtroq; casu eadẽ pœna punitur conuictus,vt.l.4.C.de sepul.viola.&.l.ordo ff.de

ff.de pub. iud. &.l.2.§.si publico.ff.de adul. &.l.ea
quidē.C.eo.tit.& in.l.3.§.præterea.ff.de suspec. tut.
& ibi glo. Et ex hoc infert D.m.notabile dictum, vi-
8 delicet, ꝙ vbi † condemnatus per viam inquisitio-
nis efficeretur infamis, saltē euitat infamiam de iure
canonico.& sic procedāt gl.de iure ciuili, quæ * cō-
Cōis opi. 9 muniter † volunt damnatum per inquisitionem nō
effici infamem, de quo aliquid dixi in.c.super his.
ṡ.eo.& dicam plenius in.c.qualiter.j̄.eo. ¶ Vltimo
10 not.ꝙ † iudex cum procedit per viam inquisitionis,
potest moderare pęnā regulariter. Ad eam aūt mo-
derandam debet considerare qualitatē personæ, &
delicti, & circūstantias per quas delictum aggrauat̄,
vel alleuiat̄, vt temporis, loci, intentionis & si. facit
c.cū quidā de iureiur. ¶ Glo.1.colligit arg. ex tex.&
illud confirmat. In fi.glo.dic, hoc dictum glo.com-
Cōis opi. 11 muniter * reprobat̄, qm̄ † sunt & alia plura delicta q̄
impediunt ordinis executionem post peractam pę-
nitentiam, de quibus in.c.nisi.§.ꝓpter conscientiā.
ṡ.de renun.&.c.ex tenore.&.c.fi.de tempo.ordi. qa
hæc duo crimina, quæ ponuntur in tex. nostro po-
12 nuntur exempli gratia.& ideo † non restringunt di-
spositionem, vel regulam.vt.c.1.ṡ.ne cle. vel mo. &
c.cū plures.de offi.deleg.li.6.&.c.si Papa. de priuil:
lib.6. &.l.dāni.ff.de dam. infec. &.l.1.§.qd' vulgò.
ff.de vi & vi arma. & sequitur hic Io. Andr. qui dicit
Iulianum vnico contentum fuisse exemplo, in.l.ita
vulnerat'.in fi. ff.ad.l.Aquil. &.l.marcellus.&.l.si qs
obrepserit.ff.de fal. & Inno.in.c.in audientia.j̄.de
sen.excom. Vnde Gof.in.c.2.ṡ.eo. & refert hic Io.
13 An.super tex.volunt, ꝙ † etiā sint alia crimina, quæ
impediunt beneficij retentionem ēt post peractam
pœnitentiā vltra allegata hic in gl. & vltra iura alle-
gata.ṡ.per mē; videlicet, furtum, vel violentia; vt pu
ta, si furtiuè, vel per violentiam quis adeptus sit be-
neficiū.14.q.6.c.si res.vel si fuit habitū per dolum,
vel fraudem.3.q.1.reintegranda.vel vitiose, vt.c.du-
dum.ṡ.de elect.in his enim licet agatur per denun-
tiationē, vel inquisitionem, tñ cogitur quis restitue
14 re; & sic priuatur.& ratio, est quia † non pōt aliter
pœnitere, vt.d.c.si res.&.c.peccatū.de reg.iur.lib.6.
& sequitur hic D.Ant. ¶ Glo.2.super ver. in accu-
sationis.quærit, vtrum in istis duobus exemplis tex.
15 † denuntians teneatur se inscribere, & arguit ꝙ sic;
& tenet contrariū. Deinde glo. in vers. itē non vi-
16 detur. quærit † vtrū sit necessaria monitio.& soluit
ꝙ non contra qd' opponit & nō sol. Deinde in ver.
17 item idem est. quærit, † an simonia in beneficio im-
pediat ordinis executionem, & sol. ꝙ sic. ¶ Demum
in ver.signatur.contrarium oppo.cōtra tex. in eo, ꝙ
tex. vult, ꝙ quando impeditur ordinis executio ꝓ-
cedat̄ in inquisitione, sicut in accusatione vñ oppo.
de.c.dilectus.j̄.de simo.gl.sol.dupliciter. secūda so
lutio ponitur ibi, & hoc intellige. ¶ In eadem ibi,
18 sed non credo. dic, Inno. hic dicit, ꝙ † talis se non
inscribit, etiā ad pœnam extraordinariam; quoniā
licet similitudo sit respectu pœnæ in accusatione, &
inquisitione; quia vtroq; casu conuict' priuetur of-
ficio, & beneficio, tamen in alijs non est similitudo;
quia accusatus deponit̄, & degradat̄, inquisitus nō;
sed remouet̄ ab administratione, vt.c.qualiter.j̄.eo.
¶ Host. verò, quē refert hic Io.An.tenet, ꝙ tam de-
nuncians, q̄ promouēs inquisitionē debeāt se inscri-
bere in illis casibus, in quibus fit depositio in inqui-
sitione sicut in accusatione. Non ob.c qualiter. quia
illud ꝓcedit regulariter. Fallit in istis casibus exce-
ptis, & in his in quibus fit depositio, & in omni crīe
enormi, fm ꝙ dicit Arch.3.q.3.c.calumniator.in fi.
nec apparet effectualis differētia inter degradatio-
nem; & priuationē bñficij, & officij; quia priuatus
officio, & bñficio effectualiter satis dicit̄ degradat'.
19 † Iura enim nō verba, sed realē effectum considerāt
vt.c.cōmissa.de elec.lib.6. Itē qa videm' ꝙ calum-
20 niosè denuntians punit̄, vt.c.2.j̄. de cal. Et † exci-
piens obligat se ad pęnā extraordinariā; qñ delictū
est tale ꝙ deijcit ab obtento. fortius ergo debet in-
scribere iste promotor inquisitionis si defecerit in
ꝓbatione; & hoc, ne si fortè aliter diceremus, para-
ret̄ via fraudibus, & malicijs; quia nullus accusaret,
sed viā inquisitionis intentaret. Et ex p̄dictis infert
21 Hosti.ꝙ † in oībus casib', in quib' eadē pęna impo-
nit̄ ꝑ viā inquisitiōis, q̄ imponeret̄ ꝑ viā accusatio-
nis nō admittit̄ ꝓcurator. de quo remittit se Io.An.
ad no.in.c.veritatis.ṡ.de dolo & contum.& D.Ant.
sup glo.pen.& dixi in.c.veniens, ṡ.eo. D.m. hic di-
stinguit, ꝙ aut crimen impedit ordinis executionē;
& tunc cum immineat depositio ēt ab ordine, debet
fieri inscriptio ad pęnam talionis. ita procedit opi.
Host. nā ius in hoc cōsiderat effectū pęnæ imponē-
dæ, non formā procedendi, vt clare colligitur, in.c.
sup his. in rōne illius tex.ṡ.eo.dicit̄ enim ibi, quod
22 † ideò accusator tenet̄ se inscribere; quia accusatio
tendit ad pęnā depositionis. Denuntians verò, ideo
non tenet̄; quia denuntiatio tendit ad correctionē.
vbi ergo denuntiatio, vel ꝓmotio inquisitionis ten-
dunt ad finē depositionis, vt est in duobus casib' hic
positis, & in alijs similibus deber fieri inscriptio ad
pęnā talionis, ꝓp eandem rōnem. Nec obst. si dice-
23 remus, ꝙ † principalis finis, & intentio denuntiantis
est correctio. vnde licet ꝓp criminis qualitatē alte-
ret̄ pęna; non tñ debet fieri inscriptio, q̄a rñdeo, ꝙ
etiam exceptio crīs opposita contra cōsecrandum,
intendit impedire consumandum; quia tamen ꝓp
connexitatem iuris acquirendi ex consecratione cū
iure q̄sito per electionem, & confirmationem quod
ꝑditur impedita consecratione, tenet̄ excipiens ad
pęnā extraordinariam, licet se non inscribat ad pę-
nam talionis, ex eo qd' nō priuatur bñficijs habitis:
sed beneficijs connexis cum iure obtinendo, vt.d.c.
super his. Vnde vult ille tex. à contrario, ꝙ si talis
veniret priuandus alijs beneficijs obtentis, non ha-
bentibus connexitatem cum iure obtinendo habere
locum inscriptionem ad pęnam talionis. cum ergo
in casibus hic exceptis & in alijs similibus, de quibus
dixi.ṡ.in gl.1.per remissionem. quis priuet̄ ab ordi-
ne & bñficio, & ab omni bñficio, debet habere locū
inscriptio pęnæ talionis: & hæc rō est inconuincibi-
lis, fm D.m. Aut crimen est tale ꝙ nō impedit ordi
nis executionē, sed tantū bñficij retētionē, quo casu
fit depositio à bñficio, non aūt ab ordine, & non ha-
bet locū inscriptio ad pęnam talionis, sicut dicim'
in excipiente, qñ exceptio solum deijcit ab obtēto,
vt.d.c.sup his. & hæc opi. mihi placet. ¶ Not.tñ, ꝙ
24 † Iudex inquirens nunquam se inscribit ad pęnā ta-
lionis. hoc tenet Ange. in repe.l.si vacantia.C.de bo.
vac.lib.10.vers.itē quæro. ¶ In eadē gl. ibi admoni-

SVMMARIVM

1 *Inquiri non debet contra aliquem de veritate criminum; nisi præcedat infamia. & nu. 4.*

2 *Testis dicti sui causam reddere debet.*

3 *Iudex absq; tela iudicij non debet contra aliquem procedere, licet de delicto constet per depositionem aliquorũ testium.*

5 *Dicta duorum, vel plurium, paucorum, tñ non infamãt.*

6 *Testes non iurati, nihil probant.*

7 *Schedularum porrectione clam facta, quis nõ infamatur.*

8 *Testis licitè interrogatur, an sit amicus, vel inimicus. & nume. 16.*

9 *Inimicitiæ probandæ modus vnus. Alios autem modos vide nu. 11. remissiuè.*

10 *Natura quadam cognatione nos coniunxit, quia nos mutuò diligimus.*

12 *Testi asserenti se inimicum creditur, licet causam inimicitiæ non alleget; An semper ei credendum sit.*

13 *Attestanti, de his quæ consistunt in animo creditur.*

14 *Peccatum omne mortale, non repellit quem à ferendo testimonio.*

15 *Testi, qui vnum dixit extra iudicium, & aliud in iudicio, an credendum sit remissiuè.*

16 *Interrogationes, quæ fieri debeant à iudice testibus, in causa inquisitionis.*

17 *Testi an credatur si post depositionem dicit se inimicum.*

18 *Testis non põt corrigere dictum suũ directè, nec indirectè.*

19 *Inimicitiæ, qualibet species non sufficit, ad repellendum quem à testimonio.*

Et quanta fides testi tunc adhibeatur, in iudicis arbitrio consistit. nu. 20.

22 *Testi inimico non creditur.*

23 *Periurus, non est idoneus testis, & ei non creditur.*

§.tertiæ dubitatiõis.

1 Contra † non infamatum super veritate criminum
inquiri non debet, etiã si libellus infamatorius clam
fuerit oblat', nec super principali creditur testi, qui
iuratus deponit se illius inimicum, contra quem
inquiritur. h.d. vsq; ad.§.quæsiuisti. Diuiditur. in. 2.
primo triplex consultatio. 2. responsio. 2. ibi, ad hæc
respondemus. ¶ Not. primo ibi, eisdẽ videntibus.
2 ꝙ † testis debet deponere causam dicti sui, de quo
in.c.causam. ſ.de testi.&.l.testium.C.de testi. ¶ Se-
3 cundo not. ꝙ † iudex absq; tela iudicij non debet
procedere contra aliquem, licet constet de delicto
per depositionem aliquorum testium. circa hoc dic
secundum D.m. ꝙ tex. multipliciter potest intelli-
gi. ¶ Primo, quòd isti testes deposuerunt extra iu-
dicium, vel in iudicio, non præcedente ordine; qui-
bus casibus, licet aliqui deponant illum commisisse
delictum; tum iudex non debet moueri ad inqui-
rendum, vel puniendum. Ad inquirendum non; q̃r
4 † inquisitio non debet fieri non præcedente famosa
5 infamatione, † dicta vero duorum, alias plurimorũ,
paucorum tamen, non infamant, vt. ĩ.eod. §.fin.
Ad puniendum non quia deficit verus accusator, &
fictus. nam pro ficto habetur clamosa, & frequens
insinuatio. Item deficit ordo. Secundo modo po-
test intelligi, ꝙ formata tela iudicij sup infamia te-
stes deposuerũt super veritate criminis. vnde ex hoc
6 non potest iudex punire, tum quia † testes super ve-
ritate criminis deposuerunt non iurati, & sic nihil
probant; vt.c.de testibus. ſ.testi.&.l.iurisiurandi.C.
eo.&.l.si quis libertatem. in fi. ff. de peti. hæ. per Spe.
in tit. de testi. §. 1. versi. Item ꝙ deponunt Cyn. in.l.
momentaneæ. C. qui legit. perso. & per Bart. in.l.si.
duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. & sentit
hic glo. super versic. super illis tum etiã, quia præ-
termissus est ordo iudicialis, hoc est inquisitio super
fama. hoc tamen limita secundum.c.1.&.2.eo. tit.
lib. 6. & tetigi in.c.cum oporteat. ſ.eod. ¶ Tertio
7 not. quòd † per porrectionem schedularum factam
clam, non dicitur quis infamari. & ideo ad petionẽ
talium porrigentium schedulas infamatorias non
potest formari inquisitio; si alia legitima infamatio
non præcedit. qđ limita nisi taliter infamatus pe-
tat statui terminum porrigentibus illas schedulas ad
probandum ea, quæ scripserunt secundum formam
l. diffamari. C. de inge. manu. &. 5. q. 3. p tot. ¶ Quar
8 to not. ꝙ † licitè interrogatur testis an sit amicus,
vel inimicus. nec per hoc dicitur interrogari de cri-
mine; quia potest quis effici inimicus alterius pro-
pter delictum illius, vt.l.cum in tabulis. ff. de his qui.
vt indig. dixi in.c.repellantur. ſ.eod. ¶ Quinto not.
9 ꝙ † ille qui respondet se alium non diligere, vide-
tur indirectè fateri se inimicum illius. & ratio est;
10 quia † natura inter nos quandam cognationem cõ-
iunxit, per quam debemus mutuò diligere, vt.l.vt
vim. ff. de iustitia & iure. Et sic habes vnum modum
probandi quem inimicum. sed contra hoc videtur
facere quòd notatur in regu. qui tacet. de regu. iur.
lib. 6. sed dic, vt statim dicam in glo. super versi. ini-
micos. ꝙ iudex non debet solũ stare contentus huic
responsioni. & potest solui etiam contrarium argu.
11 d.l.vt vim † alios verò modos probandæ inimicitiæ
collige, vt dixi in.c.repellantur. ſ.eo. ¶ Sexto not.
12 ſm aliquos, ꝙ † creditur testi asserenti se inimi-
cum; licet non alleget cãm inimicitiæ. & ratio est,
13 secundum eos, quia † attestatur de his, quæ consi-
stunt in conscientia. dic, vt dicam statim in glo. in
14 verbo inimicos. ¶ Vltimo not. ꝙ † non omne pec-
catum mortale repellit quem à testimonio, maximè
qñ tale peccatum fuit commissum vt euitaretur on'
testificandi, & probatur hic optimè; quia ille qui
fraudulenter dicit se inimicum, vt euitet onus testi-
ficandi, agit contra charitatem ꝓximi, & dicit men
dacium in causa proximi. & sic peccat mortaliter.
22. q. 2. c. ne quis. & c. 2. ĩ. de cri. fal. qđ not. ad limi-
tationem eorum, quæ dicuntur in.c.testimonium.
ſ de testi. Et prædicta faciunt ad materiã, quã tradit
15 Bar. in.l.eos. ff. de fal. vbi quærit † an sit credendum
testi, qui dixit vnum extra iudicium, & aliud in iu-
dicio. de quo vide D.m. in.c.p tuas. ſ.de proba. Gl.
super ver. secretò. ibi exemplo Danielis. dic. habe-
tur historia Dani.c.13. ¶ Glo super ver. solummo-
do super illis. In fin. dic, ſm Inno. & Io. And. ꝙ hæc
gl. habet locum quãdo fieret generalis inquisitio de
omnibus criminibus, vel super statu ecclesiæ; si vero
fieret de speciali crimine post receptã inquisitionẽ,
non est quærendũ de fama, sed an testes illud sciant,
etiã si occultè. ¶ Gl. sup ver. in occultò ibi, deterio-

res, dic, de hoc latius traditur. 6. q. 1. in sum. ¶ Glo. super ver. inimicos se asserunt. ibi, debet interrogare. dic, Ioan. Vinc. Hostien. Inno. & Pet. ponunt hic
16 multas interrogationes, † quæ fiunt testibus in causa inquisitionis & plures colligunt hic ex tex. Nã q̃ret iudex à teste an inquisitus sit infamatus, an sciat, vel credat, an sit amicus, vel inimicus, an sciat illũ commisisse crimen. Item colligitur ex fine à quot audiuerit, & à quib⁹. Itẽ quærit de habilitate ipsius testis, vel inhabilitate, & ẽt de plurimis alijs, vide doc. in c. cum causam de testi. & Inno. in. c. dudũ. 2. de elect. & in. c. 2. de confes. ¶ Sed circa prædicta aduerte, q̃a
17 opponitur contra tex. nostrum in eo, q̃ vult, q̃ † nõ credatur testi, si post depositionem dixit se inimi-
18 cum; quia † sicut testis non potest directè corrigere dictũ suũ, vt. c. p̃terea. de testi. cogen. Ita nec indirectè, vt. c. tuæ. de p̃cu. & in reg. cũ quid vna via. de re. iur. lib. 6. Sol. distingue q̃ aut testis dicit se inimicũ anteq̃ iuret; nec dicit in fraudem, & assignat capitales inimicitias, & nõ debet recipi ad testimoniũ. sed si non essent graues inimicitiæ, vel de hoc dubitat, non debet iudex p̃p hoc repellere; sed debet inter-
19 rogare quales sint inimicitiæ, quia † cũ non sufficiat quælibet species inimicitię. vt traditur in. l. si quis testibus. & auth. si dicatur. & ibi per Bal. & Bar. C. de test. & c. p tuas. j̃. de simo. & Spe. in tit. de teste. §. 1. in prin. Bar. & Bal. in. l. testiũ in prin. ff. de test. sequit̃ q̃ non sufficit se dicere inimicũ. pro quo dicto vide tex. singularẽ cum gl. vers. speciẽ in. c. pia. de excep. lib. 6. & ibi vide rõnem. secus si quælibet species cõtenta sub genere sufficeret, vt ibi dicit glo. & ibi vide iura per eã allegata. & si inimicitiæ non essent ca-
20 pitales, † quanta fides adhibenda sit, arbitrio iudi-
21 cis relinquitur, vt dictis iurib⁹. & † sic videt̃ q̃ iudex non debet esse cõtentus sola responsione testis asserentis se inimicum. Aut testis dicit se inimicũ post p̃stitum iuramentum, & tunc f̃m Host. & Io. An. nõ adhibet̃ sibi fides super principali, ẽt si hoc dicat in-
22 fraudem. Quod p̃batur; quia aut dicit verũ q̃ † est inimicus, & non debet ei credi vt inimico. aut dicit
23 falsum, & sic † est piurus & sic ei non debet credi vt piuro. & ideò dicit tex. hic in ver. nisi cũ misterio, de fraude cõmissa circa hoc, ante p̃stitũ iuramentũ. Aut testis dicit se inimicum, postq̃ iurauit, & deposuit: & tunc aut incontinenti in fine depositionis dũ super gñlibus interrogatur, dicit se inimicũ, & creditur sibi; quia incontinenti vr̃ corrigere dictũ suũ, ante cõpletum testimoniũ aut ex interuallo, & creditur priori dicto super principali: iudex tamen debet considerare quanta fides ei sit adhibenda secundum D. m.

SVMMARIVM

1 *Fama, iuncto testimonio de credulitate non facit plenam probationem, ad imponendam pœnam.*
2 *Probationes in criminalibus debent esse luce clariores.*
3 *Testimonium de credulitate non probat.*
4 *Testis potest interrogari, an sciat, vel credat, quod deponit. Et quomodo ibidem.*
5 *Duo, vel plures dicuntur pauci.*
6 *Dicta paucorum non infamant; Quod tamen intellige. vt ibid. remissiuè. & nu. 10. & 12. vbi latè.*
7 *Purgationes sunt arbitrariæ.*
8 *Infamatus dicitur, cuius opinio apud bonos, & graues viros læsa est.*
9 *Turpe est, à turpibus laudari.*
11 *Duo notorium probant,*
12 *Testes duo probant subscriptionem. 7. testium.*
13 *Opinio quandoq; præfertur testibus.*
14 *Infamia probata alicuius an infamatus admittatur ad probandum bonam famam. remissiuè.*
15 *Parochia si non habet nisi duos vel tres parochianos, an quis possit infamari.*
Et an tunc inspiciatur fama vicinarum parochiarum. ibidem.
16 *Certus locus ad esse famæ non requiritur.*

§. Quæsiuisti.

Non punitur quis de crimine, de quo cõstat per famã, & testiũ credulitatẽ, indicit̃ tñ illi purgatio. nec dicta paucorum infamant. h. d. Diuidit in. 2. partes. in prima ponit duplex q̃stio in. 2. responsio. 2. ibi, ad qđ. ¶ N ota primo, † q̃ quo ad
1 pœnã imponendã fama iuncto testimonio de credu-
2 litate non facit plenã p̃bationem. Nam † probationes in crialibus debẽt esse luce clariores, vt. C. de proba. l. sciant. canonizata. 2. q. 8. sciãt. Et ex hoc, &
3 ex tex. not. q̃ † testimoniũ de credulitate nõ p̃bat, dic, vt dixi in. c. 3. de præsum. & c. causam. & c. quoties. & ibi, per D. m. s̃. de testi. Bald. in. l. non solum. C. de testi. & in repet. l. data opera. C. qui accu. non pos. Et ex prædictis & ex tex. tertio infertur q̃ te-
4 stis potest interrogari an sciat, vel credat, q̃ deponit. q̃ dicit Ioan. And. intelligendum, si singulariter fiat. secus si fieret in gñlibus interrogatorijs; nã talẽ interrogationẽ nec debet iudex admittere, nec facere, cũ sit captiosa, q̃a testes simplices sępe deciperẽt dicentes, se credere q̃ scirent, & sic viderẽtur recedẽre à priori dicto. de quo vide Spe. in tit. de teste. §. iã de interrogatorijs, & fortius dicit Io. An. q̃ resecandum est interrogatoriũ per q̃ testis esset interrogãdus an sciret ex auditu, an ex credulitate. vide D. m.
5 in. d. c. quoties. ¶ Secũdo no. q̃ † duo, vel plures di-
6 cunt̃ pauci, & q̃ † dicta paucorũ non infamant, qđ qualiter intelligat̃, videbimus in gl. c. qualiter. j̃. eo.
7 ¶ Tertio no. ibi f̃m arbitriũ iudicantis. q̃ † purgationes sunt arbitrariæ, vñ stat in arbitrio iudicis qualitas, & numerus purgatorũ. q̃ limita, vt dixi in. c. cũ.
8 p. in gl. fi. s̃. eo. ¶ Vltimo no. † q̃ ad hoc vt q̃s dicat̃ infamatus, debet ei⁹ infamia esse apud bonos & graues; q̃a de infamia praui hoĩs nõ debet curari. cũ sit
9 † turpe à turpibus laudari. vt. c. magnæ. de voto. q̃a modo videret de cõplicibus laudantium, vt dixi et post Io. An. in. c. repellant. s̃. eo. ¶ Glo. sup ver. depositionis. in fi. dic, est facta timore contrarij. s̃. eo. c. in prin. vbi dicit, q̃ est pena arbitraria. Sol. dic f̃m Inno. & Host. q̃ inquantum tex. velit pœnã depositionis imponi per viã inquisitionis, debet intelligi q̃ñ essent alia crimina, quæ post pactam penitentiã impedirent ordinis executionem, aliàs pœna esset
10 arbitraria vt. s̃. eo. ¶ Gl. fi. colligit q̃ † paucorũ dicta non infament. demum quærit, & sol. In eadem ibi, inducunt famã. dic non intelligas q̃ gl. velit, q̃ duo, vel plures non p̃bent. famam, vel infamiã; quia hoc est

hoc eſt falſum vt ꝓbatur in.c.tam literis.ſ.de teſti.
& not.glo.4.q.3.§.item ſępe.In gl. ſuper ver. ſama.
11 in fi.& gl.2.q.1.in fi.§.fi.quæ etiam vult, † ꝙ duo ꝓ-
bent notorium.idem vult Bar. in.l.de minore.§.tor
menta.ff.de q̃ſtio.de quo dixi.in.c.tertio loco.ſ.de
p̃ſum.& no.gl.in.l.3.§.eiuſdẽ.ff.de teſtib. Facit.l.2.
12 C.de bo. poſſeſ. ſec. tabul. vbi † probat ſubſcriptio
7.teſtium per duos teſtes. Sed dic, ꝙ tex.debet intel
ligi,qñ teſtes deponunt de fama, vel infamia exiſtẽ-
ti apud eos. ſecus ſi duo deponerent ꝙ quis eſſet in-
famatus apud bonos & graues. Vnde dicit hic Goſ.
ꝙ regula poteſt eſſe duplex. Vna de pœna imponen
da. Alia de inquiſitione faciẽda, & ad vtranq; reſpõ
detur negatiuè. Nam ſi teſtes deponunt de credu-
litate, iſtud non ſufficit ad probationẽ, & pęnã de-
licti, vt.ſ.dixi.nec ſufficit ad inquiſitionẽ, cum de-
beat eſſe infamatus apud bonos & graues. Non ob.
ꝙ duo poſſunt impetrare inquiſitionẽ; q̃a vltra hoc
oportet q̃d probent infamiam, vt.c.cum oporteat.
ſ.eod.¶ Quidam tamen intelligunt tex.noſtrum, ꝙ
licet duo, tres, vel plures probent infamiam, ex eo,
quia probãt aliquẽ infamatũ apud bonos, & graues;
tamen ſi communis vox, & opi. viciniæ non habet
13 ipſum pro infamato; ipſa † opinio præfertur teſti-
bus ſm Hoſt. Non obſt. c.cum in tua.de ſpon. quia
licet probet infamia per teſtes; tñ vbi probationes
non inducuntur, maximè de loco vbi eſt incerta in-
famia, tutius, & melius eſt habere proprijs auribus
certitudinẽ de illa in loco vbi dicitur infamat⁹. arg.
ſ.de elec.c.poſtq̃.&.c.ſcriptum.de purga.cano.c.cũ
dilectis.vult ergo, ꝙ quando per cõmunem vocem
conſtat aliquẽ eſſe bonæ famæ, licet duo, vel plures
pauci dicant illũ infamatũ, non tñ fiat inquiſitio, vt
hic. Sed ſi non conſtat de fama bona, & probata ſit
infamia, licet quis vellet plures inducere, apud quos
eſſet bona fama, vel per quos vellet probare bonam
famam: tñ non debet admitti, ſed indicenda eſt pur
gatio.2.q.5.omnibus.Subdit tamen Hoſt. ꝙ bene fa
ceret iudex illos recipere & morem gerere produ-
centi, arg.l.circa.ff.de proba.&.2.q.7.c. cum paſto-
ris.cũ ſimil. Et hinc ſumpta occaſione Do. Ant.hic
14 tractat, † an probata infamia alicuius admittat in-
famatus ad probandam bonam famã, de quo dic, vt
dixi.in.c.cum oporteat.ſ.eo.in.6.q.In fine glo.dic,
ſecundũ Io. And. ꝙ quidam tenent arg.huius glo. ꝙ
15 † ſi parochia non habet niſi duos, vel tres parochia-
nos non poſsit quis infamari. Refert tamen Ab.di-
cere contrarium, cum etiam inſpiciatur fama vicina
rum parochiarum, vt.c.ſuper eo. de cenſi.&.c.ſuper
eo.de cogna.ſpiri.& in hoc reſidet Io.And. & tran-
ſeunt communiter * doc. Sed D.m.dicit, ꝙ & glo. Cõis opi.
16 & Ab.malè dicunt; quia † ad eſſe famæ non requiri-
tur certus locus, nam poteſt eſſe quis infamatus nõ
habito reſpectu ad certum locum, videlicet, apud
collegium, vel vniuerſitatẽ ſcholariũ, vt.l.inter oẽs.
ff.de furt. facit.l.apud iulianũ.§. Seio. ff.de leg.1.&
ibi glo.&.l.inter oẽs.ff.qui ſatiſda.cog. & ſic poteſt
eſſe infamatus apud bonos, & graues non habito re-
ſpectu ad certum locum. ꝙ idem dicit Bar.in.d.l.mi
nore.§.tormenta.ff.de quæſti. Ex quo ſequitur glo.
non benè dicere, in eo ꝙ vult maiorem partem vi-
ciniæ requiri, ab hoc vt quis dicatur infamatus. de
quo latius dicam in.c.qualiter.ĩ.eod.

CAP. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio, ſi per Papam alicui ſpecialiter delegetur, non poteſt etiam legatus de latere ſe in illa intromittere.*
2 *Proceſſus habitus coram inferiore, in cauſa delegata à Papa, eſt ipſo iure nullus.*
3 *Inquiſitus, & probatus culpabilis per generalem inquiſitionem, poteſt puniri abſq; alijs probationibus.*
4 *Culpabilis, ex inquiſitione generali, non reſtricta ad certum genus perſonarum, an poſſit puniri.*
5 *Inquiſitioni generali formatæ contra collegium, quilibet de collegio ſe opponere poteſt.*
6 *Vnius dictum, præfertur quandoq; dicto aliorum.*
7 *Electio prælati, ſiue vacet per mortem, ſiue per priuationem, ad quem ſpectat.*
8 *Sedes Apoſtolica ſi vacat per priuationem Papæ factã à concilio, noua electio ad quem pertineat.*
9 *Sabandiæ dux fuit electus in Sum. Pont. & vocatus Felix quintus huius nominis.*
10 *Prælatus inferior ſi fuit priuat⁹ in Curia Rom. an vacet prælatura in curia. remiſſiuè.*
11 *Priuatus per iudicem non ſeruato iudiciario ordine; quid facere debeat.*
12 *Criminoſus petens reſtitutionem beneficij, ſi de crimine notoriè conſtet, non auditur.*
13 *Circuitus non ſemper vitandus.*
14 *Priuatus iure electionis de ſe factæ, non vitio perſonæ, ſed ſolennitatis, non fit inhabilis ad eandem dignitatem.*
15 *Electus in locum minus legitimè priuati, non efficitur inhabilis.*
16 *In ſententia eſt exprimenda cauſa, quotieſcunq; per ſententiam tertio, præter ſententiantis voluntatem præiudicari poßet.*
17 *Tacens non videtur conſentire.*
18 *Iuriſdictio non ſui iudicis, etiam in cauſa criminali prorogari poteſt. Quod tamen intellige vt nu.22.*
19 *Prorogationis iuriſdictionis duo ſingularia notatu digna.*
20 *Error etiam ſi in iure conſiſtit, impedit, & vitiat iuriſdictionis prorogationem.*
Quod tamen limita vt nu.21.
23 *Spoliatus, non ſeruato ordine iudiciario, reſtituitur. & nume.26.*
24 *In beneficialibus, ſi conſtat petenti reſtitutionem ius ipſo iure non competere, ſed etiam ſi competere, ſed reſoluendum fore, non eſt reſtituendus.*
25 *Defectus poteſtatis, non videtur defectus ordinis, nec è contra.*
27 *Plenitudinis poteſtatis via, multa expediuntur in curia, quando pernicioſa iuris ſubtilitas veritati præiudicaret. Quod ſecus eſt ſi ius alterius ſubuerteretur, vel veritas deſtitueretur. ibidem.*
28 *Papa poteſt facere quadrata, rotõda, & è contra; Quod tamen intellige. vt ibidem.*
29 *Exceptio hæc, ꝙ cauſa eſt alteri delegata, eſt iuſta, & admittenda.*
30 *Delegatio, eximit à iuriſdictione inferioris iudicis.*
31 *In inquiſitione non eſt neceſſaria litis conteſtatio.*
32 *Facta ante inſinuationẽ reſcripti Apoſtolici licet valeãt, non tamen valent quæ poſt inſinuationem fiunt.*
33 *Appellatio ſine grauamine fieri non debet.*

34 *Exceptio recusationis si est legitima, gesta post eam non valent; Quod intellige vt ibidem.*
35 *Recusatio Cardinalis de facili non admittitur.*
36 *Iudex publicatis attestationibus, non debet alios testes recipere. Fallit tamen in Papa vt nu.seq.*
37 *Papa ex officio in beneficijs maximè curatis, & episcopatibus, propter animarum salutem, plura potest.*
38 *Recedens, & appellans; an sit citandus ad sententiam.*
39 *Citatio peremptoria in quibus actibus requiratur. remis.*

1 Ad petitionẽ. † Si qua inquisitio per Papam specialiter delegetur, legatus etiam de latere non põt
se in illa intromittere.h.d. & ita communiter summatur. Sed D.m.dicit ꝙ hoc summarium non cõgruit literę. Vnde ipse aliter summat, videlicet;
Si is, de cuius crimine in iudicio constat, petit restitutionem propter iuris ordinem non seruatum, non
est audiendus; sed eum, tanquam notoriè criminosum, debet superior de nouo priuare.h.d. Diuiditur
in duas partes. Primo ponitur facti narratio. secundo diffinitio.2.ibi cum agitur. ¶ Noto primo, ꝙ
2 † processus habitus coram inferiore in causa delegata per Papam est ipso iure nullus, sed D.Ant. dicit, ꝙ hoc notabile de necessitate non concluditur
3 hic; quia hic fuit appellatus. ¶ Secundo no. ꝙ † inquisitus & probatus culpabilis per inquisitionem generalem potest puniri, absq; alijs probationibus; qa
sufficiunt probationes in inquisitione generali: & sufficit citare ꝙ veniat ad contra dicendum, si velit
quod opponere. qđ tamen dicit Do.m. procedere, quando generalis inquisitio fuisset formata contra
certum genus personarum, videlicet cõtra aliquam vniuersitatem, vel collegium. & ratio est; quia hoc
casu videtur specialiter formata contra quẽlibet, vt facit in si.c.per inquisitionem. secundum vnam lec.
4 ·s.de elect.&.c.2.·s.de confes. Vtrum aũt † ex inquisitione generali non restricta ad certum genus personarum culpabilis possit puniri verbi gratia. Repert⁹
est Titius occisus, iudex inquirit, quis illum occiderit, & per testes receptos probatum est. ꝙ S. interfecit. S. tamen nunq̃ fuit citatus: poterit ne ex talibus
probationibus puniri sine nouo ordine iudicij? D.m.dicit ꝙ dubium est notabile, & remittit ad not. p
Inno.in.c.bonæ.1.·s.de elec. Tu vide Bald.in.c.1.§.
iniuria de pace iur. fir. vbi tenet ꝙ nõ. Et Ang.in repe.l.si vacantia.C.de bo.vac.vers. item scias. de quo
dicã in.c.qualẽ.·j.eo. in.11. articulo princip.q.93.
5 ¶ Tertio not. ꝙ † quilibet de collegio potest se opponere inquisitioni generali formatæ contra collegium. ratio est: quia cuiuslibet singulariter interest,
vt statim dixi. agitur enim de interesse, & pœna cuiuslibet. sec⁹ si exceptio cõcerneret fauorẽ collegij,
vt collegij: qa tunc sm Inno. deberet proponi per collegium, seu repraesentantem collegium, aut maiorem partẽ ipsius, vt not.in.c.edoceri.·s.de rescrip.
quod limita, vt not.in.c.1.·s.de his.quæ fi.à ma.par.
ca.&.c.dilecti de ma.& obe. in quibus probatur, ꝙ
6 † qñq; dictum vnius præfertur dicto aliorũ. ¶ Quar
7 to not. ꝙ † electio prælati spectat ad collegium siue vacet per mortem prælati, siue per priuationẽ factã
iudicialiter à superiore. Et dicit hic D.m. ꝙ iste tex,
8 allegabatur in arg. in concilio Pisano, ꝙ † licet vacaret sedes apostolica p priuationẽ Papæ factam in
concilio per ipsum cõcilium, tñ noua electio Papæ debebat fieri per collegiũ Cardinaliũ, vt hic. In cõtrarium respondebatur ꝙ iura tribuentia talẽ potestatẽ Cardinalibus, loquebañ, qñ vacaret per mortem, vel renuntiationẽ; vnde aliud videbatur, si per
priuationem concilij vacaret. vt scilicet ad concilium pertineret.79.dist.c.si duo.& tangit Do. m.in
c.licet.de elec. In Inferioribus tñ indistinctè redijt electio ad collegium, vt hic. Fortè tamen pp euitãdas opi. assertum concilium Basiliense post assertam priuationẽ factam de Eugenio quarto, citauit
omnes Cardinales, vt venirent ad nouam electionẽ,
9 & vt asseritur nunc, † elegerunt in summum pontificem ducem Sabaudiæ, cui impositum est nomen
10 Felix quintus. Quid autem † si alius prælat⁹ inferior fuerit priuatus in curia Ro. an vacet prælatura in curia, vide glo.in ver. collato in cle.1.vt lit.pen. & ibi
11 dixi. ¶ Quinto not. ꝙ † priuatus per iudicem etiam non seruato ordine iudiciario non videtur posse petere restitutionẽ spoliationis: sed debet petere restitutionem in integrum aduersus sententiam, secũdum D. Ant. Sed tu dic, vt traditur in.c.cum quærenti. de restitu.spolia. ¶ Sexto not. ꝙ † criminosus
12 petens restitutionem beneficij, non auditur, si de crimine notorio constet, etiam iure notorietatis. de
quo dic, vt latius dixi in. c.si constiterit. ·s.eodem.
13 ¶ Septimo not. ꝙ † non semper vitandus est circuitus, sed aliquando seruandus vt satisfiat iuri ¶ Octa
14 uo not. quòd † priuatus iure electionis de se factæ, non vitio personæ, sed propter defectum solennitatis, nõ inhabilitatur, quominus possit eligi ad eãdem dignitatem; vt probatur in.c.super eo.de elect.
15 imo plus singulariter probat iste tex quòd † electus in locum minus legitimè priuati, non efficitur inhabilis; quia iste defectus non est electi, sed priuantis, vnde excusatur propter authoritatem superioris, quem credebat ritè, & rectè processisse. secus
autem si acceptasset electionem alio legitimè destituto; quia tunc efficeretur inhabilis ad illam dignitatem: vt est tex.in.c.1.de conces.præben. ¶ Vlti
16 mo not. quòd † in sententia est exprimenda causa, quotiescunq; per ipsam sententiam posset præiudicari tertio præter voluntatem sententiantis, de quo
dic, vt latissimè dixi in.c.sicut nobis. de reg. iur.
¶ Glo.1. sentit contrarium, quòd processus legati debuerit valere, ex eo quod iste G. abbas tacendo,
& non respondendo inquisitioni factæ per legatum videtur renuntiasse literis, vt probat glo.in princip.
per sex iura. In contrarium tamen allegat iura. De
17 inde colligit, quòd † tacens non videtur consentire; & allegat duo iura in contrarium. In eadem ibi,
non valuit, quod fecit. dic, intelligit ergo gl. ꝙ priuatio abbatis, non valuit, ex eo ꝙ legatus carebat
iurisdictione. & ratio est, quia Papa dictam causam inquisitionis specialiter alijs commiserat. Et sic.2.
infertur ꝙ si vna causa est alteri specialiter delegata, apud alterum iudicem illius causæ non potest fieri
prorogatio. Aduerte tamen, quia Inno. hic variauit; nã in principio idẽ tenuit, ꝙ glo. sed in fi. tenet contrariũ, vt dixi in prin.& ad contrariũ ꝙ deberet valere processus legati, virtute iurisdictionis prorogatæ,

respon-

reſpondet dupliciter. Primo, quòd contrarium procedit, quando quis egiſſet in figura iudicij ordinarij nam tũc receditur a iudice delegato, & prorogatur iuriſdictio ordinarij. ſecus ſi agatur, in figura iudicij non ordinarij. ſed hæc reſponſio non placet D. An. ſecundo reſpondet Inn. quòd contraria loquuntur in merè ciuilibus, vbi iudices non procedunt inuitis partibus. Et pro hoc etiam facit, quòd taciturnitas abbatis non videtur potuiſſe auferre iuriſdictionẽ inquiſitionis delegatæ per Papam, & illam dare delegato, quòd videtur etiam ſequi hic Io. An. Sed hęc reſponſio non placet D. Ant. licet enim abbas non potuiſſet priuatiuè conſentire in alium iudicem priuando ipſos, quibus delegata erat inquiſitio, tamen
18 accumulatiuè videtur potuiſſe; nam † etiam in cauſa criminali prorogatur iuriſdictio non ſui iudicis, vt. l. 1. C. de iuriſdic. om. iudi. & traditur in c. ſi diligenti. de fo. compe. & per Inno. in c. de cauſis. de offic. delega. & per D. Ant. in c. P. & G. de offic. deleg. Vnde Inn. reſpondet tertio, quòd contraria loquuntur, quando pars fecit aliquid poſitiuè, adeundo iudicem, faciendo aliquid per quod poſſit dici prorogaſſe iuriſdictionem illius & receſſiſſe a literis impetratis. Sed hic iſte abbas nihil fecit poſitiuè, quia nõ adiuit legatum, ſed ſolum paſſus eſt illum procede-
19 re. Et ſic, ex hac ſolu. not. † duo ſingularia in materia prorogationis iuriſdictionis. Primum, quòd ad validitatem prorogationis iuriſdictionis non eſt neceſſarius conſenſus expreſſus, ſed ſufficit tacitus, ſcilicet adeundo iudicem, & litigando coram eo. Idem doc. in d. c. ſi diligenti. & Bart. in. l. 2. ff. de iudi. Secũdum eſt, quòd per ſolam patientiam pãtientis iudicem procedere cõtra ſe, non prorogatur iuriſdictio non ſui iudicis, niſi ex parte ipſius interueniat aliquid facti. Et hæc ſol. placet hic D. Ant. pro qua allegat dictum Inno. in. c. olim. el. 3. de reſti. ſpo. quod tamẽ intelligit, niſi eſſet proceſſum ad aliquod actũ propter quod videretur prorogata iuriſdictio; quia licet per patientiam non renuncietur literis, poteſt tamen prorogari iuriſdictio. Vnde poteſt dici, ſecũdum Inn. quòd iſte abbas errauit in iure; quia credi
20 dit non poſſe declinare iuriſdictionem legati; qui † error, etiam ſi in iure conſiſtat, impedit prorogationem iuriſdictionis, vt. l. ſi per errorem. ff. de iu. om. iu. Et quod dicitur in. l. 2. ff. de iudi. Sed hæc reſponſio non placet Inn. quia iſte legatus erat iudex competens ipſius abbatis, quaſi velit dicere, ꝙ hic nõ agebatur de prorogatione iuriſdictionis; ſed de declinãda iuriſdictione legati. Et ex prædictis dicit Do. me. colligi nota. limitationem in materia prorogatio-
21 nis, videlicet, ꝙ † error iuris tũc demum vitiat prorogationem, quando loquimur de vera prorogatione, vt quia fiat prorogatio non ſui iudicis. ſecus ſi prorogatur iuriſdictio ſui iudicis ordinarij, qui potuit aliqua exceptione declinari. nam ſi nõ declinatur, etiã ex errore iuris tenet proceſſus, vt no. in d. l. ſi per errorem. & l. ſi conuenerit. ff. de iur. om. iu. dixi in c. ſignificaſti. de fo. compe. in 6. articulo principali. ver. 2. q. & c. 1. ſ. de iudi. & ibi per d. Ant. qui concludit finaliter, ꝙ ideo hic non valuit proceſſus; quia abbas nullum actum fecerat, per quod videtur renuntiaſſe literis, & ſic legatus non fuit iudex competens, & ſic deficit proceſſus propter defectũ iuriſdictionis. Inn. tamen in alia gloſ. videtur concludere, ꝙ priuatio abbatis non fuit inualida propter defectum poteſtatis. dicit enim, ꝙ imputãdum fuit abbati; quia a principio non excepit; quia hæc exceptio, tãquam declinatoria debebat proponi in principio, vt dixi in c. inter monaſterium. ſ. de reg. iur. vnde videtur velle Inn. quòd iſte abbas potuit conſentire in iſtum legatum. Et hoc etiam videtur ſenſiſſe Hoſt. hic, dũ dicit quòd abbas tardè propoſuit hanc exceptionem, & quòd hic non valuit priuatio abbatis non propter defectum poteſtatis; ſed propter iudiciarium ordinem non ſeruatum. Vnde diſtinguit hic D. m. ꝙ aut inquiſitio eſt commiſſa ad petitionem partis; & tũc regulariter litigando, vel patiendo ſuum iudicẽ procedere in illa cauſa videtur renuntiare reſcripto per eum impetrato; vt c. vt debitus. & ibi dixi. ſ. de ap. & c. ex conquæſtione. de reſti. ſpol. & ita contingit hic quia inquiſitio fuit commiſſa ad petitionem iſtius G. abbatis. & tamen re integra fuit paſſus legatũ procedere, & per conſequens tacitè videtur renuntiaſſe impetrationi, & iſte intellectus, quem etiam tenet Inn. in glo. & Hoſt. mihi placet, videlicet, ꝙ hic proceſſus non fuit inualidus, ratione defectus iuriſdictionis; ſed ratione defectus omiſſi ordinis. nam hic nõ fit mẽtio de defectu poteſtatis, ſed de ordine nõ ſeruato. Aut & ſecũdo, inquiſitio fuit commiſſa motu proprio, & hoc caſu ſi Papa reuocat ad ſe inquiſitionem ex certa ſcientia, proceſſus factus per inferiorem non tenet; licet pars non excipiat, vt no. in. c. cum M. ſ. de conſti. & c. vt noſtrum & ibi dixi. ſ. de appel. Sed ſi Papa alteri commiſiſſet inquiſitionem, vel cognitionem; proceſſus factus per alium inferiorem aliàs habentem iuriſdictionem benè teneret ſi pars non opponeret; quia licet pars tali non poſſit delegato talem iuriſdictionem tollere; poteſt tamẽ in præiudicium ſuum in alium conſentire; vt in ſimi
22 li dicimus de † cauſa criminali, in qua, vt ſ. dixi, licet prorogare accumulatiuè iuriſdictionẽ alterius, non tamen in præiudicium ſui iudicis. ¶ Gl. 2. op. ꝙ probationibus factis coram legato nõ debuit Papa ſententiare, cum ille eſſent nullę, tanquã factæ coram iudice incompetenti, per c. at ſi clerici ſ. de iud. tandem ſolu. tenendo contrarium, ꝙ immò faciũt fidẽ; ſed hoc non eſt reſpondere ad contrarium, vnde poteſt colligi ex glo. 2. ſol. ꝙ Papa hoc fecit ex plenitudine poteſtatis. Vel. 3. dicit glo. Papa ſententiauit nõ pp acta facta corã legato; ſed quia de nouo fuit facta fides corã eo. In fi. gl. dic, hęc vltima ſo. placet, D. Ant. dicit tamẽ, ꝙ tex. põt etiã intelligi, ꝙ probationes erãt factę corã legato ante appellationẽ, ideo erant validæ. vnde prætextu illarum potuit Papa ſententiam ferre. Sed tu dic, quòd hæc ſol. non eſt bona ſi poneremus defectũ poteſtatis. Ideò aduerte, quia tenendo alium intellectum, videlicet, quòd hic non ẽet aliquis defectus poteſtatis, ſeu iuriſdictionis, ceſſat contrarium. quia valent probationes factę corã legato, tanquam iudice ſuo. & licet ſententia non tenuerit propter omiſſum ordinem iudiciarium, tamen probationes remanant validæ, vt no. in c. ad probãdum. ſ. de re iudic. & l. expreſſum. ff. de appel. ¶ Glo. ſuper ver. reſtituendus foret. ſentit contrariũ
23 de c. conquærente de reſt. ſpol. vbi † ſpoliatus nõ ſeruato iudiciario ordine. reſtituitur. In eadem ibi.

propter

propter ſcandalum dic vel tertio, & melius ꝙ ideò
hic non fit reſtitutio;quia notoriè conſtabant crimi
na abbatis, propter quæ veniebat priuandus, & ſic
24 nota ſingulare,ꝙ † in beneficialibus nō ſolū ſi cōſtat
ius ipſo iure non competere petenti reſtitutionem,
non eſt ipſe reſtituendus; ſed etiam ſi conſtaret ius
competere,ſed reſoluendum fore.per tex. noſtrum,
& ſequitur Do. Ant. & facit,ꝙ dixi poſt D.m. in c.ſi
confiteris. ſ. eod.remittit tamen D.Ant.de hoc ad
no.in c.in literis.& in c.Item cum quis ſ.de reſtitu-
tio.ſpol. Sed tu vide de hoc articulo latius per D.m.
in diſputa. ſua. quæ incipit Titius clericus. in tertio
dubio.ꝙ reſpectu iſtius reſtituendi,non fuit hic ali-
qua ſpecialitas in Papa, nam idem dicendum eſſet
in quolibet inferiore habente poteſtatem reſtituen
di.& ex his patet reſponſum ad contrarium allega-
tum in gloſſ. in fin. quia ibi fuit prætermiſſus ordo,
ſed non conſtabat de criminibus inquiſiti. ¶ Gloſſ.
in verſiculo non ſeruatum.format contrarium, de c.
qualiter. ī.eodem.& ſoluit.In fin.gloſſ.dic, hæc ſol.
25 non eſt bona;quia † defectus poteſtatis,non videtur
defectus ordinis,nec econtra;vnde reſponde ad con
trarium, quòd licet in regularibus non ſit ex toto
ſeruandus ordo; tamen aliquis ordo ſeruandus eſt,
vt traditur in d. c. qualiter. & hunc fortè præter-
miſit legatus, quem ſeruare debebat.¶ Glo. in verſ.
prouidemus.in fi.dic,vult ergo ꝙ Papa proceſſit de
26 plenitudine potetestatis,quia de iure iſte ſpoliatus.
iuris ordine nō ſeruato,debebat reſtitui.de quo dic,
27 vt dixi in gloſſ.3.Et dicit hic Hoſt. quòd † per hanc
viam plenitudinis poteſtatis multa expediuntur in
curia;quod dicit ſibi placere,quando pernicioſa iu-
ris ſubtilitas præiudicaret veritati,de quo in capitu-
lo dilecti.ſ.de iudicijs.ſ.ecus ex plenitudine poteſta
tis ſubuerteretur ius alterius,vel veritas deſtitueretur
de re iudicata capitulo.in cauſis.quod frequēter cō-
tingit,quamuis in hoc mundo non ſit locus querelę,
ſecundum eum,nona quęſt.3.c.aliorum, & vide quę
dixi in c.cum olim.ſ.de re iudic. & vide Hoſtien.&
Ioan. And. in c. cum veniſſent.ſ. de iudic. vbi dicit
28 quòd † Papa poteſt facere quadrata,rotunda,& ecō
tra quod intellige,ſi eſſent buccellæ panis,vel marza
panes, ſed non de illis quadratis de quibus loquunt̄
geometrę. ¶ Glo.pen.in fi.dic,de hoc articulo vt di
xi in c.pen.ſ.de re iu.vel poteſt dici, quòd hic fuit
cognitum de iure vtriuſq; ideò de vtroq;potuit pro
nuntiare;ſecus ſi non fuiſſet cognitum;ſed plus pla-
cet intellectus glo.prout dixi in c.pen.in glo.1.poſt
prin.Extra gl.opponitur.dicitur hic,quòd erat fini-
ta inquiſitio.contra,quia nondum erat lata ſenten-
tia. Sol. dic quòd erat finita quo ad indagationem,
& teſtium examinationem, ſecundum Pet.& Abb.
29 ¶ Secundo opponitur,quòd hæc† exceptio, quod
cauſa erat alteri delegata,erat iuſta,ergo debebat ad
30 mitti;quia †delegatio eximit a iuriſdictione inferio
ris iudicis de offic. delega. c. paſtoralis. §. 1.& ſ.de
reſcript.c.cæterum.de reſti.ſpoliat.c.audita.Sol. ſe-
cundum Inno.& Hoſt. exceptio erat legitima; ſed
tardè fuit oppoſita. debebat enim opponi inter ip-
ſa iuris auſpicia,vt de reg. iur.d.c. cum inter & ideò
ſucceſſit regula, de qua re. ff. de iudi. Goffr.tamen
31 hic dicit, quòd quia † in inquiſitione non eſt ne-
ceſſaria lit.conteſt.ſemper ante correctionem vide-
tur eſſe quis in initio,& ſic deberet poſſe opponi ta-
lis exceptio. Sed dicit Do.Ant.& benè, quòd hoc
non eſt verum per no.per Ioann. Andr. & doc. in c.
cum.M.ſ.de conſti.& per gl.in c.1.de elec. lib.6.&
per not. in authen. offeratur. C.de lit.conteſt. & in
authen.niſi breuiores.C.de len. ex breui. reci. Item
dicit hic Goffr. vt refert hic Ioan. And. quòd dato,
quòd valuerit cognitio legati;tamen amotio, & ſub
32 rogatio non deberet valere;quia † licet ea quę fiunt
ante inſinuationem reſcripti apoſtolici valeant;non
tamen valent, quæ fiunt poſt inſinuationem, vt d.c.
audita.ſ.de reſtit.ſpoliato.& c.ex tua.de fil. pręsby.
Item ſecundum Goff.ex quo abbas appellauerat,le-
gatus non debebat procedere,nec etiā debebat exe
qui ſententiam,quamdiu poterat appellari.vt tradi-
tur in c.non ſolum.de apppel.lib. 6. dicit Do.Ant.
quòd tenendo opin. quam gloſſ. communiter * te- Cōis opi.
nent, quòd proceſſus non valuit ex defectu poteſta
tis,ceſſat contrarium. Sed tu dic,quòd ſententia,&
amotio non valuerunt propter non ſeruatum ordi-
nem.vt dicit tex.Non obſtat.quòd dictum eſt de ap
pellatione,quia illud procedit,quando iudex detu-
liſſet,vel appellatio eſſet iuſta, & legitima. Sed hic
33 Hoſtien.dicit quòd appellatio non valuit,quia † nō
fuit facta a grauamine, vt c. cum in eccleſia, &c.vt
34 debitus.ſ.de appel.¶ Tertio oppo.quòd† legitima
erat exceptio recuſationis, & per conſequens geſta
poſt recuſationem non deberent valere. Sol. dic. ꝙ
argumentum procedit quando recuſatio eſt propo
ſita in debito tempore, & debita forma, quòd hic
non fuit.dic,vt dixi in c.cum ſpeciali.de ap. Vel dic
35 2.ſecundum D.Ant.poſt Ioan.And.& Hoſti.ꝙ† nō
de facili admittitur recuſatio contra cardinales, &
dic de hoc,vt dixi in c.nouit.de appel.in fi.not.¶ Vl
36 timo opp.ꝙ† publicatis actis Papa non debuit alios
teſtes recipere,vt c.fraternitatis.de teſta.& cle.fi.eo.
tit.Sol.Inn.& Hoſt.dicunt, ꝙ Papa hic recipit iſtas
probationes ex officio, & hoc cōtinetur ſub iſta de-
ciſa.&.l.quæ ponitur ante ver.cum igitur ſub qua,cō
tinentur etiam.ſecūdū eos,allegationes. vnde volūt
etiā, ꝙ licet inferior iudex publicatis actis nō poſſit
iterato teſtes recipere,vt in contrarijs. Vel poſtquā
cōcluſum eſſet in cauſa vt.c. cum Ioan. ſ. de fide in-
37 ſtru.tamen † Papa poteſt, maximè cum agitur de be
neficijs,& maxime curatis, & præcipuè epiſcopati-
bus quo caſu,ſecundum eos,quilibet iudex & maxi-
mè Papa 9.q.3.c.cūcta.&.c.per principalē.pōt,quā
tūcūq;ſic in cauſa cōcluſum, etiā inuitis partibus ex
officio nouas ꝓbationes recipere & negotiū & ſētē
tiā examinare propter animarū periculū, & ne quis
per ſubreptionē abſcōdat,vt c.cū nobis. & c.cū dile
ctus de elec.Si enim hoc licet,vbi de vnius, aut duo-
rū ſalute agitur,vt c.ſeries.de teſti.& c.fin. de prob.
fortius,vbi immineret periculū tot animarū.ſ.vt li.
nō cōte.c.quoniā §.porrò. vnde ſupplet in his de fa
cto.Facit.c.2.de poſt. ſecūdum Hoſt. & ad hoc vide
Hoſt.& Io.And.in c.cū venerabilis.ſ.de cōſ.& c.cū
inter eo.tit.ver.irritādā.& dic de hoc,vt latè dixi in
cle.de reſt.in 25.& 26.fallentijs.¶ Sed quæro, vtrū
38 † recedens & appellans ſit citandus ad ſentētiā. Sol.
dicit Inn.quòd non.dic tu,vt dixi in clemen.de dol.
39 & contum. ¶ Vltimo, quærunt hic doctores † in
quibus actibus requiratur citatio peremptoria;
qui

qui articulus non pertinet principaliter ad tex. noſtrum. Vnde pro co dic, vt h. : per Io. And. D. Ant. & Do.me.in c.1.ſ.de iudic.& per Bal.in c.1.de mi. vaſ.qui contu.& l.tres denuntiationes. C.quomodo & quando iu.

CAP. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio criminis non obſtat in beneficialibus agenti poſſeſſorio adipiſcendæ,& nu. 6. quod tamen intellige, vt ibidem. Practicam verò, tunc procedendi, vide nu. 10.*
2 *Filius beneficio, cui pater immediatè miniſtrauit, præfici non poteſt.*
3 *Nepos ex filio, vel filia, an poßit immediatè beneficio aui miniſtrare.*
4 *Aedictum de filijs præsbiterorum, quo ad beneficium obtinendum, non habet locum in tranſuerſalibus.*
5 *Nepos propriè dicitur per lineam deſcendentem.*
7 *Homicidium, & periurium reddunt quem inhabilem ad obtinenda beneficia.& nu.24.*
8 *Repulsus ab excipiendo, ex eo quod exceptio non adoptabatur ad viam intentatam admittitur per viam agendi, ſi de exceptione non fuit cognitum.*
9 *Crimina plura promouens, non arctatur ad omnia probanda; ſed ſufficit vnum probare, ſi quodlibet per ſe ſufficit.*
11 *Deficiens in purgatione, punitur vt conuictus, per viam agendi.*
12 *Purgatio iudicis officio indicetur.*
13 *Deficiens in purgatione debet puniri per viam inquiſitionis, non per viam accuſationis.*
14 *Præſumptio violenta ſufficit ad condemnationem.*
15 *Iudex, quando procedit ex præſumptionibus, multum debet ponderare ſuam ſententiam. Quod tamen intellige. nu.19.*
16 *Iudex, quando procedit ex inquiſitione, niſi in quibusdam criminibus, debet arbitrio ſuo ſententiam moderare.*
17 *Homicidij crimen, probatum etiam per viam inquiſitionis operatur, vt quis puniatur ac ſi via accuſationis contra eum procederetur. Et quæ ſit talis pœna. ibidem.*
18 *Cap. ſignificaſti. extra de adulte. intellectus.*
19 *Reus ſi non probat innocentiam ſuam, habetur pro conuicto.*
20 *Præſumptio iuris non ita fallitur, ſicut falli poteſt præſumptio hominis.*
21 *Turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes.*
22 *Infamato non debet tradi poſſeßio.*
23 *Inſcriptio non eſt neceßaria, quando agitur ad priuationē beneficij,& non ad pœnam naturalem delicti. Et admittitur tunc procurator. ibidem.*
24 *Exceptio quæ ſi probaretur, non reuelat probantem, non eſt admittenda.*

Accedens. Exceptio criminum poſſeſſionē prelati nō retardat; niſi fuerit de his publicè infamatus. h.d. vel dic; & melius ſe
1 cundum D.m. Agenti † poſſeſſorio adipiſcendæ in
beneficialibus, non obſtat exceptio criminis, niſi de
eo ſit infamatus, & infamato, accuſatore nō compa
rente, vel non probante, indicitur purgatio, in qua ſi
defecerit, punitur vt conuictus h.d. Diuiditur in.2.
partes. In prima deciſe narrat factum. In ſecūda ſub
certa forma mandat diffiniri negotium.2.ibi. man-
damus quatenus. Et in tex. ibi cōferendam, &. ī. dic,
ſub iſto. ī. cōtinetur, quòd iſte non fuit admiſſus ad
poſſeſſionem propter crimina contra eum obiecta,
& ideò petijt a Papa prouideri ſibi de remedio op-
portuno. vnde Papa prouidet, vt ſequitur ibi, manda
mus quatenus &c. ¶ Noto primo ibi G. nepos, ꝙ li
2 cet † filius clerici nō poſſit pręfici beneficio, in quo
pater ante immediatè miniſtrauit, vt c. ad extirpan-
das. ſ. de fil. pręsbi. ſecus tamen eſt in nepote. Aduer
te tamen quia tex. noſter poteſt dupliciter intelligi.
Vno modo, ꝙ iſte eſſet nepos ex filio, vel filia, & tūc
3 nō eſt clarum, imo dubium † vtrum poſſit præfici in
beneficio, quòd immediatè prius auus obtinuerat,
de quo in d.c. ad extirpandas. vbi glo.& Inn. tenent
ꝙ ſic, facit. ff. de ritu. nup. l. ſenatus. &. l. iuſta. ff. de
verb. ſign. Alij vero tenent contrarium, vt Goff. per
l. lege. ff. de ritu. nup. de quo articulo dic, vt traditur
per Hoſt. in Summa in ti. de fil. præsby. §. 2. verſi. num
quid. Ego diſputaui Paduę. Et incipit diſputatio. Ar
chid. Senenſis, in quarto dubio. Secundo modo po-
teſt intelligi de nepote ex fratre, vel ſorore, & in hoc
tex. procedit, ſine dubio; quia nepos poteſt ſuccede-
re in beneficio patrui, vel auunculi. & ita intelligit
tex. noſtrum hic D. Ant. probatur idem, in c. ex par-
4 te. ſ. de offic. dcleg. & c. non ſine de arbit. quia † edi
ctum de filijs pręsbiterorum quantum ad articulum
noſtrum non vendicat ſibi locum in tranſuerſalibus
5 † propriè tamen nepos dicitur per lineam deſcendē
tem. vt l. iuriſconſultus. ff. de gradibus. ¶ Secundo
6 no. ꝙ † agēti poſſeſſorio adipiſcendæ non obſtat ex-
ceptio criminis, etiam ſi ſit tale crimen, quod ipſo
iure inferat nullitatem collationis; dummodo illud
ſit ſine infamia. nam hic opponitur exceptio homi-
cidij, quod inficit collationem ipſo facto, etiam ſi
præcedat, vt c. cū noſtris. de conceſ. pb. ¶ Tertio not.
7 duo crimina, † quæ reddunt quem inhabilem ad be
neficium conſequendū, homicidiū ſcilicet, & periu-
8 rium. ¶ Quarto not. ex verbo deinde, quòd † repul
ſus ab excipiendo, ex eo quòd exceptio non adapta-
batur ad viam intentandam. admittitur per viā agē
di; quando de exceptione nō fuit cognitum. vide ad
hoc, quæ dixi in c. conſtitutus. ſ. de appel. ¶ Quin-
9 to no. quòd † promouens plura crimina non arcta-
tur ad omnia probanda; ſed ſufficit vnum probare,
quando quodlibet per ſe ſufficit. argu. c. 2. ſ: de re-
10 ſcrip. & ibi not. ¶ Sexto not. † practicam proceden
di, quando opponitur exceptio criminis cum infa-
mia contra agentem poſſeſſorio adipiſcendę in be-
neficialibus; quia petens non ſtatim repellitur, nec
ſtatim admittitur, licet non probetur exceptio, ſed
indicitur purgatio, & effectus petitionis ſuſpenditur
vſque ad euentum purgationis, in qua ſi deficit, im-
ponitur ſibi ſilentium. ſed ſi purgatur, admittitur ad
beneficium, & aduerſarius punitur in expenſis, vt hic
Itē punitur hodiè & alia pęna, de qua in c. 1. de elec.
11 lib. 6. ¶ Vltimo ꝙ † deficiens in purgatione puni-
tur vt conuictus per viam agendi, ſecundum Goffr.
& dicit Ab. ꝙ alibi non ita clarè probatur. Sed con-
tra hoc vltimum notabile opp. D. Car. Flo. hoc mo-
12 do † purgatio inciditur officio iudicis; ergo in ea
defi-

deficiens deberet puniri, vt conuictus per viam in-
quisitionis;quasi velit dicere,ꝙ licet pręcessit accusa
tio;tamen quia cessauit,& propter remanentem insa
13 miam indicta fuit purgatio, † deficiens in ea debet
potius puniri per viam inquisitionis, quam accusa-
tionis,vt c.cum inter. de purg. can. Secundo moue-
tur; quia ideo conuictus in purgatione punitur. vt
conuictus;quia probabilis præsumptio, quæ insurre
xit ratione infamię propter defectum purgationis
14 transit in † violentam præsumptionem, quæ sufficit
ad condemnationem, vt dicit glo.in ver. beneficio
priues. in c.insiuatum.ī.de simo. vnde cum hoc ca-
15 su † procedatur per pręsumptionem, debet iudex
multum ponderare sentētiam suam;vt no.dicit Inn.
in c. quia verisimile.s̄.de præsum. & c. afferte.eo.ti.
quasi velit dicere, ꝙ iste potius debet puniri per viā
16 inquisitionis, quam per viam accusationis † qua in-
quisitione,nisi in quibusdam criminibus,idex secun
dum arbitrium suum debet sententiam moderare,
vt est tex.in c.inquisitione.in princ.s̄.eod. & ibi di-
xi.Do.me.hic in effectu reprobat hoc vltimum no-
17 tabile,& dictum D.Cardi. Mouetur, quia † crimen
homicidij,de quò hic probatum est,etiam per viam
inquisitionis operatur, vt imponatur eadem pœna,
quæ imponeretur per viam accusationis.vnde conui
ctus debet deponi ab officio,& beneficio, nec est lo
cus arbitrio iudicis aut moderationi, vt in d.c.inqui
sitionis. in princ. Sed hic in casu nostro deficiens in
purgatione,non deponitur ab officio sed tātum im-
ponitur sibi silentium super beneficio;ergo non pu-
nitur vt conuictus per viam accusationis, vel inquisi
tionis,vnde ipso in articulo pulchro notanter dicit,
se vltra alios distinguere,quòd aut nullus modus pę
cessit indictionem purgationis,sed iudex solum in-
famato indixit purgationem, & deficiens in ea non
punitur vt conuictus per viam accusationis, vel in-
quisitionis,sed extraordinariè, & modo particulari,
scilicet,quia suspenditur tātum ab officio,vt est tex.
18 in c.significasti.ī.de adul.† qui tex.ita debet intelli
gi vt no.ibi Ioan.And.Aut præcessit aliquis modus
agendi; & tunc deficiens in purgatione punitur se-
cundum illū modū agendi,qui præcessit.vnde si præ
cessit accusatio, punitur vt accusatus, si inquisitio,
punitur vt inquisitus.vt not.glo. in d.c.inter.de pur.
cano.Et ratio est;quia indictio purgationis propter
infamiam, non facit ex toto cessare iudicium inten
tatum;sed propter infamiam ortam, propter quam
19 orta est præsumptio contra infamatum. & † ideo
transfertur onus probandi innocentiam in ipsum
reum, & si illam non probat, habetur pro conuicto
in iudicio intentato,argu.c.vt nostrum.s̄.de conces.
pręben.& c.ordinarij.§.2.de offic. ordi. lib. 6. Nec
obst.secundum eum,quòd dictum fuit supra, quòd
iudex debet tēperare sententiā suā.quando procedi
tur ex præsumptione,quia illud procedit in præsum
ptione hominis, & nos loquimur in præsumptione
20 iuris.quæ † non ita fallitur sicut falli potest præsum
ptio hominis.Sed dicit D.m. quòd contra prædicta
ob.tex.noster. nam secundum prędictam distinctio
nem hic, iste deficiens in purgatione debet deponi
ab officio,cum esset graue crimen homicidij,& de-
ficeret in purgatione præcedente iudicio per viam
accusationis. At hęc pœna hic non imponitur, sed
imponitur tantum sibi pœna perpetui silentij super
beneficio.Sol.dicit ipse, & sentiunt doct.hic, & in-
nuit litera,quòd hic non agebatur per viam verę ac-
cusationis,seu ciuilis;sed quasi per quandam viam ci
uilis accusationis, seu ciuilis modi; quia accusaba-
tur tantum vt priuaretur beneficio. Ideo deficiente
probationę in accusatione instituta,vel accusatione
cessante infamato reo propter infamiam indicitur
purgatio, & deficiens in ea debet solum priuari be-
neficio; quia ad hoc solum tendebat prima accusa-
tio. Sed tu aduerte, quia versi.si verò.vbi deficienti
in purgatione, imponitur perpetuum silentium in
præbenda, non loquitur quādo præcessit accusatio;
sed solum quando præcessit exceptio criminis. & di
cit quòd si iste est infamatus, indicitur ei purgatio:
in qua si defecerit,imponitur ei silētium. & ideo est
quia iste excipiens solum intendebat ad impedien-
dum ipsum circa acquisitionem ipsius beneficij. &
ideo remanet regula D.m.prima. & ex dicta prima
regula descendit ratio decisionis istius dicti. Sed be
ne tex.noster ob.dicto D.m.in vers. deinde si legiti-
mos.vbi tex loquitur, quando actum fuit per viam
accusationis,& dicitur, quòd si aliquod prædictorū
criminum probatum fuerit, & per consequens etiā
si esset homicidium,imponitur sibi perpetuum silen
tium, cum deberet deponi ab officio, & beneficio,
vnde magis ob.c.inquisitionis.in prin.s̄.eo. & respe
ctu contrarij benè succedit sol.D.m.quam.s̄.retuli,
videlicet, quòd hic agebatur non per viam verę ac-
cusationis, sed ciuilis modi &c. & ratio potest
esse, quia accusatio tendebat ad illum effectum, ad
quem tendebat exceptio prius proposita. & vt dixi
in vers.si verò. non possumus dicere, quòd ibi esset
indicta purgatio, suspēso iudicio accusationis, quia
tex.dicit,si verò non apparuerit accusator, sed solū
imponitur silentium super beneficio propter pro-
positam exceptionem criminis, quę proponitur ad
impediendum. vnde in purgatione deficiens debet
puniri vt conuictus per viam exceptionis; nisi dice-
res quòd vers.si verò.dum dicit,si legitimus non ap-
paruerit accusator.debet intelligi.hoc est quia incæ
pit,& postea destitit, sed non placet,cum nō adapte
tur literę.Et not.benè prædicta;quia noua sunt. Sed
contra id quod dictum fuit. s̄. in principio distin-
ctionis D.m.vbi dixi, ꝙ vbi non pręcessit certus mo
dus agendi, deficiens debet tantummodo suspendi.
opponit D.m.de tex.nostro in d.ver.si verò.vbi dici
tur, quòd si nullus apparet accusator. debet indici
purgatio infamato.& si deficit,imponitur sibi silen-
tium super præbenda;ergo non tantum suspenditur
sed priuatur beneficio,quòd est contra c.significasti
& quòd ibi no.Ioan.And.ī. de adul.So. dicit D.m.
quòd contrarium est difficile,& nō tactum per doc.
Respondet tamen,quòd illud.c.significati. & quod
ibi dicit Ioan.And.procedit, quando infamatus es-
set in possessione beneficij,& tunc suspendatur si de
ficit in purgatio. secus si non esset in possessione be-
neficij,quia tunc debet tali beneficio priuari,& im-
21 poni sibi perpetuum silentiū.& ratio est quia † Tur-
pius eijcitur,quam non admittitur hospes,vt c.quē-
22 admodum.de iureiur.& quia † infamato non debet
tradi possessio;vt hic,& c.inter.ī.de exces.prela. Itē
quia frustra tractaretur de suspēsione beneficij, cum
illud

illud plenè non obtinuerit. Vide ad prædicta D.m.
in.c.cum P.&.c. cum dilectus. j.de pur.cano. Tu ad
uerte, quia licet consideratio sit subtilis, & rationes
sint bonæ, tamen contrarium faciliter soluitur, intel
ligendo tex.vt debet intelligi; videlicet, quia hic prę
cesserat exceptio criminis, q̃ tẽdebat ad impediẽdũ
istũ rõne cuius exceptionis videbatur iste effectuali-
ter priuari tam iure adepto, quàm adipiscendo, si op
ponebatur exceptio criminis cum infamia. & ideo
non mirum si postea deficienti imponitur perpetuũ
silentium, & prędicta no.ad materiam.c.super his.in
ver.post confirmationem.s.eo. & hic est verus intel
lectus tex.nostri, & ipsum no.Sed aduerte, quia di-
ctam distinctionem D.m. sentit hic Goffr.& refert,
& sequitur Archi.2.q.1.in primis semper 3. gloss. &
In.c.inter.j.de pur.cano.& ibi etiam refert Io. An.
licet non ita plenè, & ibi Ioan.And.sentit responsio
nẽ, quã dedi ad versi.si verò.& eam reprobaui.s.Gl.
1. in prin.colligit.deinde op.& sol.distinguendo in
fi.dic, facit quod habetur, in c.super his.s.eo. vbi te
tigi de hoc articulo, & tangit hic etiam Host. & Cõ-
poste. plenius in c. quòd sicut. s. de elect. & ibi per
Ioan.And.post gl.& Inn.in.c.inter canonicos.eo.ti.
& c.cum olim. s.de dolo & contu.& aliquid in c. cũ
olim.de causa pos.& proprie, & c. post electionem.
de conces.præben.Ego hunc articulum respectu pe-
titæ possessionis plenius examinaui, in c.constitutus
de appell.vbi declaraui intellectum illius, & istius c.
& ideo breuiter hic me expediã. Dico igitur, quòd
interdum est quis tantum electus, & hoc casu nõ est
dubium quòd admittitur exceptio tam contra per-
sonam electi, quàm contra formam electionis, vt c.
1.& c.vt circa.de elec.lib.6.Et ratio est, quia cũ iste
non sit assequutus plenum ius, exceptio proportio-
natur ad excludendum ius petitum confirmationis,
vel potentiæ petendi ipsam confirmationem, vt d.c.
super his.Interdum & secundo, quis est electus, & cõ
firmatus, & petit consecrationem, vel ordinem an-
nexum illi beneficio, quod fuit sibi collatum, vel ad
quod fuit electus.& confirmatus, & hoc casu etiam
admittitur, vt d.c.super his.& ratio est quia licet iste
habeat ius in beneficio; tamen quia deficit sibi ali-
quid iuris quod petit, vel petere debet; sine quo ob-
tentum retinere non potest, debet admitti exceptio
quia satis exceptio dicitur operare effectum suũ, re-
spectu iuris obtinendi. Et idẽ si peteret aliquid aliud
quòd haberet aliquid iuris consecutiui ad retinẽdũ
beneficium, exemplum in petitione sigilli, ut dixi in
c.vt nostrum. s. de appell. post glo.in 2.solutione
seu secundo intellectu. Idem est in benedictione ab
batis, vt dixi in c.meminimus.s.eod.in.4. notabili.
prædicta tamen limita, & declara, vt dixi in c. super
his.s.eo.in.4.q.post glos.s.eo.iũctis his quæ dixi in
c.super his.s.eod. in 3. membro princ. de absoluto
per viam exceptionis, & in vltimo membro princi-
pali de absoluto per viam accusationis. Interdum
& 3. quis est consecutus plenum ius, ita quòd nihil
deficit sibi, nisi secunda possessio. & subdistingue,
quòd aut quis agit petitorio adipiscendæ, ad quod
agitur petendo possessionem, quam nunquam ha-
buit, alio possidẽte. Aut officio iudicis, similiter pe
tendo possessionem vacantem. Aut agit petitorio
recuperandæ, petendo restitutionem possessionis,
quam habuit, sed fuit spoliatus. Primo, & secundo
casu distingue, vt hic in tex.nostro, cuius effectus est
quòd aut opponitur exceptio criminis cũ infamia,
& admittitur talis exceptio.& differtur traditio pos
sessionis, & si crimẽ probatum fuerit, imponitur pe-
tenti possessionem perpetuum silentium vt hic, & ra
tio descendit ex his, quę dixi.s.in vltimo nota.Si au
tem non defecerit, condemnatur aduersarius in ex-
pensis. Si vero opponitur crimen sine infamia, tunc
fit executio, & traditur possessio, qua executione fa-
cta, si apparuerit, accusator debet admitti, & proba-
to crimine imponitur sibi perpetuum silentium su-
per beneficio, quòd intelligo, quando ad id princi-
paliter agitur, prout hic erat respectu præcedentis
exceptionis solum ad hunc effectum tendentis; alias
autem si ageretur ad alium finem, vt quia intentare-
tur actio ad naturalem pęnam delicti respectu ho-
micidij, esset dicendum, quòd esset deponendus ab
officio, & beneficio. Respectu verò alterius delicti,
esset imponenda illa pœna naturalis delicti. Si verò
actor deficit, absoluitur reus, & condemnatur ipse
actor in expensis, quod intelligo in terminis.c. no-
23 stri. † quando scilicet ageretur ad priuationem be-
neficij, non ad naturalem pœnam delicti, arg.eorum
quę dixi in d.c.super his quo casu non est necessaria
inscriptio, & admittitur procurator, secundum q̃
ibi dixi plenè. Accusato tamen indicitur purgatio,
quod intellige nisi interim transacta esset infamia.
Quare autem contra petentem possessionem benefi
cij, quam nunquam habuit nõ admittatur exceptio
criminis sine infamia, dicit hic Hostien. quem sequi
tur D.m.quòd ratio est, quia exceptio venit ad con-
flictum iuris. Sed ille qui petit possessionem, non pe
tit aliquid iuris, sed quoddam facti, & ideo non ad-
mittitur; sed exceptio criminis cum infamia admit-
titur per rationem gloss. & vide de hoc, quæ latius
dixi in d.c.constitutus.de appell.vbi etiã examinaui,
quare admittatur exceptio concernens defectũ po
testatis cõferentis, vel subreptionem gratię, aut alia
absorbens ipsum ius principale, ratione cuius peti-
tur possessio, de quo dic, vt ibi dixi, & traditur, in c.
cum olim.de causa pos. & propri. Idem dicit hic D.
m.si aliquis petit declarari titulum suum fore legiti-
mum, vel confirmationem suam legitimè factam.
Tertio, & vltimo casu non admittitur exceptio cri-
minis cum infamia arg. c. item cum quis.s.de resti.
spol.quod est verũ nisi infamia esset manifesta, quia
cum hoc casu iudex ex officio suo possit impedire.
2.q.5. presbyter fortius debet posse retardare resti-
tutionem.Idem etiam si crimina essent notoria arg.
eorum quæ dixi in c.si constiterit.& c.precedenti.s.
eod.Si vero nõ ageret possessorio, sed petitorio, qui
appetit beneficiũ, quod alias obtinuit, & alius occu-
par, & hoc casu non admittitur etiã exceptio crimi-
24 nis cũ infamia, nisi sit tale † crimen quod inducat pri
uationẽ ipso facto; vt homicidium præcedẽte colla-
25 tiones vel hæresis, vel simil. & ratio est, quia † frustra
admitteretur ad probãdũ exceptione, cũ probata re
manet priuatus; vt no.Inn.in d.c.inter canonicos. Si
vero qa eẽt in possessione beneficij, & nihil peteret,
sed agere nomine beneficij pro iuribus ipsius, nõ de
bet admitti aliqua exceptio; qa ex quo tolerat, agere
põt.8.q.4.c.nõne. & not.in c.sciscitatus de rescript.

CAP XXIIII.

SVMMARIVM

1 *Inquisitio qualiter, quando, contra quem, & à quo facienda sit, & quis sit eius effectus, vnde eliciatur.*
2 *Testamenti veteris, & noui auctoritates in causis, tam in procedendo, quàm decidendo allegari possunt.*
3 *Lex diuina, legi positiuæ prefertur.*
4 *Papa statuendo contra legem diuinam, videtur potius errare, quàm legem condere.*
5 *Dictum alicuius sancti fundatum auctoritate ueteris, aut noui testamenti, præfertur etiam in causarum decisionibus constitutione. Sum. Pont. Secus autem si tali auctoritate non fulciatur. ibidem.*
6 *Papa, non Sanctis, data fuit potestas legis condendæ.*
7 *Lex canonica, non excluditur à lege diuina.*
8 *Ius canonicum, quandoq; appellatur ius diuinum.*
Et a quo ortum habuit. nu. 9.
10 *Papa constitutionem concilij confirmat, non ècontra.*
11 *Statutum Papæ non confirmatur à concilio, cum sit inferius.*
12 *Lex Euangelica, legi veteris testamenti præferenda est; Et quare nu. 14.*
13 *Argumentum ab ordine litera valet.*
15 *Digniora sunt præferenda.*
16 *Doctor, si est doctoratus à Papa, vel Imperatore præferendus est antiquiori. Quod tamen intellige. vt ibidem.*
17 *Prælatus de lapidatione infamatus, compelli potest ad reddendam administrationis rationem.*
18 *Prælatus quando inquirere teneatur.*
19 *Inquisitionis via, vt procedi possit, quot requirantur. remissiuè.*
20 *Iudex, vt rectè iudicet, rem oculis subijcere debet, & sic oculata fide videre. & nu. 57.*
21 *Officialis videns deferentem arma, potest illum punire absq; alia probatione. Et ibi quæ sint illa, quæ probantur ad oculum. remissiuè.*
22 *Superior non debet dissimulare delictum illius, contra quem laborat infamia.*
23 *Fama, & clamor differunt. remissiuè.*
24 *Prælatus procedit ad inquisitionem cum senioribus de ecclesia, & sic debet habere consilium canonicorum ecclesiæ cathedralis.*
25 *Episcopus non exercet iurisdictionalia, sine consilio capituli. Quod tamen cõiter de consuetudine non seruatur.*
Et valet talis consuetudo, & præscriptio. nu. 26.
27 *Iudex in inquisitione non tenet locũ accusatoris. et ratio.*
28 *Prælati sunt tanquam signum ad sagittam. Quod declara vt nu. 30.*
29 *Prælatus malus, bonum subditum retinet.*
900 *L.Corn.de sicca. ad hoc vt quis teneatur de occiso, non requirit, q vulneratus moriatur, sed q quis vulnerauerit animo interficiendi.*

902 *Clausula, petens sibi iustitiam administrari, quid importet. remissiuè.*

904 *Statuto si caueatur, q ptãs debeat causam inquisitionis intra mẽsem à die inchoati processus, expediuisse, à quo tempore inchoata dicetur inquisitio.*

905 *Præoccupationis materia vbi tractetur.*

906 *Statutum dicens, q ptãs solum possit inquirere de delictis commissis per annum ante inchoatum processum, qño cognosci poterit, an sit præscriptum potestati cognoscendi.*
Et an habeat locũ dictũ statutũ in occultis delictis. ibi.
Quid in delictis, q non habent causam momentaneam, sed successiuam, seu permanentem.nu.907.
Et an incidenter possit.nu.908.
Et an talia delicta aggrauent alia delicta, super quibus inquiritur. & communis opi.est q sic.nu.909.
Et quid si statutum diceret, q de talibus maleficijs ante tp̃s, vel in alio loco commissis, non possit formari ꝓcessus, et quicquid actum in contrarium sit ipso iure nullũ: talia maleficia non possent allegari ad aggrauandum. cõiter tñ seruatur contrariũ per officiales, et malè. ibid.

911 *Iudex potest certam legem in accusando intentare.*

912 *Libellus inquisitorius, an debeat cõtinere inscriptionem, sicut accusatorius. & q non communiter tenetur.*

913 *Inscriptio quid sit. remissiuè.*

913 *Iudex quid facere debeat post formatam inquisitionem in debita forma, secundum casuum contingentiam.*
Et quid his pactis agere debeat.

916 *Multitudo dictum vnius facilè sequitur. & nu.948.*

917 *Glo.in.c.præterea.extra de dilat.declaratur.*

918 *Iudex citato postquàm venit, crimen, & causam citationis exprimere debet.*

vult ipsum condemnare pœna, qua tenetur percutiens officialem, & resedutum, q̃ longè grauior est, an possit.

980 *Responsio ad inquisitionem, accusationem, vel positionē continentem vnum principaliter, & aliud demonstratiuè, ad principaliter contenta, facta tm̃ intelligitur.*

981 *Accusatus de adulterio commisso cum. P. vxore Titij, si ipse rñdendo accusationi confiteatur se cognouisse dictā P. carnaliter, per hoc non videtur confiteri ipsam vxorem Titij. Fallit tamen vt ibidem.*

983 *Socius negans se socium, perdit beneficium quod habet ratione societatis.*

984 *Filius qui est in potestate, si negat se in potestate fuisse, ammittit beneficium.*

985 *Fideiussor negans se fideiussisse, ammittit beneficium diuisionis, & excussionis.*
Quod tamen intellige, vt ibidem.

986 *Verbum, omne, est vniuersale collectiuū, & distributiuū.*

987 *Iuramentum de calumnia, an præstari debeat in causa inquisitionis.*

988 *Causa criminalis nihil habet commune cum causa ciuili. & qualiter hoc intelligatur. sub nu. 990.*

991 *Charitas omnis ordinata incipit à seipso.*

992 *Homini quid prodest, si totum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur.*

993 *Minor, an in criminalibus habeat legitimam personam standi in iudicio.*

994 *Minor ex contumacia non potest banniri ad mortem.*
Nec potest haberi pro confesso, nisi interueniat curatoris auctor. ibidem.

995 *Iudicij tota vis, & pondus est in confessione.*

996 *L. verum. § . minorem. ff. de confess. intellectus.*

997 *Minori, an detur in delictis in integrum restitutio.*
Et an in casibus, in quibus potest esse in iudicio. ibidem.

998 *Minor iurans dicere veritatem, & cum iuramento respondens inquisitioni sine curatoris auctoritate, an valeat iudicium.*

1000 *Defensioni capitali, etiam cum iuramento renuntiari non potest.*

1001 *Defensio status, & personæ est de iure naturali.*

1002 *Minor confessus extra iudicium, an possit cogi in iudicio ad perseuerandum in illa.*

1004 *Pronuntiatio, an sit necessaria in criminalibus.*

1005 *Confessus, an intra terminum, sibi datum ad defensionem suam, possit confessionem suam reuocare. & quando. ibidem. & nu. 1006.*

1007 *Iudex, an possit reuocare sententiam, si post condemnationem constat de innocentia.*

1008 *Reuocatio, an sit defensio, & an confessio si sit iurata, possit ut erronea reuocari. remissiuè.*

1009 *Declarans nihil noui facere dicitur.*

1010 *Responsio dubia interpretatur pro respondente.*

1012 *Iudex si in procedendo non seruauit solemnia à iure requisita, vel ex forma statutorum, inquisitus tñ cōfessus est, an ex tali confessione possit sequi condemnatio.*

1013 *Glo. in. l. filium. C. de libe. can. intellectus.*

1014 *Promouendus si confitetur suum crimen, non debet ex hoc puniri, sed solum ab ordinis susceptione remoueri.*

1016 *Iudex laicus non potest cognoscere de causa merè spirituali.*

1017 *Confessus semel maleficium, an sit necesse, quòd iterum confiteatur.*

1019 *Defensionis licita materia, & qualiter, & quando liceat. remissiuè.*

1020 *Negans partem, et partem confitens, an, & qñ gaudeat priuilegio stat uti concedentis beneficium confitenti, & pœnam neganti. Quid autem in minore. nu. 122.*

1021 *Culpa vbi non est, ibi nec est pœna.*

1022 *Beneficium si alicui propter aliquid concedatur, nō habet locum, nisi id totum adimpleatur.*

1023 *Inquisitus respondens inquisitioni, si dicat se non culpabilem, an admittatur talis responsio.*
Quid si negat, vel confitetur per verbū credo. nu. 1025

1024 *Innocens quis potest dici multis modis.*

1027 *Citatio, & monitio ad oēs actus, qñ fieri possit; & qualiter concedenda sit pro distantia locorum. remissiuè.*

1019 *Verba generalia debēt restringi ad id, ꝙ iustum, non ꝙ iniustum est.*

1030 *Fideiussor debet esse locuples pro qualitate causæ, & possidēs immobilia in eodē foro. et ibi plura in materia. Et an teneatur soluere quartum plus ꝙ pro mulcta impositum fuit à iudice, si non solueret condemnationem infra certum tempus. nu. 1218.*

1531 *Fideiussor, an esse possit vnus ex malefactorib' ꝓ alio.*

1032 *Fideiussor si non repūtat principalē, ad quid teneatur.*

1033 *Pœna corporalis nunquam imponi potest pro sola contumacia.*

1034 *Fideiussor, licet fuerit in mora pñtandi illum, pro quo fideiussit, præsentando tamen etiam post moram de congruo loco, & tempore, liberatur à pœna.*
Fideiussionem facere in scriptis, vel non, in quo differāt. & an fideiussoris hæres possit moram purgare; & an talis fideiussor possit promittere quamcunque pœnam pecuniariam. ibidem. remissiuè.

1035 *Fideiussor præsentans principalem si ipse, aufugiat de carcere, an amplius teneatur ad sistendum.*

1036 *Verbū placuerit, intelligitur secundū arbitriū boni uiri.*

1037 *Fideiussor qui promissit sistere inquisitum ad voluntatem iudicis sub certa pœna, qui tandem ab illo iudice captus fuit, & aufugit, an teneatur illum præsentare.*
Quid autē si promisisit sistere sub certa pœna certa die, vel soluere cōdemnationem, & intra illam diem inquisitus propter illud maleficium est bannitus, an fideiussor conueniri posit, & an posit se tueri exceptione illa.

1039 *Inquisitor si dedit fideiussorem de soluendo omnē condemnationem, & bannitus fuit in mille, an mortuo eo posint fideiussores conuenire.*

1040 *Fideiussor si nō pōt inquisitum in iudicio exhibere, vult tñ eum defendere, & in se iudicium suscipere, vel vult inducias ad illum præsentandum, an sit audiendum.*
Et an teneatur ad duplū, vel quadruplū, in quo ex forma statuti venit condemnandus, si non soluit infra certum tempus. nu. 1041.

1042 *Crimen si est tale, ꝙ pœna pecuniaria imponi debeat, et ita reus fideiussoribus sit relaxandus, & iudex tñ non vult eū relaxare de carcere, an posit cōtra iudicē agi.*

1043 *Inquisitus si dicat iudici, do vobis hmōi fideiussores, qui ad vestri requisitionem pñtabunt me de die in diem sub tali pœna, et illi erant pñtes, & nihil dixerūt, & sic fuerūt scripti ī lib. curiæ, an ꝑdicti sint obligati ut fideiusso.*

1044 *Pupillus regulariter stipulari non pōt. Fallit tñ in stipulationem rem pupilli saluam fore, si fari potest.*

1045 *Respublica, & pupillus æquiparantur.*

1048 *Fideiussor, an teneatur, qñ inquisitus est absolutus, & postea inde ad annum sit statutum, ꝙ non obstāte quacunque absolutione posint reuideri processus præteriti, quo facto talis fuit condemnatus.*

1047 *Pœna, qñ venit corporis afflictiua, reus fideiussoribus non est relaxandus. Idē si esset pœna pecuniaria, q̃ posset*

elici

elici corporis afflictiua ob non solutionem. Et quid si alternatiuè ibi possit cautelam, qua reus fideiussoribus relaxari potest.

1048 *Inquisitus, licet qñq; liberetur crialis, p̃stando fideiussores. Fallit tñ in eo, qui semel aufugit à carceribus, vel fidem fregerit.*

1049 *Iudex circa custodiam delinquentis, qñ venit imponenda pœna corporis afflictiua, quid facere habeat.*

1050 *Miles Potestatis si cepit aliquem malefactorē in aliquo castro, vel villa, & dubitat nō posse eum securè ducere, potest illum officiali illius loci commendare.*

1051 *Carceratus si laqueo se suspendit, an teneatur iudex.*

1054 *Reus, an possit renuntiare termino defensorio.*

1055 *Renūtiatio, per quam quis perderet vitam, vel statum, non valet.*

1056 *Inquisitus quas defensiones facere possit.*

1057 *Inquisitus si produceret instrũ pacis de vulneribus tũ, & sequuta esset mors, an sibi in aliquo prodesset, si statuto mitigatur pœna ob pacem. remissiuè.*
Quid si statutum disponit, q̃ pœna mitigetur, si hæres fecerit pacē, an sufficiat pax facta à testatore. Et quid si dicat ab hæredibus, & plures sint hæredes, & non habuit nisi ab vno. ibidem. remissiuè.

1058 *Statutum si requirat, q̃ delinquens habeat pacem à filijs occisi, an sufficiat, q̃ habeat à spurijs. Et an sufficiat, q̃ à masculis habeat, licet cōtradicāt fœminę. nu. 1061*

1059 *Spurius. filius non est noïandus, nec est alēdus à patre.*

1060 *Filij appellatione nō cōprehēditur natus ex adulterio.*

1062 *Fœmina non leuat faidam.*

1063 *Pax facta per ep̄m de blasphematione, ac maledictiōe Dei, an p̄sit blasphemanti. remissiuè. Et an pœna debeat diminui cōfesso sacerdoti, qui ipsi pñiam imposuit. ibid.*

1064 *Statutum si dicat, q̃ pro homicidio non admittatur beneficiũ pacis, vel cōcordiæ, an habeat locũ in mandāte.*

1065 *Statutum si promittat pacē fieri de oĩbus crĩbus, excepto furto, an possit fieri de robbaria. remissiuè.*

1066 *Pacis beneficium, an prosit in adulterio. Et an prosit si fiat per mulierem. ibidem.*

1068 *Probationes in crĩalibus debent esse luce clariores.*

1069 *Iuramentum indefectum probationis, an possit deferri in causis criminalibus. remissiuè.*

1070 *Edictum de testibus tam in causa ciuili, quàm in criminali est prohibitorium.*

1071 *Testimonium dicere, qui sint prohibiti. latè.*

1072 *Mulier in causa criminali, an sit idonea testis de iure canonico. & quid de iure ciuili.*

1073 *Hermaphroditus, in quo præualet sexus muliebris, an possit esse testis in causa criminali.*

1074 *Clericus non potest esse testis in causa criminali coram iudice seculari; q̃ tamen intellige, vt ibidem.*

1075 *Laicus non admittitur in causa crĩali contra clericum.*

1076 *Particeps crĩs non admittitur in testem contra socium.*

1077 *Denuntiator criminis, an repellatur à testimonio.*

1079 *Inquisitus, an ex probationibus factis in generali inquisitione si fuit repertus culpabilis, possit puniri absq; alijs probationibus. remissiuè.*

1080 *Syndicator virtute gñalis inquisitionis factæ contra Ptātem, & eius familiã, pōt eum condēnare, et punire.*

1082 *Publicatio processus, an sit de substantia in causa ciuili. & quid in criminali. & ibi quæ sit communis opin.*

1083 *Inquisitio, vt possit se defendere, exhibenda sunt non solũ noĩa testiũ, sed dicta, et capitula eorũdē. et ē cōis opi. Q̃d p̄cedit ēt qñ inquiritur cōtra prælatũ regularē. ibi.*

1084 *Publicatio attestationum, quando non obstet iudici inquirenti ex mero suo officio.*

1085 *Testium examinatio in causa criminali de iure ciuili, an possit delegari.*

1086 *Causæ meri, & mixti imperij non possunt delegari.*

1087 *Iudex non solum ex dictis testium, sed etiam ex diuersis generibus probationum, poterit reum condemnare. Et ibidem quid in causa ciuili.*

1088 *Vita, & salus hominis, cunctis rebus præferenda est.*

1089 *Reus si potest facere defensiones, & nō facit, an iudex possit illas facere.*

1090 *Iudex ad priuatam vtilitatem, parte non postulante, officium suum impartiri non debet.*

1091 *Innocentes non condemnari publicè interest.*

1092 *Testes, qñ subtrahunt se à testificatione, qualiter compelli possint.*

1093 *Testes, an sĩt torquēdi, an verò eis credatur sine tortura*

1094 *Clerici, licet vt testes torqueri non possint, possunt tamē per suum iudicem puniri de falso.*
An aũt pro suo delicto torqueri possint. ibidem. remiss.

1095 *Constituti in dignitate seculari non possunt torqueri. Et quid in diuitibus bonæ famæ, ac conditionis.*
Fallit tamen in tribus casibus. vt ibidem.
Viles homines, an in testimonio ferendo sint torquendi. ibidem. & nu. seq.

1096 *Deportatus in insulam, & statuliber non torquentur, nec alij homines liberi.*

1098 *Fama sola regulariter non facit indicium sufficiens ad torturam. secus si iuncta sit cum alijs indicijs, & præsumptionibus.*

1099 *Testes examinati pro indicijs habendis, ad hoc vt delinquenti præiudicent quæ sint necessaria.*

1100 *Torturæ quantitas discretioni iudicis relinquitur.*

1101 *Tortus, si ex immoderatis tormentis moreretur, aut cōtra iustitiã esset tortus, iudex teneretur. l. Cor. de sic.*

1102 *Reus si confitetur adhibita tortura, nō pōt propter talē cōfessionē dãnari, sed oportet ut sp̄otè in ea perseueret. Et quid tali in casu facere habeat cautus iudex. ibi. latè*

1103 *Senatoris Senarum sententia memoria digna, & factũ memorabile.*

1104 *Capitanei cuiusdam Florentini impium factum.*

1105 *Confessio in tormentis nullis præcedentibus indicijs, nulla est, nec reconualescit, licet postea superueniant. Et idem de confessione facta coram vno iudice, cum duo ex forma statuti adesse deberent. ibidem.*

1107 *Absens de iure communi non potest damnari, etiã vbi pœna pecuniaria imponi debet, nisi cōstet de maleficio.*

1108 *Relaxatio torti non reperti culpabilis, qualiter fiat.*

1110 *Purgatio canonica indicitur propter infamiam.*

1112 *Citatio in ferenda sententia condemnatoria contra cōfessum, vel conuictum, an sit necessaria.*

1113 *Citatio in ferenda sentētia in causa ciuili, est necessaria, & peremptoria. alias sententia est nulla.*

1114 *Monitio facta præsenti ad audiendam sententiam, an sufficiat, absque alia citatione; & quare.*

1115 *Citationis generalis forma.*

1116 *Sententiæ criminales à quo ferendæ, & quæ sit earundem forma.*

1117 *Assessores, & vicarij, licet possint cognoscere, non tñ iudicare, nec ĩ crĩali, nec in ciuili cã. possũt tñ ex delegata ptāte in cã ciuili. secus ĩ crĩali. et quid de iure canonico. Et quid facere habeant, qñ præses, vel Potestas iniustitiam facit vt ipsi in syndicatu, non teneatur. nu. 1120. & sequentibus.*

1118 *Quòd à pluribus quæritur, facilius inuenitur, & ideò*

Impe-

Imperator conſilia ſapientū q̃rit,& Papa priorū dicta.
1119 *Roboam Salamonis filius,cur regnum perdidit.*
1120 *Veritas qualiter melius inuenitur.*
1126 *Veritas ſæpius agitata,melius explendeſcit in lucem. Et p ampliores hoies pfectiſſima veritas inuenitur.ibi.*
1122 *Fugienti quilibet poteſt reſiſtere.*
1123 *Executor pœnæ corporalis, ſententiam quam iniuſtam videt,exequi non debet.*
1124 *Iudex, ſeu Poteſtas in ferenda ſententia inquiſitionis, an pro tribunali ſedere debeat.*
1125 *Clauſulæ illæ,quas iudices apponunt in ſnījs crīalibus, videlicet.T.condēnamus in centū, & ſi condēnatio eſt facta in plus,uel minus,quā debeat ex forma ſtatu.etc. vel hoc pacto,& hāc ſnīam facimus ſecundū formā ſtatut.& eatenus,quatenus eſſet vltra,uel pter illā caſſamus,et ad formā ſtatuti reducim⁹,an aliquid operētur.*
1126 *Clauſula,condēno,ſi eſt probatū,quid in ſnīa operetur.*
1127 *Cā in ſnīa an ſit inſerenda, & quare in ſnīa apponātur à iudice iſta verba,Et quia nobis conſtat &c.& quare in cā ciuili viſo libello,viſa litis conteſtatione, &c.*
1128 *Verba hæc,q̃ à iudice proferētur in ſnīa; Et pdicta oīa, & ſingula conſtāt nobis,et curia noſtræ,&c.& poſtea ſubijcitur;Et per contumaciā,quē citari,& requiri fecimus,vt hæc in actis &c.quō intelligantur.& de pluribus alijs verbis in ſnīa apponi poſitis.numeris ſeq.*
1129 *Torqueri quis de iure nō poteſt, vbi plenè de maleficio conſtat per teſtes.*
1130 *Snīa contra mortuū,quō, & quibus in caſibus ferēda.*
1131 *A ſnīa in cā inquiſitionis lata,an poſſit appellari.*
1132 *Appellare in omni crimine,an ſit licitum.*
1133 *Iudici iniuſtè exequēti an de fcō poſſit reſiſti.et n.1141*
1134 *Delictum,ſi eſt tale , in quo pœna arbitraria venit imponenda,an poſſit appellari.*
1135 *Promotor inquiſitionis,an poſſit appellare.*
1136 *Syndicus,vel procurator fiſci,an ſit citandus,qn̄ appellatur à ſententia iudicis inquirentis.*
1137 *Iudex,à quo reū appellantē debet mittere ad iudicem, ad quē cum actis cauſæ ſub fida cuſtodia. & nu.1157. Cōiter tn̄ nō fit talis trāſmiſſio,et cōis nō appellatur.ibi.*
1138 *Reus condemnatus, ſi decedat intra tempus appellandi,quid agendum ſit.*
1139 *Ex ſeparatis non fit illatio.*
1140 *Iudex,an poſſit ſnīam latā ſtatim executioni mādare.*
1142 *Melius eſt nocentē abſoluere, quā innocentē cōdēnare.*
1143 *In cā crīali quilibet ēt cuius nō intereſt, appellare pōt.*
1144 *Executio duplici modo fit.*
1145 *Ad mortem quis communiter non damnatur , niſi ſpontè ſit confeſſus,vel aliàs conuictus.*
1146 *L.cum reis.C.de pœn.intellectus.& ſub nu.1149.*
1147 *Euentus nihil operaturus, fruſtra expectatur.*
1148 *Cap.ſicut.2.q.1.intellectus.*
1149 *Cap.Adam.de pœnit.diſtin.1.*
1150 *L.addictos.C.de epiſt.aud.duo intellectus notab.*
1151 *L.non tantum.ff.de appel.intellectus.*
1102 *Pro perdito habetur , quod ſtatim perdendum eſt, & pro dato habetur &c.*
1153 *Qui de proximo cingendus eſt,pro cincto habetur.*
1154 *A ſnīa lata in crīali ſi appelletur , & iudex ad quem confirmet,quis debet ſnīam executioni mandare.*
1156 *Remiſſio rei,an hodiè fiat,qn̄ ipſe appellat à ſnīa crīali.*
1156 *Iudex loci,& fundi,in quo fit miſſio,miſſit actualiter in poſſeſſionem mittendum.*
1158 *Executio in cā crīali,pluribus modis retardari poteſt.*
1159 *Inſtantia,an detur in cauſa criminali.*
1160 *In inquiſitione propriè lis non conteſtatur.*
1162 *Fauor eſt quandoq̃ abbreuiare lites.*
1163 *Iura ſpecialia facilius tolluntur,quàm communia.*
1164 *Reconuentio,an habeat locum in cauſa inquiſitionis .*
1165 *Inquiſitio qualiter ſuſpendatur,vt tollatur .*
1166 *Inquiſitio,an per ſuperueniētiā accuſatoris ſuſpēdatur.*
1167 *Multa fieri prohibentur,quæ ſi facta fuerint,tenent.*
1168 *Regula illa,ꝙ remediū ordinarium facit ceſſare extraordinarium,quomodo intelligatur.*
1169 *Iudicis intereſt omni via, qua pōt veritatem habere.*
1170 *Contumax perdit beneficium.l.vbi cæptum.ff.de iudi.*
1172 *Poſſidentis, & occupātis in pari cā melior eſt cōditio.*
1173 *Inquiri poteſt de omni crimine regulariter ad publicā vindictam.*
1174 *Iudex poſt didicita teſtificata, an poſſit de nouo recipere teſtes ad veritatem criminis.*
1175 *Inquiſitio in caſibus, in quibus ſilet propter ſuperuenientem accuſationem,an probationes perfecta in iudicio inquiſitionis proſint in proceſſu accuſationis.*
1176 *Inſtantia licet pereat , non tamen pereunt acta facta reſpicientia factum.*
1177 *Acta accuſationis,an valeāt in proceſſu inquiſitionis. & ècontra. & an acta in vno iudicio valeant in alio. nu.1180.remiſſiuè.*
1178 *Acta facta in cā ciuili,proſint in cauſa criminali .*
1179 *Iudex in criminali cauſa teſtibus , non teſtimonijs credere debet.*
1181 *Inquiſitio,an per tranſactionem impediatur. & an licitum ſit tranſigere ſuper crimine.ibidem. remiſſiuè.*
1182 *Inquiſitio,an tollatur,vel ſuſpendatur, ſi inquiſitus interim promouetur.*
1183 *Inquiſitione præcedente,an quis pmoueri poſſit.remiſ.*
1184 *Crimina morte extinguuntur.*
1185 *Inquiſitionis via conuictus,qua pœna de iure canonico puniendus ſit.*
Et qua pœna de iure ciuili.nu.1191.
1186 *Crimen, ſi non eſt tale,ꝙ impediat ordinis executionē, vel beneficij retentionem,etiam poſt peractam pnīam , pœna arbitraria punitur. Fallit tamen quatuor modis. vt ibidem.*
1187 *Pœna vbi imponitur ipſo iure, vel ipſo facto , tunc non requiritur condemnatio, ſed ſola declaratio.*
Et an in declaratione requiratur citatio.nu.ſeq.
1189 *Pœna de iure canonico eſt arbitraria. Et oēs pœnæ hodie ſunt arbitrariæ,cauſa ſubſiſtente.nu.1192.*
1190 *Crimina,quæ impediunt ordinis executionem, vel bn̄ficij retentionem,etiam poſt peractam pnīam,quæ ſint.*
Et vſq; ad quā pœnā poſſit arbitrari iudex.ibid.remiſſ.
1193 *Conuictus qua pœna ſit puniendus,qn̄ pro delicto commiſſo per inquiſitionem diuerſæ pœnæ imponuntur.*
Et quid ſi à iure communi impoſitæ ſint, quid facere habeat iudex.nu.ſeq.
Et quid ſi à duobus ſtatutis,vel ab eodem variæ pœnæ imponuntur.nu.1205.remiſſiuè.
1195 *In pœnis ad vindictam,an minor tollat maiorem.*
1196 *Pœna canonis,an tollatur per pœnam legis . remiſſiuè.*
1197 *Pœna fori pœnitentialis , an tollat pœnam fori contentioſi.remiſſiuè.*
1198 *Pœnæ diuerſæ ſi imponūtur ab eadem lege alternatiuè, quæ ſit imponenda,& cuius ſit electio.remiſſiuè.*
1199 *Pœna ſi à diuerſis conſtitutionibus ipſo facto imponitur,delinquens vtraq; pœna tenetur.*
120 *Iudex ſecularis,qui inquiſitionis uia proceſſit,an in pœnę impoſitione teneatur ſequi formā iuris,vel ſtatutorū.*

1201 *Sta-*

1201 *Statutum imponēs pœnam nouam, & minorē imposita à iure cōi, an videatur à pœna legali recedere.*

1202 *Pœna, vbi non est in statuto determinata, recurrēdum est de similibus ad similia. aut ad ius commune.*

1203 *Iudex, qui minorem, vel maiorem pœnam omissa statuti pœna imposuerit, facturus esset.*

1204 *Leges locales sunt speciales, non generales.*

1206 *Pœna, an debeat imponi secundū statutum, qđ vigebat tpe delicti, vel secundū statutū factū tpe sñi.e. remissiuè.*

1207 *Iudex Floren. qui Florentinum in hac ciuitate delinquentē pōt punire, quo statuto eū punire debeat. remiss.*

1209 *Iudex, an in imponēda pęna debeat admittere delictū, prout probatum est cum qualitate aggrauante delictū, & augumentante pęnam, q̄ tñ non fuit insētata in libello inquisitionis, an verò prout fuit intentatum sine illa qualitate.*

1210 *Inquisitus si est puniendus pro pluribus vulneribus, seu pluribus delictis in pœna pecuniaria; an debeat condemnare in vna summa pro omnibus delictis, an verò regulariter pro singulis.*

1211 *Iudex inquirens, si dicat, condemnamus talem inquisitum pro dictis excessibus in mille libris, vel dicat, condemnamus in libris .ccc. pro tali in.cc. pro tali in.c. & pro tali in.cccc. an differant.*

1212 *Statuto stante, q̄ condemnatus, seu bannitus in mille libris, possit impunè offendi, si condemnetur pro pluribus excessibus singulariter pro quolibet delicto in certa summa, quæ omnes ascendant ad libras mille, non est locus statuto. secus si simul.*

1213 *Iudex, qñ pęna est pecuniaria, an debeat in condemnatione adijcere, cui dicta pęna sit soluenda.*
Et an possit adijcere mulctam, si condemnatus non solueris infra certum tempus. nu. 1217.
Quid si adiecta dicta clausula, non adiecit certum tps, quantū terminū habere dicatur ad soluendū nu. 1220.

1214 *Pęna, vbi fisco, & priuato est cōis, fiscus tota recipit, & priuatus à fisco postea partem petit, & recipit.*

1215 *Fiscus in exigendo fauorabilior est, quàm priuatus.*

1216 *Fiscus, in diuidendis cum ipso facit diuisionem, & alteri dat electionem.*

1219 *Condemnatus, licet respectu pęnæ principalis nō possit fisco obijcere compensationem, potest tñ respectu mulctæ impositæ ob non solutam condēnationē infra certū tps.*

1221 *Statutum, si cōfitenti diminuat tertiā, vel quartā partē pęnæ, qualiter iudex in condemnando formabit sñiam.*
Et qualiter si ex negatione pœna augeri debet. ibidem.
Et quid stante præfato statuto, & alio, q̄ pro pace habita ab offenso, aut ab eius hæredibus quarta pars relaxetur, quō deducendæ sint illæ quartæ. nu. 1222.

1223 *Filius rogatus restituere hæreditatem diuerso tempore, deducit legitimam, q̄ est tertia pars, & Trebellianicā, q̄ est quarta pars; Et qualiter fiant illæ deductiones. ibidē.*

1224 *Sñia, qualiter sit formanda, qñ in defectum nō solutionis pœnæ pecuniariæ, pęna mortis, vel corporis afflictiua sit imponenda.*
Et quid si condemnatus sit soluendo, vult tñ potius luere in corpus, an cogatur soluere. ibidem.
Et an si talis non est soluendo, iudex possit dicere nolo, q̄ luas in corpus, sed volo te expectare donec sit soluēdo.
Et an consequatur plenam liberationem luendo in corpus. ibidem. remissiuè.

1225 *Statuto si caueatur, q̄ quis debeat condemnari in certa pęna pecuniaria, & adijciatur, q̄ si non soluerit, amputetur sibi manus, & alio statuto dispositum sit, q̄ contra negantem pœna duplicetur, modo in vtraque fuit quis condemnatus, vtrum ad fugiēdam pęnam corporalem, teneatur soluere vtramque.*

1226 *Adulter, si ex forma statuti puniendus est pœna mille floren. quos si non soluerit, decapitetur, quandiu expectandus est vt soluat.*

1227 *Pęna amputationis manus, si in defectum non soluentis venit imponenda, de qua manu intelligitur. & ibi vide plures questiones in materia. remissiuè.*

1228 *Statutum si dicat, q̄ pro tali delicto pęna capitis imponatur, & illud dicat iudex in sñia, quid importent ista verba, & an possit amputari caput. Et quid si statutum dicat, q̄ capite puniatur ibidem.*

1229 *Iudex condemnans reum inquisitum ad publicam vindictam, an debeat ēt condēnare ad satisfaciendum læsis.*

1230 *Condemnatus pro furto, vt fustigetur, vel signetur etc. an intelligatur etiam condemnatus ad restitutionē rerū subtractarum. Et ibidē an sint necessarij duo processus.*

1231 *Inquisitus, contra quem delictum non est plenè p̄batū, sed semiplenè, qua pœna sit puniendus. remissiuè.*

1232 *Inquirentis, & deficientis pęna, quæ sit.*

1233 *Inquisitor si dolo, uel lata culpa fugauit, inquisitum tenetur sibi ad expensas, & criminaliter ēt puniri potest.*

1234 *Promotor, vel instigator inquisitionis, si deficiat in p̄batione, ad quid teneatur inquisito.*

1235 *Infamia accusati, an excusat à calumnia.*

1236 *Inquisitus, an eo casu, quo crimen non est probatum, debeat simpliciter absolui.*

1237 *Purgatio, à quibuscumque præcesserit infamia, infamato indicenda est, secundum omnes.*

1238 *Purgatio qñq; indicitur ad tollendam infamiam facti.*

1239 *Laici, clericis sunt oppido infesti.*

1240 *Pendentia processus, an afficiat ipsum inquisitum, vt respectu ipsius producat aliquem effectum.*
Et an pendente, vel finito iudicio inquisitionis super crimine contra inquisitum, possit agi ciuiliter pro parte ad suum interesse. 1249.

1250 *Inquisitionis iudicium, quando pendere dicatur.*

1251 *Infamis, an efficiatur damnatus ex inquisitione.*

1252 *Testimonium falsum ferens, qualiter puniatur.*

1153 *Damnatus publico iudicio, est infamis. q̄ tñ limita duobus modis, vt ibidem, vbi etiam quidē de iure canonico.*

1254 *Inquisitus semel, an possit amplius inquiri, seu accusari, vel contra eum agi.*

1255 *De delicto eiusdem hominis pluries quæri non debet. & quomodo hoc procedat. ibidem.*

1256 *Clericus nullo modo coram iudice seculari accusari pōt, nec etiam ciuiliter conueniri.*

1257 *Inquisitionis iudicium qualiter finiatur.*

1258 *Sñia nulla non finit iurisdictionem iudicis ordinarij.*

1259 *Omnium habere memoriam, & medium in cunctis seruare, diuinum potius est, quàm humanum.*

Qualiter & quādo.

Superior cōtra subditum, maximè prelatum de his tm̄ inquirere debet, super quibus precessit infamia, & tunc vocabit inquisitum, & dabit ei capitula, & nomina, & dicta testium sunt eidem publicanda. & ipsius legitimas exceptiones admittet, & probato graui cri̅e, eum ab administratione remouebit: in regularibus tamen hic ordo non est ex toto seruandus. h.d. Et dicit hic. D.m. q̄ licet ex hoc communi

summa-

ſummario modica videatur fieri differentia, an inq-
ratur contra prælatum, vel contrà ſubditum, tñ fien
da eſt, vt ex. j.dicendis apparebit. Vel ſm Hoſt. Pet.
& Abb.dic, ꝙ ponuntur hic authoritates noui, & ve
1 teris teſtamenti, ex quibus elicitur, † qualiter, qñ,
contra quem, & à quo inquiſitio ſit facienda, & quis
ſit eius effectus, & diuiditur in quatuor partes prin-
cipales. In prima ponitur, qñ ſit fienda inquiſitio. In
ſecunda qualiter. In tertia, ad quẽ effectum. In quar
ta limitat præmiſſum ordinem reſpectu regulariũ.
Secunda ibi, debet. Tertia ibi, ad corrigendos. Quar
ta ibi, hunc tamen ordinem. Et in tex. ibi, in Euange
lio. dic Lucæ.c.16. Et in tex. ibi, in Geneſi. dic.c.18.
Et in tex. ibi, deſcendam. dic ſcilicet per angelos
meos, vt ibi traditur. Et in tex. ibi, ſuſpendere. dic,
ſcilicet à beneficio, & quãdoq; ab officio. Et in tex.
ligare. dic, ſcilicet excõicando. ¶ Noto primo ex
2 principio, ꝙ † tam ſuper modo procedendi in cau-
ſis, q̃ ad earum deciſionem poſſunt allegari authori
3 tates veteris, & noui teſtamenti; nec eſt dubium, † ꝙ
4 lex diuina ꝓfertur legi poſitiuæ, immò ſi † Papa ſta-
tueret aliquid cõtra legem diuinam, potius videref
errare, q̃ legem condere. 25.q.1.c. ſunt quidam. De
quo dic, vt traditur per Inno. & Doct. in.c. quæ in ec
cleſiarum ȷ̃.de conſti. & .c.fi. ȷ̃.de conſuet. Et ad ꝓ-
dicta vide glo. ſingularem. 20. diſt.c. de libellis. quæ
5 vult, ꝙ † ſi dictum alicuius Sancti fundatur authori-
tate noui, aut veteris teſtamenti, præfertur etiam in
deciſionibus cauſarum conſtitutioni ſummi Ponti.
aliàs ſecus, quia conſtitutio Papæ ꝓfertur dicto cu-
6 iuslibet Sancti, quia † Papæ, non ſanctis data fuit po
teſtas legis condendæ. Circa quod vide qđ not in.c.
7 ne imitaris. ȷ̃.de conſtit. & ſic patet, ꝙ † lex canoni-
ca non excluditur à lege diuina, ſm Hoſt. de quo re-
mittit ad not. in.c. cum ſit. de æta. & quali. immò in-
8 terdum † ius canonicum appellatur ius diuinum, vt
9 in.c. nimis. de iureiu. † non tñ habuit ſemper ortum
a iure diuino, vel ab authoritatibus veteris, & noui
teſtamenti, ſed quandoq; etiam a iure ciuili, vt patet
ex pluribus cõſtitut. Grego. ix. Et quod hic dicitur,
intelligitur quo ad modum procedendi in inquiſi-
tione. ¶ Secundo not. ibi, ſacri approbatione conci
10 lij, ꝙ † Papa eſt ille, qui confirmat conſtitutionem
concilij, non econtrà. pro quo facit ſm Hoſtiẽ. quia
11 confirmatio pertinet ad ſuperiorem. Et ideò † ſtatu
tum Papæ non confirmatur a concilio, cum ſit infe
rius, ſed ſtatutum concilij bene confirmat Papa, vt
not. in.c. ſignificaſti. de elect. ¶ Tertio not. ex ordi-
12 ne literæ, ꝙ † lex Euangelica, & ſic lex noui teſtamen
13 ti, præferenda eſt legi veteris teſtamenti; valet enim
arg. ab ordine literæ, vt dicit glo. in.c. quorundam.
ȷ̃.de elect. & per Bart. in.l.2.§. ſi prius. ff. de vulga. &
pup. dixi in.c. Nicolao. de appel. in primo nota. nec
14 mirum, quia † Euangelica ab ore Dei in humanis a-
gentis immediatè pro redemptione noſtra fuit ꝓ-
15 mulgata. & ideò, vt † dignior eſt præferenda. Ex quo
16 infertur, ꝙ licet quis ſit antiquior doctor, tñ † ſi no-
uus, eſt doctoratus à perſona digniori, vt à Papa, vel
Imperatore præferẽdus eſt antiquiori. facit qđ not.
in.c. ſolitæ. ȷ̃.de maio. & obe. & melius in c p tuas.
eo. tit. vbi eſt tex. not. qđ tñ non intelligo de docto-
ribus factis p bullas, prout quoſdam vidi, qui nõĩe
duntaxat doctorum gloriantur, ſed p digna exami-
17 na. ¶ Quarto not. ꝙ † prælatus diffamatus, maximè
de dilapidatione, põt cõpelli vt reddat adminiſtra-
tionis rõnem. ceſſante igitur diffamatione, non vr̃
ad hoc poſſe compelli, dic vt tradit in.c. cum & plã-
tare. j.de priuile. & hoc denotatur per verbum vil-
licus, quod ſm Hoſt. denotat prælationem. ¶ Quin
18 to not. ibi, apud dñm, ꝙ † tunc demum tenetur præ-
latus inquirere, qñ ad ipſum peruenit diffamatio. fa
cit ẽt tex. ibi, ad aures ſuperioris. vnde ſm Hoſti. nõ
aſtringitur inquirere, quando fama ꝑuenit ad alios,
de quo dicam. j. in nono memb. prin. ¶ Sexto not.
19 quot † requiruntur ad hoc vt poſſit procedi per in-
quiſitionem, tam contra ſubditum, q̃ contra præla-
tum, de quibus dicam in.d.9. memb. ſeu artic. prin.
20 ¶ Septimo not. ibi, deſcendam & videbo, ꝙ † iudex
quandoq; vt poſſit recte iudicare, debet ſubijcere rẽ
oculis, & ſic oculata fide videre, vt.l. ſi irruptione. §.
fi. ff. fi. reg. & .ff. de mino.l. minor. xxv. annis ex aſpe-
ctu. & qđ not. in.c. pen. ȷ̃.de prob. vnde dicit Bal. in
21 d.§.fi. ꝙ † officialis videns deferentem arma, poteſt
illum punire ſine alia probatione, quia tale delictũ
vr̃ notorium. de quo dic, vt dixi in.c. euidentia. ȷ̃.eo.
& ibi dixi. Et quæ ſint illa, q̃ ad oculum probanẽ, vi-
de in dictis iurib. & Io. And. latius in lect. ſuper ar-
bore conſanguinitatis. circa prin. vel poteſt colligi
22 ex his verbis deſcendam, & videbo, ꝙ † non debet ſu
perior diſſimulare delictum illius, contra quem la-
borat infamia. ¶ Octauo not. ibi, per clamorem, &
23 famam. arg. ꝙ aliud † vr̃ eſſe fama; & aliud clamor, de
24 quo dicam in.9 artic. princ. ¶ Nono not. † ꝙ præla-
tus poteſt ꝓcedere ad inquiſitionem cum ſeniorib⁹
de eccleſia, hoc eſt, ꝙ eṗs debet habere conſilium ca
25 nonicorum eccleſiæ cathedralis, & rõ eſt, quia † eṗs
non exercet iuriſdictionalia ſine conſilio capituli,
vt.c. quanto. & .c. nouit. ȷ̃.de his quæ fi. a prælat. 25.
q.7.c. eṗs. licet hodie de conſuetudine non ſeruetur
26 cõiter, * & valet conſuetudo, & præſcriptio, vt in.c. Cõis opi.
pen. de præſcri. ¶ Decimo not. ibi, non tanquam, ꝙ
27 iudex † in inquiſitione non tenet locum accuſatoris.
& hoc ideò, quia alia debet eſſe perſona iudicis, &
alia accuſatoris, vt.c. forus. j.de verb. ſign. & .4.q.4.
c.1. ſunt enim hæc officia incompatibilia. ¶ Vndeci
28 mo not. ꝙ † prelati ſunt tanquam ſignum ad ſagittã,
& ad hoc quotidie allegatur. Et ideò debent ẽẽ vir-
tuoſi, vt à ſubditis eorum operationes trahantur in
exemplum, quia vt dicit tex. in.l. priſco. in ver. debe-
29 bis. C. de palati. ſacra. largi. lib.12. Malus † prælatus
timet bonum ſubditum, dic vt dixi in.c. ad liberan-
dam. j.de iude. in.8. not. nã vt inquit Caſſiod. lib.3.
30 Ethic. † Facilius quippe eſt errare naturam, q̃ diſſi-
milem poſſit princeps formare Rempub. vñ Ariſt.
in.1. Oecono. inquit, Impoſſibile eſt non diligentis
domini diligentes facere vicarios. Qualis.n. rector
ciuitatis, tales & habitantes in ea. Eccleſia.c.x. potes
etiam intelligere, ꝙ iſti ſunt tanquam ſignũ ad ſagit
tam, quia propter iuriſdictionalia, quæ exercent, in-
currunt inimicitiam, & maleuolentiam multorum.
Præcedens tñ intellectus magis placet tõne effect⁹.
ſed iſte magis congruit literæ. ¶ Duodecimo not.
31 ex eadem parte, bonum † ordinem circa charitatiuã
reprehenſionem ſeruandum a prælato. primo.n. de-
bet prælatus ſubditum arguere. ſecundo increpare,
ideſt cõminari. tertio, ſuſpendere. interdum ligare,
hoc

hoc est excõicare, circa q̃ vide tex. glo. & doct. in. c.
32 cum non ab hoīe. de iudi. ¶ Tertiodecimo not. † q
exercentes officia, vt plurimum incurrunt odia, &
33 inimicitias plurimorũ. & ratio est, quia hñt † argue-
re, reprehendere, corrigere, & similia exercere, q̃ ꝓ-
34 ducũt inimicitias, & odia. Et vt inquit Teren. † Obse
quium amicos veritas odiũ parit. Dicit tñ Hierony.
ad Gala. q non potest esse obsequium vbi diminuit
veritas. Idem tñ Hierony. scribit ad Marcellinum.
Ita se habet natura, vt hominibus amara sit veritas;
35 & blanda vitia reputãtur. Et not. q † q̃to quis est me
36 lior, tãto minus potest placere hoībus; quia † omnis
ætas est ꝓna ad malum. 12. q. 1. omnis. Vnde neces-
37 saria est superioris correctio. & in † iudicijs non dẽt
esse acceptio personarũ, vt. c. qualiter. s̄. eo. & c. no-
nit. s̄. de iudi. hinc Apost. ad Galat. Si hominibꝰ pla
cerem Christi seruus non essem. & vide. 47. dist. c. si.
in fi. & ad Gala. inquit Apost. c. 4. Ego inimicus fa-
ctus sum vobis, verum dicẽs. vnde Psal. dissipat deus
ossa eorum, qui hominibus placent. & tex. 12. q. 3. c.
38 nemo. dicit, † Melius est pro veritate pati supplíciũ,
q̃ pro adulatione beneficium. Et ex prædictis sequi-
39 tur s̄m Io. And. q † accusatio ꝓlatorum ꝓsumit fieri
ex odio. de quo. 23. dist. c. diaconi. & ibi in glo. facit
qđ sequitur hic in tex. & ideò sancti patres. Et ideò
non ita de facili talium accusator est admittendus,
vt dixi in. c. ex parte. s̄. eo. & statim dicam. ¶ Quar-
40 todecimo not. † q non ita de facili inquirendum est
contra ꝓlatum, sicut contra subditũ. nã contra sub-
ditum sufficit ꝓcedẽs infamia, sed in ꝓlato non suffi
cit, nisi sit scandalosa, aut, quæ sine periculo dissimu
lari non possit, dicam. j̄. in. ix. memb. princ. in. 6. q.
¶ Quintodecimo not. ibi, quo ad diminutionem, q
41 clericus † depositus dicitur capite diminutus. Dr̃ tñ
impropria diminutio, qm̃ etiam minimã quis non
cõsequitur diminutionem ex amissione dignitatis,
ex quo ꝓsonæ status non mutatur, vt Institu. de cap.
dimin. in prin. & l. 3. ff. de senat. & ob hoc tex. expo
nit diminutionem. i. degradationẽ. ¶ Sextodecimo
42 not. q † ẽt verbalis depositio ab ordine dr̃ degrada-
43 tio. nam priuat, & deijcit. Alia verò † realis degrada-
tio, quæ fit s̄m formam. c. 2. de pœ. lib. 6. est verbalis
44 degradationis exequutio. Et ideò † in verbali degra
datione requiritur numerus eꝑorum, nõ actuali, seu
reali, vt dicit Io. An. in. d. c. 2. in nouel. & D. m. in. c.
at si clerici. s̄. de iudi. & vide quæ dixi in. c. 2. s̄. eod.
coniunctis his, quæ dixi in. c. 3. s̄. de re iudi. ¶ Deci-
45 moseptimo no. q † non quodlibet delictum sufficit
ad depositionem, aut remotionẽ à beneficio. de quo
vide in. c. 2. j̄. de sortileg. & in. c. ex conq̃stione. j̄. de
sen. exc. & vide. D. m. in. c. at si clerici. de iud. in prin.
qui dicit, hoc relinquendum iudicis arbitrio, dicam
in. c. tuæ. j̄. de pœ. ¶ Decimooctauo not. ex ver. de-
46 bet igitur. † qualis ordo sit seruãdus inquisitione, de
quo latius dicetur in. 11. artic. prin. ¶ Decimonono
47 not. ex versi. ad cogendos. † quatuor modos, quibus
proceditur ad puniendum crimina. Primus est per
viam notorietatis, de quo non vult loqui tex. nr̃, dũ
dicit, vt de notorijs excessibus taceatur. & de quo vi
de. 2. q. 1. c. manifesta. & c. de manifesta. dixi i. c. eui-
dentia. s̄. eo. & vide Spec. in tit. de cri. not. Secundus
modus est per viam denũtiationis. de qua. s̄. de iudi.
c. nouit. & D. m. in. c. ad nostram. de iureiuran. & 2.
q. 1. c. si peccauerit. & per Spec. in tit. de denun. Ter-
tius modus per accusationem, vt per totũ hunc titu.
Quartus modus, per inquisitionem, de qua hic latis-
simè tractabimus. Potest addi quintus modus, vide-
licet, per viam exceptionis, ꝑ quem modum ẽt quan
doq; crimina puniuntur. de quo dixi in. c. suꝑ his. s̄.
eo. Item & sextus modus per viã actionis; sed impro
priè dicitur accusatio, die vt in. c. ꝑ tuas. j̄. de simo.
¶ Vigesimo no. illo semper adhibito moderamine,
q vbicunque procedit libellus, seu petitio qualiter-
48 cunque agatur, † sñia debet esse conformis petitio-
ni, probatur in. l. vt fundus. ff. com. diuid. & simile ha
betur in. c. licet Hely. j̄. de simo. & ibi dicã aliquid.
& vide tex. not. in. l. fin. C. de fideicom. lib. qui dicit,
49 q † fatuus est iudex, qui condemnat in alio quam sit
petitum. & ibi latè. & not. Bal. examinat hunc articu
lum, de quo etiam vide eum in. l. quid ergo. §. pœna
grauior. ff. de infami. in repet. & declara hunc ver. sin
gula singulis referendo, videlicet respectu vniuscu-
50 iusq; modi agendi, de quo in tex. † Accusatio. n. ha-
bet pœnam ordinariã. Denuntiatio pniãm, siue cor
51 rectionem. Inquisitio arbitrariam. Et † de pœna in-
quisitionis, dicam latè in. 15. memb. prin. ¶ Vltimo
not. ex vltima parte, tria specialia in regularibus. Pri
52 mum, quia † ordo seruandus in inquisitione contra
seculares, non est vsquequaq; seruãdus in inquisitio-
ne contra regulares; debet tamen aliquis ordo. ser-
uari, de quo dicetur. j̄. in. 11. memb. princ. Et intel-
lige de ordine quo ad iudicij substãtialitatem, quia
ad veritatis probationem illam nequaq̃ omittenda
est, vt in cle. sæpe. de ver. sig. Secundum speciale est,
53 quia † facilius possunt remoueri regulares ab admi-
nistratione, q̃ seculares prælati; vnde leuiores causæ,
& leuiores probationes videntur sufficere, s̄m Ioan.
An. & ita tempera quod statim dixi, & sequit̃ Hosti.
Et hoc denotat verbum, Facilius, positũ hic in tex.
Tertium speciale est, quia non recipiuntur tot exce
ptiones, sicut quando contra secularem, nec in ipsis
exceptionibus est necessarium seruare ordinem ad
vnguem, s̄m Io. An. & Host. & hoc denotat verbum,
liberius, positum hic in fi. tex. ¶ Glo. 1. s̄m do. Ant.
est satis intricata, & satis ineptè loquitur, vnde ipse
volẽs ipsam declarare, diuidit ꝑ partes, & diuidẽdo
magis intricat, & cõfundit, q̃ explicet, aut declaret,
vt apud eum videre poteris. Prima diuisio sua est im
perfecta, cum non tangat oẽs partes gl. Vnde. D. m.
aliter diuidit, & aliter Io. de Imo. sed non benè. vn-
de, vt mihi vr̃, hæc glo. nõ multum ineptè, aut obscu
rè loquit̃, sed satis clarè, attento eius ordine. Vñ tu
diuide glo. principaliter in vndecim partes. Primo
enim glo. præmittit, qualiter intendit tractare de tri
bus, videlicet, qñ sit ad inquisitionem procedendũ.
secundo qualiter. tertio de eius effectu. Secũdo prin
cipaliter glo. in ver. tunc aũt ꝓlatus, ꝓsequit̃ primũ
membrum, videlicet, qñ debeat, vsq; ad versi. & tunc
distingue. vbi glo. 3. volens tractare duas alias ꝓmis-
sas. qq. videlicet, qualiter, & ad quẽ effectum, distin-
guit duos modos procedendi per inquisitionẽ. vnus
est, qñ iudex ex officio procedit, alius quando alio
postulante. Quarto principaliter glo. in ver. si ex offi
cio. prosequitur primum membrum præced. distin.
scilicet quando ex officio. vsq; ad ver. si verò ꝓcedat
iudex. Et hæc quarta pars princip. tria principaliter
inten-

intendit.primo ponit quis debeat inquirere, & in quo debeat fieri inquisitio, quando iudex ex officio procedit. 2.ponit octo, quæ seruanda sunt in inquisitione, vsq; ad vers. crimine vero probato. quæ de se satis patent. primū ponit ibi. & recipere iuramentū 2.ibi,& ille cōtra quē.3.ibi, & ea q̄ obijciunt.4.ibi, idē si ille contra quē.5.ibi, vel qa iudex.6.ibi,& cōtra testes.7.ibi,& nomina, & dicta.8.ibi, & si testes. 9.in ver.crimine verò probato, ponit de effectu inquisitionis, in qua ponit duo. primo, qualiter puniatur inquisitus crīe probato. 2.in vers.si verò crimen probatum non fuerit.ponit quid agendum sit inquisito contumace. Quinto principaliter in ver. Si vero procedat. vsq; ad ver.item nunquid reus.gl. prosequitur fm membrum, quando iudex non procedit ex mero officio.& in hac parte gl. quatuor facit; primo ponit in quo loco, & quis iudex possit inquirere ad promotionem alicuius.vsque ad ver.& tunc recipiat.vbi secundo loco glo.examinat qualiter debeat procedere,& soluit quasdam quęstiones, seu dubitationes circa hoc.tertio in ver.Si vero crimen probat.gl. ponit effectū p̄dictæ inqsitionis, p̄bato, vel nō p̄bato crīe: & decidit vnā dubitationē vsq; ad versi.& cum proceditur. ibi.glo. declarat an dicto casu necessaria sit admonitio.Sexto,principaliter in ver. Item nunquid reus.glo.quærit, vtrum in inquisitione habeat locum reconuentio. Septimo, principaliter in ver.itē testes.gl. decidit aliam.q.circa testes vsq; ad ver. item & aliud potest. & ibi glo. Octauo loco,principaliter instruit iudicē si nō vult procedere per inquisitionem, quid agere debeat. Nono,gl.in vers. q̄ si aliquis vsque in finem decidit aliam.q.videlicet quis admittatur ad promotionem inquisitionis. In fine glo.dic,licet hæc glo. in se, vt ostensum est, sit clara, & ordinata quo ad eius literalem intellectum, & satis etiam ordinata respectu intentionis ipsius: tamen respectu materiæ, quæ satis diffusa est, & debiti ordinis retinendi, hæc gl.nō procedit doctrinali, aut magistrali ordine. & doct. etiam magis inordinatē procedunt in hac materia. Vnde, vt hæc omnia suo debito loco tradantur, & reperiri valeant, & vt longę inqsitionis labor absit; ex materia à diuersis doc. sententijs hinc inde tradita: quia materia est valde vtilis, & quotidiana; prosequar per ordinem decem & octo principalia membra. Primum,erit de diuisione, & speciebus ipsius inquisitionis.Secundum,versabitur circa diffinitionis, seu descriptionis vniuscuiusq; speciei prout magis conueniens erit. Tertio,tractabitur, quale sit inquisitionis iudicium, ordinarium scilicet, an extraordinarium. Quarto, an iudicium inquisitionis ab alijs differat, & qualiter,& in quibus. Quinto,qs possit inquirere. Sexto ad cuius instantiam, seu p̄motionem possit inquisitio formari. Septimo,contra quos possit inquiri. Octauo,super quibus criminibus. Nono,quando possit procedi ad inquisitionem,& quæ sint preambula necessaria. Decimo vbi, seu in quo loco debet inquisitio fieri. Vndecimo, qualiter iudex debeat in ea p̄cedere, & qualis ordo in ea seruandus sit. Duodecimo, vtrum in inquisitione habeat locum reconuentio. Tertiodecimo, qualiter tollatur, seu suspendatur inquisitio. Quartodecimo, quæ pœna imponitur conuicto per viam inquisitionis. Quintodecimo, an,& qua pena puniri debeat inquirens, seu ille ad cuius instantiam inquiritur si deficit in probatione. Sextodecimo, an eo, casu quo non probatur crimen contra inquisitū, inquisito sit indicenda purgatio. Decimoseptimo, de quibusdam effectibus in genere præter præcedentes, & de effectu sniæ latæ super inquisitione. ¶ Decimooctauo, & vltimo qualiter finiatur inqsitoris officium. hæc insuper membra distinguam p̄ q̄stiones prout erit expediens, & opportunū ad declarationē vniuscuiusq; prout apparebit in principio cuiuslibet mēbri.j̄.in processu. Et sic per hanc diuisionē hæc materia dilucidius intelligi poterit, vt dicit tex.in.l.1.ff.de doli excep. q̄m vt inquit Cicero primo Rethor. & refert Io.And.s̄.in prin.hu-
54 ius compilationis † partitio illustrē,& per spicuam totā orationem facit. & Seneca epistola.88.in prin. Facilius per partes in cognitionē totius deducimut.
55 vn̄ notanter dicit gl.in proemio insti.† partitio animum incitat, mentem præparat, & memoriā reformat.¶ Primo igitur fm præmissum ordinem videndum est de diuisione,& speciebus inquisitionū; cir-
56 ca quem artic.dic,fm Host.q̄ prima diuisio est,† qa q̄dam inquisitio est gn̄alissima, quæ fit ex mero iudicis officio, videlicet cū in generali, vel p̄uinciali, aut diocesali concilio inquirit de statu prouinciæ, aut prouinciarum, seu diocesis. & de hac loquit.c. seq. & traditur in.c.graue.s̄.de præben. & in auth. de sanc.epi.§.vt autem.col.9. Quædam verò est generalis,quæ fit de statu ecclesiæ,ciuitatis, vel loci; in capite, & in mēbris;vt cū prælatus ex officio visitat, & in visitatiōe inqrit, vt in.c.1.&.c.irrefragabili.de offi.ordi.10.q.1.placuit. &.j̄.de hęreti.excōicam᷑. & in his duabus speciebus, fm Host.non habet locū forma de qua hic in tex. nostro in.§.debet. Tu verò dic de hoc, vt dicam.j̄.in.11.artic. seu mēbro principali.Et aduerte, quia hæc.2.species quandoq; appellatur generalis, quo ad delicta, & quo ad personas.quandoq; appellatur inquisitio generalis necessaria quo ad delicta, & specialis quo ad personas. Item quandoq; appellatur præparatoria, & quandoq; solennis ordinaria, vt apparebit ex.j̄.dicen-
57 dis.¶ Secunda† diuisio est, quia quædam inquisitio est, quæ non concernit crimen; vt cū iudex subijcit rem oculis, & per inquisitionem, aut inspectionem oculorum,aut per oculatam fidem, tanquam faciens rem notoriā,vult se informare,& iudicare, vt di,
58 xi.s̄.in 7.notabili.sicut etiam dicimus,quando† inquirit, seu inquiri facit per inspectionem,an mulier sit virgo, vel corrupta, vt.s̄.de p̄ba.c propósuisti.
59 † vel an sit ita arcta q̄ mulier effici nō possit,vt.c.fraternitatis.s̄.de frigi.& hic motus quandoq;, seu plurimum fit ad priuatam vtilitatem; quandoq; etiam ad publicam. Quædā verò species inquisitionis est, quæ concernit crimen. & hæc subdiuiditur in alias species, quia quædā inquisitio est generalis quo ad personas,& quo ad delicta;vt cum iudex inquirit an in ciuitate sit aliqs criminosus, vt.c.1.s̄.de offi.ord. &.l.congruit.ff.de offi.præsi. & hoc modo etiam potest fieri inquisitio generalis,quæ fit super capite,& super mēbris, seu super statu alicui' collegij, vniuersitatis, vel ecclesiæ, vt.c. qualiter.&.c.cum dilecti.& c.ad petitionē.s̄.eo. Quædam est generalis, quo ad perso-

persōnas, specialis verò quo ad delicta.exemplum,
reperitur Titius interfectus, iudex inquirit qui ipsū
interfecerit, & de hac in.l.1.C. de exhib.reis.l.inci-
uile.C.de furt.& in.l.idē est.§. pen.ff.de condic. ob
turp.cau.sm Bal. quæ tamen iura non multum pro-
bant;sed melius ꝓbat.d.l.congruit.&.d.c.1.de offi.
ord. Quædam inquisitio ècontra est generalis quo
ad delicta, & specialis quo ad personas;Exemplum,
qñ iudex inquirit contra aliquam certam personam
diffamatam in genere, vt puta inquirit contra tuto-
rem generaliter diffamatum, vel contra prælatum
gñraliter diffamatum,vt.j.de collu. detegen.c.fi. &
ꝓbatur etiam hic in exemplo villici generaliter dif
famari, sm Ang. Item secundum Bal. quando epūs
visitat aliquod monasterium,& inquirit singulariter
contra singulos, & generaliter contra vniuersos, an
aliqui malefecerint, pp quod monasterium debeat
reformari, de qua in.c.per inquisitionem.s.de elec.
&.s.de confes.cū super.secundum Bal.sed melius fa
cit sm Bal.c.1.§.fanè.& seq.de censi.lib.6.Quædam
inqsitio est specialis quo ad delicta, & specialis quo
ad personas.verbi gratia. Inquirit iudex contra Ti-
tium diffamatum ꝙ interfecerit.S. Addit etiā Ang.
in repe.l.si vacantia.C.de bo.vac.libr.10.duas alias
species, quæ tamen satis comprehenduntur sub præ
cedentibus. Vna est generalis, quo ad personas de
necessitate,& specialis quo ad delicta, videlicet quā
do iudex inquirit contra aliquod castrum, vel villā
in qua delictum est perpetratum. Alia est generalis
necessaria quo ad delicta, & specialis,quo ad perso-
nas; vt cū visitator inquirit contra homines in gene
re in ecclesia existentes, vel aliquos in specie. Vel
syndicus alicuius potestatis,vel officialis inquirit in
syndicatu generaliter contra ipsum officialē,& eius
familiam. Et sic patet ex.s.dictis, ꝙ inquisitio non
fit semper super crimine ad puniendum; sed quan-
doq; ad inueniendum,vt traditur in.c.bonæ.2.s.de
elect.& ibi per Zab. Et aduerte quia. secūdum Gof.
60 Io.And. D.Ant.& Zab.hic † inter generalem inqui
sitionem, quæ fit super statu, & specialem, quæ fit
contra certam personam sunt plures differentiæ.Pri
ma colligitur ex tex.nostro in.§.debet respectu cita
150 loco commissum; maximè, quia† statuta nō sunt localiter intelligenda, vel specialiter respectū certarū personarum, vel certorum gestorum; imo generaliter respectū omnium locorum, in quibus statuenti est attributa potestas, vt respectū omnium gestorū & personarum de quibus, & in quas statuentes habuerunt potestatem prouidendi, vt. l. 2. C. de legib. & l. iura verò in singulas. ff. de legi. Cum ergo specialiter prouidendo, posit statutum ligare subditū delinquentem extra territorium ad certam pœnā; minimè videtur dicendum, quòd statutum simpliciter. & generaliter loquens non posset obligare ad dictā pœnam, cum non posit congrua differentiæ ratio assignari. ¶ Nec obst. si diceretur, quòd in dubio videtur statuisse de perpetratis extra territorium, vt d. c. 2. §. statuto. de consti lib. 6. Nam secundum eū, hoc etiam posset retorqueri contra Bart. vt etiam respectu processus non posit fieri inquisitio, cum verba generalia videantur restringenda ad delicta commissa intra territorium, nō extra. ¶ Non obst. quòd quantum ad ordinationem iudicij debemus inspicere

cere locum vbi iudicium agitatur, quia hoc conce-
dendum eſt, quãdo poſſet procedi in loco pr̨edicto.
Sed hoc caſu non poteſt procedi per inquiſitionem,
quæ non eſt permiſſa de iure communi, nec etiam vi
detur permiſſa ex dicto generali ſtatuto, ſi ſtatutũ re
ſtringendum eſt ad delicta cõmiſſa intra territoriũ.
Concludit ergo Ange. in prædicta diſputatione, ꝙ
ſi delictum extra territorium perpetratũ, eſt tale, ꝙ
de eo poſſit inquiri de iure communi, ꝙ tunc iudex
loci originis ſine dubio poteſt inquirere. & idem ſi
intra territorium delictum ſit perpetratum; licet in
loco exẽpto, vt eſt tex. ſingularis, q eſt melior qui ſit
in iure ſecundum eum, in. d. l. ſi quis in hoc genus. C.
de ſacroſanct. eccle. Et idem ſi potentia inquirendi
competit ſolum ex forma ſtatuti, nõ obſtãte, ꝙ ſta-
tutum loquatur ſpecialiter de delicto cõmiſſo extra
territoriũ. Et ideò in hac parte dicit inherendũ opi.
Cyn. nam ex quo de maleficio commiſſo attributa
eſt poteſtas cognitionis. & punitionis, non ſolum iu
dici loci, vbi maleficium eſt commiſſum; ſed etiam
cuilibet iudici, cuius forum delinquens ſortitur. &
ſequitur in. l. 1. C. vbi de cri. agi opor. &. ff. de interd.
& relega. l. relegationum. §. culeos. ¶ Quantum autẽ
attinet ad impoſitionem pęnæ, cõcludit Ang. ꝙ vbi
ſtatutum expreſſè; & ſpecialiter prouidet de pœna
maleficij cõmiſſi per ſubditũ extra territorium, di-
cit idem Bart. Et idem dicit ſi maleficium eſt tale, ꝙ
non poſſit committi niſi extra territoriũ. Exemplũ
in portantibus frumentum contra prohibitionẽ ſeu
decretum. facit. l. 3. §. transfugas. ff. de ſic. &. ff. de ca-
pti. & poſtli. reuer. &. l. poſtliminũ. §. transfugæ. &.
d. l. fi. C. de commer. & merc. Et idem dicit ſi delictũ
poteſt committi tam extra, quam intra territoriũ.
Nam poterit inquiri; & puniri, ſecundum leges ſta-
tuentes, ex quo ſuppetit poteſtas. Fallit ſolũ in vno
caſu, videlicet quando ſtatutum principaliter impo
neret pœnam talem, quę ſecum traheret executionẽ
abſq; miniſterio hominis, quia tũc niſi ſtatutũ gene
rale ad illud ꝓrigeret, nec ſpeciale aliquid operare
151 tur, & † ita intelligit d. §. ſtatuto, per quẽ Bar. funda
bat opi. ſuam, vt ſtatuta generaliter loquentia nõ ex
tenderent vires ſuas ad maleficia extra territorium;
quia hoc eſt falſum vt. ſ. oſtenſum eſt. pro quo etiam
152 facit, quia † tantũ debet operari generalis prouiſio,
quo ad genus, quãtũ ſpecialis quo ad ſpeciem. Solũ
autẽ fallit in caſu. d. §. ſtatuto. & in omnibus alijs ſi-
milibus caſibus, in quibus ex forma ſtatuti, delictũ
traheret ſecum executionem. Nec dicendum eſt, ſe-
cũdũ Ang. prout dicit Cy. quod ſpeciale ſit in ſentẽ
tia excommunicationis; & ratio prædictæ fallentiæ
eſt in promptu ſm eum; quia vbi ſtatutũ quo ad pœ
nã trahit ſecum executionem, tũc ſtatuens ſuum ſta
tutum exequitur principaliter, & directè extra terri
ritorium, quòd facere non poteſt. vt. l. fi. ff. de iuriſ.
om. iud. &. l. cum vnus. §. fi. ff. de bo. autho. iudi. poſ.
153 quoniam † lex, & ſententia ęquipollent, vt. ff. de ma-
nu. l. ſeruus hac lege. Sicut ergo iudex ſua manu; aut
per executores ſuos extra ſuũ territorium ſentẽtiam
exequi non poteſt; ſic non poteſt per ſtatutum ali-
quã pœnam imponere cõtra ſubditum extra territo
rium exiſtentem, quæ vna cum delicto trahat ſecum
executionem, quia non poteſt fieri per legis cenſurã
ꝙ non poteſt fieri per ſentẽtiam. Et ex prædictis in-
154 fert Ang. ꝙ ſicut † epiſcopus non poteſt clericũ ſub-
ditum ſuum extra ſuum territorium delinquentem,
& extra territorium exiſtentem per ſtatutum excõ-
155 municare, vt. d. §. ſtatuto. ita † nec per ſententiam, ne
plus poſſit ſententia, quã ſtatutũ, quãquã Fede in ſen
tentia excõmunicationis aliud tenuerit ſecundũ eũ.
156 Et ex prædictis etiam infert, ꝙ † mulier gentiũ Ro-
manorũ, quæ apud hoſtes exiſtens ſui corporis quæ-
157 ſtum, facit, non eſt illicò infamis. Et ſimiliter nec †
ille qui apud hoſtes locauit operas ſuas, vt pugnaret.
cum beſtijs in arena, ne ſtatutum iuris ciuilis Roma
norum, quod ſecum trahit executionem, effectũ por
rigat extra territorium, quod eſt impoſſibile, vt di-
ctum eſt. Et prædicta dicit vtilia ad alia plura, quæ di
ligens inueſtigator poteſt videre. Sed tu aduerte cir
158 ca pr̨edicta. nam poteſt duplex oriri quæſtio. vna †
vtrum ſtatutũ, vel ſententia liget exiſtentẽ extra ter
ritorium ſententiantis, & in hac q. ſunt etiã alię opi.
de quibus dicã in. c. a nobis. ⁊. de ſent. excõ. & tradit
per d. Domi. in. c. 2. de conſti. lib. 6. Et tradit plenè
D. m. in. c. fina. de foro. compe. & vide quod ibi dixi
159 latè in. 7. q. prin. ¶ Secunda quæſtio, † vtrum poſſit
formari inquiſitio. circa quam dic, quòd aut eſt tale
delictum quod poteſt puniri ex forma ſtatuti etiam
delinquens extra territorium, & poteſt iudex origi-
nis inquirere. Si vero eſſet tale delictũ, propter quod
ratione pęnæ a ſtatuto tali delinquenti impoſitæ de
linquens extra territorium non poſſet puniri; poſſet
iudex originis inquirere, non ad hoc vt puniat, ſecũ
dum formam ſtatuti illius loci, vel ſuæ ciuitatis; ſed
benè poſſet inquirere addendo in inquiſitione, vt di
cit Bar. quòd intendit inquirere ſuper prædictis ſecũ
dum formam ciuitatis cui pręeſt. Punire verò, & cõ-
demnare intendit ſecundum formam iuris. Sed intel
ligendum puto, quando tale delictum eſſet punibile
in illo loco. Secus autem ſi non eſſet punibile in illo
loco. puta quia interfecit bannitum illius loci, quẽ
ibi licitum erat interficere. Nam tunc non poſſet
inqrere in proprio domicilio; circa ꝙ vide, ꝙ latius
dixi in. c. fi. de foro compe. & ſic habes expeditã hãc
160 difficilẽ q. ¶ Duodecimo quæro. Pone, † in ciuitate
Lucana etiã ſunt duo officiales, Poteſtas. ſ. & Capita
neus, Vnus cepit furẽ, & alter vult inqrere; q̃ritur an
poſſit? Sol. dicit Bal. ꝙ non quia iſte qui vult inquire
re eſt præuentus per realem citationẽ alterius, vt. l. ſi
quis poſtea. &. l. vbi cæptum. ff. de iudi. & hoc voluit
Bald. in auth. ſed nono iure. C. de ſer. fugi. ſubdit ta-
men, ꝙ ſi non opponeretur de præuentione alterius,
ꝙ valeret proceſſus; cũ iſta ſit declinatoria fori. alle.
no. per Inno. in. c. cũ. M. ſ. de conſt. ¶ Tertiodecimo
161 quęro † Datus eſt inquiſitor a Papa, eſt negligens in
inquirendo, an legatus generalis poſſet ei mandare
ꝙ procedatur. Sol. videtur dicendum, ꝙ nõ arg. c. ſtu
duiſti. ſ. de offi. leg. Guil. Naſo, vt refert Spec. in tit.
de inqui. §. 1. verſi. ſed pone, tenet, ꝙ poſſit, quia ex
hoc nulli ſit præiudicium, arg. c. conſtitutus. ſ. de ap
pel. ipſe tamen Specu. tenet contrarium, & remittit
ſe ad not. in tit. delegato. §. nunc oſtendendum. ver.
33. Et circa hãc q. vide legiſtas Cy. Pet. Bal. & Doct.
in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi op. & per
Ioan. And. & doct. in. c. fi. ſ. de reſcript. & vide ꝙ ibi
dixi in cle. 1. de foro cõpe. ¶ Quartodecimo q̃ro, an
162 † officiales ſeu vicarji epõrum, vel archiepiſcopo-
rum

rum poſsint inquirere.Sol.Specu.in tit.de inquiſi.§.
1.verſi.quid de officialibus.dicit,quòd licet ratione
officij ſui poſsint ordinariè cauſas cognoſcere, ta-
men ſuper criminibus non poſſunt inquirere,& præ
latos ab adminiſtratione remouere;quia ex generali
commiſsione hęc minimè transferunt. allegare ex-
trau.dudum.Alex.4.ſituatam olim ſub tit. de appel.
Et ita dicit Spec.fuiſſe obtentum.facit.c. Romana.
in fi.de offi.ordi.lib.6.Sed vt dicit Ioan.And. ibi in
addi.nos hodiè non habemus illam extrauag. ſed lo
co illius habemus.c.licet,de offi. vic. lib.6. quod ex
illa extractum eſt,vt ibi dicit glo.& vult illud:c.licet
quòd ex generali commiſsione vicarius non poteſt
inquirere,punire,& corrigere,ſeu deponere. Sed tu
aduerte,quia Ioan.Monach.in d.c. licet.in addi.ſub
163 alijs terminis, videlicet, † an generalis vicarius epi
poſsit inquirere de crimine vſurarum.Primo arguit,
quòd non ex generali mandato;per illum text. c. li-
cet. vbi tex.expreſſè dicit, quod poteſtatem inquirē
di,puniendi, aut corrigendi non habet ſine ſpeciali
mandato, & diſiunctiuè ponit poteſtatem inquiren
di a poteſtate puniendi;ergo neutram habet, vt.l. ſi
is qui.§.vtrum.ff.de reb.dub.Idem tamen Ioan.Mo-
nach.tenet contrarium, vult enim, quòd licet pote-
ſtatem non habeat puniendi;tamen habeat inquirē-
di,ad finem,vt ſuperior referat,vt puniat; & ad text.
164 c.licet reſpon.quòd illa† dictio,ſeu, non ſtat diſiun
ctiuè,ſed coniunctiuè,& copulatiuè: propter quod
oportet quòd vtraq; pars ſit vera,vt.d.§.vtrum.&.ff.
de auro & argen.leg.l. ſi quis itaq; pro cuius reſpon
ſione facit quod not.gl.in verſi.figura.in fi. in cle.ſę
pe.de verb. ſign. & quod not.gl.2.in c.2.de confeſſ.
lib.6.& quod not.in.l.cū quidam.C. de verbo. ſign.
quod no.in verſic.prolata.2.q.1.in primis. & ibi Ar
chi.& Ioan.Andr.c.quamquam.de vſur.lib.6.vel po
165 teſt reſponderi ſecundum Ioan.Mon.quòd ibi† di-
ctio,aut,ponit expoſitiuè;& ſic exponitur pro ideſt
166 pro cuius dicto allego,quia† quotieſcunq; alternati
ua ponitur inter duo,quorum vnum congruit diſpo
ſito,alterum non, exponitur pro ideſt,vt not. ſuper
verſi.de iure.in c.Cumana.de elec.& glo. in.l. aduer
ſus.C.de rei vē.&.ff.de repud.l.2.&.l.2.ff.ad.l.Aqui.
cum ſimi. Item mouetur per contingentiam caſus,
de quo in dicta extrauagan.dudum,ſecundum quòd
figurat gl.1.in.d.c.licet. Vbi dicitur, quòd quidam
officialis epiſcopi depoſuerat quendam abbatem;&
ſic concludit Ioan.Mon.quòd officialis epiſcopi ex
officio ſuo de omnibus cognoſcere poſsit; de qui-
167 bus poſſet ad partis inſtantiam;cum† ipſius officia-
lis,& epiſcopi regulariter ſit idem conſiſtorium. vt.
2.de conſue.lib.6.& in.c.Romana.in princip. de ap
pel.lib. 6. Sicut ergo epiſcopus poteſt cognoſcere
per viam inquiſitionis,vt in.c.fi.de offi.ordi.&.ſ.di
xi.ita & eius vicarius. Sed ideò ipſe vicarius non po
168 teſt punire,quia ſicut† ſine ſpeciali commiſsione be
neficia conferre non poteſt; ita nec poteſt ſine ſpe-
ciali mandato remouere ab adminiſtratione,ad hoc
vt inde proueniat curę priuatio,vnde proceſsit con-
ceſsio,vt in auth.de defen. ciui. poſt principium.&
tenent Do. de Rot. vt refert. D.m. in.d.c.licet.463.
q.quę incipit,itē ꝙ ſeruetur. Sed dicit Io. And. in d.
c.licet in nou. ꝙ illud coīter nō approbatur. nec eſt
bona expoſitio.Ioā. Mon.ꝙ ſtet copulatiuè, cū illa
ſtet propriè alternatiuè, vt c.ſtatutum.§. 1.&.2.de
reſcript.lib.6.& c.cum nullus. 1.&.2.reſpon.de tem
po.ordi.lib.6.&.d.l.ſi is qui.§.vtrum.cum ſimi.& di
cit,quòd ita tenetur apud grammaticos. Nec obſt.
ſecundum Ioan.Andr.prędicta extrauag.vbi diceba
tur de depoſitione abbatis;quia licet d. c. licet.po-
tuerit occaſionari ab illa extrauag.tamen ibi nō po-
nuntur verba illius extrauagantis,nec etiam caſus il
le,& ſic patet, quòd non reſtringit ſe ad illam. Nec
obſt.quod dicit Ioan.Mon. quòd epiſcopus hoc po
teſt;ergò & vicarius.quia propter dictam rationem;
quę potuiſſet inducere dubitationem; emanauit illa
decre.licet.& c.de offi.vic.lib.6. quæ iura deſtruunt
dictum arg.ſecundum Ioan.Andr.Lappus ab.dixit,
quòd licet vicarius epiſcopi non poſsit inquirere de
exceſsibus ſubditorum,& delinquentes punire, ſine
ſpeciali mandato, vt in.d.c.licet, tamen videtur ꝙ
poſsit inquirere non vt puniat;ſed vt referat ſuperio
ri;vel vt delinquens corrigat, & emendet quod ma-
lè fecit.vt ſi inquirat contra vſurarium,vel raptorem
vel alium delinquentem,non vt puniat,quia non po
teſt ſine ſpeciale mandato,vt.d.c.licet.vel ad conſe-
quendum intereſſe partis,quod non poteſt etiam cū
ſpeciali mandato.ſicut nec poſſet epiſcopus ex offi-
cio ad priuatam vtilitatem. de quo latius dicam. ī
in.8.articulo,ſeu membro principali. ſed ſolum poſ
ſet ad intentionem.quòd delinquens pœniteret. Fa
cit quòd not.Ioan.Andr.poſt Inno. in c. ad noſtrā.
ſ. de iureiur.& c.cum C. laicus de foro compe. lib.
6.dicam latius in.d.8.artic.principali.nam hoc vide
tur poſſe facere vicarius etiam ſine ſpeciali manda-
to;& hoc innuūt illa verba corrigendi,aut puniendi
poſita in.d.c.licet. poſt verbum inquirendi,ſecundū
Lap:Sed dicit Ioan.de Fantu.quòd per not.in dictis
iuribus, non videtur benè probari principale dictū
Lappi.Sed pro dicto Lapp.d.Do. allegat c.conſtitu
169 tis.cum ibi not.ſ.de appell.vbi patet,quòd† qui nō
poteſt cognoſcere de appellatione interiecta ad Pa
pam,poteſt ſe intromittere & inquirere ad finem vt
illam inſtructam mittat ad ſuperiorem,& in hoc re
ſidet do.Domini.Ego audiui quòd curia ſeruat præ
dictam opin.Ioan.Mona.& Lap. Vnde pro prędicta
obſeruantia;licet tex.in d.c.licet prima fronte videa
tur concludere pro opin. Ioan. And. tamē pro dicta
opi. Lap.facit,quòd notatur in.c.maiores.ſ.de bap.
&c.vt debitus.in fi.ſ.de appel. & melius in. l.fin.C.
170 vbi ſena.vel clariſ.vbi tex.vult,ꝙ† rectores prouin-
ciarum poſſunt cognoſcere de criminalibus cauſis
illuſtrium. cum hoc,vt ſi videatur tales abſoluendos
poſsint illos abſoluere. Sed ſi viderent illos conde-
mnandos,ſeu puniendos non poſſent illos nec con-
demnare,nec punire;ſed debent referre cauſam prin
cipi.Et qua deciſione poſſet inferri vna notabilis cō
171 cluſio ad.d.c.licet.videlicet, ꝙ † vicarius generalis
epiſcopi poſsit inquirere ad publicam vindictam ex
generali mandato,vt non ſolum cauſam inſtructam
referat epiſcopo,quòd facere debet; quādo videret
inquiſitum condemnandum;ſed vt abſoluat, quādo
videret abſoluendum, quod facere poteſt abſq; alia
relatione, arg. d.l.fi. C. vbi ſena. vel clariſ. quod eſt
nouum. Et prædicta notabis pro his quæ dixi in. c.
2. ſ.co.Poſſet tamen inſurgere notabilis dubitatio,
vtrum eo caſu,quo vicarius cognoſcere condemnā-
dum

dum,& propter hanc causam referret episcopo, vel
172 superiori, †an episcopus, vel alius superior ex eadẽ
inquisitione sine nouo processu, cõdemnare debeat
inquisitum.de quo dubio dicam in.15.articulo prin
cipali.versi.Item aduerte circa prædicta, quia inquã
173 tum.s.dixi.quòd † vicarius episcopi non potest in-
quirere ad finem, vt puniat; debet limitari, vt dicit
glo.fi.in.d.c.licet. nisi aliqua similia prędictis, vel
maiora prędictis simul in commissione generali fuis
sent specialiter commissa vicario. vt puta si commit
teretur collatio beneficiorum,& aliæ similes,seu ma
iores.Ad quòd vide quòd not.in.c. qui ad agendum
de procur.lib.6.& quòd latissimè dixi io cle.nõ po-
test.de procur.Et vide Lap.in.d.c.licet.& d.Do. ibi
in fi.vbi etiam quærit,quid si fuit datum mandatum
generale, & fuit aliquid exceptum. vt puta fuit ex-
cepta potestas conferendorum beneficiorum. Tu vi
de latius in simili in.d.c.qui ad agendum, & quòd la
tissimè dixi in.d.cle.non potest. & quod etiam teti-
gi in cle.fi.de sequestr.pos. & fruct.in articulo de sta
tuto remouente exceptiones contra instrumentum,
vel testamentum guarantigiatum, vide etiam quòd
traditur in simili in c.sedes. s. de rescript. Aduerte
etiam, quia videtur, quòd vicarius possit inquirere
in casu c.vt officium.§.fin.&c.commissi.& c.fi.de hæ
reti.lib.6.& sequitur Ioan.Andr. in.d.c.licet in no-
uel.Item vlterius aduerte circa prędictam opi.quòd
vicarius non possit inquirere,vel si potest, nõ possit
nisi ad finem vt referat,vel vt absoluat,vt. s. dixi.ar-
bitror enim prædictam opi.veram in vicarijs eccle-
174 siasticis; sed†in vicarijs temporalibus,seu seculari-
bus perpetuis,qui eliguntur in locum absentium, &
viuentium.Item etiam in his qui eliguntur in locum
175 morientium,qui†appellantur.vicarij suffecti,arbi-
tror non procedere quod dictum est,arbitror enim
quòd tales possint inquirere in omnibus casibus, &
criminibus,in quibus regulariter datur potestas in-
quirendi, & ex quibus non venit imponenda pœna
vltimi supplicij,aut mutilationis membri. Moueor
quia tales habent ordinariam, & possunt omnia quæ
pertinẽt ad iurisdictionem rectoris prouincię, prę-
ter vltimum sopplicium,& membrorum mutilatio-
nem, vt. l. 1.C.de offi. eius qui vicem alte. ge.& in
auth.de col.§. quia vero. tenet Azo in sum.in tit.de
offi.vica. §.1.post principium.¶ Item aduerte,quia
quod dixi de vicario episcopi, arbitror etiam limi-
tandum,quòd procedat respectu pœnæ imponendæ
vel respectu cõdemnationis fiendæ in casibus, in qui
bus non possit inquirere, propter defectum pœnæ
imponendæ, quia ad illam non haberet iurisdictio-
nem.vt puta, si vellet inquirere ad publicam vtilita-
tem:secus si ad priuatam,in casibus,in quibus potest
inquiri ad priuatam vtilitatem, de quibus dicam in
9.artic.principali.Item arbitror limitandum,si prin
cipaliter vellet inquirere;secus si incidenter,arg.eo-
rum quæ dictã sunt.s.eo.artic.ver.octauo quæro.Et
intellige hanc limitationem secundum quod ibi di
xi,& latius dicam in.c.super his.j.de pœnis. Posset
176 etiam attentari quòd † vicarius generalis possit in-
quirere & punire,dummodo pœna non tenderet ad
priuationem,seu depositionem ab officio, vel ab ad
ministratione,vel ad aliquod maios.secus, si tẽderet
ad pœnam pecuniariam,vel quid simile.&hoc argu
mento a cessante ratione facto.s.per Ioan. And.per
c.fi.de officio vic.lib.6. Hoc tamen non audeo affir
mare propter generalitatem text.c.licet. dum dicit
177 puniendi; nisi diceremus, quòd† dictio, seo. po-
sita ibi per verbum excessus,stet copulatiuè, prout.
s.dixi de dictione,aut.& ꝙ dictio, seu,possit quan-
doq; stare copulatiuè,not.Ioan. And. post Host. in
c.ex parte.s.de resti.spol.vel expositiuè,vt not.in.c.
Romana.§.2.de ap.lib.6.¶ Decimoquinto quæro,
178† omquid in casibus in quibus vicarius possit inqui
rere ex speciali mandato dicatur habere delegatam
179 vel ordinariam iurisdictionem. Nam † regulariter
quilibet vicarius dicitur habere ordinariam, non de
legatam, vt in cle.1.de offi.vica.Sol.Lap. & post eũ
d.Dom.in.d.c.licet.videntur velle,quòd habeat de-
legatam.Idem etiam videntur velle Iono.& Host.in
c.1.de offi.archipręsby. & Archid.in.c.1.de offi.vi-
ca.lib.6.& Lap.in cle.1.de hæreti.Sed tu omnino vi
de Ioan. Andr: in addi. Spec.in tit. de offi.vica.vbi
aliter distinguit,& quia non est principalis materia
oostra, vide etiam.d. De Rot.decis.42.Et aduerte,
180 quia hoc † est magni effectus, maximè respectu ap-
pellationis interpositæ, quia si haberet delegatam
posset appellari ad episcopum; secus si ordinariam,
vt.c.2.de consue. lib. 6. & vide quæ latè dixi in c.ad
abolendam.in fi.j. de hęreti.& facit quod statim di
181 cam in.q.seq.¶ Decimosexto quæro,† vtrum capi-
tulum sede vacante episcopali possit inquirere. Sol.
hanc q.ponit gl.in verbo capituli.In clemen.1.de hę
reti.vbi refert opi.pro vtraq; parte. Pro affirmatiua
parte quòd possit, mouetur primo, quia episcopus
hoc potest,& est iurisdictionis, in qua succedit capi
tulom sede vacante, vt c.cũ olim.s.de maio. & obe.
& in.c.vnico de maio.& obed.lib.6.ergo capitulum
hoc poterit,ne alias delicta remaneant impunita se-
de vacante allegat etiam.c.fi.de supplen.negl.præla.
182 lib.6.vbi,† visitator datus a metropolitano, a quo
certus casus excipitur,in alijs videtur potestatem ha
bere,quasi per exceptionẽ firmetur regula vt.l.quæsi
tum.§.deniq; Neratius.ff.de fundo instructo.&.32.
q.7.in.c. dominus. Cum autem metropolitanus ni-
hil habeat, nisi de iure transfuso de capitulo in me-
tropolitanum; ergo capitulũ prius habebat. Faciũt
etiam ea quę per Inno.not.in c.ad abolendam.j.de
here.In contrarium verò glo.in d.cle.1 allegat.nam
hoc non reperitur iure expressum quod hoc compe
tat capitulo sede vacante ergò hoc non est ei attri-
buendum,vt in.c.2.s.de transla.pręla.Secundo mo-
183 uetur; quia†licet capitulum conseruet iura episco-
patus,& ius reddat accusantibus, & denuntiantibus.
12.q.2.c.charitatem &.c.illud.nõ tamen visitat;sed
ille datur a Papa.41.dist.in.c. obitum. & hoc aperte
videtur probari;quia ecclesia vacans destituitur visi-
tatione;& sic capitulum nõ habet dictam potestatẽ.
Ad illud tamen. c. dicit Archi. posse responderi, ꝙ
verbum destitutæ ecclesiæ. positum io.d.c. obitum.
non respicit inquisitionem;sed vacationem ecclesię
184 vt.s.de elect.in.c.ecclesia.1.2.Item.†capitulum est
necessarius,non voluntarius administrator,& sic vi-
detur non posse illud,quod non incumbit necessariè
administrationi.& hanc opi. tenet Ioan. Mon. in.c.
fin.de supplen.neglig. prelato.lib. 6. Sed Archid.in
c.pen.eod.tit.& lib. non elegit expressè,videtur ta-
men

men plus adherere primæ opi. affirmatiuæ. q posſit. pro quo facit, ſecundum glo. præallegatam, quia iſte non eſt actus per quem præiudicetur epiſcopo, ſicuti beneficiorum collatio, & alienatio rerum, & perſonarum, de quibus in.c.1.de maio. & obe.lib.6.d. c.olim.&.12.q.2.ſi qua de rebus.&.c. fraternitatem. Sed finaliter glo. præallegata concludit, quòd iſte articulus indigeret declaratione. nititur concordare opin. dicens, q volens tenere opin. Io.Mo. poſſet dicere. q opinio ſua procedat in viſitatione gnali; ſeu in quiſitione. quæ fit ſuper ſtatu tam capitis, quam membrorum alicuius eccleſiæ, vel monaſterij, vel diœceſis Contraria verò opi. habeat locum in ſpeciali inquiſitione; quę fit contra certas perſonas, vel loca. Et hanc eandem opinionem tenet Paul. Sed D.m.in.d. c.cum olim. Indiſtinctè tenet, quòd poſſit etiam generaliter viſitare, & ſpecialiter inquirere, quia etiam inqiſitio generalis, fit ex neceſſitate iuris. 10. q.1.c. relata. &.c. ſopite. ꝭ. de cenſi. Mouetur etiam, per.c. fin. de ſupplen. negli. prælat. lib.6. vbi datur viſitator per Archiepiſcopum, ſi capitulum ſit negligens in exercēda iuriſdictione; ergò capitulum videtur poſſe viſitare, & talem inquiſitionem facere; & hoc dicit admittendum, vbi de proximo non ſperamus q eccleſiæ prouideatur de epiſcopo. vt puta; quia fortè epiſcopus eſt captus ab hoſtibus. ad quod allegat. c. inter cetera. de offi. ord. poſſet etiam hoc contingere ſi ſedes Apoſtolica vacaret. & hæc opi. plus mihi placet. Sed iuxta pdicta oritur difficilior, dubitatio

185 & quæſtio; videlicet, † vtrū capitulū ſede vacāte poſſit inquirere contra monaſteria monialium exēptarum, quæ viſitat epiſcopus authoritate Apoſtolica, vt in cle.2. de ſta. regula. refert Collect. in. d. c. cum olim. ꝭ. de maior. & obe. q cum hæc quæſtio eſſet de facto, doctores in cancellaria congregati varias habuerunt opiniones, & tandem varij receſſerunt, ipſe tamen videtur concludere, quòd ex neceſſitate poſſit. Lapp. abb. conſuluit contrarium, & ita refert reſpondiſſe Ioan. And. cum in hac quæſtione conſuleret. Mouetur, quia capitulum nō ſuccedit in his quæ iure ſpeciali competunt epiſcopo, & ideò non ſuccedit in poteſtate cognoſcendi de feudo, vt.c. verum. ꝭ. de foro compe. & pro hac opinione facit, quòd tradit Inno. in.c. ad abolendam. de hæreti. vbi vult, quòd capitulum ſuccedat in his, quę competunt epiſcopo iure ſuo ordinario. Idē Fede. cōſilio. 29. facit c. paſtoralis. §.1. ꝭ. de offi. ordin. vbi, mortuo epiſcopo delegato expectatur ſucceſſor, non autem cognoſcit epiſcopus; licet quidam contra. Sed plus placet

186 D.m. præcedens opinio. Mouetur, quia† capitulum ſuccedit epiſcopo propter communionem quæ eſt inter ipſum, & epiſcopum; quoniam vnum corpus cenſetur, vt.c. nouit. & cap. quanto. ꝭ. de his quæ fiūt a præla. ergò non ſuccedit in his, quę competunt epiſcopo ſoli iure ſpeciali. & in hoc reſidet. D. m. in. d. c. cum olim. Sed tu aduerte, quia hæc deciſio videtur eſſe dubitabilis, & videtur poſſe attentari contrariū;

187 quia iſta eſt regula, quòd† quotieſcunque fit aliqua conceſſio per quam recedamus a iure ſpeciali, & redeamus ad ius commune, ſemper fit latiſſima interpretatio etiam contra propriam naturam. iſta eſt gloſſa ſingularis, quam perpetuò memoriæ commendabis, in verſicu. numerandum. in.c. ſtatutum. de præ-

188 ben. lib.6. & facit, quia† res de facili reuertitur ad naturam ſuam. 35. diſtinct. c. ab exordio. & .l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. Cum ergo de iure cōmuni epiſcopus haberet fundatam intentionem ſuā a iure cōmuni in omnes eccleſias, & monaſteria diœceſis ſuæ. 16. q.7.c. omnes baſilicæ. 10. q.1. tegenda. &. ꝭ. de officio ordina. per totum. Exemptio ergo facta ab ipſo de aliquo monaſterio, vel eccleſia eſt contra ius commune. Cum ergo Papa poſtea concedat poteſtatem viſitandi epiſcopo; licet concedat authoritate Apoſtolica, videtur dicendum, quòd hoc latiſſimè ſit interpretandum & ſic; vt capitulum ſede vacante hoc poſſit. Ad idem facit, quòd in ſimili notāt doct. in cap. penul. ſuper glo. fi. ꝭ. de reſcript. vbi vo-

189 lunt, quòd† licet prælatus renuntiando, vel alienando non poſſit præiudicare eccleſiæ. niſi in his quæ ſunt parui præiudicij. 12. q. 2. c. terrulas, & traditur in.c. ſine exceptione. ea. cauſa & q. tamen fallit ſi renuntiando, vel alienando rediretur ad ius commune quia poteſt etiam in grauibus præiudicare, iuxta no. in.c.1. coniuncto. c. fi. de pactis. lib.6. & tenet Federicus conſi. 89. & in ſimili not. glo. in clemen. ſępe. de ver. ſigni. facit etiam quod notat Bald. in. l. ſi quis ad declinandam. in. fi. C. de epiſcopis & clericis. in no-

190 ua. lect. vbi vult, q † in caſibus in quibus alias videtur neceſſaria clauſula, non obſtante; talis clauſula non eſt neceſſaria, quando per id quod diſponitur reditur ad ius commune. Ad prædicta etiam adduco quod in ſimili tradit. D.m. in. c. cum acceſſiſſent.

191 ꝭ. de conſti. verſi. Item not. vbi vult, quòd † licet regulariter inferiores prelati nō poſſint diſponere cōtra conſtitutionem ſuperioris, vt dixi latè in cle. ne Romani de elect. & in.c. cū inferior. de maio. & obe. & in.c. fi. ꝭ. de conſue. & ibi D.m. & doct. tamen a cōſtitutione, ſeu ſtatuto facto per Sedem Apoſtolicam preiudicatiuo, ſeu contrario iuri communi; videtur, quòd inferiores prælati conſtituendo, & redeundo ad ius commune poſſint diſponere ſine authoritate ſuperioris. q etiam videtur voluiſſe Bart. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. Sed Bald. contrarium. Ex prædictis igitur, videtur inferendum, quòd capitulum poteſt etiam viſitare, & inquirere contra monaſteria & moniales exemptas ſede vacāte. Et ad prędicta vide, quæ ſcripſi in.c. ad abolendam. in. fi. ꝭ. de hære. & in diſputatione mea. quæ incipit. A. Sacroſanctæ, in finali quæſtione. In contrarium tamen facit, quia capitulum ſede vacante non videtur quodāmodo poſſe exercere iura epiſcopalia iuriſdictionalia, quaſi iure quodam ſpeciali, per no. in. d. c. vnico, de maio. & obe. lib.6. ergo per dictam cōceſſionem factam per cle. 2. de ſtatu reg. non videtur dicendum. quòd capitulum poſſit iſtud ſede vacante, cum per talem conceſſionem non videatur ſimpliciter rediri ad ſimplex, ſeu purum ius commune. & ſic ceſſāt argumenta in contrarium formata. & ideò plus placet prędicta deciſio; quòd non poſſit. & prędicta notabis perpetuò; quia nouiſſima ſunt. & præbent ſingulares intellectus ad alias materias. ¶ Decimoſe-

192 ptimo quæro, † vtrum criminoſus poſſit inquirere. Sol. gl. noſtra in verſi. vel quòd iudex ſit criminoſus. dicit, quòd non, per text. 3. q.7. c. indicet. & . 25. diſt. c. fi. 26. diſtin. c. vna. & hanc opinionem tenet Ioan. Tancr. & Goffre. Specul. verò in tit. de iudi. delega.

§. ex-

§.excipitur.versi.item quòd commisit,distinguit,
aut crimen de quo excipitur, est dignum morte; &
debet exceptio admitti;alias secus. Idem dicit ipse
Spec.in tit.de inquisi.§.1. versic. item opponitur
193 inquisitor. quòd † quandiu ordinarius toleratur ab
ecclesia nullus subditorum potest eius indicium,ra-
tione criminis declinare.ꝭ.de cohab.cleri. & mul.in
c.vestra.&.ꝭ. de cleri. excom mini.c. fi.& sic sentit,
quòd iurisdictio ordinarij non possit declinari ra-
tione criminis, secus in delegato. & hanc opinionẽ
sentit ibi Ioan. Andr.allegat pro ordinario.c.nonne
8.q.4.&.d.c.fi.25.dist.& sequitur hic. Do. Ant.Do.
Cardi.Floren.Ioan.de Imo. & idem tenet hic.D.m.
mouetur; quia modus excipiendi,non sufficit ad pri
uationem,vt in.c.super his.ꝭ.eo. facit quod notatur
in.c.2.de ordi.cogni. Delegatus autem benè potest
repelli prætextu criminis,vt.c.sciscitatus.ꝭ.de rescr.
& ibi hanc differentiam sequitur Ioan. Andr.post In
no.mouetur, quia si ordinarius repelleretur prætex-
tu exceptionis; sequeretur absurdũ,quòd in hac cau
sa non esset ordinarius, & in alijs sic. nec debet dici
quòd per exceptionem debeat priuari officio ex to
to.nam per exceptionem nõ debet quis priuari offi-
cio suo,vt dixi,& not.Inno.in.c.inter dilectos.de ex
cess.prælat. & probatur in auth. & super hic. Et.d.c.
2.de ord.cog.In delegato vero cessat hęc absurditas
quia ex toto repellitur per exceptionem ab officio
iudicandi,vt in.d.c.sciscitatus.& vide Inno.in. c. cũ
super. de offi. deleg.& an si non exciperetur de cri-
mine, vel infamia possit delegatus inquirere, & in
causa inquisitionis procedere, adeò quod processus
teneat,statim dicam in.q.20.Et ad prædicta vide D.
m.in.d.c.sciscitatus.& in.c.cum venerablis.ꝭ.de ex-
cep.vbi vult, quòd contra iudicẽ non possit excipi
de crimine,etiam si sit crimen homicidij. Aduerte
tamen, quia quòd dictum est,quòd contra ordina-
rium non possit excipi de crimine,fallit in pluribus
casibus. Fallit primo in exceptione excommunica-
tionis.hoc voluit Inno.in.c.nihil.ꝭ.de elect.& idem
voluit in.c.cum non liceat.ꝭ.de pręscript.& ibi po-
suit rationem huius fallentiæ super gl.1.quia,quam-
uis excommunicatus sit toleratus;tamen non possu-
mus ei communicare sine periculo animę nostræ.
quod periculum non contingit in alijs criminibus
non inficientibus.& idem etiam videtur tenere in.d.
c.cum super.Quid autem si nõ opponatur exceptio
& ipse communi opinione habetur pro non excom
municato,an teneat processus suus. vide omninò no.
q.quæ incipit excommunicatus, qui communi opi-
nione,& vide quę traduntur in.l.Barbarius.ff.de of-
fi.præto.& quòd statim dicam in.20.q. Fallit secun-
do secundum Inno.in notorio simoniaco, & forni-
catore; nam contra ipsum poterit excipi quod non
potest inquirere;& ideò est, quia talibus non debe-
tur obedientia,& licitum est ab eis discedere. 25.di
stinct.in.c.vnum. Et licet hoc dictum Inno.non vi-
deatur iure clarè pròbari;tamen videtur probari ra-
tione,quia tales suspensi sunt ipso iure ab officio, vt
in.d.c.vestra,& in.c.per tuas.ꝭ.de maior.& obe. er-
gò & a beneficio,vt not.glo.in.c.cupientes. de pœ-
194 nis.lib.6.pręterea † obedientia debetur ratione iu-
risdictionis;sed suspensus ab officio est suspensus &
a iurisdictione,vt in.c.cum dilectus.ꝭ.de consue.er-
go &c.qualiter tamen procedat hoc.vide doct.in.d.
c.vestra.Fallit tertio, secundum quod ego infero ex
prędictis generaliter, quandocunq; exciperetur de
crimine quod inducit priuationem potestatis.seu iu
risdictionis ipso facto;verbi gratia, si excipitur sit
condemnatus de crimine infamante quod priuat of
ficio publico ipso facto,vt not.glo.in.l.2.§.miles.ff.
de his qui not.infa.& not.Inn.in.d.c. inter dilectos.
Vel si exciperetur de alio simili impedimento.& ra-
tio est propter cessantem rationem absurditatis, de
qua supra dixi.& hoc tenet gl.3.q.7.in summa.Et ex
prædictis videtur inferendum,quòd exceptio hære-
sis, vel schismatis possit opponi contra iudicem in-
quirentem etiam ordinarium. nam hæretici & schi-
smatici sunt priuati beneficijs, vt.c. excommunica-
mus. de hære. &.c.cum tantum de hæret. lib.6.& fa-
195 ciunt quæ dixi in pręcedenti fallen. Fallit quarto †
in prælato.qui non seruat canones.nam talis non po
test corrigere.nec sibi debetur obediẽtia,hoc singu-
lariter not.glo.2.q.7.c.sacerdotes.quod videtur es-
se valde singulare,sed non placet.D.m.in.d.c.scisci-
tatus.ꝭ.de rescript.ita simpliciter.Sed dicit hoc in-
telligendum in prælato,qui non seruat canones con
temnendo;vt puta, asserendo ecclesiam non habere
potestatem condendi canones.& ita ego intellexi in
c.cum non liceat.de præscrip. Et hoc ideò est, quia
talis debet puniri vt hæreticus,vt not.glo.in.c.in ge
nerali.de elect.lib.6.& doct.in.c.cum non liceat.de
pręscrip. Et hoc ideò est,quia talis debet puniri vt
hæreticus,vt not.glo.in.c.in generali,de elect.lib.6.
& doct.in.c.nam concupiscentiam.ꝭ. de constitu.&
not.gl.in clemen.1.de vsur.aliàs autem effectus esset
nimis durus,& nimis dura esset interpretatio.si gl.il
la simpliciter intelligeretur. Fallit quinto. in præla-
to incorrigibili,& notoriè existente in peccato mor
tali.hoc tenet simpliciter Ioan.And.post Host.in.c.
1.in fine de censib.lib.6.& ratio est quia ad talẽ præ
latum non pertinet iudicialis correctio,vt.d.c.indi-
cet.3.q.7.sed non placet.D.m.per not.per glo.in.d.
c.cum non liceat.&c.nullus.32.dist. c. sacerdotibus
2.q.7.vbi text.singulariter dicit,quòd subditi debẽt
obedire præceptis prælatorum, licet prælati aliter
agant,quam debeant;nisi in fide errarent.Nec obst.
dictum.c.iudicet.secundum Ioan.And. per quod ẽt
mouetur glo.nostra hic;quia verum est, quòd noto-
rio peccatori non licet iudicare ex merito vitæ, vt
vt ibi dicit Gratianus in versi.item in euangelio. in
quo dicitur, Quis ex vobis arguet me de peccato
& hoc etiam tenet glo.3.q.7. in summa. & per hoc
potest responderi ad alia plura iura posita in illa.q.
& ad omnia alia iura,quæ volunt,quòd criminosi nõ
196 possunt iudicare,seu corrigere; quia† debent intelli
gi,scilicet ex merito vitæ.aliàs possunt quandiu tole
rantur,& secundum prædicta limita,& declara, quæ
197 dixi supra,in secunda fallentia. Et quę sit ratio,† qua
re testis criminosus repellitur,& non iudex.dicit In
no.quòd est, quia in iure non reperitur cautum,
iudex repellatur per exceptionem criminis. sed se-
cus est in teste,vt c.testimonium. ꝭ. de testib. & ra-
tio rationis potest esse secundum Vinc.& Inno.in.c.
fi.de cleri.excomm.mini.quia in teste est maius peri
culũ;quia a dicto suo nõ põt appellari secus est in iu
dice;vt ex se patet: Item testis non habet officium
publi-

publicum;vt not.Inno.in.c.nihil.§.de elec. sed in-dex sic Sed tu aduerte, quia maius periculum vide-
198 tur esse in iudice,quam in teste.& ideo† ex faciliori causa recusatur iudex,quam testis,vt plenè dixi in c. postremò.de appel.vnde licet a dicto testis,non appelletur,tamen iudex non necessitatur sequi dictum testis;vt.l.3.§ tu magis.ff.de testib.Et si necessitatur tamen,vt de se patet,maius periculum est in sententia,quam in testimonio. cum testimonium fiat ad finem sententię. Et ideò videtur dici posse tenendo prædictam opi.quòd ista se habent testis,& iudex vt excedentia,& excessa.Sed aduerte,quia contra prędicta videtur tex.24 q.1.§ his authoritatibus. versi. potest autē dici. Et licet hęc fuerim prius imaginatus;tamen postea reperi Archi.quasi idem sentientē 3.q.8.in summa.qui idem videtur velle per rationē, quam statim dixi,& ita refert quosdam tenere, q ex ceptio criminis repellit iudicem; quia minor causa repellit iudicem,quam testem,vt dictum est, & not. 3.q.5.c.1.& cap.accusatores.2. &.§.de offi.delega.
Cōis opi. 199 c.cum R.canonicus.Sed† communis opi.* est quam supra dixi.videlicet,quòd iudex non repellitur exceptione criminis,nisi in fallentijs supra positis . vnde in teste arbitror posse assignari meliorem rationem videlicet,quod cessat absurditas, de qua supra dixi. & quia traditur regula, quòd quandiu superior toleratur,obediendum est illi.vnde agendum est contra talem criminosum per viam accusationis. & vide ad prædicta Host.& post eum Ioan. Andr. in.c.licet.in versic.testes.§.de sim.qui dicit, quòd ideo exceptio criminis repellit testem,& non iudicem;quia in criminibus testimonium est odiosum, & multum læderetur accusatus,si non admitteretur exceptio criminis contra testem.Sed respectu iudicis multum læderetur iustitia. si ita de facili remoueretur iudex . In
200 contrarium facit:quia videtur,quòd † probationes non sint perimendæ,sed dilatandæ,vt.§. vt lite.non contest.c.quoniam.in prin.& ideò difficilius remoueretur testis,& facilius remoueretur iudex vt suspe
201 ctus;quia nimis periculosum est sub eo litigare† Accusator verò difficilius remouetur,quam testis,& iudex,quia accusator nullam fidem inducit, aut probationem;nec condemnat.vnde tene. quòd. §. dixi.& ideò dicit Hosti.quòd in criminibus,& in recusatione licet testis non ita de facili recusetur. non procedit argumentum de teste,ad iudicem.subdens quòd casus sunt diuersi,non aduersi. Sed tu aduerte,quia etiam circa prędicta posset fortè attentari, quòd si iudici inquirenti aliquid iuris deficiebat ad prelaturam suam,vt puta,electo in episcopū deficiebat cōsecratio;erat tamen confirmatus; & sic post confirmationem,licet adhuc non esset consecratus, habebat facultatem administrandi, & exercendi iurisdictionalia,vt.c.nosti.& c.transmissa.§.de ele. not.gl. 63.dist.c.quanto Si ergo huic obijceretur exceptio criminis;fortè posset habere locum opi.glo.nostrę. & sequa.de qua dixi.§.in prin.huius.q.faciunt no.in c.super his.§.eo.& ideò potest esse,quia cum iste nō sit omninò consecutus plenum ius,non est mirum si facilius repellitur.vt.d.c.super his. secus si fuisset cōsecutus plenum ius,vt.c.accedens.§.eo.& c.constitutus.de appel.fortius ergo si toleratus,vt in.d.c.nonne.& hanc opi.sentit glo.licet non ita clarè,in. d.§, his authoritatibus.23.q.1.in gl.in versi.gladio. cogitabis.Facit etiam quod not.Barr.Brixi.vt refert Archid.3.q.7.in summa.vbi videtur velle, quòd si iudici fuerit probatum crimen per modum exceptionis quòd repellitur aliàs secus. Refert tamen alios tenere contrarium;sed dicit posse saluare primum dictū recepta precedenti opinione, videlicet quando prælatus,vel iudex non erat consecutus plenum ius.Sed
202 circa prędicta posset oriri dubitatio, † vtrū ille , cui sit delegatio inquisitionis,possit se excusare pretextu criminis,vel infamiæ.Sol.Inno.in.c.sciscitatus.§. de rescript.tenet quòd non. licet enim contra eum possit excipi;tamen ipse non potest se excusare,vt.l. nec infames.C.de decur.lib.10. & hoc dictum communiter* sequuntur canonistæ.sed Barto.in.l.2.C.si seruus vel liber.ad decu.aspira.lib.10. hoc reproba- Cōis opi.
203 re videtur,dicens per illum tex.quòd† ille qui patitur se promoueri ad dignitatē,cuius est incapax,puniri debet,si non manifestat incapacitatem suam. dicit tamen hoc procedere quādo impedimentū erat detectum ab alio,vt quia erat condemnatus;aliàs autem proprium crimen, seu impedimentum non tenetur quis manifestare.quòd est singulare . pro quo dicto facit tex.in.c.nam tibi dico.de pęnit. distinct. 1.quod tamen vltimum dictum limitat.D.m.si modo impedimentum, sen crimen sit tale quod funditus impediat exercitium iurisdictionis, vel illius dignitatis; quia hoc casu tenetur illud manifestare, q̄uis sit occultum & a nemine detectum; aliàs peccat,
204 & puniri debet. Exemplum in† bigamo,& homicida,qui licet sint occulta,& quantuncunq; pœnitentes non possunt administrare sine peccato, vt.c.si.de tempo.ordi.&.§.de biga.per to.& ideo debet manifestare & not.50.distinct.c.si quis viduam.& c.ex pęnitentibus.&.81.distinct.in. c.quicunq; & satis pla-
205 cet.¶ Decimooctauo quæro,† quid si impedimentum venit in personam iudicis pendente inquisitione,an habeat inficere inquisitionem,seu iurisdictionem.glo.in dicto.c.scisitatus.tenet quòd sic.& cōmuniter* sequūtur doct. quod tamen arbitror limitandum,si erat tale impedimentum,quod etiam impediret post adeptam iurisdictionem administrare, aliàs secus.vt in cæco.vt.l.cæcus.ff.de iudi. Vtrum autem de tali impedimento possit pars excipere, collige ex his quæ latè dixi in præcedēti quæstione¶ De- Cōis opi.
206 cimono quero,præsupposito q† sit tale impedimētum quod habeat inficere iurisdictionem iudicis inquirentis, vtrum sublato impedimento restituatur potestas inquirendi.Sol.glo.in.d.c.scisitatus. dicit q sic,dummodo restitutio fiat ex toto:secus si iudex solū restitueretur famæ,non dignitati;ratione cuius dignitatis habebat iurisdictionem¶ Vigesimo quæ-
207 rò,† quid si a principio impedimentum erat occultum,an si post sententiam latam super monistione, vel simili detegatur.sententia debeat retractari. Sol.
208 gl.in.d.c.scisitatus.tenet quòd non,nisi† sententia fuerit lata a publico excommunicato;quia tunc esset nulla. Sed gl.illa ineptè loquitur; quia primo format quæstionem de impedimento occulto, deinde excipit de publico excommunicato. Vnde tu distingue, quòd aut impedimentum a principio erat notum,& de ipso pars non excepit; aut erat occultum. Primo casu dic,quòd aut impedimentum erat naturale

tale,vt quia furiosus,mentecaptus,vel similis;& non yalet nec processus,nec sententia;quamuis non exci
209 piatur;quia † naturalia iura immutabilia sunt.5.distin.in princip.&.§.sed naturalia. Instit. de iure nat.gen. & ciui. Aut erat impedimentum iuris; quia seruus,infamis,fœmina,vel similis,& valet sententia si non excipiatur;quia cum talis exceptio sit dilatoria,debet opponi ante litis contestationem, vt c.inter monasterium.§.de re iudi.& dic vt ibi dixi.& in l.fi. C.de except. Dicit tamen Compostel. quòd in fœmina fuit pronuntiatum contrarium; licet non fuisset exceptum. & idem dicit tenendum in seruo, propter similitudinem rationis, & equiparationem quam facit.l.cum prætor.ff.de iudi.ipse tamen sequitur primum dictum.D.An.distinguit,quòd aut erat tale impedimentum quod impedit finem cognoscendi,& iudicandi,& non tenet processus; alias secus.& cum hac doctrina communiter* transeunt doct. Sed dicit.D.m.se dubitare, quia vbi defectus non dependet a potestate partium;volūtas,seu taciturnitas partium nihil operatur,vt not.glo.in.l.1.C. vbi de cri. agi opor.& Ioan.Andr.in regula,scienti.de reg.iur.lib.6.in Mercur.facit quòd dixi de verbis enuntiatiuis prolatis a contrahentibus.in clem.vnica. de proba.Sed partes,seruum,aut infamen non possunt facere iudicem;ergo &c.facit tex.in.l. quos prohibet.ff.

Cōis opi.

210 de postula. vbi † quando lex prohibet non videtur necessaria partis exceptio. ad idem.2.q.7.in c.querēdum.&.3.q.7.in c.tua.in versi.verum a contrario, Facit.l.Barbarius.ff.de offi.præt.a contrario. nam si in dictis iuribus valent acta ex eo, quia occultus;ergo secus a contrario, si notum impedimentum fuerit.probatur etiam in.d.c.sciscitatus.&.l.verius ff.de arbit.nam si ibi sententia lata a seruo, & a libero simul non tenet, fortius non debet tenere si a solo seruo.Facit etiam quòd notatur in.c. ad probādum.§. de re iudic. Secundo casu quando impedimentum erat occultum a principio, subdistingue, quòd aut suberat naturale impedimentum, vt quia furiosus &c. & sententia est nulla; quia hoc casu communis tolerantia nihil operatur.facit.l.furioso. ff. de re iu-
211 di.quia † communis vsus,& tolerantia contra substātiam rei,seu actus non operatur,vt est text.singularis in.c.2.de consue. Aut impedimentum erat iuris; & distingue post Cald.in.d.c.ad probandum.de re iudic.tres casus.Primum quando communiter ignorabatur. Secundum, quando partes ipsæ non ignorabant,sed alij communiter ignorabant. Tertium,est contra, quando partes ignorabant,sed alij sciebant. Primo casu dic, quòd aut ignorantia erat probabilis, & tenet processus. Aut erat crassa,& hoc casu est nullus,si erat tale impedimentum quod ex se induceret nullitatem.facit.c.apostolicæ.de cleri.excommuni.Exemplum, si aliquis fuit publicè excommunicatus. videtur tamen mihi, quòd difficulter hoc possit contingere; quia videtur quasi impossibile,quod ignorantia teneat communiter omnes, de his, quæ publicè aguntur.Facit quòd notatur.16.distinct.in c.quod dicitis.& in c.1.de post. prelato. & in clem. 1.de concess.præben. Si tamen impedimentum erat notorium in loco iudicij, procedit quòd primo dixi.secus si alibi erat impedimentum notorium, sed in loco iudicij communis opi.erat quòd nullum ad esset impedimentum. ita singulariter refert Pau. se habuisse in q.de facto a Ioan.Andr.quod placet.D.m.per not.in.d.l.Barbarius.&.l.2.C.de senten.nam verisimile est,quòd in partibus suis ille Barbarius esset seruus notorius, & tamen processus sustinetur si in loco iudicij putabatur liber.Facit quòd not.in.c. ad nostram.3.§. de iureiura. Aduerte tamen, quia Do.Ant.videtur de hoc dubitasse. Arbitror tamen dici posse,quòd illud procedat,quando in loco satis longinquo illud esset fortè notorium; secus si in loco proximo, & circunstanti ita quòd daretur crassa ignorantia,arg.not.in.d.clemen.1.de concess.præb. cum alijs iuribus supra allegatis. materia tamen est difficilis,& dubia. Secundo casu quando partes solæ ignorant impedimentum,quod tamē apud alios est notum,dicēdum est, quod processus tenet. Faciunt quæ statim dixi,& quod notatur in.l.latæ culpæ.ff. de verb.sig.& in.c.si qui ma accu. pos. Aduerte tamen,quia hoc videtur limitandum, nisi partes erant de longinquis partibus;quia viderentur excusari,per not. per Bar.& doct.in.l.1.C.de sum.trini.&.l.omnes popu-
212 li.ff.de iusti.& iure.dum volunt,quòd † forensis excusatur si committat aliquod, quod est delictum de iure municipali,sed non est delictum de iure cōmuni. Arbitror tamen cōtrarium dicendum in casu nostro; quoniam isti sunt in culpa non inquirendo de persona iudicis facit.l.qui cum alio.ff.de reg.iur.cō iuncta.l.licet.§.idem scribit.ff.de pecul.Nō obst.cōtrarium,quòd communiter statuta puniunt dolum, & non est similis culpa. Cogitabis.Posset tamē dici, quòd postquam partes vident istum omnino tolleratum,quòd partes ipse debeant excusari. Cogitabis tamen circa prędicta;quia nunc venerunt in mentē; & singulariter faciunt ad materiam.l. Barbarius, Tertio casu quando partes sciebant, sed alij communiter ignorabant, dicendum est, quòd gesta in fauorē
213 scientium non tenent,vel sunt retractanda,quia † in sciente cessat fauor,quod est etiam valde notandum secundum.D.m. quia eleganter limitat materiam.l. Barbarius.sentit Ioan.And.in.c.dilectus.2.§.de prębend.& ad prædicta etiam.qq. vide Ioan. de Imo. in.l.quidam consulebant.ff.de re iud. Aduerte tamen, quia fortè possent excusari partes si non poterāt probare impedimentum, nec habebant alium iudicem coram quo possent agere.quod perpetuò not.¶ Vi-
214 gesimoprimo quæro,† an contra iudicem inquirentem possit opponi exceptio recusationis. Glo.1.hic in versi.item si ille contra quem tenet quòd sic, per tex.nostrum in vers. verum ita voluerunt,ibi,non ex odij fomite,sed charitate procedatur affectu. Facit c.cum speciali.§.de appel.&.c ad petitionem.§.eo. Idem communiter* tenent doct.Spec.verò in tit. de inqui.§.1.ver.Item quòd est certa.idem tenet;dummodo legitimam causam producat. Et quæ sint legitimæ causæ,vide quæ latissimè dixi in.c.postremo.§. de appel. & dummodo proponatur recusatio debito tempore. Circa quòd vide quę latissimè dixi in.c. inter monasterium.§. de re iudi.& hoc procedit siue iudex inquirat extraordinaria potestate, siue delegata;quia vtroq; modo potest esse suspectus, vt.ff. de libe. causa.l.ordinata.&. C.si rector prouin.l.1. C.si quacun. predit. po.l.1.&.3. q.7. in.c. iudicet. Itē prędicta vendicant sibi locum etiā si Papa committ-

Cōis opi.

mitteret ordinarijs correctionem, ſeu inquiſitioně;
215 & diceretur† in literis, inquiras tã tua, q̃ mea aucto
ritate. nã per hæc verba iuris remedia minimè aufe-
runt,vt.s̃.de offi.ord. c.licet.&.c. graue. s̃.de cenſi.
&.l.1.&.l.ſi ꝓtor.ff.de offi.ei' cui man.eſt iuris. Nec
obſt.ꝙ in talibus nõ admittit appellatio,vt.c.ad no
ſtrã.& ibi latè dixi.& in.c.reprehenſibilis s̃. de appel.
216 Et ſic videt, ꝙ cũ † non poſsit appellari, nec etiam
poſsit fieri recuſatio,cũ hæc videant procedere à pa
ri,vt in.c.ſup eo.2.de appel. C.de epi.audi.l.ſi cleri-
cus.&.C.de ſent.& interlo.om.iudi.l. ſi. quia rñdeo
poſt Goff.quem ſequit Spec. ꝙ iſta procedũt à pari
hoc modo,vt.ſ.ſicut nõ admittit appellatio ſine cã;
quia non poteſt quis dicere appello, quia corrigis
me, alia cã non aſsignata. ita nec põt dicere recuſo
te; quia corrigis me,ſi aliam cãm legitimã non alle-
217 get. Sed † ſi inquiſitor, ſeu corrector indebitè gra-
uet,fortè modũ excedendo,põt appellari,vt dixi in
d.c.ad noſtrã. ita poſſum ex legitima cã ipſum recu
218 ſare, & ſequit D.m. Nec eſt verũ, ꝙ † ſimpliciter
valeat, arg.à poteſtate appellandi ad poteſtatẽ recu
ſandi,ſm ꝙ latiſsimè dixi,in.d.c.ſuper.eo.2.de ap-
pel. Aduerte tñ quia Goff. in.c.licet Hely. de ſimo.
videt velle, ꝙ prædicta de recuſatione procedant ſi
inquireretur contra aliquam certã perſonam; ſecus
ſi contra collegium; quia collegio non videt com-
petere hæc exceptio; quia qñ debet fieri contra col
legiũ,debet fieri de plano,& ſine ſtrepitu,vt.c.olim.
j̃.eo.dicam.j̃.in.11.membro,ſeu artic.princi. Sed
hoc nõ placet hic Io. de Imo.licet enim facilius ad-
mittantur teſtes, & denuntiatores in caſu prędicto;
tñ non videtur ꝙ non poſsit propterea repelli inq-
rens reſpectu ſuſpicionis,ꝑ not.in.d.c.cũ ſpeciali.&
3.q.5.quia ſuſpecti.& mihi placet;quia vtrobiq; vẽ-
dicat ſibi locũ eadem ratio. Aduerte tñ,quia Arch.
in.c.quia pleriq;.de offi. ordi.lib.6.& ibi Io. Andr.
poſt eum in nouel.dicit, ꝙ cõtra inquiſitores datos
gñliter ſuper ſtatu eccleſiæ, non cõpetit eccleſiæ,ſeu
capitulo exceptio recuſationis.nec poterit excipere
cõtra denũtiatores de illegitimitate. allegat ꝙ not.
Goff.in.c.cũ I.& A.de re iudi.&.d.c.licet Hely.vnde
in talib' inquiſitionibus gñlibus, non eſt locus ſub-
tilitatibus; de quibus in.d.c.cũ I.& A.s̃.de re iud.&
maximè quo ad illos qui pęnitentiam agere debẽt.
Sed dicit Io.de Imo.in.d.c.quia pleriq;.ꝙ illud qđ
dicit Archi.videlicet inquiſitores non poſſe recuſa-
ri, videtur contra illud quod not. idem Archi.in.d.
c.quia ſuſpecti.3.q.6.vbi dicit, ꝙ cum in arbitrarijs
iſti poſsint lędere poterunt recuſari,etiam ſi cã eſſet
notoria; & ſic non videt iſtud dictum verũ. Sed di-
cit D. Domi.ꝙ poteſt ſaluari, vbi imponenda eſſet
pœnitentia pro peccato; in qua, dato ꝙ aliqualiter
excederent modum pœnitentiæ; illud eſſet magis
vtile animę ipſius; quia pœnitentia eſt medicina ani
mæ. & ſic videtur,ꝙ propter hoc poſsint minimè re
ſit inquirere, maximè, ſi ſtatutum dictat non audia-
tur in cauſa ciuili, nec criminali agendo, vel defen-
dendo; cum tamen nihil ſit, quòd iſte inquiſitus poſ
ſit opponere iudici, & ipſe tanquā nō ſoluens nō de
beat audiri, ꝙ cōtra eū poteſt inquiri. verū tamē eſt,
ꝙ audietur quo ad naturalē defenſionē; ſed non quo
301 ad poſitiuā; q͂a † naturalis illa defenſio nō poſſet oī-
no tolli, vt no. in. d. c. intelleximꝰ. & in cle. paſtoralis
de re iud. & l. defēſionis facultas. C. de iure fiſ. lib. x.
quod notabis. Item aduerte. quia arbitror quòd etiā
in caſibus in quibus. ſ. dixi ſecundum Angel. Bal. &
Iac. quòd non poſſit inquiri propter non ſolutas præ
ſtantias offenſi, limitandum ſit, ſi modo offenſus nul
las præſtantias ſolnerit. ſecus ſi aliquas ſoluerit, licet
302 non omnes; quia licet de iure † indefinita regulari-
ter æquipolleat vniuerſali, vt no. in. c. vt circa. de ele.
lib. 6. & in reg. 1. de reg. iur. lib. 6. & in. l. pluribus. ff.
de leg. 3. & l. vſu. ff. de verbo. ſigni. maximè in colle-
ctiuis, vt. l. ſi defenſor. §. 1. ff. de interroga. ac. tamen
illud non procedit negatiuè, prout eſt in caſu, videli
cet ſi non ſoluerit collectas, vt eſt tex. ſingu. in. l. ſi is
qui ducenta. §. vtrum autem. ff. de reb. dub. Item nec
affirmatiuè in materia odioſa, qualis eſt noſtra, vt eſt
tex. ſingu. in. c. quamuis. 2, reſpon. de præben. lib. 6.
& ibi no. Si quis ergo ſoluit duas aut plures præſtan-
tias, non eſt verum dicere ipſum non ſoluiſſe præſtā
tias; vt de ſe patet. ſecus autem, ſi ſtatutum diceret.
Qui non ſoluerit omnes præſtātias nō audiatur &c.
Vel qui ꝓ præſtantiis, aut datiis reperitur deſcriptus
debitor, non audiatur &c. Arbitror tamē quòd iſtis
duobus caſibus deciſio præfatorū doct. recipiat duas
limitationes. Prima, ſi modo præſtātiæ impoſitæ nō
ſint paruæ, aut minimæ ſummæ. hoc videtur ſing. vo
luiſſe licet in alia materia, Fran. Tigri. de Piſis, in re-
pe. authen. ſed iam neceſſe. C. de. dona. inter vir. Vbi
303 dicit, quòd † ſi ſtatutum dicat quòd bannitus pro de
bito non audiatur &c. quod non intelligitur pro de
bito modico, ſed pro debito magnæ quantitatis. al-
legat not. per Cy. in authen. minoris debitor. C. quā
304 do mul. tu. offi. fun. po. † Quæ autem dicatur magna
quantitas, aut parua, dicit quòd relinquetur arbi-
trio, & officio iudicis, vt. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. ff.
de iudi. latè in repe. c. fi. de iureiuran. tetigi in. c. de
appellationibus. de appel. facit etiam pro prædicta
deciſione, quòd no. in authen. de armis circa finem.
305 vbi traditur, quòd † ſtatutum quòd punit portātem
arma, non habet locum in portante cultellū paruū.
Item allego pro dicta deciſione. quòd no. gl. in ver.
ſanguinis. in. c. cum illorum. §. ꝙ ſi clauſtrales. ꝰ. de
ſen. excomm. & quòd no. in. c. propoſuiſti. de con-
306 ſec. eccle. vel alta. In quibus dicitur, quòd † ſtatutum
quod loquitur puniendo ſanguinis effuſionem, non
habet locum in parua ſanguinis. effuſione. Item fa-
307 cit illud vulgare quòd † de minimis non eſt curan-
dum. vt. c. pe. de reb. ec. non alie. & l. Seio. ff. de reſti.
308 in integ. In contrarium tamē fortiter ob. quia † pro
quanto minori re eſt contumacia, tanto maius eſt de
lictum, & peccatum; & tanto magis puniri debet, vt
eſt gl. ſingu. 96. diſt. c. duo ſunt. no. Ioan. Andr. in. c.
cum non ab homine. ſ. de iudi. ergo ſequitur. ꝙ pro
quanto minori ſumma eſt deſcriptus, tanto maior
ſit contumacia ſua. & ſic magis puniendus. Secunda
limitatio eſt, niſi ille, qui eſt deſcriptus debitor col-
lectarum, datiorum, vel præſtantiarum vt euitet pri-
uationem audientiæ, & vt delinquens non poſſit of-
fendi, dixerit ſe illegitimè, & iniuſtè deſcriptum, &
obtulerit ſe paratū deponere pecuniā illā in qua eſt
deſcriptus, per. l. fi. C. qui. ad lib. procla. non licet. &
hoc tenet Iac. de Ar. in. l. ſtatuliber rationem. ff. de
ſtatulib. loquitur tamen in bannito. ſed Bal. in. d. l. fi.
309 in bannito tenet contrarium; quia cum † bannum ſit
quædam ſententia, ſtandum eſt banno donec contra
rium appareat, vt. ff. de tranſac. l. poſt rem. Sed mihi
videtur, quòd præcedēs opi. maximè in caſu noſtro
ſit magis iuſta, & æqua, quam opi. Bal. & hoc indubi
tanter procederet iudicio meo, quando pars deſcri-
pta debitrix aliquid oſtenderet, quod faceret rē du-
biam, vt eſt tex. no. in. c. ex parte. de ver. ſigni. Et pro
hac deciſione adduco deciſionem Bald. in. l. ſi ex. C.
310 de lib. cau. vbi ipſe vult, quòd † ſi ſtatutum dicit ꝙ
bannitus poſſit offendi quòd lite pendente ſuper bā
311 no, non poteſt offendi. Sic ergo † ſi ſtatutum diceret
deſcriptus debitor non audiatur. pēdente lite ſuper
debito deberet audiri, & per conſequens poſſet for-
mari inquiſitio & ad ipſius denuntiationem & vtili-
tatem. Et pro complemento iſtius arti. remiſſiuè ta-
men, de iſtis verbis quæ quotidiè ponuntur in ſtatu
312 tis, † non audiatur, vel audientia denegetur, vide; ꝙ
videātur tribuere ius dilatoriè, c. ſedes. & ibi. D. An.
ſ. de reſcrip. & l. nulli. C. de iudic. Barto. in. l. omnes
C. de fund. patri. lib. 11. Bald. in. q. quæ incipit, ſtatu
to cauetur, quòd fęnerator. in pri. & l. reos. C. de ac
cu. ver. quæro an procurator per. l. ſi ſeruus. C. de his
qui ad ecc. confugi. & ibi etiam doc. & in. l. pe. & fi.
C. qui ac. nō poſ. & l. item apud Labeonem. § quod
ait. & l. prætor edixit. §. præterea. ff. de iniur. & ſic vi
detur, quòd ſi non opponatur exceptio. quòd nō de
bet audiri, tenet proceſſus; cum tribuat ius dilatoriè
vt eſt bo. tex. in. cle. conſtitutionem. in. fi. de elect. fa
cit tex. & quòd ibi no. Inno. in. c. quia fruſtra. 1. de
vſur. & Barto. in. l. non ſolum. §. fi. ff. de iniur. vbi di-
cit quòd iudex non poteſt ex officio repellere. ſed
contra dictum Bar. dicit D. m. in. c. nulli. ſ. eo. & ibi
dixi in glo. In contrariū tamen facit quod proceſſus
nō teneat, quod dicit Bal. de pace cōſtantiæ. in verſ.
non admittemus. vbi dicit, quòd ſtante dicto ſtatu-
to, quòd quis nō audiatur, ſententia pro tali lata nō
313 tenet. Item facit. quia † ſi ſtatutum imponeret tem-
pus ad agendum, & poſtea dicit ab inde in antea nō
audiatur, proceſſus non tenet, tradit Bal. no. in. l. fin.
de ædic. di. Adri. tol. in 13. contrario, vbi tenet ꝙ ta
le ſtatutum ſemper impediat proceſſum, per not. in
c. cum in tua. qui ma. ac. poſ. & l. Titia. ff. de acc. & l.
ſi eo tempore. C. de emiſ. pign. & ibi in. d. l. fin. vide
tria, aut quatuor ſingularia. dicta in hoc. Quidā etiā
314 volunt, ꝙ per † hæc verba actionem non dabo, tolla-
tur actio ipſo iure. quidam ꝙ ope exceptionis. Nō-
nulli diſtingunt inter cauſas ciuiles, & criminales. vi
de in. l. 1. & ibi glo. & Cy. & Bart. C. de iuris & fac.
igno. & Bar. in. l. 1. in prin. ff. ad Macedoni. & l. nam
poſtea. in prin. §. præterea. & ibi etiam per Butrig.
ff. de iureiuran. tradit etiam idem Butrig. in. l. a.

C. vt

C.vt nemo priuatus titu. &c.& quòd no.in.l.1.ff.ad
Trebel.& ibi Bart.& doct.&.l.2.§.1.ff. ad Veleian.
&.l.1.ff.de aleato.& vide etiam bo.tex.in.l.tametsi.
iuncta.l.1.ff.ad Macedo. quæ probat, quòd in casu
prędicto exceptio possit obijci ad processum execu
316 tionis.De his autem†verbis, non possit inquietari,
videtur quòd tribuant ius dilatoriè,vt.l.is qui. & ibi
Bar.& idem de verbo,non fatigetur.vt not. D. Ant.
in.c.1.& ibi dixi.s. eo. Et idem si diceret non tenea
tur pars respondere.no.D.Ant. in. c.cum ordinem.
s.de rescript.Quid autem de his verbis,non habeat
vocem in capitulo?dicit singulariter Bart. quòd in-
telligitur,hoc est non audiatur in iudicio;vt.l.colo-
ni.per illum tex. C. in quibus cau.col. censi.&c.lib.
11.& hac remis.sufficiat dedisse.¶ Nono quęro, &
similis.q.præcedenti dicit statutum quòd testes rece
pti contra magnates non possint reprobari . Quęri-
tur, an hoc non obstante possit officialis inquirere.
So.Bar.in cõsilio suo,qd' incipit. A domino Cyno
de Bononia, decidit quòd non.mouetur his rationi
bus.Primo pręmittendo, quòd tale statutum tenet;
317 quia†de iure communi possunt testes ex causa non
reprobari,vt.c.licet.s.de testi. Sed tale statutum vi-
detur factum ex causa, ne magnates propter eorum
potentiam facerent testes reprobari, nec præsumit
statutum,quòd quis dicat falsum contra magnates,
ar.l.verisimile.ff.quòd me. cau. hoc præmisso, dicit
Bar.quòd officialis nõ potest inquirere.primo,quia
statutum dicit simpliciter quòd testes non possint
reprobari;nec distinguit a quo:ergo &c.vt l.1.§ ge-
neraliter.ff.de leg.præstan.&.l.itẽ veniunt.§. a quo.
ff.de peti.hære.& quia lex prohibet &c.ff.de postul.
l.quos prohibet.Secũdo, quia quando lex prohibet
aliquẽ de aliquo redargui. videtur prohibere omnẽ
modũ puniẽdi.C.de his qui ad ec.confugi.l.si seruus
ibi,si illã &c. & de cõmuni seruo. manu.l.1.in prin.
ibi,& nullum ex sacris.Tertio probatur per tex.in.l.
318 non solum.§.quanquam.ff.de iniur.vbi†pro ea tan-
tum iniuria potest agere maritus contra patronum
pro qua vxor liberta agere posset; ita & in casu pro-
posito.de eo tantum falso potest inquirere Potestas
319 de quo alius potest accusare.Quarto probatur†quã
do lex iubet aliquid non reprobari, facit illud esse
320 præsumptionẽ iuris,& de iure.& sic† in contrarium
non admittitur probatio.l.fi.C.arb.tut.&.l. antiquæ
C.ad Velleia.&.l.fi.C.ad Macedo.& in auth. vt lice.
ma.& auiæ.§.hęc verò.no.gl.in.c.quoniam.s.vt lit.
nõ conte.c.fi.j.de Iudæ.Sic ergo in proposito,cum
præsumptio sit iuris.& de iure,quòd testes dicãt ve
ritatem, non admittetur probatio in contrarium,
nec inquiretur super eo quod non est delictum. Itẽ
321 probatur, quia sicut in ciuilibus prodita est †actio,
hoc est ius prosequendi in iudicio &c. vt Insti. de
322 actioni.in prin.sic & in criminalibus†accusatio hoc
est ius accusandi;vt Insti. de pub. iud. in princ.ergo
323 †sicut in ciuilibus nemo experitur vbi non compe-
tit actio; ita nec in criminalibus.vbi non competit
accusatio;vt.s. ostensum est,& probatur quia lex re
sistit.ergo &c.vt.l.cum lex.ff.de fideius.&.l. non du-
bium.C.de legibus.&.l.si non sortem.in princ. ff.de
condi.indebi.Si ergo non oritur ius accusandi,appa
ret quòd Potestas non potest inquirere, & experiri.
& ita consulendo determinauit Bart.pro quo faciũt
324 allegata.s.in.q.præcedenti.¶ Decimo quæro, †sta
tuto cauetur, quòd contra aduocatos non possit in-
quiri.Alio statuto cauetur,quòd contra milites pos
sit simpliciter inquiri. modo quidam est aduocatus
pariter & miles: an poterit contra eũ inquiri de cri-
mine? & videtur primo, quòd iste casus omissus vi-
deatur,vt in.l.Titię textores.ff.de lega. primo. & sic
stemus in dispositione iuris communis.Bal.breuiter
dicit,quòd aut deliquit vt aduocatus.& cõtra ipsum
non potest audiri. aut vt miles, & potest inqui-
ri. Probatur in. l. si quis decurio.C.de fal.Aut deli-
ctum est indifferens; quia non respicit magis docto
ratum,quam militiam. & illa pars accipi debet quæ
325 magis fouetur a iure communi;quia† ius commune
non tollitur ita de facili,sicut statutum, vt. l. eius.ff.
de milita.test. Et ideò si est tale delictum de quo nõ
inquiratur de iure communi. iudicatur de eo vt de
aduocato.Sed quid si delictum esset tale quòd de eo
de iure communi posset inquiri,& esset indifferens?
Bal.non decidit.Ego arbitror, quòd possit inquiri.
Moueor, quia potius quis videtur delinquere vt mi-
326 les,quam vt aduocatus quia†miles pręsumitur igno
rare iura.l.1.C.de iur.& fac.igno.& ideò facilius p-
sumitur contra iura agere,& sic delinquere;maximè
327 si delictũ esset iuris positiui.† Aduocatus verò præ-
sumitur scire iura,quinimo Fulcinus a Q.Mutio ob
iurgatus extitit;dicens,Turpe esse patricio,& nobili
viro,& causas exorãti, qualis erat Seruius Sulpicius,
ius,in quo versaretur,ignorare,vt.l.2.§ Seruius au-
328 tem.ff.de orig.iur.Quare cũ†ius sit ars boni & ęqui
vt.ff. de iusti. & iur.l.1. meritò vt iurista. seu aduo-
catus non pręsumitur delinquere. Aduerte tamẽ cir
ca prædicta,quia pro primo membro Bal.dicit.q at
tendatur an deliquerit vt aduocatus, an verò vt mi-
les;& sic de eo iudicemus. Facit gl.in ver.inquisitis
iuncto tex.& ibi no.d.Do.in.c.cũ expediat.de elec.
lib.6.& glo.in vers:compromissarij, & ibi etiam d.
Do.in c.cum indemnitatibus.§. cœterum. de elect.
lib.6.& quòd no.traditur in.c.tuæ.s.de procu.facit
etiam.l.fin.C.de iure dotium. & quod traditur in au
then.de non eligen.secund.nub.§. aliud. Idem facit
329 regula quæ vult,quòd†extrema diuersæ naturæ non
alterant naturam suam.ff.de sta.libe. l. statu liber §.
fi.Item facit.l.seruus vrbanus.§.fi.ff.de lega.3.&.l.le
gatis.§.2.eo.ti.pro secundo dicto Bald.quòd si de-
lictum est indifferens &c.debet assumi pars quæ ma
gis fouetur a iure communi.facit. l. non vtiq; .ff. de
eo quod certo loco.sed pro dicto quòd vltimo loco
tetigi post Bal.aduerte,quia essent examinandæ mul
tę regulæ,quæ dantur in materia mixtorũ; quas hic
non intendo examinare;sed sufficiat illas tetigisse p
intellectu huius.q.& omnium similium. videlicet il
330 la regula quòd † in mixtis magis dignum attrahit
ad se minus dignum; vt.c.quãto.s.de iud.& c.quod
in dubijs de consec.ecc.vel alta.& in.c.hoc est.de cõ
sc.distinct.2.ff.de auro & argen.lega. l. pędiculis. §.
Neratius.& de aquit.hære.l.qui patri.licet in cõtra-
rium faciat tex.in.d.l.pædiculis.§.fi.& Insti. de rerũ
diui.§.litere.tangit Bald.in proemio feudorum.fa-
cit.l.sed si ex meis.ff.de aquir.rer.domi. Et secundũ
hanc regulam tenendo opi. illorum, qui voluerunt
331 quòd†miles sit dignior doctore qualitas ista indif-
ferens attribueretur militi,& nõ doctori.& sic face-
tet

ret pro deciſione ſ.tacta.Sed ſecũdum aliã opi. quæ
vult,ꝙ doctor preferatur militi quę verior eſt,vt te-
nui in.d.c.quanto.de magiſt. eſſet decidẽdum in cõ
trarium;niſi quòd ratio,quam. ſ. allegaui,quòd tan
quam doctor non videtur delinquere videtur repu-
gnare.Item eſſet conſideranda alia regula, quæ vult,
332 quòd† vbi mixta ſunt inſeparabilia, iudicantur ſecũ
dum qualitatem potentiorem;vt traditur in.l. lege.
Iulia. §.hermaphroditus. ff.de teſti. &.l.queritur.ff.
de ſtatu ho. 4.q.3.§. hermaphroditus. & ꝙ traditur
in.l.legatis.§ ſi vni.ff.de leg.3.Quare ſi eſſet doctior
in aduocatione,quam in militia, iudicaremus de eo
vt de aduocato.ſecus econtra;quia tunc per contra-
rium eſſet.Et ſi æqualis eſſet in ambadus,iudicãdum
videretur ſecũdum illam qualitatem,quam ſibi aſſu-
meret,vt pręcipuam ; vt in dictis iuribus.hæc autem
aſſumptio in dubio dignoſceretur ab exercitio , vel
333 per habitum exteriorem;quoniã † habitus exterior
tribuit intellectum animi,ſeu intentionis intrinſecæ
vide iura,quæ allegaui in.c.in nonnullis.de iudic.in
6.not.Et ſi portaret vtrunq; habitũ,vt puta;quia to-
gatus incederet. & cum bireto militari, eſſet quaſi
monſtrum.vt ſolitus erat dicere nobilis ſcholaris do
minus Manentes del Buon del Monte de Florentia,
de quodam Poteſtate noſtro,qui extenſam togã por
tabat,& biretum militare;quoniam ſi doctor erat,&
miles,caput in quo prudentia, & ſcientia,memoria,
& intellectiua pars reſidet doctoralibus inſignijs or
nare debebat.partes vero cordis,& crura, atque par
tes inferiores expeditas habere breui veſte militari
334 †militibus enim priuilegia militaria conceduntur,
ſi ſunt in expeditione.non ſi in domo togati, aut ali
bi extra expeditionem vitam ducunt,qualem agunt
vt plurimum noſtri milites, vt.l.penul.ff. de teſtam.
milita.& Inſtit.eo.§.illis. Si verò omnia eſſent æqua
lia.poſſet dubitari,an cõſideranda eſſet cauſa magis
priuilegiata,vel non;de quo articulo in.c. cũ in illis
de pręben.lib.6. & per docto. maximè moder.in.l.
2.in princip.ff.de verbo.obliga.&.l.pręſcriptiones.
§.vim paſſa.ff.de adulte.&.l.ſi ita ſcriptum.ff. de lib.
& poſthu.&.l.clemens.ff.de hęred.inſtit.& fuit not.
q.Ioan.Chalde quę incipit, Papa conceſſit ſpecialẽ
poteſtatem.facit.C.de rei vxo.actio.l.1.§.1.& C.cõ
munia de leg.l.1.&.2.c.1.ſ. ne. ſe. vac. j. de exceſ.
pręla.c.ſicut vnire.16.q.1.c.& temporis qualitas.de
pœnit.diſtinct.2.c.medicamentum.22.q. 2.non eſt
culpandus. Item conſideranda eſſet alia dubitatio,
335 vtrum† in mixtis attendatur qualitas , quæ prodeſt,
an verò quæ nocet? in qua materia Barto. voluit cæ-
teris exiſtentibus paribus,& inſeparabilius, quòd at
tendatur qualitas nocens , vt.l. ſi quis graui in fin.cũ
l.ſequ.ff.ad Silani.&.l.2.§.ſi a pupillo.ff.pro empto-
re.&.l.finali.§.ſed & ſiquis.ff.nautę,caupo.ſtab.&.ff.
quibus.cau. in poſ.ea.l. Fulcinus.§. quid ergo. & ꝙ
ibi traditur &.ff.de arbit.l.Pædius.§.fin.&.ff. de leg.
præſtan.l.3.§.fina.& probatur ſecundum vnum intel
lectum.quem ibi tetigi in.c.ſuper quæſtionũ.§.por-
rò. de officio delega. licet ſecundum alium intelle-
ctum probet contrarium,& prædicta opin. fuit Dy.
in reg.poſſeſſor de reg.iur.lib.6.Ex quibus infertur,
quòd cæteris exiſtentibus paribus,ſi attendimus qua
litatem nocentem, iudex poterit procedere per in-
quiſitionem.& hoc mihi placet.pro quo facit ratio,
336 quam.ſ.allegaui.& quia† rationabile , & ſaluciferũ
eſt,vt delicta puniantur , vt.l.ita vulneratus.in fin.ff.
ad.l.Aqu. &.l.1.ff.de iuſt.& iu.Nõ obſt.l.3.§.ſi quis
palam.ff.de iure fiſ.quia ibi;qualitas,quæ prodeſt eſt
potẽtior ; quoniam per eam tollitur & ſupprimitur
qualitas cauſæ nocentis.Nam quòd deliquerat clam
deſtruitur per delictum poſtea palam factum.& hoc
tenet Bar.in.d.§.ſi quis palam.Item non ob.l.eman-
cipatum.§.fi.ff.de ſenato.vbi attenditur qualitas quę
prodeſt,ſecundum Bartol: quia ibi erant duæ quali-
tates,quarũ nulla nocebat. Et prædicta notabis per-
petuò ad deciſionem multorũ,quę poſſent occurre-
337 re in materia mixtorum.¶ Vndecimo quæro,† po-
ne.T.fuit accuſatus de aliquo crimine. contra eũ iu-
dex vult inquirere de alio crimine,opponit.T.quod
non poſſit,ex eo quòd contra eum pendet accuſatio
de pari,aut maiori,per.l.1.& ꝙ ibi not.C.qui ac.nõ
poſ.quæritur an iudex poſſit inquirere tali exceptio
ne non obſtante.Sol.dicit gloſſ.in.d.l. 1. quòd licet
accuſatus non poſſit accuſari de pari crimine; tamẽ
iudex poteſt ex officio inquirere; quia ſibi non præ-
cluditur via inquirendi,etiam ad petitionem partis:
licet nomen accuſati ſit receptum inter reos. & hoc
idem tenet Bal.in.d.l.1.quod probatur in.l.1. C. de
cal.Et ratio eſt,quia iudici inquirenti non ob.exce-
ptio iudicij pendentis, ſecundum Innoc.in.c.cũ cla
mor.ſ.de teſt.Non obſt.d.l.1. quia loquitur in accu
ſatione,quòd nõ poteſt ab alio accuſari.& adde quæ
ſtatim dicam in ſeq. quæſt. ¶ Duodecimo quæro,†
338 vtrum contra eum,qui non poteſt accuſari; poſſit in
quiri.Sol.glo. videtur velle quod ſic in. l. falſi quidẽ
C. de fal. per illũ tex.qui vult,quòd† licet mater nõ
339 poſſit accuſari de crimine falſi,poteſt tamen contra
eam inquiri.Sed Rai.ibi dicit, quòd immò poterat
accuſari;licet non a filio;& ideò, poteſt iudex inqui
rere; quia iudex inquirendo ſuccedit in locum accu
ſatoris legitimi.Si autem ſit caſus in quo nullus poſ-
ſit accuſare,refert an hoc ideò ſit, quia factum ſit li-
citum,& tunc iudex non poteſt inquirere,vt.l.nõ ſo
lum.§.quanquam.ff.de iniur. &.l.1.§. quòd verò.ff.
de aleato. Aut non permittitur accuſatio,non ex eo
quòd factum ſit impunibile,ſed ex eo quòd pręſcri-
ptum ſit poteſtati accuſandi ; & tunc ſupereſt adhuc
poteſtas inquirendi , vt.l.quęrela. C. de fal. & hanc
opi.ſequitur Bal.in d.l.falſi quidem. quoniam mul-
tũ refert an originaliter cõpetat ius accuſãdi,an pro
hibeatur criminaliter,& ſimpliciter. nam hoc ſecun
do caſu factum videtur eſſe impunibile;vt.d.§.quod
verò.vnde ſi ſtatutum eſt factum odio banniti ; ergo
340 † debet vna permitti via quod alia prohibetur; vt in
regula cum quid.de regulis iur.lib.6. cum ambæ ten
dant ad vnum finem.l.1.§.in tutel.ff. de tutel. & rat.
diſtrah.& ſic reſidet Bald.& mihi placet, intelligen-
do ſecundum ea quæ.dixi.ſ. in verſic. Octauo quæ-
ro.nam ex ibi dictis in ſolutione,patet deciſio huius
q.& ibi etiã dixi de intellectu.l. falſi quidem, & eius
quòd not. glo.in.l.querela. c. de falſis an ſit verum.
341 ¶ Tertiodecimo quæro,† Pone impetrata eſt inqui
ſitio tam in capite , quam in membris . mortuus eſt
pręlatus,& electus ſucceſſor ; an vigore commiſſio-
nis poſſit inquiri cõtra ſucceſſorem? Sol.Spe. in.tit.
de inqui.§.nũc videdũ arguit ꝙ ſic,per no.in.c.quo-
niã abbas.ſ.de offi.dele.&.c.aduerſus. de immunit.
eccleſ.

342 ecclef.decidit tamen in contrarium mouetur quia† crimina extinguuntur morte, vt.C.ſi reus, vel accuſa.
mort.fue.l.1.23.diſt.quorũdam. Et iſte eſt alius præ
latus.de quo cogitatum non fuit.quòd etiam ego ar
bitror procedere, ſi ſub nomine dignitatis vel præla
turæ facta fuiſſet commiſſio. Vt puta inquiras cõtra
epiſcopum Senenſem, vel abbatem ſancti Venantij;
quia licet ſub nomine dignitatis facta ſit commiſſio;
vel impetratio; tamen quia materia non eſt propor-
tionabilis ſucceſſori, non tranſit ad ſucceſſorẽ, ſecũ-
dum ea quæ dixi in.d.c.quoniam abbas. & in. c.1.&
quod ibi dicit D.m.in gl.in ver.veſtro.ſ.quòd met.
cau.& probatur in.c.dilecti.de foro comp. &.l.poſt
mortem.§.1.ff.de admi.tuto.& latius dixi in cle.etſi
principalis.de reſcrip. Secus autem eſſet ſi in aliquo
membro, vel collegio, vel capitulo, alij alijs ſuccede
rent; quia tunc fieret inquiſitio etiam contra ſucceſ.
ſores; quia non fit particulariter, ſeu ſingulariter con
tra ſingulares; ſed cõtra collegium, Capitulũ, aut vni
343 verſitatẽ, ſeu illud corpus, quod † idẽ eſt ſemper; vt
eſt tex.ſingu.in.l.proponebatur.ff.de iudi. &.7.q.1.
deniq;. Item aduerte; quia licet cõtra prælatum fieri
non poſſit.qui tunc erat, quia mortuus eſt: tamen vi
detur, quòd poſſit fieri reſpectu membrorum.quòd
procedit maximè, ſi alternatiuè fieret cõmiſſio, aut
ſeparatiuè.ſecus, ſi connexè; quia vnum non poſſet
ſeparari ab alio.nam tunc attenderetur cauſa prohi-
bens, per quam altera permittens omninò confundi
tur.facit.l.fin.§.ſed & ſi quis.ff.nau. caupo.ſtabul. &
quod latiſſimè dixi.ſ.in verſ.10.quęro.circa finẽ. &
344 quia† connexorum idem debet eſſe iudicium; vt no.
in cle.2.de iud. &.c.ſuper eo.de appel.& in. c. ſuper
345 his.ſ.eo.cũ ſim. ¶ Quartodecimo quęro, pone ꝙ †
in reſcripto continetur ꝙ iudex inquirat cõtra T. &
quoſdã alios, an iſte cui facta eſt commiſſio poſſit in
quirere cõtra plures, quã quatuor, & ſic verũ habeat
locum.c.2.de reſcrip.lib.6.So.Io.An.in.d.c.2.dicit
346 ꝙ † diſpoſitio dicti.c.2. non habet locum in inquiſi
tione.mouetur per tex.ibi, qui dicit in iudiciũ non
trahantur, ſed vocatus per modũ inquiſitionis ad iu-
diciũ, non dicitur propriè trahi, ſed vocari; cũ iudex
ex officio ad hoc procedat, Facit ꝙ not.glo.2.4.q 4.
c.1.& quod dixi.ſ.latè in verſi.8.quæro.& hanc opi.
videntur ſequi Inn.& Ab. Sed Io.de Fantu.dicit, ꝙ
non videt quare etiã ſi iudex procedit ex officio, nõ
dicatur trahere ad iudiciũ; quia licet talis non traha
tur per partem; tamen negari non poteſt quin traha
tur per iudicem.vnde concludit, ꝙ aut ſunt literæ in
quiſitionis commiſſę, nemine impetrante; & tũc pro
cedat dictum Inn.& Io. And.in caſu prædicto nõ lo
quitur.d.c.2.vt patet ibi in tex.dum dicit, impetra-
ta.ſecus ſi ad inſtantiam impetrantis iudex vellet ꝓ-
cedere ſecundum eũ. Sed dicit ibi.d.Do. dici poſſe,
quòd qualitercunq; ſiue ex officio, ſiue ad inſtan-
tiam partis procedat, habeat locum ille tex.c.2. at-
tenta ratione ibi in princ.poſita, quæ eſt apta com-
347 prehendere vtrumq; modum† extenditur enim lex
ad comprehẽſa ſub ratione; licet diſpoſitio legis po
ſtea ſtrictius loquatur: vt no.gloſſ.in cle.1.& ibi latè
dixi.de elect.nec eſt verum, quòd vocatus per viã in
quiſitionis nõ dicatur trahi in iudiciũ; vt patet in.c.
noſtro.in quo modũ procedendi per viã inquiſitio-
nis legiſlator hic appellat iudicium.& idẽ tenet glo.
2.in.c.quoniam contra.de proba. ¶ Quintodecimo
348 & vltimo quæro, † vtrum ad defenſionem eius, con
tra quem inquiritur. admittatur procurator. Solu.
Specu.in tit.de inquiſi.§.1. ver. item poteſt quis, te-
net quòd ſic.argu.c.ſuper his.in.fi. & quòd ibi legi-
tur & no.ſ.eod.& ꝙ traditur in.c.cum I. & A. de re
iudi.hæc tamen opi.mihi non placet, quando eadẽ
pœna veniret imponẽda per viam inquiſitionis, quę
venit imponenda per viam accuſationis quando in
ea nõ admitteretur procurator, de quo dic, vt pleniſ
ſimè dixi in.c.veniens.ſ.eod.in.2.q.3.memb.princ.
quinimo etiam ſi veniret imponenda pœna arbitrio
iudicis, dummodo poſſet imponi pœna corporis af
flictiua, in qua per viam accuſationis non admittere
tur procurator, ſicut eſt videre in crimine iniuriarũ.
idem etiam eſſet dicendum in inquiſitione, vt latè
dixi in.d.c.veniẽs.in.5.q.1.q.principalis.2.membri
principalis.& in.d.3.q.4. articuli principalis latius.
¶ Octauo loco principali vidẽdum eſt iuxta premiſ
ſum ordinẽ, ſuper quibus cauſis, vel criminibus poſ-
ſit procedi per viam inquiſitionis. Circa quod mem
brum declarandum, examinabimus per ordinem
omnes infraſcriptas quæſtiones. ¶ Primo, vtrum
poſſit procedi per viam inquiſitionis ſuper cauſis,
vel criminibus ad priuatam vtilitatem, & ſic regula-
riter quando ciuiliter ageretur. ¶ Secũdo, vtrum de
iure ciuili ſuper criminibus ſimpliciter procedi poſ
ſit per viam inquiſitionis ad publicam vtilitatem.
¶ Tertio, quid tenendũ ſit de iure canonico. ¶ Quar
to, quid iuris ſi ſtatuto cauetur, ꝙ ſtetur dicto, vel ſa
cramento alicuius, an contra talem poſſit inquiri de
periurio, vel de falſitate, vt puta ſi ſtatutum diſponit
quòd ſuper certis delictis ſtetur dicto, vel iuramento
ſyndici, vel denuntiatoris. ¶ Quinto, vtrum genera
lis vicarius epiſcopi ſuper crimine vſurarum poſſit
inquirere. ¶ Sexto, vtrum exiſtente aliquo vulnera-
to ad mortem, poſſit fieri inquiſitio de occiſo ante-
quam ille moriatur. ¶ Septimo, quid ſi ex forma ſta
tuti non poſſit procedi per inquiſitionem de cogni
tione carnali, ſeu adulterio, ſed per accuſationem pa
tris; fratris carnalis, & mariti. & nõ aliter. an poterit
ꝓcedi de attẽtatione facta cũ moniali cauſa cogno
ſcẽdi eã carnaliter. ¶ Octauo, & vltimo, an liceat in
leuibus criminibus procedere per viã inquiſitionis,
& ſubijcietur generalis doctrina ſuper hoc membro
349 principali. ¶ Primo igitur quęro, † vtrũ iudex poſſit
inquirere ad priuatam vtilitatem. Sol.dic, ꝙ nõ regu
lariter; quia pro priuato cõmodo congruis actioni
bus eſt agendũ, vt.c.1.ſ.de libel. obla. vel iudicis of
ficium a parte implorãdũ eſt, ſm quod tenet Io. An.
Pau.& doc.in.c.fi.de fo.comp.lib.6. & Inn. & doct.
in.c.ad noſtram.2.de iureiuran.& not. in.c.exhibi-
ta.de iud.per Lau.in cle.1.de offi.ord.per Bar.& An
gel.in.l.ſi vacantia.C.de bo.vac.lib.10.&.C. de ac-
cu.l.ea quidem. Et prædicta regula etiam probatur;
quia omnia quæ in iudicijs aguntur ad priuatam
vtilitatem ad poſtulationem partis agitari debent;
non autem ex officio, vt. C. vt quæ deſunt aduo.
partium. l. 2. ff.de iudic.l.ad peremptorium. C.quo
modo & quando iudex.auth.qui ſemel.&.C. ad Tre
bel.l.ſancimus.Bald.in.d.l.ea quidem, dicit ſimplici
ter, ꝙ nõ poteſt inquiri ad priuatam vtilitatẽ; niſi in
crimine vſurarum. Ego verò in hac.q.procedam per
regu-

regulã, & fallentias. Sit igitur regula negatiua quòd
iudex non potest inquirere ad priuatam vtilitatem;
hæc tamẽ regula fallit multipliciter. Fallit primo in
casu suspecti tutoris, vt.l.1.&.3.§.præterea.&.l.fin.ff.
de suspec.tuto. & hoc operatur fauor pupilli, vt ibi
in tex.& hunc solum casum dicit Bart.esse de iure ci
uili, in quo potest inquiri ad priuatam vtilitatem. fa
350 cit etiam, quòd † iudex propter pupillorum fauorẽ,
etiam nullo petente. potest dare tutorem pupillo, vt
l.credendum.ff.qui pet.tut.&.l. tutores a patruo.ff.
de confirma.tut. Fallit secundo secundum Lau.in.d.
cle.1.de offi.ordi.quando propter dolum partis es-
set præclusa via agendi, vt dicto.c.ad nostrã &.c.quẽ
admodum.de iureiuran. & idem tenet Pau.in.c.fin.
de fo.compe.in.6. Fallit tertio, vbi fauor, vel pietas
induceret iudicẽ, ad inquirẽdũ vt est gl.sing. quæ nõ
est alibi, fm Bal.in.l.1.in prin.ff.de suspec.tut. Bald.
tamen in.c.1.§.iniuria.de pace iur.fir.allegat pro di
cta opi:l.mulierem.C. si mancipium ita fue. aliena.
& ibi no.Cy.sed melius facit tex. & quòd ibi no.D.
ni.in.c.solicitè.§.de resti.spol.in verbo, perquirere.
351 vbi volunt, quòd † quando personę sunt miserabiles
potest iudex ad priuatam vtilitatem procedere per
modum inquisitionis, per.c.1.eo:titu. & idem dicit
Ioan. Andr.allegando Innoc.in. d.c.ad nostram. in
omnibus personis oppressis; & idem etiam, si vellet
se intromittere pro conseruatione piæ consuetudi-
nis; vt.j.de simo.c.ad apostolicam. Et idem de fauo
re, & pietate tenet Pau.io.c.fi.de foro compe.lib.6.
Et ex hoc sequitur quòd episcopus potest ex officio
inquirere contra tenentes bona distribuenda in pau
peres, vt no. Ang.in dicta rep.l.si vacãtia. Fallit quar
to in causa vsurarum. hæc tamen fallentia videtur ali
qualiter sub secunda, & prædictas ponit Bal. in.c.1.
§.si tres.de pace iuramen.firman.in vsi.feud. Aduer-
te tamen, quia licet Bald. ita simpliciter transeat cũ
352 Innoc.tamen non vult.quòd † episcopus, vel præla-
tus possit inquirere de vsura ad priuatum interesse il-
lius, cui restituendæ sunt vsure; sed ad pœnitentiam,
353 & ita † intelligit.c.1.§.de offi.ordi.licet in cõsequẽ
354 tiam sit ibi tunc priuatum interesse, scilicet quia †
fructuosam pœnitentiam non potest agere; nisi resti
tuat alienum, 14.q.6.c.1.& de vsur.c.cum tu. secun-
dum Host.in:d.c.ad nostram in glo. pe. Sed Io. An.
ibi circa id quod dictum est de consequentia, remit
tit se ad no.in.c.quia frustra.j.de vsur. in vers.audia
tur.vbi ipse dicit post Innocen.quòd licet vsurarius
agens repellatur exceptione.c.quia frustra. tamẽ au
ctoritate superior possit cogi restituere illis a qbus
agens extorsit, & sic exonerat illum a peccato, & sic
vtiliter gerit negociũ illius vsurarij quo ad corpus,
& quo ad animam, per no. in.d.c.ad nostram. & ali-
quid in.c.intelleximus in gl.pe. de adult.& sequitur
Do.Ant.in:d.c.ad nostram. Et quamuis Io.de Imo:
dicat quòd Inn. ibi nihil dicit, quòd possit per con-
sequentiam ad priuatum interesse; tamen hoc volũt
ibi Hostien.& Ioan. Andr.vt.§.dixi. Aduerte tamen
quia Ioan.de Imo. ibi videtur sibi contradicere; di-
355 cit enim; quòd † licet iudex principaliter nõ possit
interponere officium suum non petitum; & sic per
viam inquisitionis; tamen secundario potest quan-
doq; licet non sit petitum, vt quando principaliter
fit inquisitio super correctione criminum, vt.c.1.de
offi.ordi.nam tunc in consequentiam poterit facere
restitui alienum. cum aliàs non posset benè corrige-
re, vt in regula, peccatum.de reg.iur.lib.6.& quòd
356 † quandoq; liceat in consequentiam quod principa
liter non licet, not.in.l.1.ff.de suspec.tut. & in.c.per
venerabilem.§.qui fi.sint legiti. Fallit quinto fauore
fisci, vt.l.fi.C.de bo.vac.& ibi per Bart.sentit Lau.in
d.cle.1.de offi.ordi. quinimo videtur, quòd in casu
prædicto possit procedi ad torturam, vide Bar.in.l.
reprehensionis facultas.C.de iure fisci. lib. 10.dicit
tamen Ang.in.d.l.si vacantia.quòd in prædicto casu
procurator fisci debet esse præsens.hæc tamen fallen
tia non videtur propriè tangere priuatam vtilitatẽ;
sed potius publicam.& idem dicendum est quando
ageretur de iuribus principis, vt.l.pe.in fi. C.de bo.
vac.tenent Inno.Ioan.Andr.Ioan.de Imo.& doc. in
d.c.ad nostram.& tradit etiam Hostien.in.c. cum di
lecta. §.de confir.vti. sed vt.§. dixi hoc non videtur
simpliciter respicere priuatam vtilitatem. Et aduer-
357 te; quia vt dixi.§.† quando inquiritur ad vtilitatem
fisci, procurator fisci debet eẽ pñsens, vt.d.l.si vacãtia.
ibi, pręsente fisci patrono.& ibi tenet Ang. Quid au
tem de alijs, vide quòd dixi.§.in.7.mẽbro prin.ver.
7.quæro, & dicam j.in.11.membro principali. Fal-
358 lit.6.in datione tutoris; † qui potest dari non peten
ti, vt instit.de Attiliano tutore.§. sed ex his legibus,
&.ff.de suspec.tu.l.tutor.§.præterea. hæc tamen fal.
359 videtur includi sub tertia. Fallit.7.in † censitore, hoc
est in collectore census, qui potest inquirere ad vtili
tatem priuatorum; vt sciat cuius patrominum sit di
minutuum, ad hoc vt releuetur a censu, v.l.forma.ff.
360 de censi. Fallit.8.in pręside, qui † inquirit ad priuatã
vtilitatem contra publicos exactores. ne iniustè ve-
xent subditos in tributo, vt in authenti.de man. pri.
§.coges. Et prædictas tres fallentias ponit Ang.in.d.
361 l.si vacantia. Fallit nono in † iudice delegato, qui es-
set datus super violentijs, & iniurijs, qui potest in-
quirere ad priuatam vtilitatem; vt latissimè dicit Fe
deri.de Sen.consi. 209. & prædictas fallentias posui
etiam in.d.cle.1.de offic ordin. Fallit.10. in episco-
362 po, † qui potest inquirere de consanguinitate inter
coniunges; secundum Inno.& Ioan. And. in. d.c.ad
nostram.per c. porrò. de diuor.&.35.q.6. si duo. &
idem dicendum de alio quolibet impedimento ma
363 trimonij secundum Inno.quia † eadem ratio; ergo
idem ius; secundum Hostien.arg.c.tua.§.de cõsang.
364 & affi.& sic † intelligitur.§.de offi.ordi. c. 1.& c.si-
gnificauit.de clandesti. despons.c. fi.& tenent Io.de
Imo.& D.m.in. d.c. ad nostram. quod ego arbitror
verum, quando esset tale impedimentum. quod ces-
set peccati nutritiuum; aliàs secus; vt puta in frigidi
tate in altero coniugum contingente, aut simili de-
fectu; quia non est eadem ratio. Fallit.11. secundum
doct.in.d.c.ad nostram. quando iudex vellet inqui-
rere de statu, & iuribus ecclesiæ; quòd est clarum in
Papa, qui ex plenitudine potestatis hoc potest, vt.c.
cum venissent.de Insti.ad fi.sed in inferiore, hoc nõ
videtur licere, secundum Innocen.quod videtur in-
telligendũ; nisi ex magna causa id faciat. Facit quod
365 not.Inno.in.c.quoniam.§. vt lite non contest, & †
fortè diceretur magna causa, quãdo non est qui prose
quatur iura ecclesiæ; & imminet periculũ ex mora.
Facit quod habetur in.c.cum olim.§.de testi.sed D.
Ant.

Ant.vult quod magna causa sit,si res ecclesię sint ma
lè alienatæ.sed istud non videtur simpliciter verū se-
cundum no.per Ioan.de Imol.in.d. c. cum olim. ȿ.
de resti.spol.Aduerte, quia hic casus videtur potius
pertinere ad publicam, quam ad priuatam vtilitatē.
366 nam† ius quod pertinet ad sacra, & ad sacerdotes,
videtur potius publicum quam priuatum & sic etiā
ius ipsarum ecclesiarum.1.distin.c.ius publicum. In
sti.de iusti.& iure. in fin. &.l.1.in fin.ff.de iustitia &
iure.nisi diceres, quòd de ecclesijs, & sacerdotibus
& spiritualibus dicitur ius publicum.sed in bonis tē
poralibus ipsarum dicatur priuatum.Fallit.12.vt ar
bitror generaliter,vbicūque prelatus videret subdi-
tos persistere,seu perseuerare in peccato,& non pos
set tolli peccatum sine restitutione rei alienæ,per re
gulam peccatum de reg.iur.lib.6.Fallit.13.secundū
quod colligi potest ex dictis d.Barth.de Salice.in rē
pet.l.ea quidem.C.de accu.quando per denūtiatio
nes contra absentes potest procedi ad diffinitiuam,
lite non contest.vt autenti. qui semel.C.quomodo
& quando iudex.ibi perquisita veritate.& ibi,ratio-
nes assignantur. mihi non videtur quòd illa sit pro-
priè inquisitio;sed prosecutio iudicij,quæ fit actore
contumaciter non prosequente iudicium;vt consu-
latur reo respectu absolutionis diffinitiuæ, cui non
potest consuli permissionem in possessionem;vt ibi
dicitur,maximè per Bal. & Iaco.de Butri.& dū tex.
ibi dicit,perquisita veritate, non habet respectū ad
inquisitionem de qua loquimur; sed ad cognitionē
veritatis,quam debet præmittere iudex,antequā sen
tentiam ferat quia super incognitis non posset cer-
tam aut iustam sentētiam ex proposito dare,vt de se
patet.Et pro his allego tex.expressum.30.q.5.iudi-
367 cantem.vbi text.dicit.† iudicantem oportet cuncta
rimari, vt ordinem rerum plena inquisitione discu-
tere.Fallit.14.secundum.D.Bartho.in dicto loco in
casu.l.fi.§.licētia.2.C.de iure deliberā.& ibi potest
hoc operari beneficium inuentarij concessum hære
di.vnde cum propter hoc beneficium aleuietur, in
alio grauatur vt possit inquiri.arg.l. eum qui.in prin
cip.ff.de iureiuran.vel quia frequenter euenit vt hæ-
redes subtrahant res hæreditarias,ad hoc vt decipiāt
creditores,& legatarios;cum sciāt quòd propter be
neficium inuentarij non possunt vltra vires conue-
niri secundum præfa.D.Bart.Sed tu aduerte, quia vi
detur quòd ille tex. non loquatur de aliqua inquisi-
tione, quam faciat iudex ex officio suo ad priuatam
vtilitatem,sed ad probationis indaginem eorū, quæ
aguntur inter partes.Fallit.15.secundum præfa. D.
Bart.in casu.l.quoties.C.de naufra.lib.11.intelligē-
do.l.illam quòd ibi ciuiliter agatur secundum Cyn.
368 & secundū vnam lect.Et potest esse ratio,quia† nau
tæ consueuerunt subtrahere posita in naui. & de hoc
suspecti,& diffamati habentur a lege, vt probatur in
l.1.§.1.&.l.4.§.hoc dicto.ff.nau.caup.stab. hęc etiā
fallentia posset morderi vt duæ præcedentes.& secū
dū prædictas fallētias possemus addere omnes alios
casus,in quibus pōt iudex supplere de facto ad priua
tam vtilitatem,quos omitto; quia in illis nō dicitur
propriè inquirere secundum modum inquisitionis,
de quo loquimur.de quibus casibus vide Bar.& mo-
der.in.l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damno insec.
& docto.&.D.m.in.c.bonę.1.de postul.præla.Fallit
16.quando incidenter inquireret, vt.l. interdum.§.
qui furem.ff.de furt.quem tex. sic intelligit Bald.in
d.l.ea quidem.C.de accu.vel,secundum eum, est spe
ciale ibi quando quis capitur in furto,vide quòd di
cam.ī.in.15.mēbro principali Fallit.17.in episco-
po,habēte quem suspectum circa beneficium, quod
retinet, vt probatur in.c.si constiterit.ȿ.eod. & ibi
dixi in.6.notabili post Hostien.& Ioan. Andr.& vi-
de quæ dixi. ȿ. in quinto membro principali versic.
369 21.quærò,in fin.¶ Secundo quæro, † verum de iure
ciuili iudex possit procedere super criminibus per
viam inquisitionis Solu.glo.in.l.2.§.si publico indi-
cio.ff.de adulte.dicit quòd regula est quòd non, &
dictam opinionem sequuti fuerunt Guil.Dy.& cō-
muniter omnes* antiqui doct.quia regula est, quòd Cōis op.
370 † sine accusatore nemo punitur,vt.ȿ.vt eccl. benefi.
c.vnico.&.2.q.1.de manifesta.23.q.4.c.quisquis po
testatem.&.ff.de mune.& hono.l.rescripto.§.si quis
accusatorem. &.ff. de magistra.conuenien.l.1.& vi-
de omninò ad hanc materiam Beatam Tho.2.2.q.
67.ar.3 facit quod scribitur Ioan.c.5.de illa mulie-
re quę cum accusata fuisset Christo a Phariseis, qui
post accusationem fugērant Iesu dicente; quis ve-
strum est sine peccato arguat illam. & mulieri dixit;
Mulier quis te accusat? quæ cum respōderet. Ne-
mo Domine inquit Iesus illi; Nec ego te cōdemno,
& sic dimisit illam & tangit glo.in.d.§.si quis accusa
torem.Gloss.tamen in.d.§.si publico.dat ad dictam
regulam multas fallentias, quas etiam repetit glo.2.
q.1.de manifesta.& gloss.in dicto.c.vnico. vt eccle.
benefi. Fallit igitur primo in lenocinio mariti. nam
si mulier marito accusanti vxorē de adulterio vxor
obijciat de lenocinio, licet talis allegatio seu exce-
ptio non repellat maritum; tamen is qui de adulte-
rio cognoscit potest contra maritum inquirere. l.2.
§.si publico.& sequitur gloss.in.d.c.de manifesta.&.
d.c.vnico vt eccle.benefi.& ibi Ioan.Andr.Fallit se-
cundo ratione iniuriæ illatæ præsbyteris,& eorū mi
nistris in ecclesia, vel in cultu diuino,secundū quòd
traditur in.l.si quis in hoc genus.C.de episco. & cle
ricis.&.2.q.1.in primis.& ponit Ioan. And.in.d.c.
vnico. Fallit tertio in crimine suspecti tutoris. vt.l.
tutor quoq;.§.præterea.ff.de suspec. tuto. facit.3.q.
2.c.quia ea.& tenet gloss.in.d. c. de manifesta. &.d.
c.vnico.Fallit quarto in charta falsa coram iudice pro
ducta.vt.l.penul.C.de proba.& tenet glo.in.d.l. Fal
lit.5.in teste falsum deponente.vt.l.nullum.C.de te
sti.&.ȿ.latius dixi Fallit.6.in calumniatore.C.de ca
lumnia.l.1.&.ff.de bon. liber.l. qui cum maior.§.li-
bertus.&.ff.ad turpil.l.1 §.1.Fallit.7.secundum ali-
quos in falso,vt.C.de fal.l.vbi.sed gl.in.d.§. si publi
co.hanc reprobat,ex eo quòd ibi fuit instituta prin-
cipalis accusatio de falso;non autem fuit processum
per inquisitionem. Fallit. 8. secundum præallegatas
gl.in crimine notorio,per.l.ea quidem.C.de acc. &
idem sentit gloss.in.d.l.tutor.§.præterea. & hoc idē
tenet Dy.& cōmuniter* antiqui docto.& Spe.in ti. Cōis op.
de inquisi.§ quando in prin.qui tamen addit plures
aliàs fallentias,quam prædictas. Fallit igitur.11.se-
cundū eū,si dominus dicatur a familia occisus,& cō
stat eū occisum quocunq; modo siue sit interfectus,
iugulatus,vel strangulatus,præcipitatus vel saxo, fu-
ste,aut lapide percussus,vel quocunque modo neca-
tus;

tus;quoniam præſes prouinciæ tunc procedit ad inquiſitionem,& ſumet queſtionẽ de familia, vt ſciat occiſorem.Si autem veneno per vim.infuſo, vel metu dicatur occiſus licet non fiat inquiſitio per ſenatuſconſultum.Silanianum; tamen fit per extenſionẽ ſeu interpretationem Vlpiani, vt hæc traduntur.ff. ad ſenatuſconſultum.Silani.l.1.§.occiſorum. &.§.ſi quis non metu.ſecundũ Specu.ſed dicit Ioan. Andr. in addi.ad.d.§.quando.q illud,quod dicit Spec. de metu,non eſt congruẽ dictum,vt patet ex d.§.occiſorum.&.§.ſiquis non metu nec Roffre.hoc dixit,de quo dic, vt traditur ibi.Fallit. 10.ſi accuſator pecunia corruptus dicatur petijſſe abolitionẽ a reo; quia iudex de hoc inquirere contra eum,& repertum reũ punire poteſt.C.de abolitio.l.abolitio.Fallit. 11.in generali inquiſitione,quam facit preſes ex officio,p quam inquirit malos homines;vt illos de ſua prouincia expellat.Item ſacrilegos, latrones,plagiarios,fures,& receptatores eorum.& vt in eos animaduertat prout quiſq; deliquerit,vt.l.congruet.&.l.3.ff.de offic.præſi.&.c.1.ẽ.de offi.ordi.Fallit.12.quando hæres aliquid de hæreditate ſubtraxit,vt.l.fin.§.licẽtia. C.de iure deliberan.Fallit.13.ſi nauis ſit obruta, vel ſubmerſa; nam trium nautarum addita queſtione, ſolet per iudicem fieri inquiſitio;vt inueniat veritatem , quòd ſi nautæ defuerint, in alios nautas, non magiſtros fiet inquiſitio;& ſi iſti etiam defuerint in alios non nautas fiet inquiſitio,vt dicit Roſ.in.l.quoties.C.de naufra.lib.11.Fallit.14.in maleficijs,quando ſcilicet vnus de malefactoribus confitetur ſe habuiſſe ſocios.illi enim de ſe confeſſo nõ creditur cõtra alios,vt.C.de accu.l.fin.& in.c.1.ẽ. de confeſ.vnde inquirit iudex de ſocijs,vt.ff.de queſtio.l.1.§.ſiqs vltro.Fallit.15.in crimine hereſis & apoſtaſiæ.C. de apoſta.l.apoſtatarum.&.C.de Iudæ.l.nemo. Fallit. 16.in crimine leſæ maieſtatis, vt C.ad.l.Iul.maieſta. l.2.&.3.Fallit vltimo in omnibus caſibus, in quibus quis ſine accuſatore poteſt cõdemnari, vt.d.c.vnico ẽ.vt eccle.benefi.&.d.c.de manifeſta.2.q.1.Et ſic patet ex prędictis caſibus.quòd opi.gloſſ.in.d.§.ſi publico.quæ vult, quòd. d. regula fallit ſolũ in caſibus in ea allegatis non eſt vera,cum alij plures.ẽ.fuerũt enumerati, & propter hanc cauſam eã reprobat Angel.in.d.l ſi vacantia.licet non faciat mentionem de prædictis caſibus enumeratis per Spe. ſed enumerat ipſe quoſdam alios.videlicet contra omnem ſacrilegium,latronem & plagiarum , vt.l.4.§.mandatis.ff. ad.l.Iul.pecul.Item contra facientes ſeditiones contra ciuitatem,vt in authenti.de manda.princip.§. ſi. Ioan.Andr.etiam poſt Hoſtien.in.d.c. vnico. vt eccle.benefi. enumerat quaſdã alias fallẽtias ſupra nõ numeratas; videlicet, in caſu.c.tã literis.ẽ.de teſt.& c.3.ẽ.de proba.Itẽ cũ quis appellationẽ ſuã nõ proſequitur, vel iudicum literas abradit. ẽ.de reſcript. olim.Item in ſubreptitiẽ impetrante, vel abutẽte reſcripto apoſtolico.vt.ẽ.de reſcript.c.fin. Itẽ cũ quis eſt reus.actor,& iudex,vt cũ ſe obligat ad certã pœnam ſi non probaret.vt.ẽ.de elect.dilecti.Item cum quis ſuccumbit in cauſa appellationis, vt.ẽ.de app. vt debitus. item cum quis ſubtrahit probatiõnẽ aduerſario,vt.ẽ.de teſt.conſtitutus.Item in promouente exceptionem,& ſuccumbente in probatione;niſi aliquid probabile eum excuſet, de dolo & contum.

finem.Item in qũolibet qui illudit iudici,vel aliã malitiam committit,vt.ẽ. de aliena. iudicij mut. cauſa facta.c.1.& de poſtula.præla.c.bonæ.2.verſi. nec nocebat.Sed dicit Ioan.de Imol.in.d.c.vnico.ẽ. vt eccle.benefi.quòd,vt plurimum. prædicti caſus non videntur loqui quando fit inquiſitio;ſed quando ex officio condemnat in expenſis,vel alia pœna ;vt patet in non proſequente appellationem.vel ſuccumbente in cauſa,& in impetrante ſubreptitiẽ, vel abutẽte reſcripto,vel abradente; vel deficiente in probatione,exceptione,vel ſi. Alia opin.fuit quorundam,qui voluerunt quòd licet de iure vera ſit doctrina prædictarum gloſſ.tamen de conſuetudine dicũt quod de quolibet crimine poteſt inquiri fama publica præcedente,& clamoſa inſinuatione deferẽte. & ita refert Albertus de Gãdino in ſuo tractatu de malefici. Vnde dicit Ioan. And.in addi.Specu.in titu.de inqui.§.

371 quando in prin.quòd† iudices ſecularis fori faciunt ſibi regulam afirmatiuam,quòd poſſint inquirere de quolibet maleficio;niſi aliàs per ſtatuta prohibeantur,fama ſcilicet præcedente, &c.allegant. d.l.congruit.&.§.iubemus autem.in authen.de collatio. & C.de aboli.l.1.circa princ. Subdit tamen ibi Ioann. Andr.in add.quòd de iure ciuili ſolum poteſt inquiri in præmiſſis caſibus. Aduerte tamen,quia Io. And. loquitur de iure communi.Gandi.de conſuetudine. Ang.verò in.d.l.ſi vacantia.dicit , quòd ſi conſuetu-

372 do eſt,illa ſeruanda eſt quia † eſt optima legum interpres,vt.l.ſi de interpretatione.&.l. minimẽ.ff.de legi. Alia fuit opin.Barto.in.d.l. 2.§.ſi publico.ff.de adult.qui ſequendo quardam dicta Nicolai de Materel.in quadam ſua diſputatione aſſumit in prędicto

373 articulo ſeptem regulas in effectu. Primam,quòd† ad denuntiationem officialis poteſt iudex inquirere,per.l.diuus.ff.de cuſto.& exhibi.reo. &.l. ea quidem.C.de acc.&.l.1.C.de cuſto.reo.& ratio eſt. qa ſicut tutor excuſatur a calumnia ſi inſtigatus ratione officij accuſat,vt.l.tutorem.ff.de his qui. vt indi. ita & iudex,propter denũtiationem officialis. vnde

374 dicit Angel.quòd† ſi ex forma ſtatuti, prout eſt hic Senis deputantur cuſtodes in comitatu per caſtra,& villas ne maleficia committantur. quòd licet ſtatutum vltra non procedat quòd poſſint denuntiare;tamen poterunt,vt.l.ab accuſatione.§.denuntiatores. ff.ad Turpil.Et ratio eſt;quia talis neceſſitatur,& iudex ad denuntiationem tenetur inquirere. Vnde ſicut in ſimili videmus quòd tutor excuſatur a præſumpta calumnia accuſando pro pupillo , quando eſt incitatus a matre, vt. d. l. tutorem. ita & hic. ¶ Secundam , ſecundum Barto. quòd iudex ratione incidentis criminis coram eo incidenter commiſſi,poteſt de illo inquirere,& punire,vt.d.§. ſi publico.&.l.nullum.C.de teſt.&.C.de proba.l.penul. &.C.ſi aduerſ.lib.l.penul.& propter incidentem criminis,cognitionẽ,quis excuſatur a metu calumniæ. l. qui cum natu maior.§.ſi libertus. ff. de bon.liber. cum ſi.¶ Tertiam,quòd propter pręcedentem generalem inquiſitionem,poteſt iudex ſpecialiter inquirere;qui vbicunq; iudex ex generali inquiſitione reperit aliquem deliquiſſe;in eodem caſu poteſt ad inquiſitionem ſpecialem procedere;vt illũ cõdemnet.

375 & ita† intelligendam dicit.l.congruit.& tex. in.l 4. §.1.ff.ad legem Iuliam pecul.& in authen. de collato.§.

tò.§.iubemus. Adducit etiam simile in accusatore,
qui excusatur a præsumpta calumnia, si est hæres, &
accusat illum quem testator dixit criminosum, vt.d.
l.qui cum maior.§.fin.ff.de bon.libe.¶ Quartam, quòd
permittitur inquisitio propter magnum doloré, vel
magnam offensam. vnde dicit, quòd vbicunq; crimé
committitur coram iudice potest iudex contra illũ
taliter criminosum procedere per inquisitionem. l.
1.C.de calumnia, & in falso teste, vt.d.l. nullum.C.
de test.& in falsa charta.C.de proba.l.pen.& in alijs
delictis, quæ committuntur coram iudice, de quibus
tangit Barto.in.l.eos.C.de fal.allegat simile de ma-
rito vxoris adulterium accusante, & in matre accu-
sante de morte filij, & in alijs personis coniunctis,
quæ sine metu calumniæ propter immensum dolo-
rem accusant, vt.l.fin.ff.de publi.iudi.&.l. mater. C.
de calum.cum si.¶ Quintam, quòd propter immen
sum crimen potest iudex inquirere. Sunt enim quæ-
dam crimina ita enormia, quòd de illis absq; metu
calumnię accusare licet. vnde sicut in illis admitti-
tur accusator; ita iudex debet posse inquirere.¶ Sex
tam, quòd propter criminis notorietatem potest iu
dex inquirere, vt in.d.l.ea quidem.C.de accu.¶ Se-
ptima, & vltima magis generalis colligitur ex omni
bus præcedentibus, videlicet, quòd vbicunque sine
metu calumniæ, & sine solennitate inscriptionis ꝓ-
cedit accusatio, potest iudex inquirere. Sed dicit An
ge.in.d.l.si vacantia. quòd prædicta doctrina sibi nõ
placet. Mouetur; quia si rumor præcedeter, & fama
publica, quòd T.aliquod maleficium commisisset; ta
376 lis† rumor, & fama excusat accusatorem ab omni pꝛ
sumpta calumnia, vt.l.Pantonius.&.l. cum quidam.
§.quòd dicitur.ff.de acquir.hæred.&.C. de testamẽ.
mili.l.si cum vel in vtero.& tamen clarum est, quòd
de iure ciuili non potest inquiri de omni maleficio,
de quo rumor, & fama præcedit, vt.j.patebit. Secun
do mouetur; nã, dicit ipse, ego reperio casum in quo
non ad denuntiationem officialis, non propter inci
dentem cognitionem, non ob præcedentem ge-
neralem inquisitionem. non propter magnum dolo
rem, offensum ue iudicem, aut criminis attrocitaté,
vel notorietatem iudex potest inquirere. & hoc est
in crimine suspecti tutoris; ergo dicta doctrina est
defectiua. Nec potest dici, quòd in tali delicto pos-
sit procedi per inquisitionem; quia possit quis accu-
sari de illo sine solennitate inscriptionis, & metu ca
lumniæ; quod non est verum, nam requiritur inscri-
ptio, & accusans tenetur de calumnia, vt not.gloss.in
l.1.in princ.ff.de suspec.tut.&.l.fin.C.eod. Item nec
placet Angel. quòd propter præcedentem generalẽ
inquisitionem, possit inquiri de quolibet crimine:
ne generalis inquisitio præcedens sit aliàs frustato-
ria; quia si hoc esset verum, semper posset fieri fraus.
nam cum iudex vellet specialiter inquirere cõtra ali
quem, generalem formaret inquisitionem. & postea
descẽderet ad specialem, & sic circumueniret dispo
sitioné.l.rescripto.§.si quis accusatorem.ff.de mu.&
hono. & illud dictum Euangelij; Mulier quis te accu
sat &c.& alia iura de quibus dixi. s. in princi.huius
377 quæstionis quæ† fraudes, & circumuentiones elimi-
378 nandę sunt, ne dicatur† legem verbis impositam, &
non rebus, vt.l.nõ dubium.C.de legi. scilicet melius
facit regula, cum quid vna via. de reg.iur.lib.6. Nec
ob.ratio prędicta, quòd alias inquisitio generalis es-
set frustatoria; quia hoc non est verum quia per eam
crimen inuestigatur. & si est repertum, poterit iudex
descendere ad specialem inquisitionem, si est tale in
quo possit procedi de iure per inquisitionem. vnde
multum operatur, quia vbi prius non poterat specia
liter inquirere, nunc potest. Prędictam etiã opi. Ni-
colai & Barto.reprobat.d.Barth.de Salice. in.d.l. ea
tia Principis, ſeu regentis ciuitatem, vel alterius te-
nentis locum Principis; ſecundum ꝙ not.in.l.fin.C.
de præſcrip.lon.tem. & Bart.in.l.hoſtes.ff.de cap.&
poſtl.reuer. & idem ècòntra ſi mandat inquiri ſuper
fama. & forma erit ſeruanda, vt ibi. Aut nō apparet,
& ſic ſumus in dubio; & tunc ſecundum glo.in.c.2.
eo.tit.lib.6.dicendū, eſt, ꝙ ſi Papa cōmittit inqſitio
nē ad petitionē alicuius ꝙ tūc delegatus debet prius
inquirere de fama. ſed ſi motu proprio cōmittit in-
quiſitionē criminis, videř tunc committere vt pro-
cedat omiſſo articulo famæ, per tex.2.q.5.c.omni-
bus.&.c.ſicut olim. j.eo. & hoc etiam ſentit Inno. ſ.
eo.c.cum oporteat. & Spec.in tit.de inquiſi.§.nunc
tractemus.verſ.hoc aūt notandum.in princ. Aduer-
te tamen, qa ex dictis hic & in.d.c. cū oporteat. per
doct. videtur potius diſtinguendum, ꝙ aut Papa ſim
pliciter commiſit inquiſitionem; & dicendum eſt ꝙ
requiritur inquiſitio ſuper fama, arg.eorum, q̄ dixi
ſ.in.d.c.cū oporteat.in tertio notabili tenet glo.1.
in.c.cauſam.de re iudic.& Guliel. in cle.1. de offic.
ordi. Et ſi delegatus vellet prius inquirere ſuper ve-
ritate, quàm ſuper fama, poſſet ab eius ſenten-
tia appellari, vt.c.2.de appel. libr.6. Aut Papa fe-
cit mētionem de fama; vt puta, quia dixit plurimo-
rum clamore ad nos delatum eſt, talem de talibus
criminibus infamatum, quare tibi committimus in-
quiſitionem, &c. & hoc caſu Io.And.vult, ꝙ talis nō
neceſsitetur prius inquirere ſuper fama, poſtquam
Papa talem aſſerit infamatum. Contrarium tamen
tenent Tanc.& Vinc. Mouentur, quia ad Papam ta-
lis clamor deferri potuit per inimicos diffamati.
Item poteſt eſſe, ꝙ Papæ fuit facta falſa delatio. Sed
Io. And.in.d.c.cum oporteat. diſtinguit. ꝙ aut Pa-
pa loquitur narratiuè, & procedit opi.Tanc.& Vin.
Aut aſſertiuè, & procedit opi. Io.Andr. arg.not.in
in.c.ſi.papa.de priuile.lib.6. & in.cle. 1.de pba.vbi
plenè dixi. de verbis narratiuis tangit Spec.in tit.de
inqui.§.nunc tractemus. verſi. hoc autem notandū.
455 † Dicitur autem narratiuè loqui ſecundum Ioan.
And.hic quando dicit multorum relatione accepi-
mus, vel, ad audientiam noſtram peruenit talem
de talibus criminibus infamatum. Si vero diceret,
cum conſtet nobis talem de tali crimine infamatū;
tunc aſſertiuè loqueretur. Idem tamen Io. Andr. in
addi. Spec.in.d. ver.hoc autem notandum. conclu-
dit, quòd ſi Papa diceret, multorum fide dignorum
relatu accepimus, quòd tunc non neceſsitaretur in-
quirere ſuper fama. & ſic talia verba in effectu ſatis
dicerentur habere vim aſſertiuorum verborum, cū
hoc caſu non poſsit dici, ꝙ relatio fuerit facta à ma
leuolis, vel ſuſpectis perſonis, vt dixi in.d.clem.1.de
proba. Hoc tamen non placet D. Anto.in.d.c.cum
oporteat. & eum ſequitur D.meus. Dicit enim, qđ
præſuppoſito quòd Papa id acceperit à fide dignis,
non tamen ſequitur, quòd ſit talis infamatus, quòd
poſsit fieri inquiſitio ſuper veritate, cum potuerit
audiuiſſe à duobus, vel tribus; & ſic Papa verum di-
ceret. & tamen per hoc non probaretur infamia, vt
in.c.inquiſitionis. §.tertiæ. ſ.eod. de quo latius. j.
Sed pro Ioan.And.facit ſecundum Ioan.de Imol.in
d.c.cum oporteat. quia, non eſt veriſimile quòd fi-
456 de dignæ perſonæ falſum retulerint; & ideò † præſu
mendum eſt pro ipſarum relatione; niſi aliud appa-
reat. Facit.c.niſi. ſ.de præben. Et hoc maximè arbi-
trarer dici poſſe, quando Papa diceret multorum,
ac plurimorum relatione percepimus, &c. Aut Papa
non ſimpliciter commiſit inquiſitionem, nec etiam
aliquam mentionem fecit de fama; ſed commiſit
inquiſitionem ſuper veritate criminis, & hoc caſu
Hoſti in.c.ſi. j.eo.tenet, quòd requiratur inquiſitio
ſuper infamia. Sed Io.And.ibi tenet contrarium.
Ego ibi ſaluaui vtrūq; dictum, hoc modo videlicet,
quód aut committitur inquiſitio ſuper veritate ſim-
pliciter, ita quod inquiſitor habeat inquirere, & pu
nire; & vera ſit opinio Hoſtien. Aut committitur
inquiſitio ſuper veritate ſimpliter; ita quòd inquiſi-
tor habeat cognoſcere, & referre ſummo pontifici.
457 & procedat opinio Io. Andreæ. † ita loquitur tex.
in.d.c.ſi.per quem mouetur Io.And.& ratio eſt, qa
cum iſte inquiſitus ſit recepturus à ſummo pontifice
ſecundum merita; vt vbi, ſatis eſt, ꝙ Papa cogno-
ſcat de veritate; quia ipſe ſolutus eſt ab hac rigoro-
ſitate, & ordine infamiæ, vt dicam in verſ.52.quarto.
in.11.&.13.fallen. vnde ſecus arbitror ſi talis com-
miſsio fieret per inferiorem vt cognoſceret, & refer
ret, propter ceſſantem rationem. Qualiter poterit
delegatus cognoſcere de infamia in caſibus in qui-
bus dixi eum prius debere inquirere de infamia, cū
ei hoc non videatur commiſſum? Spec.in tit.de in-
quiſi.§.nunc tractemus.ver. ſed quomodo. dicit, ꝙ
videtur ſibi commiſſum, tanq̄ acceſſorium; ſed dicit
ib Io.Andr.melius dixiſſet Spec. tanq̄ præparato-
rium, ſeu præambulum, vt.c.præterea. de offic.dele.
&.ff.de iuriſ.om.iudi.&.l.2. Eſt tñ aduertēdum; qa,
vt dixi in ſi. præcedentis. q. ꝙ multa dubia poſſunt
oriri circa hanc famam, & frequentem clamorem
ad quæſtiones. j. ponendas, quibus prædicta du-
bia declarantur. Et adde ad prędicta dubia omni-
no quæ dixi in.c. qualiter. ſ. eodem. ¶ Tertiode-
458 cimo quarto, † qualis debeat eſſe infamia, ad hoc vt
poſsit fieri inquiſitio ſuper crimine, in caſibus in
quibus requiritur præambulum infamiæ. Sol. dic,
ꝙ aut proceditur contra ſecularem. Aut contra re-
gularem. primo caſu, dic, ꝙ aut proceditur contra
prælatum, aut contra priuatum, & ſimplicem cleri-
cum. ſi contra prelatum ſecularem, dic quod nō ſuf-
ficit ſimplex fama, vel clamor, etiam ſi ſit frequens;
niſi ſit talis, & tanta infamia, quę generet ſcandalum
& quæ non poſsit ſine periculo diſsimulari, aut tole-
rari, vt hic in textu noſtro in verſi. ſed cum ſuper ex-
ceſsibus. hoc tamen videtur limitandum, niſi pericu
lum eſſet in mora; vt puta; quia prælatus eſſet dilapi-
dator, vel hæreticus, quia tunc eſſet periculum eccle
ſiæ, & ne alios de hæreſi inficeret. Et ideò dicit hic

Inn.

Inn.ad fi.quòd vbicunq; imminet periculum,poteſt
procedi ſine infamia.Facit.7.q.vlti.c. fi.42.diſtin.c.
quieſcamus.& de ſimo.c.inſinuãte.& ſequitur Io.de
Imo.poſt do.Ant.in.c.cum oporteat.s̄.eo. & idem
etiam voluit Inno.in.c.dilectus.j.de purga.cano.in
gl.magna,& Ioan.Andr.poſt Inno.hic, qui exempli
ficat in hæreſi, in qua vt dixi eſt periculum infectio
nis. Alij tamen exemplificãt in delapidatione.per.c.
fi.j.eo. ſed plus placet exemplũ Inn. & tenet Hoſti.
eo.tit.§.quando.Barth.de Salice.in repe.l. ea quidẽ.
exemplificat etiam de tutore dilapidante bona pu-
459 pilli. ſic† intelligit.l.tutor.§.1.ff.de ſuſpe. tutori.&
idem dicit in apoſtata. ſicut in hæreſi quia etiam eſt
infeſtiuus.C.de Iudæ.l.nemo.&.C.de apoſta.l. apo-
460 ſtatarum.& per hunc modum† intelligit.C. de epi.
& cle.l.ſi quis in hoc genus.&. C. ad.l.Iul. maie.l.2.
& vide Archi.poſt Hugu.in.d.c.fi.7.q.vltima.vbi di
461 cit,quòd† plurima conceduntur, & omittuntur gra
tia vitandi ſcandali,quæ alias nõ concederentur,nec
ommitterentur.l.diſt.c.conſtituerentur.&. c. de his
not.33.q.6.c.quod Deo,De quo articulo per glo.&
doct.in.c.niſi.s̄.de præben.&.j.de re iud.c.qui ſcan
dalizauerit.& adde quæ dicam.j.in verſ.15.Secũdo
caſu,quando fieret contra priuatum, aut ſimplicem
clericum;dic,quòd ſufficit fama freqnens & clamo-
462 ſa;licet non ſit talis,quæ generet ſcandalum.† Qua-
lis tamen requiratur, iudicis arbitrio relinquendum
eſt,ſecundum qnod dicam in ſeq.q.Ita tamen, quòd
leuiores probationes ſufficiant tam contra priuatos
quam contra prelatos,vt.j.de ſymo.c.licet Hely.de
offi.deleg.c.paſtoralis.in princ.de ſent.excomm.cũ
463 illorum.§.ſi verò.& ſic patet.quòd† infamia non de
bet eſſe leuis,quæ non repellit quem a dignitate, vt.
C.de dign.l.2.lib.12.vbi tex.dicit,quòd famoſi qui
multa,& frequenti infamia laborant,& annotati sũt
ſunt a dignitate repellendi;vt tradit Inno.in.c.cum
oporteat.s̄.eo.in.glo.magna.Secundo caſu,quando
contra regularem,videntur ſentire doct.hic, & in.c.
olim.j.eo. quòd poſſit fieri inquiſitio ſine infamia,
per.c.ſingulis.cum.c.ſeq.de ſtatu regu.quod dictum
non placet.D.m.in.d.c.olim.quia illa iura non pro-
bant;quia loquuntur in inquiſitione generali.in qua
ſi reperiretur abbas culpabilis, remoueretur ab ad-
miniſtratione. Nec eſt hoc ſpeciale in prælatis regu
laribus,quia idem etiam eſſet in ſecularibus, vt.d.c.
cum olim.j.eo.&.c.1.de offi.ordi.& quod not.Bar.
in.l.2.§.ſi publico.ff.de adul. & quòd not.hic.D.m.
464 vnde concludit ipſe, quòd† inquiſitio ſpecialis ad
pœnam non poteſt fieri contra prælatum regularẽ
ſine infamia per text.noſtrum, qui contra omnem
prælatum,& ſubditum videtur requirere infamiam,
& frequentem clamorem;loquitur enim textus ſim-
pliciter, & indefinitè de prelato; ergo debet in-
telligi de prælato, tam ſeculari,quam regulari. Ad-
uerte tamen,quia text.in.fi. videtur contrariari opi.
D.m. dum dicit,ordinem.de quo in tex.noſtro, nõ
eſſe vſq;quaq; ſeruandum circa regulares perſonas.
qualiter tamen text.debeat intelligi,dicam. j. in.9.
articulo principali. & hæc opi. plus mihi placet per
tex.in.c.licet.Hely.de ſimo. vbi text.loquitur de in-
quiſitione formanda contra illum abbatem Pompo
ſianum.& tamen mentionem facit de infamia,& fre
quenti clamore.Facit etiam ratio tex.noſtri in verſi.
verum.Fortè tamen dici poſſet, quòd non requirere
tur tanta infamia contra prelatum regularem, quan
ta contra ſecularem.argu.tex.noſtri in.fi.dum dicit,
ordinem hunc requiſitum circa regulares perſonas
non credimus vſquequaq; ſeruandum. & hoc repe-
rio etiam tenuiſſe.Ioan.de Imo. poſt. Do.Anto.in.
465 d.c.cum oporteat.vbi dicit, quòd† ſi fieret inquiſi-
tio contra prælatum regularẽ,ſufficit fama frequens
& famoſa;etiam ſi non generet ſcandalum,vel peri-
culum,& per tex.in.fi.dum dicit,quòd facilius & li-
berius proceditur contra regulares, quàm contra ſe
culares,& per id quod habetur in.c.per tuas. 1.j.de
ſimo. & idem etiam in effectu tenet Angel. in.d.re-
pet. ſi vacantia. vbi dicit, quòd in regularibus non
eſt neceſſe, quòd diffamatio ſit tanta, quòd ſine
periculo euitari non poſſit, vel quòd generet ſcan-
dalum. Et ſic patet ex prædictis quandoq; maior,
& quandoq; minor diffamatio requiritur reſpe-
ctu perſonarum, & reſpectu periculi, & ſcandali,
vt dicetur.j.in.15.q.& ſequitur etiam domi. Barth.
de Salice.in d.l.ea quidem.C.de acc.& adde quę di-
cam in duabus.qq.ſequen.¶ Quartodecimo quæro,
466 †quoties requiratur quod clamor, & infamia perue
nerit ad iudicem,ad hoc vt poſſit inquirere.Sol. qui
dam dicunt,quòd ſufficit bis perueniſſe. Mouentur
467 per† verbum ſępe,poſitum in tex. quod verificari vi
detur in duabus vicibus, arg.l.fideicõmiſſa.§. ſi quis
alicui.ff.de leg.3.facit quod not.in.c.monaſteria.de
vita & hone.cle.&.c.venerabilem.in.fi.s̄.de elect.cũ
concordantijs ſuis.& tangit etiam Ioan. Andr.in.c.
468 licet Hely.in verſi.frequenter,quia† binus actus in-
ducit conſuetudinem in criminibus, vt. l. nemo. &
ibi traditur.C. de epi. audi.& 25.q.2.c.ita nos.not.
ſingulariter gl.in.l.capitalium.§.famoſos.ff. de pen.
469 quæ dicit,quòd† per binum actum furandi,quis ef-
470 ficitur famoſus latro.Item facit, quia† pluralis lo-
quutio &c.vt in regula, pluralis loquutio de re. iur.
lib.6.&.ff.de teſti.l. vbi numerus canonizata. 4.q.3.
verſ.vbi numerus. Aliqui vero dicunt, quòd debent
eſſe tres vices.arg.s̄.de cauſa poſ.& propriè.c. cũ ec
cleſia. & hoc etiam tangit Io. Andr.in.c. licet Hely.
de ſimo.in verſi.frequenter.allegat.d.c.cum eccleſia
&.l.cum de in rem verſo.ff.de vſur. Vel dicendũ eſt,
quòd toties erit opus quòd ſuperior moueatur,arg.
ff.de eden.l.ſi quis.in.fi. Vel dicendum,ſecundum In
no.& Hoſti.quos ſequũtur Ioan. Andr. & doct.in.c.
cum oporteat.s̄.eod.quòd hoc relinquendum ſit ar
bitrio iudicis,arg ff.de iure delibe.l.1.in.fi. & in au-
then.de teſti.§.2.coll.7.&.l.continuus.§.1.ff.de ver.
obli.tenet.Roffr.in libel.iuris canonici.in tit.de in-
quiſi.§.nunc videamus, neq; enim ſecũdum eũ poſ-
ſumus ſcire, per quot vices clamor Sodomorum ad
Deum aſcenderit, qui dixit, Deſcendam &c.vt hic
in tex.noſtro. nec per quot vices, villicus apud Do-
minũ diffamatus eſſet, quòd bona domini ſui dila-
pidaſſet, cũ dixit, redde rationem villicationis tuæ.
Præterea vt patet ex his quæ dixi in præcedenti.q.
& quæ dicam in duabus ſeq. quandoq; maior,quan-
doq; minor exigitur diffamatio. Poterit enim eſſe
tanta nequitia, & infamia ſubditi, & q tot ſimul, &
ſemel denuntiabunt, q ad vnicum auditum poterit
formari inquiſitio,arg. c.tanta. 86. diſt. &.c. tantis
Daniel. 81.diſt. Sed ſi quis eſſet bonæ famæ, non
ſuffi-

sufficeret de eo semel audire; sed requireretur quòd
bis, vel ter, vel pluries, & a fide dignis, vt.c.si quid ve-
rò.86.dist.facit.46.dist.c.nonnulli.ad fi. Et hoc etiã
Roffre.in præallegato loco. Superior enim non de-
bet delectari in infamia subditorum; sed in bona fa
ma, vt.c.licet.s̄.eo.& tenet Spec.in tit.de inqui.§.1.
versi.sed qualis.vbi dicit, quòd curia hoc sępe obser-
471 uat, & placet mihi, quòd† hoc sit arbitrarium, & te-
Cõis opi.
nent hic communiter * doct. Iudex enim debebit ar
bitrari, & numerum, & qualitatem referentium, &
etiam qualitatem eius contra quem.vt in. q. præce-
dẽti, & debet adeò clamosa insinuatio præcedere, ꝙ
reddatur crimen quasi manifestum; vt hic, & in.d.c.
cum oporteat.s̄.eo.secundũ Inn.& Hosti.& Io An.
472 ¶ Quintodecimo quæro, † an propter scãdalum tã
tum procedi debeat ad inquisitionem. Dicit hic Io.
Andr.post Host.in verbo.periculo. quòd ad hoc scã
dalum inducitur propter vitium incontinentiæ, per
c.vestra.&.c.tua.s̄.de coha.cleri.& mulie.& idem te
net Host.in summa.in tit.de inquisi.§.quando. Sol.
dic, quòd si scandalo non sit adiunctum periculum,
quòd tunc propter scandalum non videtur procedẽ
dum, per ea quæ dixi.s̄.in ver.14.quæro.Inn.verò vi
detur velle in.c. cum oporteat.s̄.eod.quòd si maior
pars subditorum scandalizatur.quòd tunc debeat ꝓ
cedi ad inquisitionem propter talem infamiam, quę
sine scandalo maioris partis non potest tolerari. Si
autem duo, vel tres scandalizarentur; tunc ponderã
da est qualitas personarum; quia si sunt tales, & adeo
potẽtes, ꝙ licet sint tantũ duo, vel tres posset pertur
bari ecclesia; & tunc ad inquisitionem esset procedẽ
dum, arg.c.constitueretur.1.distin.&.23.q.4.c.cum
quisq; & quia si indicitur purgatio vt remoueatur
scandalum, ergo & pro illo remouendo poterit fie-
ri inquisitio. Sed aduerte, quia hoc non videtur suffi
ciens; est incidenda purgatio vt remoueatur scanda
lum, ergo potest formari inquisitio. Nam non sem-
per per inquisitionem sequitur purgatio; sed quan-
doq; absolutio, vt dicam.j̄.in.7. articulo principali
& quandoq; etiam ipsius inquisiti remotio, vt not.
Ioan.Andr.in.c.cum dilectis.j̄.de purg.cano. & ibi
473 etiam.D.m.vbi volunt, quod† illa glo.super verbo,
apud bonos, inquantum opponit.d.c. nostro & non
soluit, quòd solutio sit, quòd loquitur in indicenda
purgatione, hic in inquisitione formanda, quinimo
vult ibi.D.m.quòd solum scandalum non sufficit ad
indicendam purgationem; sed debet esse apud bo-
nos, & graues, per.c.inter.de purg.cano.de quo dicã
in.d.c.cum dilectis.vnde dicit.Do.Ioan. de Imol.in
d.c.cum oporteat, quòd aliqui tenent, quòd hoc ca
su propter scandalum non posset fieri inquisitio; nisi
etiam præcedat infamia, quod etiam tenet Inno.in
d.c.licet Hely.in glo.1.per rationes prædictas, & qa
licet propter scandalum possit indici purgatio; non
tamen potest fieri inquisitio; quia non semper pro-
pter inquisitionem indicenda est purgatio, vt dicã.
j̄.in.17.articulo principali. Refert tamen quosdam
tenere contrarium; quia vt remoueatur scandalum
indicitur purgatio.2.q.5.c.presbyter.sed inquisitio
nem sequitur purgatio; ergo pro scandalo potest fie
ri inquisitio contra eũ, qui est suspectus prælato suo.
Et hoc etiam tenet Inno.in.d.c.cum dilectis.in glo.
magna.ibi, nobis autem videtur. Sed vt.s̄.dixi, hoc
arg.non tenet, & ideò plus placet alia opi. quòd nõ
præcedente infamia propter scandalum, non sit indi
cenda purgatio; nisi fortè scandalum insurgeret ex
suspicione hæresis, secundum quòd statim dicam in
seq.q.secundum opi.Do.Ant.Totum igitur hoc iu-
dicarem relinquendum arbitrio iudicantis; quando
tamen iudex animaduerteret, non esse infamiam suf
ficientem ad inquisitionem specialiter formandam
& timeretur scandalum; tunc consulerem, quod ipse
faceret generalem inquisitionem, super statu eccle-
siæ, vel loci, vt statim dicam in.11.articulo principa
li, vel faceret inquisitionem super infamia.vt.s̄. dixi
474 in alia.q. ¶ Sextodecimo quæro, † an ex sola suspi-
cione prælati non præcedente infamia, possit proce
di ad inquisitionem. Inno. hic videtur velle quòd sic
dicens, quòd siue sit suspectus suo prælato, vel princi
pi, vel bonis viris & non præcedente aliter infamia,
poterit procedi ad inquisitionem; quia sicuti in ca-
su prædicto potest indici purgatio.2.q.5.c. in omni
bus. ita etiam videtur quod possit fieri inquisitio. Et
idem tenet Inno.in.d. c. cum dilectus.in gl. magna,
in versi.nobis autem videtur, vbi dicit, quòd siue scã
dalum, siue periculum, siue infamia, siue suspicio gra
uis sit contra aliquem, potest prælatus suus procede-
re ad inquisitionem, vel si non habeat probationes,
indicet purgationem, dicit etiam, ꝙ propter suspi-
cionem dominorum, siue regum potius est indicen-
da purgatio propter honorem, ꝙ vitandum scanda-
lum, quam ꝙ sit formanda inquisitio; quamuis & il-
la facienda sit, si visum fuerit prælato.2.q.5.c.Men-
nam.&.c.habet hoc.& idem not.in.c.cum oporteat
s̄.eo.& refert Archi. ita tenere.2.q.5.d.c. omnibus.
Sed certè si non præcedit infamia, non videtur ꝙ
possit fieri inquisitio, per.c.cũ dilecti.&.c. cũ opor-
teat.s̄.eo.& text.nostrum.nec valeat arg.potest indi
ci purgatio; ergo potest fieri inquisitio. vt dixi in ꝑ-
cedenti. q.nec etiam semper potest indici purgatio
propter suspicionem, vt.c.placuit.6.q.2.not gl.fi. &
ibi Ioan.And.in.c.nos inter.j̄. de purg.cano.& hãc
opi.tenet Bernar.Tancr.Vincen. & Goffred. in.d.c.
nos inter vbi volunt, quòd etiam purgatio non pos-
sit indici ex sola suspicione, nisi quis sit infamatus
apud bonos, & graues, per.c.cum in iuuẽture.de pur
ga.cano.de quo etiam per Archid.in.d.c. omnibus.
vbi etiam refert prędictas opin.& subdit suam. Sed
non insisto; quia de purgatione indicenda non est
materia nostra.dicam in.c.cum dilectus. de purg.ca
475 no.Dn.Ant.in.c.cum oporteat.s̄.eo.voluit, quòd†
propter solam suspicionem hęresis potest indici pur
gatio, & idem videtur sentire de inquisitione. Sed in
alijs criminibus dicit, quòd iudex debebit arbitrari
qualitatem suspicionis. & ita intelligit dictum Inn.
& Ioan.Andr. in.d.c.inter nos.sed dicit ibi Ioan. de
Imol. quòd communis opinio est, quòd sola suspi-
cio episcopi. sed demum quando transiuit ad alios,
vt voluit gl.in.d.c.ex parte. Ego arbitror aduerten-
dum, esse vtrum suspicio fuerit penes tot, & tales ꝙ
transiuerit in infamiam, & possit fieri inquisitio: aut
non est tanta, & hoc casu non possit inquirere specia
liter super crimine; sed benè super infamia præpara
toria ad inquisitionem, super crimine; cum in ea mi
nori infamia requiratur, & admittantur etiam pro-
bationes minus sufficientes, & possit ad eam pro-
cedi

cedi ad delationem non fide dignorum, vt dicit Io.
Andr.in.c.cum in iuuentute.s̄.de præsump.in versi.
credens. Facit quod no.Inno.in.c.licet.s̄.eo.glo.fi.
& Archi.in.d.c.omnibus.in gl.magna. in.fi. & quod
dixi.s̄.in versi.10.& dicam.j̄.in vers.25.¶ Decimo
476 septimo quæro, † ad quē debeat venire iste frequēs
clamor, & fama ad hoc vt possit fieri inquisitio. Sol.
satis clara patet ex tex.nostro, dum dicit,clamorē,
qui venit ad me. & idem dicitur in c.Deus omnipo-
tens.2.q.1.quasi sentiat, quòd ad hoc vt possit fieri
inquisitio,debet clamor peruenire ad prælatum, seu
ad iudicem,non ad alios; quia licet ad alios peruene
rit;non debet fieri inquisitio;vt dicit hic Ioan.And.
super verbo, ad me.& probatur etiam hic dum dici
tur,ad aures superioris peruenerit,&.c.licet Hely.j̄.
de symo.ibi dum tex.dicit,tunc enim clamor perue
477 nit ad prælatum,& ratio est in promptu; quia† pro
batio debet fieri iudici,vt.c.quoniam contra.&.c.ex
literis.s̄.de proba.&.c.scriptum.de elect.&.c.statu-
tum.§.cum verò.de.rescript.lib.6.&.l. quinquagin-
ta.ff.de proba.l.1.ff.de condic.ob turpem cau. cum
simi.& ideò,licet infamia esset in loco commissi de
licti contra aliquem;si tamen prælatus, vel iudex es-
set absens ita quòd frequēs clamor, & diffamatio ad
eum non deuenisset, non posset inquirere,sed debe-
ret prius habere probationem super infamia , vt.j̄.
dicetur,& traditur in.c.2.de purga.cano.& hoc vo-
478 luit Inno.in.c.cum oporteat.s̄.eo.† qualiter autem
testes debeant deponere,patebit ex seq. q. ¶ Deci-
479 mooctauo quæro,†qualiter iudex poterit se infor-
mare de infamia.Solu.Inno.& doct.in.c.cum opor-
teat.s̄.eo.concludunt,quòd dupliciter. Primo reci-
piendo testes,qui deponant super infamia. Secundo
de plano per rumorem viciniæ,& a bonis, & graui-
bus non suspectis certificari poterit;vt.s̄.de spon.c.
cum in tua. tu dic, quòd etiam per frequentem cla-
morem,& clamosam insinuationem , & secundū ea
quæ.j̄.latius subijciuntur. ¶ Decimonono quæro;
quia in præcedenti.17.q.dixi,quòd licet quis sit in-
famatus , si tamen infamia non peruenit ad prælatū
superiorem,seu iudicem, quòd prælatus non potest
inquirere super crimine , sed benè potest inquirere
super infamia, quo casu potest iudex etiam non præ
cedente alia infamia apud eum inquirere super in-
famia.& ad denuntiationem alicuius recipiendo te
stes super infamia,& sic postea probata infamia,pos
480 sit inquiri super veritate criminis. Vnde quæro, †
qualiter testes prędicti debeant deponere,& eadem
questio potest formari in omnibus similibus casibus
in quibus requireretur probatio infamiæ, ad hoc vt
possit procedi super crimine contra certam perso-
nam ; vt puta quando committeretur inquisitio su-
per crimine,vt dixi.s̄.eod.arti.versi.12. quæro,& in
alijs similibus quæstionibus.Sol. Inno.hic, & latius
in.c.cum oporteat.s̄.eo.& post eum Ioan. Andr. &
Ioan.de Imol.& doct. multum intricatè loquuntur
inculcantes validitatem,& inualiditatem attestatio-
num respectu causarum , & respectu interrogatio-
num,& respōsionum,tam respectu temporis. quam
loci,& quarundam aliarum qualitatum,& circunstā
tiarum. Vnde ego vt hæc materia quæ notabilis est,
& maximi effectus etiam quo ad diuersas alias ma-
terias per partes suas distincta, ac diuisa facilius ap-
prehendi valeat,& maiorem afferat fructum, ipsam
per partes suas diuidam;quia, vt inquit Cicero pri-
481 mo Rheto.& refert Ioan.Andr.s̄.in prohęm. † Par
titio illustrem & perspicuam totam orationem red-
dit.& Seneca ad Lucil.epistola.89. facilius per par-
tes in cognitionem totius adducimur.Facit.l. Caius
§.1.ff.de leg.2.& vide not.gl.in procemio Inst. quæ
dicit,quòd partitio animum incitat,mentem præpa
rat,& memoriam reformat. Verum quia hic de pro
banda fama agitur,& materia ista inquisitionum,vt
plurimum fomentum, ac substantiam recipit ab in-
famia,seu diffamatione,vel mala fama,vt etiam pla-
nè istius materiæ habeatur notitia, prosequar infra-
scriptas.qq.non tamen faciendo nouum ordinē per
numerum,seu quotas;sed procedendo per numerū,
& quotas præcedentes,vt facilius reperiri,& allegari
valeat id de quo quæritur. ¶ Vigesimotertio igitur
482 quæro,† quid sit fama seu diffamatio, & quotuplex.
Sol.circa hanc. q. dicendum est secundum Barth.de
Salice.post Iac.de Are. quòd fama diuiditur in duas
species principales ; quia alia est de homine , & alia
est inter homines.Fama de homine subdiuitur, quia
alia est bona, & alia est mala. Bona stat in simplici
nomine generis sui , & vocatur simpliciter fama, &
483 fama cōmuniter * describitur,quòd† est dignitatis Cōis opi.
illæsæ status,vita, & moribus comprobatus & in nul
lo diminutus,vt colligitur ex.l.cognitionum.§. exi-
stimatio.ff.de var.& extraor.cogni.tradit gl.in versi.
notorium.& ibi doct.in.c.vestra.s̄. de cohab.cle. &
mulier.& gl.3.q.7.c. infamis.§.porrò.alias incipit.
c.quamuis. & ponit hic Hosti.& pro hac fama habē
da debent homines totis viribus laborare.ff.ad treb.
l.facta.§.si in danda.nam & ab his,qui foris sunt, de
bet quis procurare bonam famā habere , vt in auth.
quomodo opor. epi. §. 1 . vnde dicit ecclesiastes. c.
41.curam habe de bono nomine;quia magis perseue
rauerit tibi quam mille thesauri prætiosi. & Aposto
lus ad Corinth.c.1.Expedit mihi magis mori,quam
vt gloriam meam quis euacuet. & adde quæ dixi.j̄.
eo.c.fi. mala autem fama assumit sibi proprium no-
484 men,& vocatur infamia.& sic† in, ponitur priuati-
uè,& per consequens describitur per contrarium.vn
485 de sic describitur. Quod† est læsæ dignitatis status,
vita & moribus reprobatus,vt probatur in.d.§. exi-
486 stimatio. Hęc autē† mala fama, seu infamia ab omni
bus vitanda est. nobilem degenerat plebeium deni-
grat,fratrem a quærelæ beneficio priuat , fidem mi-
nuit,honores tollit.& infamatum sequitur vt lepra,
vt hæc omnia probantur.ff.&.C.de infami.per to.di
xi in.c.inter opera.s̄.de sponsa. Et de hac fama, vel
infamia hominis non est materia nostra. Fama autē
inter homines est duplex . quędam dirigitur in rem,
& quædam in personam. In rē dirigitur an tale quid
sit,vel non sit,vt.l.3.§. eiusdem.ff.de testi. In perso-
nam verò dirigitur diuersimodè,nam quandoq; quę
ritur de fama hominis inter homines,& respectu ei9
bonitatis,vel malitiæ, stando in suo genere genera-
lissimo,vt puta an reputetur bonus,vel malus,quan-
doq: verò quæritur de fama descendendo ad speciē,
vt puta an reputetur fur,homicida,vel adulter, quan
doq; descenditur ad indiuiduum,vt puta, an sit infa
matus quòd interfecerit Paulum, vel adulterium cō
miserit cum vxore Titij, & de hoc inquiritur,vt hæc
pro-

probantur in.d.l.de minore.§.tormenta.ff. de quęstio.&.l. capitalium §.famosos.ff.de pœn. &.l. non omnes.§.a barbaris.ff.de re milit.& de hac fama inter homines est propriè materia nostra. Quæ fama
487 sic describitur primo per Spec.† quòd est vehemēs vulgi,seu maioris partis opinio rei de qua agitur cōsentiens, vt colligitur ex d.l.3.§.eiusdem.sed quidā dicunt hanc descriptionem esse insufficientem.nam communis opinio manifestatur non solum vsu,vt.ff. de supel.leg.l.Labeo.sed etiam rebus,& factis. vt.l. de quibus.ff.de legi. & tamen talis communis opi-
488 nio non est fama,secundum Barth.de Salice. quia† fama dicitur a for,faris;vt statim dicam. & sic debet non solum in opinione retineri;sed & voce manifestari.Iac.de Are.dicit, quòd dicta diffinitio non est bona, quia cum dicat vulgi,seu maioris partis opinio, videtur exigere ꝙ maior pars populi opinetur, seu teneat id de quo fama asseritur: sed hoc non est verum,secundum eum;quia quandoq; sufficit quòd maior pars alicuius regionis hoc opinetur,vt.ĵ.dicā Et secundum eum sumitur verbum regionis ꝑ vna contrata,seu vicinia,sicut dicimus, quòd olim Romana ciuitas per regiones distinguebatur, vt l.3.in prin.ff.de offi.pręfec.vigil.Et hodiè Romani vocāt has regiones; licet propriè regio,prout a Rege deriuatur prouinciam denotet, vt in cle. ne in agro post prin.de statu mona. Et quandoq; etiā magis amplè sumitur hoc verbum; & quandoq; magis striĉtè pro ciuitate,de quo vide per Ioan. Andr. in verbo regionis. ĩ. de sepul.& ibi in materia plura allegat vnde sufficit secūdum Iac.quòd sit in aliqua regione, hoc est in aliqua vicinia. & ideò ita ipse describit. Quòd fama est regionis vel viciniæ, vel maioris partis viciniæ communis opinio,cum sermone, vel voce manifesta. sed & hæc descriptio reprehenditur per Do. Tho.dicit enim,quòd hæc descriptio non videtur requirere famam esse aliquo casu in tota ciuitate, quę tamen quandoq; exigitur, nec semper exigitur, seu sufficit quòd si vna vicinia, & quādoq; sufficit tamē vel facti,qualitatem,& arduitatem, nec placent sibi illa verba,sermone,vel voce;quia vox,vel sermo posset aliquid affirmare pro certo, & tunc propriè non diceretur fama; sed notoriū, manifestum, vel certū Et ideò ipse in quodam suo tractatu de fama sic describit. videlicet, ꝙ fama est ꝙ homines alicuius ciuitatis,castri,villæ,viciniæ,vel cōtratæ,communiter opinantur,existimant,vel sentiunt,verbis, vel loquela cōmuniter asserendo;nō tamē pro certo, & vero, vel manifesto.Bart.verò.in.l.de minore.§.tormenta ff.de quæstio.Ita describit. Quòd fama est communis opinio voce manifestata, ex suspicione proueniens.¶ Communis autem opinio dicitur,ad differētiam opinionis singularis, vt.l.cum quidā.§.quod dicitur.ff.de acqu.hæred.&.l.Labeo.ff.de supel.leg. Ideò autem ponuntur in descriptione illa verba voce manifestata. quia alias non esset fama, sed staret in nomine sui generis.s. opinionis communis, quę quandoq; vsu manifestatur,& quandoq; verbis,& factis,vt.ĩ. dixi. Vnde dicit Bart.quòd illud quod dicunt multi doct. quòd fama est, communis opinio, & existimatio,sunt synodus,& idem important. est verum quando communis opinio,& existimatio voce manifestatur;alias secus.¶ Adducuntur etiam in descriptione illa verba,ex suspicione proueniens,ad differentiam manifesti.nam si diceretur communiter aliquid quod esset certum ab aliquo, vel populo commissum;illud non esset fama,sed notorium, vel manifestum,vt.l.ciues.C.de ap.&.l.si vero.§.quid ꝑ rei.ff. qui satisd. cog.ff. Facit quod tradit Bart. in.l. ab accusatione.§.nuntiatores.ff.ad senatuscon. Turpil.¶ Sed dicit Barth.de Sali. quòd dicta descriptio Iac.non meruit reprehēdi, nec verba illa ex suspicione prouenięs,sunt addēda de necessitate; sed ad bene esse;nam cum dixit opinio; sequitur, quòd venit ex præsumpto,& suspicato;nam secundum Vgutio-
489 nem,& Catholiconem. † opinio dicitur putamen, vel suspicio,nec aliquid certi significat;sed per verisimilia potius quærit quod apprehendit. & ideò opinio est quasi pro vero aliquid tenere, quod quis ignorat an sit falsum, vt hæc probantur in.d.l.3.ff. de testi. &.l.1. post princ.ff.de quæstio.&.l. Barbarius.ff. de offi.prætor &.l.1.C.de test.& quòd ibi not.dicit tamen Barth.de Salic.quòd quia commodius est singulas causas singulis modis exprimere,vt Inst. quib. mo.test.infir.§.sed quia.Ideò præfa.d.Tho.de Piperata,latiorem descriptionem facit quam alij,omnes tamen ad vnum effectum tendunt.Subdit tamen, ꝙ ad hoc vt multa dubia tollantur, fama potest sic describi. Quod est alicuius rei publica.& communis alicuius regionis assertio, ex sola suspicione proueniens.pro hoc enim quòd dixit alicuius rei compre-
490 henditur fama directa in rem,& in personam,quia† rei appellatio generalis est,vt.l.1.in fi.ff.si cer.pet.& l.rei.ff.de verb.signi.per verbum autem,publica,apparet quòd assertio non debet esse priuata. 46. dist. c.sunt nonnulli.ĵ.de purg.cano.c.cum in iuuentute per verbum autem communis,deciduntur plura dubia,secundum quòd.ĵ.patebit ex seq qq. per id autem quòd dicitur alicuius regionis, denotatur viciniā.secundum quod dictum fuit.ĩ.secundum Iac.de Aret.per id autem,quòd dicitur assertio,ostenditur ꝙ debet esse voce declarata,vt.l.1.C.de asser.tol.facit.ĵ.de priml.c.cum olim.& tex.in.c.1.ĵ.de clerico. per sal.promo. &.c.si cum nobis.ĩ.de testi.cum
491 simi.alias non esset fama,† quæ dicitur a for,faris.vt statim dicā.per id autem ꝙ vltimo loco subiūgitur,
492 ex suspicione promouens.denotatur† differentia inter famam,notorium,& manifestum.Aduerte tamē quia potest esse aliquod notorium, vel manifestum inter alios qui certam scientiam habuerunt tem sic esse,quod tādē deductū, fuit ad famam quo ad alios per assertionē aliorū; vel qa ex aliqua præsūptione homines pro certo illud nesciētes. moti fuerunt per famam ad sic dicendum. Hæc tamen verba non vidētur requiri de necessitate,secundum eum, vt.ĩ. dixi. Et ex prædictis habes quæ differētia sit inter famam, & manifestum, seu notorium, & inter famam, & opinionem, seu communem opinionem. nam potest esse opinio, & non communis. Item potest esse communis,& tamen voce non manifestatur,& sic
493 non erit fama. Sed† quæ differentia sit inter famam, rumorem?Host.voluit in.c. super eo.ĩ.de eo qui cogno.consang. vxo. suæ. quòd fama est quando tota ciuitas aliquid dicit,seu declamat. Rumor vero quādo aliqua pars viciniæ aliquid dicit, vel secundum Archid.25.q.6.c.si duo. Rumor est particularis assertio

ſertio ex incerto authore, & a ſola ſuſpicione proue nieus, vt.d.c.ſuper eo.& ca. Oſius de elect. & hoc magis videtur placere Spec.in tit. de notorio crimine. §.nūc de rumore. Et ſic patet, quòd rumor minus, probat, quam fama, vt etiam dicit glo. in. d. c. ſuper eo. nam, fama eſt communis viciniæ acclamatio, ſecundum Archi. Tu dic, vel maioris partis, vt.ſ. latius dixi. Rumor verò eſt cum pauci aliquid dicunt, non tamen publicè; vt.c.veniens. propè prin.ſ.de reg. iu. Poteſt ergò eſſe rumor, & tamen non erit fama; quia non erit communis opinio totius viciniæ, vel maioris partis. Sed in omni fama rumor ineſt, vt patet ex prædictis. Item dicit hic Do. Anto. poſt Hoſt. quòd clamor, de quo hic in tex. poteſt ſumi pro voce quæ rumoſa, & publica; licet paucorum tamen potentum; vel eſt paucorum, & quando ſcitur auctor. Fama mul torum & quando ignoratur auctor, ſecundum Hoſt. vt.d.c.ſuper eo. Concluditur ergò, quod rumor, clamor, & opinio etiam communis ut minus ſe habent

494 quam fama. ¶ Vigeſimoprimo quæro,† vnde dicatur fama. Sol. Bar.in.d.l.de minore.§.tormenta, dicit quod dicitur a for, faris, ſecundum Vgutio, vel ſecundum alios, vt dicit Barth. de Salice. & dicit Catholicon deriuatur a famulor, ris. quia dicitur nobis quaſi famula dum famulatur nobis, eo quod rumores, & clamores portat per diuerſas regiones, quæ plurimum eſt mendax adijciens, ac detrahens plurima de veritate ſecundum diuerſas animi paſſiones. vnde verſus. Fama volat tranſitq; modum quocunq; feratur. Tu melius dic, ſecundum Archid. 11.q.3. c.non ſunt. Quod dicitur a for, faris. licet for non ſit in vſu. vnde dicitur a fando.i.loquēdo peruagatur & eſt nomen bonarum, & malarum rerum; vt patet ex his quæ dixi in præced. q. nec certum habet locum; quia plurimum mendax, quæ tandiù viuit quandiù non probatur id de quo fama eſt. Cæterum probato illo amplius non dicitur fama propriè. & hinc ſecundum Archid. dicimus famen, niſi quod eſt loquutio de aliquo, maxime in bono, vt in hymno. S. Ioan. Baptiſtæ, qui incipit, Antra deſerti &c. ibi, Ieui ſaltem maculare vitam famine poſſis. Et circa id quod dixi, quòd famæ ſæpe adijcitur & detrahitur. vide Virgilium. Eneidos quarto; Fama malum, quo non aliud velocius vllum Mobilitate viget, vireſq; acquirit eũ

495 do. ¶ Vigeſimoſecundo quæro † per quot homines fama habeatur. Sol. in hac quæſtione variè reperiuntur opiniones glo. enim in.l.ſi arbiter. ff. de probat. in gloſſa magna circa medium. videtur ſentire, quòd debeat eſſe omnium opinio. facit tex. ibi dum dicit, ſed cum omnium hæc opinio. Item facit tex. in.l.1. C.de teſt. & hoc voluit etiam Hoſt. qui dicit, quòd hęc eſt differentia inter rumorem, & famam: quia fama eſt communis opinio aſſertiua omnium, rumor particularis, de quo dic, vt dixi.ſ.eod.artic.17.in fi. Alia opinio, eſt quòd exigatur maior pars populi vt.l.3.§.eiuſdem.ff.de teſtib. & ibi traditur. Tertia fuit opinio, quam tangit hic Inno. & poſt eum Ioan. Andr. quod ſufficiat, ſi dicat ſe a duobus audiuiſſe. per tex. hic, qui dicit, a prouidis, & honeſtis, etiam non maleuolis &c. nec addit maiorem numerum, facit regula pluralis loquutio. de regu. iut. lib. 6. Sed hoc non videtur ſufficere ſecundum præfa. doct. ſecundum ea quæ dicam. ĩ. verſicu.35. & adde quę ibi dicam, his quæ hic dicuntur. Quarta fuit opinio, quòd ſufficiat multorum opinio, qui hoc poſſunt ſcire, vt not. in.l.cum quidam. §. quòd dicitur. ff. de

496 acqui. hære. Sed circa hoc inſurgit dubitatio† quot veniant appellatione multorum, & quidam volunt quòd decem, vel. 20. qui ſecundum eos, faciunt famam, licet aliàs in alia materia, quandoq; multi dicuntur duo, vel tres, vt not gl. inſt. de iure perſo.§.fi. &.l.1.§.hoc reſcriptum.ff.ad Syllanianum. & per Archid.32.q.7.c.ſi quis. Alibi verò alias accipitur, vt latius dicam in.c.latores.ĩ.de cleri. excom. mini. ſed hæc opi. cõmuniter* reprobatur, nec placet præfa. Dom. Tho. in tractatu ſuo, vbi ipſe concludit in hoc articulo, quòd aut illud de quo quæritur, eſt magnũ, arduum, & notabile. vt puta ſi eſſet mortuus princeps, vel magnus vir. vel quando dicitur factum aliquod notabile factum; & tunc non ſufficit famam eſſe in aliqua vicinia, vel contrata, etiam ſi ſit in tota vna vicinia, vel cõtrata; ſed requiritur, quòd ſit fama totius ciuitatis, vel populi, aut maioris partis eiuſdẽ totum populum repræſẽter, vt not. in.l.quòd maior. ff.ad munici. &.l.aliud.§. refertur.ff.de reg. iur. Aut factum de quo quæritur non eſt arduum, vel magnũ ſeu notabile, ſed paruum; & tunc ſufficiat fama viciniæ, ſeu contratæ. facit de præſump.c.illud. debet igitur conſiderari maior pars populi, aut viciniæ, ſecundum qualitatem negotij, de quo quæritur, & hoc videtur ſenſiſſe etiam Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de fama. & Bar. in.d.§.tormenta. & Bart. de Salic. in. d.l.ea quidem.de accu. vbi ipſe ſubdit, quòd credit, quòd non ſufficiant pauciores quam decem, arg. ff. vi bo. rapto.l. prætor.§.1.&.2.q.1.c.de manifeſta, & quòd ibi notat glo. & quòd not. Cyn. in. d.l.ea qui-

497 dem. & ſic infert, quòd† teſtis deponens de fama viciniæ, vel villæ non debet dicere apud quot homines ſit fama, ſed ſatis eſt quod dicat famam eſſe apud totum populum, vel totam viciniam, aut maiorem partem, ſi tamen interrogatus quot homines ſunt in vicinia, aut villa reſponderet, quòd ſunt minus decem hoc caſu non probaretur fama, ſecundum eũ, ꝙ eſt dictum ſingulare, ex quibus videretur inferendũ, ꝙ ſi interrogatus reſponderit, ꝙ in vicinia, vel villa eſſent 14. aut. 15. & ipſe depoſuiſſet ꝙ fama eſſet apud maiorem partem viciniæ, vel ville, ꝙ talis teſtis non probaret famam; quia poſſet eſſe apud octo, vel nouem, & ſic eſſet apud maiorem partem. & tamẽ quia non eſſet apud. 10. non probaretur fama, ſecũdũ eũ ꝙ eſt dictum peregrinum. non tamen videtur, pcedere ſine maxima dubitatione. cogitabis. ¶ Vigeſi-

498 motertio quæro,† vtrum in hac maiori parte populi, aut viciniæ includãtur mulieres; Inno. in.c. veniẽs. ſ. de verb. ſign. ſecũdũ ꝙ refert Bar. in d.l. de minore, §.tormẽta.ff.de queſt. & Bar. de Salice. in. d.l. ea qui dem. ſentit, ꝙ ſufficit, ꝙ maior pars bonorũ hominũ hoc dicat; hoc eſt decurionum, & conſiliariorum ad quos ſpectat regimen ciuitatis, vt.l. municipes. &.l. municipibus. ff. ad munici. Bar. tamẽ dicit ſe putare, quòd in iſtis quę non ſpectant ad iſtos principes qui regunt ciuitatem; ſed magis ad alios particulares ſufficiat famam eſſe in vicinia, & etiam inter mulieres, ad quas ſpectat etiam hoc ſcire.l. cum quedã. §. ꝙ dicitur. ff. de acqu. hær. ſed præfa Do. Bar. de Salice. elatius diſtinguit; licet ſua diſtinctio ſũpſerit fũdamẽ tum

Cõis opi.

tum ex dictis Bar.videlicet,ꝙ aut illud,de quo fama
quæritur pariter concernit vtrumq; sexum ; quia ad
vtrumq; spectat illius notitia. & tunc fama non mi-
nùs debet esse inter fœminas, quam inter masculos.
Exemplum de fama mortis vxoris regis,vel quando
rex talem duxit in vxorem,& sic de simili.quandoq;
concernit masculos tantum;& tunc non exigitur ꝙ
de illo fama sit inter mulieres.verbi gratia,si quæri-
tur an fama sit quòd fuerit decurio ciuitatis , vel an
certum quid in consilio populi , vel inter senatores
decretum fuerit,& sic de simi.actibus ad quos nō vo
cantur,mulieres, nec earum interest scire prædicta.
Interdum verò concernit tantum mulieres, vel prin
cipaliter illud de quo fama queritur interest mulie-
rum.& hoc casu potissimè mulierum fama exigitur;
vt puta,si quæritur de fama alicuius mulieris,an fue-
rit pulzelata , vel iuuencula , quæ communiter inter
mulieres conseruantur, vel si quæritur de fama peri-
tiæ alicuius obstetricis , quinimo dicit pręfatus do-
ctor,quòd si quęreretur de fama peritiæ,seu scientię
alicuius sufficit famam esse inter peritos,& discipu-
los eiusdem scientiæ, & ideò sufficit ꝙ de canonista
scholari sit inter canonistas,& sic de simi.facit quod
not.gloss.in.d.§.quòd dicitur, & quod not.in.l.vul-
garis.ff.de furt.&.l.in ratione.§.quòd vulgo. ff.ad.l.
falci.&.l.filiusfa.§. secundum vulgarem. ff. de leg.i.
nam vulgare etiam dicitur quod inter sapientes, seu
tractātes de illa materia communiter tenetur;vt.dd.
iuribus.& dicam statim in q.seq. & hæc opinio satis
mihi placet. Et aduerte;quia debet esse inter illos ad
499 quos spectat hoc scire. vnde† si ciuis istius ciuitatis
esset mortuus vltra mare dum esset in exercitu con-
tra Saracenos , vel in aliqua militia in lōginquis par-
tibus , sufficit quòd sit fama de morte ipsius in terra
sua in qua sunt homines , ad quos spectat hoc scire.
34.q.1.c. cum per bellicam. & in auth. hodiè. C.de
repudi.&.ff.de adul.l.miles §.pen.&.l.fi. ff.de hære.
500 insti.¶ Vigesimoquarto quæro , † in quo loco de-
beat esse fama.Sol.dicit Bar.in.d.l. de minore.§.tor
menta.ff.de quæstio . quòd fama de aliquo homine
in genere debet esse in loco suæ originis,vt. d.§.tor
menta.dum dicit,in ciuitate sua, vel loco in quo cō
uersatur,vt est bonus text.in.c.3.s̄. de elect.& facit.
34.distinct.illud.&.s̄.de præsumpt.c.quosdam.&.l.
2.C.vbi de cri.agi opor.&.l. non omnes. §. a barba-
ris.ff.de re mili.sed fama alicuius rei,vel facti,prout
est in delictis,de quibus plurimum inquiritur, & de
fama quæritur,videtur quòd debeat esse in loco de-
licti,vt.d.l.1. & auth.qua in prouincia. C.vbi de cri-
mi.agi opot.Subdit tamen ipse Bar.quod de necessi
tate talis fama non exigit locum.quòd probat ipse;
quia fama debet esse inter eos,qui possunt scire illud
de quo quæritur, vt dixi in præcedēti.q.vnde si fama
est in vniuersitate scholarium quod . T.est bonus
scholaris,vel quòd fecerit furtum alicuius libri, fa-
ma erit probata; & tamen vniuersitas non habet lo-
cum,vt.l.in ratione.§ quòd vulgò, cum alijs iuribus
501 allegatis in pręced.q. & † vbicunq; reperias locum,
dic,quòd ibi non ponitur locus;vt significet locum,
sed vt significet qui morantur in loco. vnde cum di-
co,fama est in ciuitate ista debet intelligi, hoc est in
ter homines istius ciuitatis . Vel fama est in ista vni-
uersitate , hoc est inter homines istius vniuersitatis.

Facit.l.inter omnes.iuncta glo.ff.qui satisd.cog.&.l.
apud Iulianum.§.Scio.ff.de leg.1.&.l.vulgaris.ff.de
furt. cum alijs similibus iuribus allegatis in præced.
q.Sed dicit Bar.de Salice. quod Bar.videtur sibi ipsi
contrariari, secundum quod patebit ex his quæ di-
cam.ī.eo.articulo.versic.33.Nec videtur hic ipse ve
rum dicere, secundum eum ; quia in vniuersitate,vt
in vniuersitate , non potest esse fama; quia fama est
communis opinio,& assertio,vt patet ex his quæ di
xi.s̄.in.20.versi. sed vnica solum assertio potest esse
502 in vniuersitate.quia† est vnica tantum persona ficta,
503 & repræsentata. † Cum ergò dicitur quod fama est
in vniuersitate,intelligitur inter eos, qui sunt de vni
uersitate, & licet isti non habeant locum proprium,
habent tamen habitationem in ciuitate , vel castro
in quo habitant, vel vniuersitatem faciunt , & extra
locum illum non est vniuersitas illa,saltem eadē nu-
mero,vnde cum ista vniuersitas Senensis, saltem nu-
mero differat ab vniuersitate studij Bononien.& Pa-
duani ; ille qui habet bonam famam boni scholaris
in hac vniuersitate,non propterea habet in vniuersi-
tate Bononiensi; quia ibi incognitus.& sic saltem ra-
tione veritatis indagandæ,& fidei habendæ de fama,
504 † testes deponentes de fama iuridicè possunt inter-
rogari de loco & tenentur ad interrogata responde-
505 re vt.l.testium.C.de test.ī.ver.38.nam si† fama di-
citur a for,ris;vt.s̄.dixi in versi.21.ergo in aliquo lo
co fatur,& quandoq; in loco minus lato vt in terze-
rio;vel quarterio alicuius ciuitatis. quandoq, in la-
tiori,vt in tota ciuitate,quandoq; in latissimo, vt in
tota prouincia.secundum ergo qualitatem & exigē-
tiam facti,quærendus est locus,vt.c.postquam. &.c.
scriptum.s̄.de elect.&.c.quosdam.s̄.de pręsump.&
in.d.§.tormenta.&.l.1.§. si pręses.ff.de magistra. cō
ue. tunc enim fama de delicto orta contra aliquem
contra eum pręsumptionem inducit; quando cōtra
eum fuerit scandalum,vel clamor generatus per vil-
lā,parocchiā, vel vicinā ff.de fun.instruc.l.cū dela-
nionis.§.asinā.de præsump.c.illud de cōsang.& affi.
c.super eo.ff.de testi.l.3.§.eisdē.& secundū quod sta
tim dicā in versi.sed quæro penes quos debeat inqui
ri de infamia episcopi. Et aduerte;quia quātū ad ꝓ-
positū nostrū de inquisitione formanda . Bal.in.d.l.
506 ea qdē.C.de acc.dicit,ꝙ†ex fama existēte in vno lo
co,non pōt iudex inqrere in alio.vnde ex fama q̄ est
Bononiæ contra Bononiēsem,iudex Senensis nō po
test inquirere ; licet aliqui contra ; quia non refert
vbi sit fama . sed malè dicunt secundum Bal.qui di-
cit,ꝙ fama debet esse in loco iudicij,cum tendat ad
ordinationem iudicij ; & quia fama debet accusare,
& loco accusatoris habetur, vt hic in text.&. c.licet
Hely. de simo. ergo adsistere debet in loco,sicut ac-
cusator,vt.l.si accusatoribus. C. de accusato.&.2.q.
507 8.perscripta . ex quo videtur inferendum , quòd†si
testes sunt varij in loco non vidētur probare.de quo
late dicam. ī.versic.39.Ego distinguerem,quòd aut
quęrimus , an fama quo ad se simpliciter sumpta.
prout etiam loquimur de fama inter homines de
aliqua persona , exigat locum . & ista non exigit
locum;sed satis est, quòd communis assertio homi-
num,vel maioris partis eorum,qui ipsos cognoscūt,
& de eo notitiam habent,habeat ipsum pro diffama
to,siue sit istius ciuitatis vel alterius vel mixtim.Aut

quæri-

quærimus de diffamatione habito respectu ad locũ
in quo debet fieri inquisitio. Et hoc casu dicam, ꝙ
vera sit opinio Bal. Aut loquimur an fama sit in loco
& non est dubium propriè loquendo quòd nõ est in
loco, sed apud homines illius loci, vbi formatur in-
quisitio, & ita loquitur Bar. rectè intellectus. Aut q̃-
rimus an homines, apud quos est fama, debeant esse
in loco quo formatur inquisitio, ad hoc vt inquisi-
tio valeat. & hoc casu plus placet opinio Bal. & ad-
de, quę statim dicam. & quæ dixi. s̃. in. 7. artic. versi.
508 6. quæro. Sed iuxta prædicta quæro, †penes quos de
beat inquiri de fama, seu infamia episcopi, ad hoc vt
possit procedi ad inquisitionem. hoc est qualiter te
stes debeant deponere penes quos sit infamia epi-
scopi. Sol. D. Ant. in. c. cum oporteat. s̃. eo. conclu-
dit post Inno. ꝙ de infamia episcopi inquirendum
est a Capitulo, & Canonicis. & si apud eos nõ reperi
tur non infamatus, non erit vlterius procedendum.
nisi alibi, & inter alios fuisset cõuersatus, quia tũc ẽt
ab illis esset quærẽdum. Facit. d. c. quosdã. & c. quãto
s̃. de præsumpt. & c. postquã. & c. scriptũ. s̃. de elect.
Facit etiam tex. noster. & hoc verum, nisi propter po
tẽtiã, & tyrannidem prælati, timeatur de occultatio
ne veritatis per illos de Capitulo. Facit. c. tãta. de ex
cess. prela. nam posset quæri etiã a vicinis, qui si dicãt
nũquam habuimus istum pro diffamato, vel si habui
509 mus, errauimus, cessabit inquisitio; quia †vltimo di-
cto eorum stãdum est, & magis credendum est dicto
viciniæ, quã paucis testibus. Facit. c. inquisitionis. §.
fi. s̃. eo. & quod not. Bar. in. d. §. tormẽta. & sequitur
Ioan. de Imo. in. d. c. cum oporteat. in pen. q. & Spec.
in tit. de inquisi. §. nunc tractemus. versi. porrò. ibi,
510 de prælato. ¶ Vigesimoquinto quæro, †a quibus p-
sonis, & vnde, seu quã originẽ debeat habere fama.
Sol. tex. noster videtur hoc expressè decidere. dicit
enim, ꝙ prouenire non debet a maleuolis, & maledi
cis; sed a prouidis, & honestis viris. & ad idẽ. 11. q. 3.
in cũctis. & . j. de purg. can. c. cũ in iuuẽtute. & l. mi-
les. pe. ff. de adul. hoc tamen dicit Bart. in. d. l. de mi-
nore. §. tormẽta. ff. de quæstio. intelligẽdũ esse, quan
do fama solũ habet originẽ ex dicto personarũ; quia
populus ideò credit. & ideò dicit quia tales dixerũt
oportet enim illos eẽ nõ maleuolos, aut maledicos.
Intellige ẽt nec leues; sed graues, prouidos, & hone-
stos, vt hic; & talis authoritatis ꝙ debeat eis fides ad-
hiberi, vt. l. si quis decurio. C. de fal. facit. C. de repu.
authẽ. hodie. Sed qñ fama haberet originẽ ab alio q̃
a dicto personarũ, tunc potest habere originẽ etiam
a vilibus personis, secũdum Bar. Tu verò distingue,
ꝙ interdum fama trahit originem nõ a facto, seu de
licto, sed extra delictum, interdũ trahit originẽ a fa-
cto, seu delicto, interdum a persona. Primo casu po-
test figurari exẽplum, quãdo fama esset, ꝙ aliquis es-
set rector alicuius ecclesię, vel ꝙ sit filiusfa. vel seruus
quia communi opinione ita tenebatur: vel vt rector
se gerebat, vel vt filiusfa. vel vt seruus, de qua materia
in. l. Barbarius. ff. de offi. prætο. & c. consultationi-
bus. j. de iure patro. 29. q. 2. c. si quis. & . s̃. de coniug.
seruo. c. 2. & fi. 22. q. 4. c. Innocens. & 1. q. 1. c. dedit.
& c. Christus. & c. multæ. & c. prophetauit. & c. Cai-
phas. cum simil. & l. 1. & . 2. C. ad Maced. & l. 1. ff. ad
Maced. & . l. 1. C. de testa. & hoc casu non procedit
quæstio nostra. Secundo casu potest figurari exem-
plum in delictis, vt. C. de adul. l. si quis adulterij. cum
ibi not. & l. capite. in fi. ff. de adult. & quod not. in. c.
euidentia. s̃. eo. & l. itaq; ff. ad. l. Aquil. & hoc casu si
militer non procedit quæstio nostra. Interdum ve-
rò fama trahit originem a persona. & hoc casu subdi
stingue, ꝙ quandoq; trahit originem ab incerto au
thore, vt. c. sanctum. de conse. dist. 4. & hoc plurimũ
in fama contingit; quia communiter trahit originẽ
ab incerto authore, vt hic dicit gl. super verbo a ma
leuolis per. d. c. sanctum. interdum verò fama trahit
originem a certo auctore; & in hoc subdistingue, ꝙ
aut quęrimus de fauore illius a quo fama traxit ori-
ginem; & talis fama non opitulatur nec probatur in
fauorem authoris, vt. d. l. miles. §. pen. secundũ Bar-
tho. de Salice. qui text. non multum benè probat iu-
dicio meo; dictum tamen in se verissimum arbitror,
511 †ne quis videatur esse testis in causa propria, vt. l. in
omnibus. ff. de testibus. & . l. rationes. & l. exemplo.
C. de proba. & adde quæ dicam. j. versi. 45. quæro.
Aut quęrimus de fauore alterius, quam eius a quo fa
ma traxit originem, & adhuc subdistingue, ꝙ aut est
talis materia. ad quam communiter probandã pos-
sunt haberi cõmuniter viri graues, & prouidi, & ho-
nesti. & hoc casu requiritur ꝙ fama traxerit originẽ
512 a talibus, nõ aũt a maleuolis, aut maledicis, vt hic.†
Dicũtur autem maledici, quæ maledicere consueue
runt & alios iniustè diffamare quibus minimè credẽ
dum est, vt. l. si cui. §. ijsdem. ff. de accusa. & horũ non
paruus est numerus, quorum natura pessima est, ma-
ximè illorum, qui ob inuidiam non cessant maledi-
cere; sed audiant Prophetam dicẽtem, Perdat Deus
linguam maliloquam, de quibus etiam dicit, Os eo-
rum maledictione, & amaritudine plenum est, & do
lo. Item alibi Sepulchrum patens est guttur eorum,
& linguis suis dolosè agebãt. Et rursus. Acuerunt
linguas suas sicut serpentes venenũ aspidum sub la-
bijs eorum. Quid enim detrahẽtes faciunt, nisi ꝙ in
puluerem sufflant, vt vnde plus detractionis pertra-
hãt; inde magis nihil veritatis videãt. Iob. ib. & Gre
gorius in moralibus, & transumptiuè. 11. q. 3. c. in-
513 ter verba. Item nec debẽt esse leues. Nam †leues ho
mines de facili dicunt quæ tamen de facili credi nõ
debent, nec de facili probari possunt. 2. q. 5. in. c. oĩ-
bus. & ibi glo. 11. q. 3. in cunctis & ibi gl. facit quod
no. in. c. cum in iuuentute. j. de purg. can. tales enim
vt plurimum, non adhibita diligenti inuestigatione
& causæ cognitione incognita pro cognitis asserũt;
quòd valdè perniciosum, ac præcauendum est. & ma
ximè, in ferendis sententijs, vt inquit ille linguæ lati-
næ decus Cicero. 2. offi. & tex. est singularis. 11. q. 3.
514 c. summo opere. Item nec debẽt esse maleuoli. †Ma
leuoli enim propriè dicuntur inimici, quasi malum
volentes dixi in. d. c. cum oporteat. s̃. eo. & vide etiã
515 quæ dixi in. c. repellantur. s̃. eo. & †dicitur esse male
uolus non solum qui dicit se inimicum; sed etiam il-
le qui interrogatus an sit inimicus dicit se non esse
amicum, vt not. in. c. inquisitionis. §. tertiæ. s̃. eod. &
516 ibi dixi†. Inimicitia tamen & maleuolentia non est
crimen; quia potest contingere ex iniuria illata ipsi,
qui nunc est maleuolus, vel inimicus, vel ex aliqua iu
517 sta indignatione, vt dixi in d. §. tertiæ. & ideò †testis
potest interrogari an sit maleuolus, vel inimicus. sed
ideò talibus fama nõ debet prouenire; quia perue-
tit

tit humanũ iudicium.11.q.3.c. quatuor. dixi latius
in.c.postremò.§.de appel. Aduerte tamen, quia pos
set esse talis materia ad quam probandam non pos-
518 sent haberi communiter; nisi † homines deprauati,
vt puta, volo quòd inquiratur contra aliquem ex eo
ꝙ alicui vicit pecuniam suam cum falsis taxillis, vel
per aliquam similem barateriam. vel peto, ꝙ proce-
datur cõtra eum per inquisitionẽ, tanq̃ cõtra mittẽ-
tem falsos taxillos, & ad probandam famam induci-
tur testes baraterij, & tales personæ quæ in ludis ta-
xillorum quotidie conuersantur; & quæ de talibus
scientiam, & cognitionem habent. & hoc casu, secũ-
dum præfactũ. do. Barth. de Salice. probabitur fama
per huiusmodi viros, qui neq; graues, neq; honesti
sunt. quia aliàs per honestas personas de facili non
posset probari; quia honesti cum talibus non habẽt
commercium. Facit quod in simili dicimus, & not.
in.l. de submersis. C. de naufra. lib. 11. &. l. si vicinis.
C. de nup. Item aduerte; quia prædicta procedunt
quando fiet inquisitio super infamia ad specialem
inquisitionem super veritate criminum; secus si iu-
dex vellet examinare testes ad præambulum inqui-
sitionis super fama, quia hoc casu potest proce-
di etiam ex delatione non fide dignorum, vt not.
doct: in. d. c. cum in iuuentute. Inn. & Ioan. And.
in.c. licet. in glo. fi. §. eo. Archid. 2.q.5. omnibus. in
glo. pen. Inno. in.c. cum in tua. de spon. & Guil. in
cle.1. de offi. ordi. dixi post Inno. & Ioan. And. in.d.
c. licet. in vltima opposi. & ratio est, quia talis inqui-
sitio, de qua dixi. §. in versi: 10. ad hoc vt inquiratur
postea super infamia, est modici præiudicij, vt ibi di-
xi & in.d.c. licet. Vnde etiam ex denũtiatione male-
uolorum. potest iudex illã facere. & volunt doct. in
iuribus præallegatis ꝙ super informatione famæ, p
quã iudex intendit procedere ad inquisitionẽ super
infamia, potest iudex procedere sine aliquo ordine
519 iudiciario. & testibus non vocatis. & † hoc modo in
telligo dictum Bal. in sua solenni repeti. l. 1. C. de sũ
ma Tri. quã tñ pauci habent vbi dicit, ꝙ iudex põt
procedere ad inquisitionem super infamia: consule
rem tamen iudici, ꝙ non ita leuiter, & incautè ꝓce-
deret ad dictam inquisitionem, maximè ex dicto ini
micorum; quia etiam talis inquisitio non procedit
520 absq; lesione famæ inquisiti; cum † homines prom-
ptiores sint ad detrahendũ, quã ad laudandũ, vt sæpe
numero dicitur. nõ secũdũ qd' iudex inquirit. ¶ Vi
521 gesimosexto quæro, † quãdo, & quo tempore fama
debeat oriri. Sol. Alb. Gal. dicit, ꝙ debet oriri tẽpo-
522 re cõmissi maleficij. aliàs fama est suspecta. sicut †
est suspectus testis. q ex interuallo reuertitur ad cor
rigendũ dictũ suũ, vt authẽ. de test. §. quia vero. & l.
repeti. ff. de quæstio. & per Bart. in.l. eos. ff. de fal. &
per. D. m. in. c. per tuas. de proba. & per doct. & Ioã.
de Imo. & ibi dixi in.c. cũm. de test. & ideò talis fa-
ma, vt vana, non esset attendenda; vt.l. decurionũ. C.
de pæn. ibi, vanæ voces populi. Sed dicit Bart. in.d.l.
de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. ꝙ d. opinio est
truffa. vnde dicit, ꝙ fama potest habere originem tẽ
pore contracti maleficij, & post contractum malefi
cium ante accusationẽ, vel inquisitionẽ; secundũ ꝙ
manifestatur res. vel causa mouẽs populum ad suspi-
cionẽ; vel credulitatẽ. q̃ suspicio, aut crudelitas mo-
uet populũ, vel viciniã ad sic dicendũ, & cõmuniter
ad sic asserendum, ex qua communi asserta opi. resul
tat postea fama; vt dixi. §. versi. 20. Exemplum ponit
Bar. de tempore perpetrati maleficij, vt puta si quis
contra furem inuentum in domo, & de domo exeũ
tẽ dominus, vel famulus accurrit post eum clamãdo
capiatis talem furem, qui mihi furtum fecit. nam
tunc rumor insurgit, & ille aufugit. nam ex isto actu
fugæ, & clamationis, & insequutionis, & rumoris ori
tur fama in ciuitate quòd talis furtum fecerit. & sic
videtur quòd fama potest habere originem hoc ca-
su a vili persona. Sed dicit Barto. quòd verius, quòd
non a vili persona. sed magis ab illo actu videtur ori
ginem trahere. ex quo populus in suspicionẽ addu-
523 citur, vt probatur in. d. l. itaq; ff. ad. l. Aqu. & † ita po
test intelligi. l. capite quinto. ff. de adul. dicit ẽt Bart.
ꝙ fama potest oriri tẽpore perpetrati maleficij, ex
causa antecedenti. Exemplum pone, aliquis erat par
uus homo, & malę conditionis, & famæ, & cõsuetus
furari, & habebat notam domum in qua factum erat
furtũ. nam de furto perpetrato, si incipit suspicio in
populo, vel vicinia, vel rumor, & tandem communis
assertio illa dicitur fama. Item potest etiam ex post
facto insurgere fama ex aliquo actu manifesto, ex
quo populus, vel vicinia incipit credere ꝙ talis fur-
tum commiserit, ex eo, quòd repertus est cum rebus
alienius defuncti, & derobati, & occisi longè ante-
riori tempore. tunc enim ex illo actu incipit rumor,
& fama, quòd talis occiderit illum, & derobauerit.
& hoc not. gloss. in.l. si adulter. ff. de adulte. Facit.l.
inciuilem. C. de furt. & l. si qui adulterij. C. ad. l. Iul.
de adulte. vbi antẽ talis fama ex iusta suspicione nõ
524 procederet, tunc tanquam † vana, vox populi nõ de
bet ꝓcedere. sed reijci, vt. d. l. decurionũ. & hęc opi.
placet Barth. de Salice. & mihi. ¶ Vigesimoseptimo
525 quæro, † quid si fama contracta est, seu superuenit
pendente processu inquisitionis, & est notabilis quę
stio. Sol. Bal. in. d. l. ea quidem. C. eo, post Gãd. dicit
ꝙ aut constat ꝙ fama sumpsit ortum a maleuolis,
& nõ valet. Aut a fide dignis, & valet. Aut dubitatur,
& tunc si adsistũt famæ aliqua verisimilia valet. aliàs
secus; quia præsumitur orta ex inimicorum rumore,
sed hęc opi. mihi non placet. nam si nos quærimus re
spectũ inquisitionis formandæ, quæ requirit ad sui
præambulum famam. hęc opi. omninò est falsa. nam
ex terminis quæstionis prædictæ patet, ꝙ fama non
est præãbulũ Sed text. noster in versi. ad corrigẽdos
526 itaq; dicit, ꝙ sicut † accusationẽ legitima debet prę
527 cedere inscriptio; sic † inquisitionẽ clamosa insinua
528 tio præuenire. Nam cũ † fama loco accusationis suc
cedat; nisi fama pręcedat non debet inquiri, vt. dd. iu
ribus, & ideo cautus aduocatus illius, contra quẽ in-
quiritur, debet incontinẽti petere copiam famæ, ad
hoc vt possit impugnare ꝓcessũ inquisitionis, vt di
cit Ange. in repe. l. si vacantia. Aduerte tñ, quia post
prædictam meam considerationem reperi Hostien.
§. eo. c. qualiter. & post eũm Ioan. Andr. in versi. ob-
529 seruari. vbi volunt, quòd si † ordo peruertitur, & in-
quiritur de veritate criminis priusquã constet de in-
famia. non valet processus. deficiente enim infamia
530 deficit inqsitionis accusator; † sine quo nullus regu-
lariter damnatur, vt. c. vnico. §. vt eccl. bene. & vide
q̃ latius dixi. §. in. 8. articulo principali. in principio
& ex tali iudicio inordinabiliter cæpto, nihil potest
ordina-

ordinabiliter sequi, vt.c.qualiter.§.eo. &.c.inquisitionis.§.tertiæ.2.q.1.c.in primis. Supersedebit ergo in processu criminis, & de nouo fiet inquisitio infa-
531 miæ.& † sic dicit intelligendū.d.c.qualiter. Et subdit ꝙ ēt postea reperta infamia non valebunt dicta testiū receptorū super veritate criū; quia reperiuntur contra inquisitionis ordinem. putat tñ Hosti.ꝙ is contra quem inquiritur pôt huic ordini renunciare, arg. C.de fideicō. l.fi.&.ff.de oper. noui nun.l.1. §.in operis.cum huic fauori pro se introducto renūtiare possit. vt.§.de regulari. statuimus. non tñ est præsumendum, ꝙ de facili illi renuntiet.§.de renū. c.super hoc. Itē non putat Host.ꝙ per taciturnitatē inquisitus videat̄ huic ordini renuntiare. vñ si iudex inquirat sup veritate crīs non præcedente infamia, & inquisitus nō excipiat nō valebit iudiciū. Sed Io. An.in.d.c.qualiter. in verbo obseruari .dicit, ꝙ hoc est falsum, per ea quæ not.in.c.2.eo.tit.lib.6.vbi ꝓbatur, ꝙ si inqsitus non opponit ꝙ infamia nō præcessit contra eum, & patitur procedi super veritate criminis, ꝙ amplius non potest opponere ꝙ infamia nō præcessit. & dixi in.c.qualiter.§.eo. Sit ergo cautus inquisitus, vel eius procurator, vel aduocat', ꝙ semper opponat ꝙ infamia nō præcessit contra eum & hoc sępius repetat. Et ex prædictis etiam clarius infertur nunc reprobatio opinionis Bal. Nā aut inquisitus opponit ꝙ infamia non præcedat. & hoc casu siue habuerit ortum infamia ex inquisitiōe formata, siue ante, non pôt procedi; nisi prius procedatur super infamia. Aut inquisitus nihil opponit, & hoc casu dico, ꝙ siue infamia peruenerit pendēte processu, siue ante, valet processus super veritate criminum, adeo ꝙ probata veritate criminis, poterit sequi condemnatio, vt.d.c.2.de accu.lib.6. Et rō potest esse; quia iam crimen est effectum notorium, & ideò non est necessaria alia inquisitio, vt dicam.‡.in vers.46.& vers.48.& adde quæ ibi dicam. Posset tñ decisio Bal. procedere ad hunc effectum, videlicet, vtrum si pēdente processu super speciali inquisitione criminum, superuenit infamia, & inqsitus opponit ꝙ infamia nō præcessit, an possit fieri inquisitio sup infamia, & an sufficiat probare eam infamiam, q̄ est orta ex inqsitione formata. & arbitror ꝙ non, si solum ab inqsitione ortū habuit, nec iuuat̄ alijs verisimilibus circunstantijs; secus si nō habuit ortū ab ipso processu inquisitionis; sed ab alijs fide dignis; licet ortus superuenerit pendēte ꝓcessu. & sic saluo dictū Bal. & adde quæ dicam in vers.41. quæro. & vide ēt q.§.dixi vers.10.q̄ro. ¶ Vigesimooctauo q̄ro
532 † ꝑ quot testes probet̄ fama, seu diffamatio. Sol. dic, ꝙ ꝓbatur ꝑ duos testes vt.l.vbi numerus. ff.de testi. sentit glo.in.l.3.§.eiusdem.ff de testib. & satis videt̄ probari in.c.inquisitionis.§.eod. & hoc tenet etiam Bart.in.d.l.de minore.§.tormenta. ff.de quæstio. & Barth.de Salice.in.d.l.ea quidem.C.eo. Nec obstat, ꝙ fama requirat longè maiorem numerum ad ipsius
533 esse secundum quòd dixi.§.in versic.20.quia † licet instrumentum subscriptione plurium testium validetur, tamen ꝙ plures subscripserint probatur per duos testes, vt.l.comparationes. C.de fide instru. &
534 hoc mihi placet. Nam & † notorium facti, ꝙ requirit noticiam quasi totius populi, vel maioris partis probatur per duos testes, vt not.glo.2.q.1.§.quando autem.tenet do. Ant.& do.meus. & doct̄o. in.c. vestra.de coha. cle. & mulie. & do. Domi. in.c.1.de offic.dele.lib.6.in glo.2.& Bal.in repet. l.data opa. C.qui accu.non pos. Nec obst.c.inquisitionis in fi. §.eo.vbi tex.vult, ꝙ dicta paucorum non infament; quia respondeo, vt ibi dixi, post Ioan. Andr.super glo.fi.ꝙ aliud est quærere, vtrum sufficiat ad hoc vt quis dicatur infamatus, ꝙ infamia sit apud paucos, & clauū est, ꝙ non sufficit, vt dixi.§.versic.20. quæro. Aut quærimus, vtrum duo, aut tres testes probent, si dicunt aliquem infamatum, & reddunt sufficientes causas dicti sui. de quibus sufficientibus causis dicetur in seq.qq.& dicendum est ꝙ probant, sicuti probant septem, aut plurium testium subscriptionē, vt.§.dixi, & ꝓbatur in.l.2.C.de bo.pos. secūdum tabul. Facit etiam ꝙ not.in.l.fi.C.de fideicom. Et hæc opi.satis probatur in.c.tam literis.§.de testi.& tenent doct. & D.meus in.c.cum in tua.§.de sponsa.& adde quæ dicam.‡.in versic.41. Et aduerte, quia prædicta ego arbitror procedere respectu ꝓbationis famæ, quæ requiritur ad formandam specialem inquisitionem causarum, vel ad similes actus, seu effectus; sed quo ad effectum procedendi ad inquisitionem infamiæ, vel diffamationis; & sic ad inquisitionē præparatoriā, de qua dixi.§.vers.10.quæro. non requirunt probationes multū exactæ. vnde particeps criminis hoc casu videret̄ admittendus,
535 & etiam alij testes non idonei.& † isto modo potest intelligi tex.in.c.3.§.de testi. qui loquit̄ de muliere in causa criminali, & de participe criminis, dixi.§. in.6.articulo principali.1.2.&.4.q.sed ad probandā diffamationem, aut ad probandum indicia, particeps non esset idoneus testis. Facit ꝙ not. glo.in.l.filium.C.de libera.causa.& vide ꝙ not. Bart.in.l.1.§. si seruus.ff.de quæstio. & secundum prædicta poteris etiam limitare multa ex seq. qq. Item aduerte, quia ad hoc vt testes tales examinati super diffamatione præiudicent reo, videtur necessarium ꝙ reus citet̄, & ꝙ iurēt reo citato & sic in contradictorio iudicio, alias autem si simpliciter examinarent̄ inscio, & non citato reo, non præiudicaretur sibi, fm nota. in.l.si quis.ff.de adulte. & ibi per Bar. Facit quia testes examinati super inquisitione generali non præiudicant reo contra quem postea specialiter inquirit̄ si reus non fuit citatus; qñ testes iurauerunt in inqsitione gñali, per.l.si qñ.C.de testib.& hoc voluit singulariter Bar. in.l fi.ff.de questio. Ex quibus videtur inferendum, ꝙ super probāda diffamatione, aut in indicijs sit prius citandus reus. & sic videt̄ ꝙ non possit capi anteꝗ fama probetur; quoniam non præcedente legitima diffamatione non videtur procedendum ad capturā, vel similem actū arrestationis personæ, vel tormentorū, aut formationis specialis inquisitionis, secundum ꝙ hic traditur per doct.& in c.inquisitionis.§.eo.& per Ang. in repe.d.l.si vacantia.& Bal.in.l.neminem.C.de exhiben.reis & hoc videntur etiam tenere Doc.si alia legitima non præcedant indicia. videlicet ꝙ debet citari reus, qñ testes deponunt sup indicijs. & sic vr̄ ꝙ prius non debeat fieri captura, q̄ fama probet̄, sed simplex citatio sufficit. ꝙ tamen communiter non seruatur, & benè in dicio meo. vnde arbitror, ꝙ eo ipso ꝙ iudex per legitima indicia probata per testes receptos parte absente,

ſente, aut per probatam diffamationem, ſimili mo-
do ſi delictum eſt graue, debet facere capi malefa-
536 ctorem, ſicuti dicimus in † debitore ſuſpecto de fu-
ga, contra quē non citatum recipiuntur teſtes ſm ea
quæ pleniè traduntur per Ang. in repe. l. nemo carce-
rem. C. d exact. tributo. lib. 10. per Bar. in. l. ait præ-
tor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in frau. credito. Si
enim hoc licet pro debito priuato, quanto magis de
bet licere ꝓ publica vltione; ſed carcerato reo, dico,
ꝙ de nouo illo ꝑſente, & citato debent teſtes iurare,
& poſtea deponere ſup diffamatione, & indicijs; qa
primæ depoſitiones nō ꝑiudicant malefactori, quo
ad verā probationem indiciorū, ſeu diffamationis.
& ita intelligo, q̄ dicta ſunt. ſ. per Bart. & doct. de ci
537 tatione. ¶ Vigeſimonono q̄ro, † qualiter teſtes de-
ponere debeant ſuper ſama ad hoc vt probent diffa
mationem. Sol. Inno. & Io. An. & do. Ant. & doct. in
c. cum oporteat. ſ. eo. & ēt hic multum intricatè lo-
quunť, & confuſè, non diſtinguendo ſpecies cāruum
per quas teſtimoniū probet. ſed qn̄q; tranſeundo de
vna ſpecie ad aliā. vt ex. ī. dicendis apparebit. Vnde
ego, vt hæc materia clarius, & facilius intelligať, pri
mo tradam quandam regulam gn̄alem ad intellectū
aliarum quæſtionum quas. ī. ſubijciam. per quas
clarè, & diſtinctè intelligentur dicta doctorum. Sit
ergo prima regula generalis, quòd teſtis ad hoc vt
probet diffamationem, debet talem cauſam redde-
re, quæ cadat in ſenſum ſuum. ſicut generaliter dici-
mus etiam in omnibus alijs atteſtationibus, in. l. qui
teſtamento. §. ſi. ff. de teſta. & l. 1. in princip. ff. de
his, quæ in teſta. delen. & ad hoc addenda ſunt quæ
dicuntur per Inno. & docto. in. c. cum cauſam. & c.
præterea. ſ. de teſtib. & 4. q. 3. §. item ſola. & Bal. in
rub. C. ſi ex fal. inſtru. & latius in repe. l. data opera.
C. qui accu. non poſ. per Ange. Bart. & Moder. in. l.
ſciendum. ff. de verbo. oblig. & per Bald. latè in. l. ſo
lam. C. de teſtib. non enim hic intendo ſingula pro-
ſequi, quæ traduntur per doct. in dictis locis; quia
eſſet examinare materiam teſtium, & atteſtationū;
ſed ſolum intendo dicere quantum attinet ad mate-
riam diffamationis inter homines, quæ dirigitur in
perſonas, in qua trado hāc generalem regulam, quę
colligitur ex iuribus, & auctoritatibus ſupra alle-
gatis. quòd ſiue loquamur de fama prædicta, quæ
ſtat in ſuo genere generaliſsimo, ſiue de ea, quæ
conſiſtit in ſpecie, ſiue de ea, quæ conſiſtit in indi-
uiduo ſpeciei. pro quorum intellectu vide quæ dixi
ſ. in. q. 20. ad hoc vt teſtis probet, debet deponere,
& concludere per aliquam ſufficientem cauſam re-
preſentātem alicui ſenſui corporeo proximo, & cō-
uenienti ſcientiæ eius de quo quærit̄, eo modo quo
ſciri pōt illud de quo quæritur; ita vt neceſſario con
cludat eo modo quo pōt neceſſariò concludi, habi-
to reſpectu ad ſubſtantiam, & prædicamenta eius de
quo quæritur. vn̄ cum in præſentia de probāda dif-
famatione agamus, debent teſtes aſsignare ſufficien
tem cām per quam concludatur ſubſtantia diffama-
tionis, de qua agitur ſm veram ſubſtantiam, & deſcri
ptionem, & prædicamenta ad ea neceſſaria, & mi-
nus, & plus prout quandoq; maior, & minor pro-
batio requiritur, ſm ꝙ dixi in. 14. 15. & plurib⁹ ſeq.
quæſtionibus. Sed vt hæc materia melius, & clarius
intelligať quo ad materiā noſtrā diſtinctè ſubijciā

plures quęſtiones, quas confuſè & hic, & in. d. c. cum
oporteat. tradunt doctores proſequendo tamen no
ſtrum ordinem. ¶ Trigeſimo quęro, vtrum teſtes
qui probant infamiam, teneantur reddere cauſam,
ſeu rationem dicti ſui, ad hoc vt probent. Sol. Inno.
hic videtur tenere ꝙ non. dicit enim, ꝙ non eſt ne-
ceſſe ꝙ teſtes concordent in cauſis ſcientiæ: qa illas
probare non tenentur. verbi gratia, quomodo ſcis
eum diffamatum? & teſtis reſpondet, quia audiuit,
vel qualiter ſuper hoc teſtes concordarent in cauſa,
cum de cauſa inter loquentes nulla ſit q̄ſtio. & ideò
videtur dicendum, ſecundum quoſdam ꝙ non eſt
neceſſe quod teſtes in hoc concordent in perſonis à
quibus audiuerunt, ſi illas exprimunt. nec etiam in
tempore, aut in loco. de quibus omnibus latè & no.
dicam. ī. verſ. 39. ¶ Trigeſimo primo quæro, Pone
teſtis circa articulum diffamationis dicit vera eſſe
contenta in dicto articulo. interrogatus de cā ſcien
tiæ, dicit. ſcio, quia maior pars populi hoc ſentit,
vel huic famæ, ſeu diffamationi conſentit, an ſuffi-
ciat illa cauſa, & ſic an ꝓbet. Sol. gl. in. l. 3. §. eiuſdē.
ff. de teſti. videtur ſentire ꝙ probet. Facit tex. in. l. ſi
arbiter. ff. de proba. vbi text. videtur velle, ꝙ teſtis
debet deponere quod omnium eſt opinio, vel quòd
maioris partis. Sed hoc non placet Bart. in. d. l. de
minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. nec Bartho. de
Salice. in. d. l. ea quidem. Mouētur, quia vt dixi. ſ.
q. 20. teſtis debet deponere de his, quæ ipſe poteſt
percipere per aliquem ſenſum ſuum corporeum ꝓ-
ximum. ſed quòd populus, vel maior pars populi il-
lud ſentiat, teſtis non percipit aliquo ſuo ſenſu cor-
poreo, niſi aliam cauſam reddat. ergo tale teſtimo-
nium nō probat. Pręterea, ꝙ maior pars populi hoc
ſentiat, poſſet ipſe teſtis cōprehendere ex alio actu,
quam ex voce, & aſſertione; ergo non eſſet fama
cum non conueniat eius deſcriptioni, vt dixi. ſ. in
16. q. Prætetea, & tertio, ſecundum Barth. de Salic.
poſſet eſſe quod teſtes audiuiſſent aliquem, vel ali-
quos dicentes maiorem partem populi, vel viciniæ
hoc ſentire, dicere, tenere, vel conſentire. & ſic ad re
lationem alterius poſſent dicta verba ſimpliciter ꝓ-
ferri, & per conſequens ratio prædicta non eſt bo-
na; quia non concluderet neceſſariò. l. non hoc. C.
vnde cog. not. in. c. in præſentia. ſ. de proba. l. ad ꝓ-
bationē. C. de ꝓba. & l. ſolam. C. de teſtib. Non ob-
ſtat. d. l. arbiter. qa illa verba. omniū eſt opinio, ſunt
538 † verba Iuriſconſulti, quę debent intelligi ſecūdum
iuris diſpoſitionem, & vt teſtis ſic dicat, ꝙ omniū.
vel maioris partis eſt opinio; quia ob omnibus, vel
539 maiori parte audiuit dici. & per † hunc modum de
bet ſuppleri, & intelligi gl. in. d. §. eiuſdem. Nec ob.
qđ dicetur. ī. in verſ. 34. ſecundum quòd ibi dicam
¶ Trigeſimoſecundo quæro, quid ſi teſtis reddens
cauſam dicti ſui circa diffamationem dicit ꝙ ſcit,
quia audiuit dici à maiore parte populi iſtius ciui-
tatis, vel à maiore parte hominum, ſeu gentium
iſtius ciuitatis, contratæ, vel viciniæ. Sol. dic, quòd
probat diffamationem reſpectu ciuitatis, vel viciniæ
540 referendo ſingula ſingulis. & ratio eſt, quia † nemo
præſumitur dicere, id qđ non agitaret, vel teneret,
aut non opinaretur in mente, vt. l. Labeo ait. verſ. cę-
terum. ff. de ſuppellec. le. 22. q. 2. c. is autem. nam
541 vt inquit Ariſto. † verba ſunt notæ paſsionum ani-
mæ. &

542 mæ.& hinc eſt, ꝙ † animus iudicis cognoſcitur per
verba inſerta in ſnia, vel per ea quæ dixit iudex cir-
ca probationem ſententiæ, vt eſt gloſſa ſingu. in.l.
543 ſi prætor.ff.de iudi.& ideò dicimus,qđ † mendaciũ
eſt peccatum contra naturam, cum ſit falſa ſignifi-
catio vocis. 22.q.2.c.beatus Paulus.&.d.l.Labeo.&
vide notabile dictum Baldi in. l.ad cognoſcẽdos.C.
de inge.manu.¶ Trigeſimotertio quæro retentis ter
minis p̄cedentis quæſtionis,Quid ſi teſtis non adijce
ret illa verba,iſtius ciuitatis,vel populi,an ſufficiat?
& videtur dicendum quod ſic; quia in dubio debet
intelligi de populo ciuitatis in qua fert teſtimoniũ,
vt.l.quæ conditio.§.cum in teſtamento. ff.de cõdit.
& demon.&.l.ſi cum dies.§.ſi arbiter. Contrarium
544 tamẽ decidit Bar.in.d.§.tormenta. mouetur quia †
dictum teſtis debet neceſſariò concludere vt dictum
fuit.ſ.ſępius. ſed iſtud dictum non concludit de ne
ceſsitate famam ibi eſſe; ergo non probat. vnde di-
cit Bar.ibi qđ cautus eſſe debet qui deponit, quod
dicat ſe audiuiſſe à maiori parte huius ciuitatis, vel
populi.Sed dicit Barth.de Salice.quod Bar. videtur
contrariari his quæ dixi ſupra ſecundum eum. verſ.
24.ſed tu dic,vt ibi dixi; quoniam intentio Bar.alia
fuit iudicio meo. Item aduerte, quia d.Barth.de Sa
lice.ſubdit, ꝙ in.q.de facto vidit ſententiari contra
Bart.nam ex quo in inquiſitione, vel in articulo fa-
mę,ſeu diffamationis eſt diſcriptus locus; ſequitur
ꝙ teſtis, qui deponit ꝙ fama eſt apud maiorẽ partẽ
populi intelligit, & refert ad maiorẽ partẽ populi
545 illius loci de quo loquit̃ articulus.nã † p̄cedẽtia de-
clarant ſequentia. l.Titia. §. idem reſpondit. ff.de
verbo.oblig.18.diſtin.c.peruenit cum ſimil. Facit
546 etiam ad prædicta, quia † conuentus ex certa cauſa
iurans ſe dare non oportere; intelligitur iuraſſe ſe
non eſſe obligatum dare, ex propoſita cauſa, vt.ff.
de iureiuran.l.fi.in princ. Facit.d.§.ſi arbiter.& hoc
tenendum eſt ſecundum eum. Ego vero arbitror
dictum verum, ſi modo in articulo ſuper quo teſtis
interrogaretur exprimeretur de loco ciuitatis, ca-
ſtri, villæ, vel viciniæ, & interrogatus teſtis ſuper ta-
li articulo reſponderet vera eſſe contenta in ipſo ar
ticulo. & idem ſi locus non exprimeretur in articu-
lo; ſed exprimeretur in inquiſitione, ſeu petitione,
& teſtis produceretur ſuper articulis, & tota cauſa,
& interrogaretur ſuper articulo, & petitione. Fa-
ciunt quæ dixi in cle. 1.de teſtib. & ita procedant iu
ra, & opi. do. Barth.de Salice. pro qua etiam facit;
547 quia † reſponſio intelligitur congruere præcedenti
interrogationi, & ab ea recipit determinationem.
ſ.de fide inſtru.c.inter dilectos.& de offic.ordi.c.ex
parte.&.ĩ.de ſen.excom.c.cum pro cauſa.&.l.Aure
lius.§.Sticho.ff.de libera.leg.&.l.defenſor.§ qui in-
terrogatur.ff.de interrog. actio.cum ſimil.ſed ſi te-
ſtis interrogaretur ſolum de contentis in articulo,
& in articulo non contineretur locus, plus placet
opinio Bar.licet in petitione contineretur locus ci-
uitatis, caſtri, vel contratæ propter rationes ſupra
aſsignatas; quia de neceſsitate non concluderet.
¶ Trigeſimoquarto quæro, quid ſi teſtis reddit hanc
rationem; ſcio quia dicitur à maiore parte populi
iſtius ciuitatis, an probet? Sol.Bar.in.d.§.tormenta.
tenet ꝙ non; quia deponit de eo, ꝙ ſenſu proprio
percepit; ergo non probat vt ſupra dixi. Alij tenẽt
contrarium, quia ipſe ponit ꝑ certo, ꝙ maior pars
populi hoc dicat. Sed hoc pro certo non poteſt ſci-
re; niſi audiuerit, ergo ſaltẽ implicitè videtur red-
dere cãm per auditum ipſius, ſaltem præſumptiuè
ea præſumptione, qua vicini præſumunt talia ſcire,
vt.l.3.§.ſi præſes.ff.de magiſtra.conue.&.l.ſi ita fue
tit.ff.de fundo inſtruc.&.l.ſi vicinis.C.de nupt. Fa-
cit etiam, quia illa verba, ꝙ à maiori parte populi
dicit̃, nõ implicant, nec vllo alio modo includunt,
ꝙ ab alio audiuerit dici, ꝙ maior pars populi hoc
aſſerat; ergo nõ ſunt trahenda ad talem ſenſum, quẽ
non explicauit, & quem verba non includunt ex ſe-
rie, aut ex ſignificato, vt not. ff.de leg.1.l.ſi quis, in
fundi. & hoc eſt tutius tenere ſm Bar.de Sali. in.d.l.
548 ea quidem. quia ita interpretat̃ † cõmunis vſus lo-
quendi qui debet attẽdi. vt.l.Labeo.ff.de ſupel.leg.
Nec obſt.ꝙ dixi.ſ.q.31.quia vt ibi dixi,quis poteſt
ſentire & comprehendere quod maior pars populi
hoc ſentiat; aliter q̃ per verba, aut aſſertionẽ ipſius
vt puta, factis; quia communiter ab omnibus vitat̃
eius conuerſatio, vt dicam.ĩ. verſ.38.ꝙ in caſu no-
ſtro non poteſt contingere, vt de ſe patet. ¶ Trige-
ſimoquinto quæro, quid ſi teſtis deponens famam
eſſe,in redditione cauſæ dicit ſe ſcire;qa dr̃ p totam
ciuitatem,an probet? Sol.Bar.in.d.§. tormẽta. dicit
ꝙ non;quia non deponit de eo quod percipit ſenſu
corporeo;vt dixi in præcedenti.q.ſed hæc ratio Bar.
non eſt bona;quia imo videtur deponere ſaltẽ impli
citè,de eo qđ percipit auditu ꝓprio,vt dixi in præ-
ced.q.dictũ tamen Bar. videtur verũ in ſe quãdo per
talia verba neceſſariò non concluditur fama. nã po
teſt eſſe ꝙ ipſe audiuit à duobus,tribus, vel quatuor
in pluribus,ac diuerſis locis ciuitatis, & quaſi per to
tam ciuitatem.& tamen tot non faciunt famã,vt di-
xi.ſ.in verſi.20.ſed dicit Barth.de Salic.in.d.l.ea q-
dẽ.ꝙ credit,ꝙ probet;quia vno impetu hoc nõ po-
teſt clamari,vel dici per totam ciuitatẽ,niſi in quoli
bet loco aſſeratur.quod nõ poſſent duo,vel tres,de-
cẽ,aut.20.facere;ideò,quo ad ſenſum loquẽtis,& ẽt
quo ad cõmunẽ intellectũ,& vſum loquendi,qui de
549 bet attendi,vt dixi, † ciuitas non ſolũ ponitur ꝑ cõ
tinente,& ſic pro loco,ſed etiã pro cõtẽto,& ſic pro
perſonis, & populo;quando ad hoc adaptatur ſubie
cta materia. Facit.ff.locati.l.ſi vno.ꝓbat etiam ꝙ li-
cet ciuitas interdum ſumatur pro loco tm̃,ꝓut mu-
ris cingitur,vt no in.l.2.C.de mune.& hono.lib.10.
&.c.ſi ciuitas.ff.de ſent.excõ.lib.6.&.l.2.ff.de verb.
ſigni. tamen etiã ſumitur interdũ ꝓ perſonis in lo-
co commorãtibus. & ideò ciuitas ſecũdũ Philoſo-
phum tertio Polit.dicitur ciuiũ vnitas,vel vt primo
oeconomicæ, dicitur ciuiũ collectio agris, & pecu-
nijs ſufficienter abundans, quare non mirum cũ ſe-
cundum ſubiectam materiam famæ debet de vtroq;
deponere & de loco,& de maiore parte populi,ſi de
vtroq; intelligitur depoſuiſſe, cũ nõ ſit ratio; quare
dictũ ſuũ magis debeat ſumi ſecũdũ vnũ ſenſũ, quã
ſecũdũ aliũ;ergo debet vniformiter accipi ſecũdum
vtrunq; ſenſum,ſecundũ Bart.de Salice.mihi tamen
plus placet præcedens opinio Barto. pro qua facit
quòd dicam in ſequenti quæſtio. ¶ Trigeſimoſexto
quæro,Quid ſi in redditione cauſæ dicat teſtis,ſcio,
qa audiui dici publicè in iſta ciuitate? Sol dicit Bar.
in.d.§.tormẽta ꝙ nõ ꝓbat;quia poſſibile eſt ꝙ vnus

humo publicè dixerit.i.nõ occultè,vel clam; sed pa
lam,& manifestè,in loco publico. & tñ non erit fa-
ma,quia vt sæpius dictum est, necessariò non conclu
dit,& ꝙ huiusmodi significatum etiam habeat illud
verbum publicè,ꝓbatur in.l.nemo.C.de sum.tri. &
C.de repud.l.vxor.&.C.de his qui per met.ind. non
appel.in.l.2.&.ff.de appel.l.cũ quidã.sed dicit Bart.
de Sali.in.d.l.ea quidem.ꝙ audiuit,ꝙ Dyn. de facto
consuluit contrarium.& ita vidit consuli Bononiæ.
Et fuit motus consultor, quia inter alia significata
550 illius aduerbij publicè, illud præstãtius est,ꝙ† illud
dicatur publicè,quod cõiter asseritur, & ꝑ homines
opinatur,vt.l.2.C.ad maced.sed fama est publica,&
cõis assertio,vt dictum fuit in.xx.q. ergo &c. & pro
dictu significato ẽt inducebat.l.3.ff. ad macedo. &
551 † verbum plerisq;, qđ ponitur in.d.l.dicebat positũ
ex abundanti,vel declaratiuè,per.d.l.2.vnde argue-
bat sic:ꝙ cõiter populus opinatur,& asserit illud pu
blicè dicitur,vt.d.l.3.ad maced.&.s̃.probatum est.
sed ꝙ cõi opinione fatur illud famam inducit,vt pa
tet ex descriptione famæ,in.20.q. ergo &c. Tertio
inducebat,quia verbum publicè,dr̃ quasi populicè,
vt.ff.de iust.& in.l.1.§.publicum. & melius.ff.de ꝓ-
cura.l.seruum quoq;.§.publicè.&.ff.de ope.no.nun.
l.de pupillo.§.si quis. in vet.publicè. tradit glo. In-
stit.de suspe.tut.§.consequens est. vbi exponit pu-
blica accusatio.i. populica. & Instit.de pub.iudi. in
prin.&.ff.de pub.iudi.sup rub.si ergo tanquã popu-
licè dictam assertionem importat; ergo famã facit.
nam & publicè notum dicĩ, qđ publicè innotescit
.l.eum qui.C.de fal. Itẽ ad p̃dicta facit quod tradit
552 Vgul.& Catholicon.qui dicunt,ꝙ† deriuatur à pu-
blico.& publicum venit à populo. nam & publicũ
dr̃,ꝙ gñaliter ad omnes pertinet. & vide qđ not.gl.
in.l.fi.C.de sacros.eccle. Quarto inducebat dictus
553 consultor† cõem vsum loquendi,qui debet attendi,
vt dixi,& maximè.s̃.in.33.&.34.q.& probatur in.l.
cum delanionis.§.asinam.ff.de fun.instr. &.l.annicu
lus.ff.de verb.sig. Est.n.cõis vsus loquendi,& inter-
pretatio,qđ prædicta verba in vulgari sermone im-
portant,ac si testes deponerent,hoc modo. E se dice
publicamente in Siena. quæ verba idem importãt,
ac si diceretur, Ogni homo dice apertamente. Quin
554 to mouebatur,quia† sermones sunt intelligendi ſm
subiectam materiam,vt sæpius dixi, sed subiecta ma
teria est de fama,quæ est publica,& cõis assertio, vt
dictum est,ergo &c. & maximè, quia hæc vr̃ fuisse
testificantis intentio, ex quo iam affirmauit capitu-
lum de fama,dicendo vera esse contenta in articulo,
& ex quo non repugnat proprio significato. Sexto
mouebatur,quia illud verbum adiunctum,dum dici
tur publicè dici,verbum illud dici, impersonaliter,
& indefinitè profertur.& sic de sui natura põt etiam
in omnibus verificari. cum ratio non sit magis vno,
q̃ alio modo accipiatur, & subiecta materia vnifor-
miter respiciat oẽs;secus si personaliter esset ꝓlatũ,
vt puta, Ego audiui,ꝙ T.publicè dicebat, vel audiui
à T.vel S.publicè dici.& ita procedat allegatio Bar.
facit qđ in simili dicimus, nam verbum publicum,
simpliciter prolatum, intelligitur hodie de Repub.
Romanorum vniuersali.i.imperij, vt.l.eum qui ve-
ctigal.ff.de verbo.sig.secus si cum adiuncto aliquo
proferatur,vt tradiĩ in rubro,& nigro. C.de iur.rei-
pub.lib.xj.&.C.de ser.fugi.l.mancipia. &.d.l.fin.C
de sacros.eccl.& subdit do. Barth.de Sali.ad plenio-
555 rem instructionem† huius aduerbij publicè, distin-
guendum esse,ꝙ aut profertur impersonaliter vt pu
blicè dicitur,vel publicè audiui dici. & tunc expo-
nitur.i.populicè,hoc est à populo. Aut personali-
ter,quia dirigitur ad certam personã,vt puta T. pu-
blice dixit,& tunc ſm subiectam materiam, & eius
exigentiam expositio variatur.nam interdum expo-
nitur publicè.i.coram populo dixit, vt ꝓbaĩ Instit.
de iure nat.§.rñsa prudentum.ibi dum tex.dicit an-
tiquitus statutum erat, vt essent qui iura publicè in-
terpretarentur.nam tales interpretationes fiebãt pu
blicè.i.in loco patenti,& coram populo. interdum
exponitur publicè.i.coram publicis personis, vt cũ
lex dicit,ꝙ quis debet publicè ꝓtestari, vt.l.2.ff.de
his qui per met.iud.nõ ap. &.ff.de appel.l.cum qui-
dam.In dubio aũt vbi materia est indifferens, verbũ
publicè plus importat,q̃ palam, & dr̃ quasi populi-
cè,vt dixi.& in hoc residet Bart. de Salice. dicens,ꝙ
hæc vt quotidiana,sunt memoria digna. Sed tu ad-
uerte,quia hæc fuit antiqua quæstio Iaco. Bald. quæ
incipit, Aliquis intendit, in qua arguit ipse,ꝙ tales
testes non ꝓbant p argm̃.s̃.formatum per Bar.Item
356 mouetur,quia fama est cõis asserta opinio;sed† cõis
opin.non colligitur ex opinionibus singulorum,vel
ex eo,ꝙ publicè dicatur,sed ex opinione, & existi-
matione vniuersorum,vt colligitur in.l.1.C.de te-
sta.&.l.cũ delanionis.§.1.ff.de fun.instru.&.l.1.§.1.
ff.de flumi. &.l.cum quidam.§.qđ dicitur.ff.de acq.
hære. Vnde cum testis deposuerit publicam famam
esse,ideò quia publicè dicebatur, non sequitur opi-
nionẽ,vel publicã famam esse. Præterea verbum pu-
blicè,est æquiuocũ,& publicè.i.palam, & publicè.i.
in loco publico,& publice.i.per oẽs,& cõiter, vel ꝑ
maiorem partem.ergo simpliciter prolatum sine ali
quo adiuncto, vel sine alia determinatione, debet
referri ad eam interpretationem, quæ habeat minus
odij.l.præses.ff.de pœ. &.l.pen.eo.tit.ff.de susp.tut.
l.non enim.§.non ergo.& in reg.in pœnis.Sed quòd
fama intelligatur probata continet odium, quia in
p̃iudicium rei &c.ergo &c. Subdit tandẽ ipse Iac.ꝙ
veritas est,ꝙ fama est probata, per.l.2.C.ad maced.
& ita dicit de facto Dyn.consuluisse per iura præal-
legata.& ita etiam vidi de facto consultum fuisse à
do.Dionisio de Perusio, & incipit consilium, Visa
denuntiatione. Ipse non allegat, nisi authoritatem
Dy.& etiam allegat Bal.in.l.testium.in fi.C.de testi.
vbi dicit,ꝙ ad probandum publicam opinionẽ suf-
ficit,ꝙ dicat vera esse,& interrogatus de causa scien
tiæ,dicat,quia publice dicitur,nec est tutum dicere,
ꝙ non reddat eo casu causam per sensum proprium,
vt dicit Bar.quia immò,nam si publice dicitur,præ-
sumitur audiuisse.& ita etiam dicit Bal.esse, in pro-
557 batione cuiuslibet famæ,quia † sensus inclusus,siue
præsumptus ex alijs accidentibus, debet haberi pro
exp̃sso ab ipso. pro quo dicto Bal.faciunt quæ dixi
s̃.versi.xxiiij.Ego tñ circa prædicta plurimum dubi
to,qm̃ licet verba possint accipi multipliciter,dictũ
tamen testis non concludens necessario, nisi ex ad-
iunctione aliqua,pro qua nõ remaneat ambiguum,
& necessario concludat,non ꝓbat;licet ſm subiectã
materiã verbum videatur accipi eo modo, & accipĩ
possit,

poſſit,vt probet,vt eſt tex.in.c.in præſentia.ſ.de ꝓba.nam ad vitiandum ingreſſum religionis, ſeu ad probandum quòd non erat facta profeſſio, inducebatur ibi,quòd ingreſſus fuerat ibi minor annis. & dicitur ibi,ꝙ licet teſtes probent quod ingreſſus eſſet minor annis: talis probatio non releuat: quia minor annis poteſt accipi dupliciter. videlicet, minor annis.xiiij. & minor annis.xxv. & tamen ſecundum ſubiectam materiam,de qua agebatur,& quam inducens intendebat probare, erat neceſſarium, ꝙ eſſet minor.xiiij.& tamen dicitur ibi,ꝙ quia ꝓbatio neceſſario non concludit,non fuit probata intêtio opponentis,& ideò ſuccubuit. Et aduerte,quia ibi dicendo minor annis,erat quid indefinitum. & ideo verior videtur opin. Bart. quia vt ſæpius dictum eſt,
558 teſtis debet neceſſario concludere. Sed†verbum ambiguum,ſeu æquiuocum, quod poteſt multipliciter accipi neceſſario non concludit, vt de ſe patet. ergo &c.licet enim in ipſa probatione verbi ambigui non fuerit,niſi vna intentio proferentis, vt.l.in ambiguo.& ibi not.ff.de reb.dub.tamen illa confinditur propter ambiguitatem. facit.l.duo ſunt Titij.ff. ff.de teſta.tute.Probatur etiam hæc opin. quia ſicut
559 actore†non probante reus abſoluitur,vt.c.inter dilectos.de fid.inſtru.& Inſtit.de interdic.§.commodam.&.d.c.in præſentia. ita & in caſu ꝓdicto potius debet interpretari probatio prædicta pro reo, maximè cum quilibet à natura ſit in quaſi poſſeſſione bonæ famæ,vt.c.vnico.de ſcrutin.&.c.dudum.de præſumpt.&.l.meritò.ff.pro ſoc.niſi probetur contrarium,vt in reg.ſemel malus.cum ſua materia. de regu.iur.lib.6. vnde propter dubiam probationem non debet quis priuari commodo iſtius quaſi poſſeſſionis,vt not.in dictis iuribus. &.l.Arrianus.ff.de actio.& oblig. Facit etiam pro dicta opin.c.cum in tua.de ſponſ.& quod not.in reg.in pœnis.de reg.iu. lib.6.cogitatu maturius. ¶ Trigeſimoſeptimo quæro,quid ſi teſtis in redditione cauſæ dicat, Scio,quia audiui palam dici. Sol.dic,ꝙ non probat,quia etiã dicitur palam dici quod dicitur in publico loco, ẽt ſi ab vno diceretur, vt probatur in.l.ſed & ſi pupill°. §.proſcribere.ff.de inſti. & in.l.palam.ff.de rit.nup. & in.l.palam.ff.de verb.ſig.ſecundum Salice.& mihi placet.& ſic teſtis neceſſario non concludit famam, & per conſequens non probat,vt patet ex præcedentibus.& facit illud Euangelicum paſſionis, Ego palam loquutus ſum mundo &c. ¶ Trigeſimooctauo quæro,quid ſi teſtis, qui deponit aliquem diffamatum,in redditione cauſæ,dicat, Scio quia per talem infamiam homines iſtius ciuitatis vitant eius familiaritatem,an probet? Sol.Inno.hic videtur ſentire ꝙ ſic: pro quo facit.38.q.1.c.ſæpe.87.diſt.c.negotiatorem.& idem videtur ſentire hic Io. And. Sed hæc opin. mihi non placet, quia talis teſtis neceſſario non concludit famam eſſe,quia poteſt eſſe,ꝙ homines vitent illum,& tamen non loquantur de illo,
560 per ea quæ dixi.ſ.in ver.xx.&.xxxj. †magna tamen eſt authoritas doctorum docto. ¶ Trigeſimonono quæro, vtrum teſtis,qui deponit famam eſſe, quia audiuit dici à maiore parte populi,vel ciuitatis,teneatur exprimere,& ſpecificare à quib⁹ audiuerit,& in quo loco,& quo tpe, & qđ ſi teſtes in talibus diſcordãt. quæſtio iſta eſt notab.& vtilis,non ſolũ quo ad hanc ſubiectam materiã diffamationis, ſed & ad infinitas alias materias.& ideo diligenter attendenda. Studebo tñ eam tibi clarius, & magis ordinatè declarare, ꝙ alter adhuc declarauerit. Dic ergo,ꝙ Inn.in.c.cũ oporteat.ſ.co.dicit,ꝙ teſtes tenentur exprimere,ẽt ſi non interrogẽtur, quia non eſt commiſſum diſcretioni,ſeu arbitrio teſtium,ꝙ ſint prouidi,aut diſcreti,aut honeſti,quales requiruntur eſſe diffamatores, vt hic in tex.ſed relinquitur arbitrio iudicis, vt.ff.de verb.obli.l.continuus.§.1. & debent adijcere in teſtimonio,ꝙ non tñ ſemel,ſed ſæpe ſciunt eos diffamatos eſſe apud diſcretos,& ꝓuidos viros,& ꝙ multoties boni viri reputauerũt talem, vel tales apud ſe diffamatos. Si aũt dicerẽt teſtes,ꝙ apud ſe talis eſſet diffamatus,quidam voluerunt, ꝙ hoc non ſufficiat, cum non ſint tantæ authoritatis,ꝙ ſufficiat eum eſſe diffamatum apud eos, & ꝙ debent adijcere, ꝙ clamoſa,& non tacita eſt infamia. & ꝙ eſt tãta,ꝙ facit crimen quaſi manifeſtum.Idem tñ Inno. hic dicit,ꝙ teſtis debet dicere eum,de quo quæritur, de tali crĩe diffamatum.& ſi quærat ab eo, à quo eſt infamatus, debet rñdere apud tales. & niſi eos aſſignet, non vr̃ reddere bonam cãm dicti ſui,& ſic nõ valeret dictũ ſuum,vt.ſ.ſæpius dixi.Et ꝓpea non põt aliter ſciri, an ſint graues,vel honeſti,aut maleuoli,vel ſuſpecti, niſi hoc exprimatur.vr̃ tamen, ſm aliquos,ꝙ debeat ſufficere ſi dicat ſe audiuiſſe à duobus, vel tribus ꝓuidis,& honeſtis viris;quia tex.hic dicit,à prouidis, & honeſtis.nec adijcitur numerum,de quo dixi.ſ.in q.22.& ibi dicta videntur ad hanc.q.iungenda. Dicit tamen hic Inno.ꝙ hoc non ſufficit. Sed neceſſarium eſt,ꝙ teſtis dicat,ꝙ aliqua pars viciniæ clamat, ꝙ is de quo quæritur,commiſerit tale crimẽ. & hoc innuit litera noſtra.dum dicit, ꝙ illi prouidi,& honeſti debẽt dicere hoc.& ꝙ verbum clamor,hoc innuit.Ad idem facit.2.q.5.c.presbyter. &.ſ.de eo ꝙ cognouit conſan.vxo.ſuæ.c.ſuper eo. & de purg.cano. c.1.Nec ſufficit dicere ſe tñ ſemel audiuiſſe,ſed debet ſæpe audiuiſſe,ſm ea.quæ dixi.ſ.in.14.q.nec eſt neceſſe,quòd oẽs teſtes ab eiſdem hominibus audiuerint,ſed ſufficit,ꝙ audiuerint ab eiſdem,vel à diuerſis eodem tempore,vel diuerſis temporibus. Et ſubdit Inno.rationem, quia cum tales teſtes in caſu noſtro teneantur ſolum probare infamiam, ſufficit quòd concordent ſolum in hoc, videlicet quòd infamatus ſit,arg.l.ſi quis libertatem.§.quoties. ff.de peti.hæred.& ff.de proba.l.ſi arbiter.&.ff.de ædi.edic. l.1.C.de iur.& fact. igno.l.cum falſa.nec eſt neceſſe, quòd concordent in cauſis ſcientiæ, quia illas ꝓbare non tenentur,ſed tunc habent teſtes neceſſe probare,& concordare de tempore, quando tempus eſt
561 de ſubſtantia quæſtionis. &†ſic intelligitur.3.q.9.c. nihilominus.&.30.q.6.c.parentela.vt puta, quando vult probare eum,qui dicitur contraxiſſe, vel teſtamentum feciſſe,vel quid ſimile alibi fuiſſe tempore contractus,vel conditi teſtamenti,vt.C.de contrah. & commit.ſtipu.l.optimam.&.ſ.de teſti.c.ex tenore.&.c.ſeries. de quo per Specu.in tit.de teſte.§.iam de interrogatorijs. & ſic in eo, qui debet probari ſe poſſediſſe deiectionis tpe,vt.l.1.§.hoc interdictum. ff.de vi & vi arma. alias autem non tenentur in tpe
562 concordare.vñ†ſi aliqs vellet probare iuriſdictionẽ in loco,de quo qrit,licet diſcrepẽt in cauſis,& loco,

& in tempore,& personis,non nocet. Verbigratia,
quæritur à teste,quomodo scis, ꝙ talis iurisdictio-
nem exercuerit,& vnus dicit,quia vidi eũ facere su-
spendere Paulum die Lunæ.alius dicit,quia vidit,ꝙ
fecit exoculari Petrum die Mercurij.alius de alio,&
563 die.& sic de similibus. Et† idem quando petuntur
decimæ,& vnus dicit se vidisse, quando collegit gra
num,alius dicit de vino,& alius de hordeo. & idem
dicit hic Inno.de probãda præscriptione, & simili.
Et subdit attendendum esse in contractibus, qa
564 si† testes discordant de loco, & tempore initi con-
565 tractus nonprobant; quia † locus, & tempus sunt
de substantia contractus,& eũ comitantur. de re iu-
di.c.abbate.in fi.lib.6. licet discordent in causis,vel
circunstantijs.vt puta,quia vnus dicit, Scio qa talis
est in possessione iurisdictionis, quia vidi,ꝙ fecit ta
lem iustitiam.& alius dicit de alio,& alia persona iu
stitiata, quia hoc casu vterq; reddit bonam causam
dicti sui.Subdit tamen hic,ꝙ alij contradicunt,asse-
rentes ꝙ vbicunq; aliquis tenetur aliquid probare,
nisi testes cõcordent de personis,loco,& tpe, & cer
tis circunstantijs, non hñtur pro pluribus testibus.
3.q.9.c.nihilominus. quia omnes sũt in suo testimo
nio singulares.s̃.de elect.c.cum dilecti. vnde dicũt,
ꝙ testes debent concordare in articulo nostro, ꝙ ta
li die audiuerint talem rumorẽ,vel infamiam,& tali
loco,& talibus personis. & idem de tempore not.
Vin.in.c.illud.de præsum. vbi etiam dicit, ꝙ si vnus
testis dicit famam esse in vna parte ciuitatis, & alius
in alia parte eiusdem ciuitatis, non probatur fama,
quia debent nominare easdem personas. 2.q.8.c.li-
bellorum. subdit tamen Innoc.ꝙ licet dictum sit,ꝙ
debeant concordare,non tamen semper tenẽtur de
prædictis certum quid rñdere. Si.n.interrogatur,à
quibus audiuisti,si recordatur rñdeat,& si non recor
datur non rñdeat. Et licet non respondeat,valebit
566 testimonium. Nunquam.n.inuenitur,ꝙ† testes te-
neantur dicere diem,& horam; immo facit in cõtra
rium. 2.q.8.c.libellorum. nisi dies esset de substãtia
probationis,vt dictum est.videlicet,quando qs agit
interdicto vnde vi. quo casu, vt.s̃.dixi,necessarium
est probare se possedisse ea die,qua fuit spoliatus,vt
d.l.1.§.hoc interdictum. & idem dicẽdum de loco,
vt.c.ex tenore.s̃.de testib.& vbi est necesse personas
illas,à quibus audiuerunt graues fuisse, debent illas
exprimere,vt.s̃.de testi.c.licet. Est etiam notandũ,
secundum Innoc. quod magis, & expressius tenetur
concordare in personis,& loco, quam tempore, qa
567 illa duo melius memoriæ tenentur.† tempus.n.faci
lè recedit.& de facili quis de tempore obliuiscitur.
7.q.1.c.fina. pro quo facit quod quotidie dicimus,
568 quòd† memoria hominis labilis est. 23.dist.c.præte
rea.&.l.iubemus C.de testa. Item in præsenti casu,
& simili,si plures audiuerunt à pluribus personis, &
in pluribus locis,& testis de quibusdam recordatur,
de alijs non,debet dicere; ego audiui dici à tali p-
sona,& à tali,& a quibusdam alijs in tali loco,& ta-
li die,& adijcere de quibus alijs personis, locis, &
diebus non recordor.& sic per adiectionem gñalem
præsumet iudex ipsum concordare cum alijs testi-
bus.subdit deinde Inno.ꝙ in præsenti casu quidam
improbabiliter dicunt, quod etiam nullis personis
expressis,si testes dicunt solum,ꝙ rumor,& infamia
sit per viciniam, quòd sufficiat. reseruatur.n.alteri
parti,ꝙ ipsa probet,ꝙ apud viles est hęc infamia,vel
ꝙ a vilibus fuit orta.quo casu non procedit inquisi-
tio,per tex.nostrum.&.11.q.3.c.3. & subdit,ꝙ tex.
noster hic non dicit, ꝙ testes debeant hoc dicere,ꝙ
personæ sint honestæ,&c. sed dicit, ꝙ superior non
debet procedere ad inquisitionem, nisi per bonos,
& graues ad eum peruenerit infamia, non in testes,
vel in forma iudicij productos: sed tanquam volẽtes
cõsulere statui ecclesiæ.si autem ea,in quibus discre-
pant sint talia,quæ non sunt de substãtia probatio-
nis,non minus tanquam plurium valet eorum testi-
monium,cum id quod ꝓbant,& in quo concordant
sufficiat ad victoriã causæ. Hæc sunt quasi formalia
verba Inno.hic in verbo,famam. licet quædam ad-
diderim,quæ etiam hic recitat Io.And. in verbo ho
nestis. & etiam ꝓ maiori parte quasi formaliter po-
nit Spec.in tit.de inquisi.§.nunc tractemus.ver.quid
si ille negauerit semel.vsque ad versi.quid si testes. &
hæc etiam sequitur hic do.Ant. Et ad prædicta etiã
vide Bal.in.l.diffamari. C. de inge.manumis. vbi di-
cit,ꝙ testis debet diligenter inquiri,& cautè inter-
rogari de origine infamiæ,& coniecturis,per not.in
.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæst. vbi etiam tra-
ctat Bart.Sed tu aduerte,quoniam ex omnibus præ-
dictis,duæ vidẽtur oriri dubitationes. prima,an te-
stes debeant exprimere illos, apud quos is, contra
quem agitur,si diffamatus. & vna opinio est ꝙ sic,
etiam si non interrogentur. Alia opinio est ꝙ non,
nisi interrogentur, sed si non interrogentur,valebit
testimonium,etiam nullis personis expressis, dum-
modo testis dicat de fama viciniæ.do.Ant.in.c.cum
oporteat.s̃.eo.dicit,ꝙ prima opin.est tutior. & illã
videtur sequi Bar.in.d.§.tormenta. Sed dicit Io.de
Imo.in.d.c.cum oporteat. ꝙ satis videtur esse,si te-
stes deponunt de fama viciniæ,& dicunt, ꝙ hoc au-
diuerunt a maiori parte viciniæ,quòd istud sufficit,
si vlterius non interrogetur. Facit quod not.glo.in
.l.3.ff.de testib.quia tunc videtur sufficienter depo-
nere.& videtur,quòd si duo testes deponunt, & qui-
libet deponat de fama viciniæ, & quòd quilibet au-
diuit a maiore parte viciniæ,quòd per hoc sit proba
ta fama.per id quod not.glo. in.d.l.3. & glo.2.q.1.
§.quando autem. Facit etiam quod not.Bar.in.d.§.
tormenta.do.Barth.de Salice.videtur idem conclu-
dere,& sic tenere secundam opinio. si interrogẽtur,
aliàs non. ¶ Secunda principalis dubitatio,quæ po-
test oriri ex prædictis est,an testes deponentes super
diffamatione,debeant concordare in personis, a q-
bus audiuerint. hanc quæstionem prosequitur hic
do.Anto.tam circa diuersitatem personarum,quàm
etiam circa diuersitatem temporis,& loci, secundũ
quod etiam fecerunt Inno.& Io.And.& alij,de qui-
bus supra dictum fuit. distinguit igitur do.Anto. ꝙ
aut est diuersitas in personis,tempore,& in loco. &
tunc,aut hæc sunt de substantia eius, quod proban-
dum est,exemplum patet, quãdo agitur de reproba
tione testium.& dicitur,quòd talis fuit absens à lo-
co contento in instrumento tempore confecti in-
strumenti.& tunc clarum est,quòd debent concor-
dare de loco,& tempore.alias non probarent. facit
quod habetur in.c.ex tenore.s̃. de testib. &.l.opti-
mam.C.de contrahen.& commit.stipula. Aut tem-
pus,

pus, & locus non sunt de substantia probationis eius, de quo quæritur. & tunc, aut testes non discordant in prædictis; sed vnus dicit de loco, vel tempore, alter dicit se non recordari, vel dicit fuisse in certo tempore, & alijs temporibus, ita ꝙ saltem per adiectionem generalem possint reduci ad concordiam, & tunc probant, vt not. Innoc. in. c. oportebat. & supra dixi. & facit quod habetur de fide instrum. c. cum Ioannes. Si autem omnes dicerent se non recordari de tempore, loco, vel personis; tunc suspectum esset eorum testimonium, vt not. Hostien. de te. in. c. ex tenore si autem diuersificant in tempore, vel loco, tunc si talis diuersitas loci, vel temporis inducit diuersitatem eius, quod probandum est; tunc non probant, per id, quod habetur de proba. c. licet. & quod traditur in historia de Daniele, & Susanna, vt Daniels. c. 13. & l. ob carmen. ff. de testib. secus si non induceret diuersitatem eius, quod probandum est, vt patet quando agitur de probanda possessione iurisdictionis, vel de iure decimarum. Si autem est diuersitas in causis scientiæ, tunc dicit do. Anto. attendendum, quòd si datur diuersitas solum penes sensum percipiendi, quod tunc probant, quia aliàs nullus testis probaret. cum quilibet habeat suum proprium sensum separatum à sensu alterius. Facit quod not. Bart. in. l. 1. ff. quemad. testa aper. & quod not. in. c. nihilominus. 3. q. 9. Exemplum, quando duo successiuè viderunt per vnum foramen T. & B. fornicantes. Facit etiam quod not. Cy. in. l. testium. C. de testib. Idem dicit, si solum detur diuersitas in organis repræsentantibus ipsum sensatum ad ipsum sensum, vt quia vnus dicit, quòd vidit T. promittere decem. S. Alter dicit, quòd audiuit, licet cortina esset in medio. Facit quod not. glo. 3. quæst. 9. c. testes. & l. in summa. §. idem Labeo ait. ff. de aqua plu. arcen. cum ibi not. per Barto. Aut datur diuersitas in causis dictorum; & tunc si causæ se habent, vt partes totius eius quod probandum est principaliter, & sint tales, ꝙ simul inferunt ipsum totum, quod probandum est, sed neutra per se infert; & tunc testes singulares non probant. vnde si vnus testis dicat, quòd T. præscripsit talem rem, quia vidit, quando emit à S. & est tantum tempus. Alter dicit, scio quia vidi ipsum possidere per tantum tempus, etiam si sit tempus sufficiens cum titulo non probatur præscriptio,
569 quia † solus titulus non concludit præscriptionem, nec sola possessio. & intellige de præscriptione longi temporis, vt. ff. de vsucap. l. Celsus. & l. diutina. C. de præscrip. lon. tempo. sed si duo testes deponerent de titulo, alij duo de possessione longi temporis bene probant, per id quod habetur in. c. licet ex quadam. in fi. ẽ. de testib. & c. series. eod. titu. per Inno. Nam tunc bene fit dictorum testium coniunctio ad vnum totum, ad finem vt probetur præscriptio, ex quo quælibet pars præscriptionis probatur per par
570 tes, quia non sunt singulares, sicut aliàs ad † probandum parentelam, sufficit ꝙ duo deponant de vno gradu ab vno latere, alij duo de gradu ab alio latere, vt voluit Innocen. in. d. c. series. in glo. & d. c. licet. Quandoq; vero causæ se habent indiuiduè ad vnum totum, & vnus deponit de vno actu, seu vna causa, alter de alia, & tales testes probant. Exemplum, dicit vnus testis, ꝙ talis presbyter dixit missam tali die quia vidit eum paratum paratu presbyterali, & audiuit dicere epistolam, vel euangelium. Alter vero dicit, ꝙ audiuit ipsum paratum ad missam, & ad altare dicere Pater noster, vel ꝙ assumpsit communionem, vel quid simile. nam hoc casu vult do. Anto. quod satis probatum sit talem presbyte-
571 rum missam celebrasse tali die, quia † officium missæ est indiuiduum, quoniam tota dici debet. 7. q. 1. c. nihil. & not. glo. in. d. c. nihilominus. Idem etiam dicit, si tales causæ sint partes alicuius totius, & quælibet ipsarum infert in ipsum totum, vt contingit in iure decimarum, & iurisdictione. Nam si vnus testis dicit, quòd vidit talem rectorem ecclesiæ recolligere decimam grani, ex hoc infertur, quòd ille recolligens erat in quasi possessione iuris decimandi, & similiter si alius dicit, quòd vidit recolligere decimam hordei, vini, vel fabarum. Et eodem modo quando agitur de probanda quasi possessione iurisdictionis, quia si vnus dicit, quòd fecit talem decapitari; satis ex hoc infertur quasi possessio iurisdictionis, & similiter si vnus dicit, quod fecit alium fustigari, vel ꝙ reddidit ius inter talem, & talem. Et idem videtur velle Accursius in dicta. l. ob carmen. quando agitur de probanda possessione alicuius. nam si vnus testis dicit, ꝙ vidit. T. recolligere granum de tali prædio, ex hoc satis infertur, ꝙ possidebat. & similiter si alius dicit, ꝙ etiam vidit ipsum recolligere vuas de dicto prædio. Si autem non agatur de aliquo toto vniuersali, sed alias dictæ causæ potius inferunt multiplicatos actus alicuius, & tunc secundum do. Anto. non probant, quia singulares. & ideo si vnus testis dicit, ꝙ talis fecit miracula, quia vidit, ꝙ sanauit vnum claudum à natura, alter dicit, quod illuminauit vnum cæcum, non probabunt isti testes, vt voluit Vincen. in. c. venerabili. de testib. argumen. 26. quæst. 5. c. nec mirum. & eo modo, secundum eum, si vnus dicat quem hæreticum, quia dixit, ꝙ Christus non venit in virginem; alius quia dixit tres personas Trinitatis non esse æquales; nam per hoc non probatur hæreticus, licet Butriga. dixit contrarium in. d. l. ob carmen. & non benè, secundum do. Anto. per not. in. d. c. venerabili. & in. d. c. nec mirum. Et idem dicit, si vnus dicit T. vsurarium; quia mutuauit Martino sub vsuris, alter quia mutuauit Ioanni, quod per hoc non probabitur T. esse vsurarium. & similiter si vnus dicit, quòd. T. occidit. S. alter quòd interfecit Paulum, non probatur quòd sit homicida; quia tales causæ ipsorum testium potius inferunt multiplicationem delicti, quam probent vnum totum, & ideò non probant. dicit tamen, quòd si agitur de probanda infamia, quia videntur tunc satis tendere ad idem totum. Et etiam videtur per prædicta, secundum eum, quòd si vnus testis dicat T. mutuasse. S. decem, quia vidit numerari, alter quia vidit S. confiteri, ꝙ isti non probant, quia non sunt contestes super principali probando. Facit quod notat Specu. in titu. de teste §. 1. versi sed pone, Fgit. Facit quod not. Bar. in l. 2. § fina. ff. si cer. peta. & sic refert do. Anto. Et per prædicta patet, ꝙ satis in effectu quo ad articulum nostrum videtur transire cum dicto Imo. Sed aduerte, secundum Io. de Imo. in. d. c. cum oportet in quantum do. Anto. reprobat Iacob. Buttriga. nam

pro opin.ipsius Iaco.multum facit,quia si agitur de
probanda fama,vel infamia,istud non est vnum to-
tum consistens in iure vniuersali,sed est facti. Ergo
sicut sufficit testes in genere concordare super fa-
ma,vel infamia,licet aliàs discordent,seu sint singu-
lares in causæ scientiæ;ergo eodem modo,& eadem
ratione videtur,q̃ si agatur de probando contra hæ
reticum,licet aliàs sint singulares in causis, debent
sufficere. ¶ Item aduerte,secundum eum,quia licet
Innoc.hic,& Spec. in tit. de inquisi.§.1.versi.quid si
vnus.&.§.nunc tractemus. ver.quid si ille contra se.
572 videantur velle, q̃ † probetur possessio iurisdictio-
nis,& iuris decimandi per testes singulares in cau-
sis,tamen Host.in summa in tit.de testi. tenuit con-
trarium in.§.diuersitas.idem tenet Goffre. & fortè
ista opin.de iure est verior,secundum Ioan. de Imo.
573 quia † dictum testis regulatur secundum causam:
adeò q̃ si interrogatus de causa scientiæ, nullam as-
signet,vel minus sufficientem non probat, vt not.in
c.si quando.ṡ.de rescript. & in.c.cum causam.ṡ.de
testi.&.l.sola.C.de testi.& ibi etiam per Bar.& ideò
ex quo testis est singularis in causa per eum allega-
ta,nec habet contestem:videtur q̃ non probet. & si
sint plures, & sic ad inuicem non contestes,censen-
tur singulares.Facit quod habetur in.c.bonę.1.&.c.
dilecti.de elect. communiter* tamen videtur teneri
Cōis opi. opin.Inno.quæ fortè habuit ortum à.d.l.ob carmẽ.
§.fina. & ideò durum est obtinere in practica opin.
574 Host.& præsertim, quia † fauendum est præsumptio
575 ni,& † non est probatio angustanda, vt.l.quoniam.
in fi.C.de hæreti. & de hoc etiam per Cyn. in.l.2.C.
quæ sit lon.consue.in.4.q.versi.sed quarto. vbi dicit,
576 q̃ † si vnus testis dicit de vno actu,non infertur pro-
batio cõsuetudinis, sed ex pluribus,cum requiratur
frequentia actuum,vt.l.de quibus. & ibi per Bal.ff.
de legi. & per Pau.de Liaza.in quæstio.quæ incipit,
contra instrumentum. vbi vide,quia cõcordat cum
dictis per Inno.hic.& de hac etiam materia vide Io.
de Imo.in.l.inter pares.ff.de re iudi. vbi etiam teti-
577 gi,quid iuris,† si vnus testis dicat, Vidi.T.possidere
talem fundum x.annis, alter de.xx. alter de.xxx. q̃
probant possessionem,saltem.x.annorum.de quo p
Io.And.in.c.1.de arbitr.lib.6.& per Bal.in.l.1.in fi.
C.de testa. Et aduerte,quia licet Archidi.in.d.c.ni-
hilominus.videatur velle, q̃ dicti testes non ꝓbent,
tamen Io.de Fantu.in.d.c.1.de arbitr.lib.6. dicit,q̃
aut isti testes omnes specificant tempus illorum.x.
annorum,ita,& taliter,q̃ concludunt de eodem tẽ-
pore;puta,quia vnus dicit,q̃ possedit à.xxx.annis ci
tra,alius à.xx.annis citra,alius à.x.annis citra. & tũc
isti probant,quia omnes concordant in vltimis an-
nis,arg.d.c.1.aut non specificant tempus, ita quòd
concludunt de eodem tempore, quia vnus dicit de
xxx.alter de xx alter de x.simpliciter,& procedit di
ctum Archid. & hãc distinctionem sequitur do.Do.
in.c.1.sed mihi non placet primum dictum, per ea,
quæ not.Bart.in.l.Celsus.ff.de vsucap. nam si bene
consideretur,nullus testis probat de.x.annis, quia
sufficit vna die possedisse in vltimis.x.annis, & dici-
tur possedisse à.xxx.annis citra,à.xx.annis citra,& à
x.annis citra. vnde dicerem,q̃ præfatum primum di
ctum procedit,quando testis diceret à.xx.annis, &
per ipsa tempora,& similiter dicerent alij, vel adij-
cerent simile verbum,vt traditur in.d.l.Celsus. Cir-
ca secundum dictum Io.de Imo.in.d.l.inter pares.
vbi simpliciter vult,q̃ omnes præfati testes in pos-
578 sessione.x.annorum sint contestes,cum † in maiori
numero insit minor,vt.d.c.1.&.l.1.§.si stipulanti ff.
de verbo.obliga.&.l.diem proferre.§.si plures ff.de
arbitr. q̃ intelligo, quando vnusquisque diceret de
continuata possessione,& concordarent in fine, vel
in initio possidendi.secus si discordarent, vt voluit
Bal.in.d.l.1.C.de testa.& vide Spec.in titu. de teste.
§.iam de interrogatorijs. & Ioã.de Imo.in.d.c.cum
oporteat.Sed do.Barth.de Salice. in.d.l.ea quidem.
C.de accusa. dicit, q̃ si testes deponentes de fama,
deponunt exprimendo aliquos,à quibus audiuerũt
adijciendo clausulam generalem; q̃ etiam à plurib⁹
alijs audiuerunt,q̃ probant, licet non concordent
in expressis. Intelliguntur enim concordare quantũ
ad comprehensos sub clausula generali. Si verò te-
stes non addiderunt clausulã generalem,tenet ipse,
q̃ si in expressis diuersificant,nullus probat,quia nul
lus p se probat,nec omnes simul,quia non sunt con-
testes,prout exigitur,vt.ff.de testi.l.qui falsa vel va-
ria.&.ṡ.de elect.c.cum dilecti.quod dicit intelligen
dum,qñ nullus testis tot personas expressit,q̃ exp̄s-
sè faciant maiorem partem viciniæ,vel populi; quia
cum neuter semiplenè probet, non poterit dici oẽs
plenè probare.sed vbi quilibet tot homines expres-
sisset,q̃ essent maior pars populi, licet non eosdem
expressissent: tunc, cum quilibet semiplenè probet
famam,dicendum est, q̃ omnes simul intelliguntur
plenè probasse, nec est curandum tunc de varietate
loci,aut temporis, quæ non sunt de substantia, arg.
not.in.d.l.ob carmen. sufficit enim probare famã,
ad cuius probationem principaliter intenditur. Fa-
cit.d.l.si quis libertatem.§.quoties.ff.de peti.hære.
&.l.si arbiter.ff.de proba. Et subdit,q̃ qua ratione
non curaret de varietate temporis, vel loci, eadem
ratione nõ curaret de varietate personarum, ex quo
vnusquisq; semiplenè probat.& ita dicit intelligen-
dum dictum Bart.in.d.§.tormenta. & subdit secun-
dum Inno.ibi,q̃ præsupposito,q̃ in populo,vel vici
nia,de cuius fama agitur,essent.xx. & vnus ex testi-
bus affirmãtibus capitulum famæ in redditione cau
sæ,& scientiæ diceret,Scio,quia audiui à tali,& à ta-
li,& nominaret sex, vel octo diuersos à nominatis,
q̃ fama tunc esset probata. quia facta dinumeratio-
ne personarum reperitur ab omnibus, vel à maiori
parte hoc dictum,vel assertum esse. Sed contra præ-
dicta opponit ipse Barth.de Salice.quia clarum est,
q̃ nullus testis ex prædictis semiplenè probat: ergo
nec omnes plenè probant. Vnde dicit,tutius dicen-
dum esse,q̃ sicut in plena probatione est dare gra-
dus,secundum magis, & minus, vt.l.3.§.eiusdem.ff.
de testi.&.d.§.tormenta, & vt traditur in.l.in bonæ
fidei.C.de iureiuran.&.l.admonendi.ff.eo. de qua
materia dixi plenè in.c.fi.de iureiuran. sic etiam est
dare gradus respectu semiplenè probationis. Vnde
ad propositum retentis terminis prædictis, dicit, q̃
primus testis qui nominat tantum sex personas. fa-
cit aliqualem fidem de fama, sed in minori gradu
quam sit probatio semiplena, sed cum adiungitur
alijs qui sex alias exprimit personas, tunc quod mi-
nus deerat ad fidem semiplenæ probationis, supplet
iste

ſte ſecundus.& ſic ambo ſimul iuncti videntur ſemi
plenè probare. Cum ergo poſtea adiungitur terti',
qui exprimit alios ſex,vel octo,addit aliqualem gra
dum fidei,& probationi ſemiplenæ. ſed quia per ſe
non facit ſemiplenam probationem ; ideò fidem p
duos priores teſtes ſemiplenè receptam, non poſſu-
mus dicere plenariè fuiſſe completam , & integram
effectam probationem. ſed illam ſemiplenā aliqua-
liter fuiſſe corroboratam, quaſi omnes pro vno ſe-
miplenè probent,licet aliqualiter magis amplè. Et
579 ideo iudex ad plenam probationē poterit ſe infor-
mare per proprium auditum. Facit.c.cum Ioannes.
ſ.de fi.inſtru.ſicut enim iudex de his, quæ viſu per-
cipiuntur,poteſt ſe informare ſubijciendo rem ocu
lis,vt.ff.fi.regun.l.ſi irruptione.& dixi.ſ.in ſeptimo
not.ſic etiam poteſt ſe informare de his,quæ auditu
percipiuntur, & proprijs auribus fidem habere, vt
ſ.eo.c.inquiſitionis.in glo.in ver.infamatum. & ſic
reſidet do.Barth.de Salice. Sed aduerte,quia in pri-
mis ego non reperio,q Inno.hic ponat præfatos ter
minos,de quibus dicit ipſe Barth. nec etiam aliquē
doct. hæc referentem . dictum tamen in ſe eſt pere-
grinum,& not.& memoria dignum. Sed an ſit verū,
580 dependet ab alia quæſtio. † an plures probationes
imperfectæ ſimul iungantur, & commiſceantur ad
faciendam plenam probationem.de qua materia in
d.l.in bonæ fidei.&.l.admonendi.& plenè dixi iſt.d.
c.fi.quaſi circa finem primi membri.3.q.princi. Et
quoniam ad intellectum prædictæ.q. aliqua ſunt ne-
ceſſario repetenda,breuiſſima concluſio videtur eē,
q aut probationes tendunt ad idem,aut ad diuerſa.
Primo caſu ſunt commiſcibiles,& coniunguntur,&
ſi ſunt ſufficientes ad inducendum animum iudicis
ad credulitatem,vel certam fidem , inducunt plenā
probationem,arg.not.in.c.3.de probatio.& ibi per
581 D.m.& hoc caſu habet locum illud . Et † quæ non
proſunt ſingula, multa iuuant.C.de probat.l.rōnes.
& procedit hoc,ſiue probationes ſint eiuſdem ſpe-
ciei,vt in duobus teſtibus;ſiue diuerſæ , vt in vno te-
ſte,& ſama,vt per glo. in ver.poſſesſionis . 16.q.3.§.
poteſt . itē in vno teſte iurato,vel alijs ſimilibus ad-
miniculis , & coniecturis concurrentibus cum vno
teſte,arg.l.3.ff.de teſti.&.4.q.3.c.ſi teſtes. Secundo
caſu,quando tendunt ad diuerſa non commiſcētur ,
vt ſi vnus teſtis deponit de mutuo,alius de confesſio
ne,nam hæc ſunt diuerſa,nec tendunt ad vnum totū
perficiendum,cum ſæpe ſit vnum ſine reliquo , vt eſt
tex.ſingularis in.c.cum dilectus.de ſucceſſ.ab inteſt.
& probatur.C.de non nu.pec.per totum.tradit Bal.
in.l.2.C.de confeſſ.&.D.m.in.c.cum cauſam.de p-
bat.& Bart.in.l.1.§.item cornelio.ff.de quæſtio. vbi
ponit plura ſimilia exempla.& vide etiam Io. Cald.
in.c.veniens.2.ſ.de teſti.& aliquid per Spec.in titu.
de fi.inſtru.§.nunc dicēdum.in fi. & Bal. in l.2.ff.de
excuſa.tuto.per.Cyn.in.l.proprietatis. C.de proba.
&.l.ſpadonem.ff.de excuſa.tuto. & Iaco.Butrigā.in
.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.Bal.
in.l.teſtium.C.de teſti.& aliquid iu.l.1. C.qui num.
tute.& per glo.fi.in.c.præterea.ſ.de teſti.& plenius
in.d.l.admonendi.& pleniſſimè per me in.d.c.fin.&
ideo vlterius non me extendo. Et videtur etiam cō-
cludi in dictis locis, q probationes etiam tunc di-
cunt tendere ad diuerſa;& ſic non coniunguntur,qn

teſtes ſunt ſingulares: Vnde dicit Bal.ſing.in.l.iuſ-
582 iurandi.C.de teſti.q † teſtes ſingulares non probāt,
etiam ſi eſſent mille , quia ibi non eſt numerus con-
teſtium. vnde tantum probat vnus,quantum mille,
allegat etiam not. per Spec. in tit.de inquiſi.§.nunc
videndum.ver.item not.Immo quandoq; ſingulari-
tas operatur,q minus probatur per plurimos ſingu
lares,quàm per vnum ſolum,quando ſcilicet ex hoc
præſumitur dolus,vel repugnantia,vt in teſtibus cō-
tra Suſannam . Faciunt etiam plura,quæ.ſ.allegata
fuerunt in recitatione,ſecundum Inno. Io. And. &
alios Docto. Et per prædicta etiam nunc infero ad
opin.Barth.de Salice.& ad materiam noſtram,quo-
niam ad videndum,vtrum dicta opin.ſit vera,& alię
opin.de quibus.ſ.dictum fuit,videndum eſt,vtrum
teſtes ſint ſingulares,& ſi non ſint ſingulares,conſide
randum eſt,vtrum differant in aliquo prædicamen-
to,vel in materia,aut cauſa,aut reliquis circunſtan-
tijs,& an poſſint cōiungi ad plenam probationem.
quibus examinatis clara apparebit deciſio materiæ
principalis.q. Et quanquam in materia tritè,& latè
examinata per tot,& tam claros Doct. videatur præ
ſumptuoſum os aperire, aut verbum facere ; tamen
non vt alicuius præſumptionis,aut temeritatis vitiū
incurramus,ſed ſolum vt veritas verius,& clarius elu
ceſcat per alios Doct.præſtantiores ingenij , dicam
quid ſentiam in hac materia.Diſtinguo igitur in pri
mis duo membra principalia. Primum eſt,quando
agitur de probando actu,facto , vel negotio , cuius
actus,facti,vel negotij totum eſt indiuiduum,& cu-
ius reiteratio,ſi datur,aut fieri poteſt , infert ad to-
tum vt totum. Secundum membrum erit de aliquo
toto,quod conſiſtit ex pluribus ſuis partibus.
¶ Circa primum membrum diſtinguo,q aut agitur
de probando aliquo actu,facto , vel negotio , cuius
non datur multiplicatio . Aut agitur de probando
aliquo actu,facto,vel negotio , cuius datur reitera-
tio,vel multiplicatio. Primo caſu,quando non da-
tur reiteratio,vel multiplicatio potes figurare exem
plum. Volo probare,q T.interfecit S. certe iſta oc-
ciſio nō potuit fieri,niſi ſemel. Si ergo teſtes ad hoc
probandum variant,dicerem,q aut variant in præ-
dicamento ſubſtantiæ,& non eſt dubium,q non p-
bant.Exemplum.Si vnus deponit , q d.T. interfecit
S.alter q interſecit Paulum , iſti tamē teſtes nō ſunt
contrarij,ſeu repugnantes , quia poteſt eſſe , q vnus
& idem duos interfecerit.ſed ideo non probant,qa
de eo,de quo quæritur,non deponit niſi vnus , & ſic
deficit numerus neceſſarius , vt.l.vbi numerus.ff.de
teſtib.&.ſ.de teſtib.c.in omni.Aut variant in cauſis
repræſentatis per proprium ſenſum cuinſque.Exem
plum , vnus dicit de auditu , alter de viſu , alter vero
de tactu,& ſic de ſingulis & hoc caſu dicerem,q aut
eſt talis actus,qui repræſentatur per vnum,duos, aut
plures ſenſus,& deponentes per tales ſenſus, licet va
rios,quo ad teſtimonium non dicuntur ſingulares ,
vel varij:ſed conteſtes,& concordantes, & probant,
& vnuſquiſque dicitur ſufficientem reddere cauſam
dicti ſui,per not.in.c.cum cauſam. de teſti. &.l.ſola
teſtatione.C.de teſtib. & alijs iuribus hic allegatis.
Aut non eſt talis actus,qui repræſentetur per omnes
illos ſenſus,& tunc non probant; non quia dicantur
ſingulares propriè, ſed quia alter nō reddit ſufficien
tem

tem causam.exemplum;vnus dicit, q vidit T.interficientem S. alter dicit, q odorauit, vel gustauit, & quid simile.Tales enim non sunt sufficientes causæ, & sic nō probant, vt.d.c.cum causam. &.d.l.sola testatione. Aut testes variant in alijs circunstantijs,& prædicamentis. Exemplum in prædicamento loci, vnus dicit Senis,alter dicit Florentiæ. isti nedum sūt singulares,& non probant,sed sunt suspecti, & repugnātes.nec h ic casui subijcio exemplum Susannæ, quia non videtur mihi conuenire,sed actui, & facto multiplicabili,vel reiterabili,vt.j.dicam in alio casu. Est enim necessarium, q si testimonium vnius est verum,testimonium alterius sit falsum, & si tu diceres,possunt testes concordari, quia vnus considerauit locum vbi vulneratus fuit, alter locum vbi mortuus e't;respondeo q hoc non est verum,quia in talibus consideratur locus,vbi quis percutitur,vt dicit Bar.in.l.libellorum.ff.de accus. licet testes probādo postea, q ita contigisset, & q eorum talis fuisset intentio,possent excusari. Et ideò si testes deponerēt de prædicamento tēporis,quia vnus de mense Maij, alter de mense Septembris; vel vnus de nocte, alter de die. isti enim sunt singulares,& repugnantes,& suspecti. in hoc tamen vltimo casu non videtur tanta repugnantia,& excusarentur,si forte fuisset in crepusculo,vel in aurora.vide quæ dixi in.c.3.j.de homi. & idem de similibus causis. Secundo casu principali quando actus,facti,vel negotij daretur multiplicatio,seu reiteratio,subdistingue, q aut vnus,& idem actus,de quo quæritur per multiplicationem,diuersificatur in substantia, immo melius probatur. Primo casu subdistingue, q aut est singularitas, seu diuersitas in substantia eius,de quo quæritur. Aut in causis penes sensum percipiendi, seu in organis repræsentantibus sensatum,aut alijs prædicamentis accidentibus,seu circunstantijs. Primo casu, quando diuersitas est in substantia, non est dubium, q non probant,etiam si essent mille, nec possunt coniungi huiusmodi probationes,quia non tendunt ad idem. Exemplum dico, q T. commisit adulterium cū Berta,vnus testis deponit, q cum Berta, alius verò q cū Seia;tales enim testes non probant, quia sunt singulares in substantia eius, de quo quæritur, quia nō reperitur nisi vnus,qui deponat de eo, de quo quæritur, vt dixi s.in exēplo homicidij, & licet vnusquisq; in dicto suo, & in eo, de quo testificatur, si articulatū esset,& iurasset, faceret semiplenam probationem, quia quodlibet testimonium per se respicit diuersū factum, & sic patet q non sunt repugnantes. Secundo casu,quando variant in causis,quia vnus dicit,q vidit,alter quia gustauit, & sic de simi. dic vt dixi.s. in primo membro de actibus, quorū non datur multiplicatio. Tertio casu, quando sunt singulares, vel diuersificant in alijs circunstantijs, dico q non probant. siue sint singulares in prædicamento, vbi, verbi gratia, dicit articulus, q M. concubuit cum B. testes dicunt vera esse contenta in dicto articulo. interrogati de loco, vnus dicit in tali domo, alius verò in vinea,& alius in horto, vt in testibus contra Susannā, & hoc casu non est dubium, q non probant, non tamen sunt repugnantes, nec contrarij, sed varij, & diuersi, quoniam actus adulterij, vel fornicationis potuit multiplicari cum illa. Nec obst. q sacerdotes qui deposuerunt cōtra Susannam Danielis iudicio, tanquam falsarij, fuerint damnati, & lapidibus interempti, quoniam illud contigit, vel quia vnusquisq; deposuit de præsentia aliorum, adeo q videbantur de vno actu testificari, & per consequens repugnantia deponere, vt dixi.s.in primo memb.vel deponebant de eadem hora, vel quia contra eos propter varietatem loci insurrexerat suspicio de falsitate, visa de varietate loci, arbitrantes se deprehensos in varietate, confessi sunt eorum malignitatem, vel id factū fuit ꝓpter reuelationem diuinam, & miraculosam factam Danieli infanti de falsa illorum testificatione. Et idem dicendum, si variāt in tempore, vel quibus præsentibus, vel in similibus prædicamentis, per quæ non tollatur potentia, q videantur deposuisse de pluribus actibus. Prædicta etiam omnia procedunt, in contractibus, & testamentis, & alijs similibus actibus reiterabilibus. Nec obstat q locus, & tempus in multis non videantur esse de substantia, licet talia nō possint geri, nisi in aliquo loco, vel tēpore; & sic videtur, q varietas in talibus non debeat obesse probationi. per not.3.q.9. in.c.nihilominus. quia respondeo, q licet talia non sint de substantia; tamen propter varietatem loci, temporis, & personarum, quibus præsentibus aliquid actum, diceretur, testes redduntur singulares in dicto suo, quia q libet de suo actu videtur deponere. Vnde licet respectu cuiuslibet testis omni exceptione maioris, testimonium quo ad actum suum, videatur facere semiplenam probationem; tamen cum testimonium omnium non referatur ad idem, seu eundem actum, ꝓpter diuersitatem inclusam, & inductam ex varietate, & diuersitate locorum, & temporis,&c. non probant plenè aliquem actum; & ideo sit cautus in istis actibus reiterabilibus, quia si velles reprobare instrumentum, & testes non recordarentur de loco, vbi actus fuit gestus, vel de tempore, quia facilius decidit à memoria, vt s.dixi, q si recordantur de actu, gestu, & substantia actus gesti, & q aliter se habuit, q̄ contineatur in testamento, vel in instrumento, vt facias fieri interrogatorium à parte aduersa, vtrum ille actus fuerit multiplicatus, vel reiteratus, vel nō, vel facias fieri articulum de vnitate, verbi gratia, Itē ponit, q inter T.& S. vnica duntaxat fuit contracta venditio de dicta domo, vel fiat similis articulus, fm facti exigentiam, vt not. singulariter Inno. Io. And. D.m.& Doc. in.c.cum Ioannes eremita. de fi. instr. & ibi dixi.& Spec. in tit. de teste.§.iam nunc. ver. qd si vnus. Bart. Bal.& Bartho. de Salice. in.l.testium.C. de testib. Facit quod colligitur ex glo.1.& ex ibi traditis per. D.m. in.c.cum contingat.s. de off. deleg.& ibi tetigi in fi. Secundo casu principali huius secundi casus istius secundi membri, videlicet, qn vnus,& idem actus non diuersificatur in substantia propter pluralitatem actuum,& reiterationem. Exemplum in fama probanda, & iurisdictione, & possessione, & iure decimandi, & probanda qualitate alicuius hominis quod sit bonus, vel malus, hæreticus, vel homicida, adulterosus, vsurari9, & similis. & hoc casu subdistinguo, quòd aut testes sunt varij in substantia, aut in causis, aut reliquis circunstantijs, & prædicamentis. Primo casu potest figurari exemplum; ponit quis, & articulatur, quòd fama est, quòd T. interfecit.S.

cit.S. Vnus teſtis dicit,ꝙ fama eſt,ꝙ.T.interfecit.S. Alius dicit, ꝙ fama eſt,ꝙ interfecit.P. Alius dicit de alio.& hoc caſu idem dicendum eſt,ꝙ dictũ fuit in primo caſu primi membri, & in ſecundo caſu ſecundi membri. Secundo caſu,quando variant in cauſis,dicendum eſt, prout etiam dixi in duobus alijs ſimilibus caſibus præcedentibus de varietate cauſarum.Tertio caſu de varietate in reliquis circunſtantijs,videtur mihi maior dubitatio, propter varietates de quibus in præcedentibus opinio. Arbitror tñ ita dicendum,ꝙ aut tempus,vel locus erant de ſubſtantia actus,& negotij,de quo agitur. & tunc ſi non ſunt tot teſtes qui ſaltem ſimul iuncti concludãt id, de quo quæritur quo ad poſſibilitatem inquirendi, teſtes nõ probant.exemplum de tempore,dictat ſtatutum,ꝙ inquiſitio nõ poſſit formari de maleficijs commiſſis per duos, vel tres annos ante inchoatum officium iudicis,volentis inquirere.Pone ergo,ꝙ iudex ad hoc vt poſſit formare inquiſitionem contra T.de homicidio contra.P.vel de adulterio commiſſo cum G.vel de furto,&c. propter frequentem diffamationem examinat teſtes ſup diffamatione, vnus dicit,ꝙ fama fuit iam quatuor annis, ꝙ.T.adulteriũ commiſit cum G. Alius teſtis dicit de quinque,alius de tribus,certè diffamatio non videtur probata, maximè quo ad finem potentiæ formandi inquiſitionem.nam quo ad ſe fama,vt ſtatim dicam, bene videtur probata. Sed aduerte,quia licet.ſ.dixerim,ꝙ teſtes prædicti videntur ſaltem probauiſſe de tribus annis,tamen duo primi vidẽtur probauiſſe de quatuor annis,& ſic cum fama ſit poſt actum geſtum circa actum adulterium,vel homicidium commiſſum, non videtur concludi poteſtas formandi inquiſitionem propter præſcriptionem biennalem, vel triennalem. Et idem exemplum poteſt figurari in ſimilibus caſibus. Exemplum de loco ita poteſt figurari. Vnus teſtis depoſuit famam eſſe eius de quo quæritur,interrogatus in quo loco,dixit Senis, vbi iudex vult formare inquiſitionem. Alius dicit Florentiæ, alius Bononiæ. Licet enim fama ſit probata, quantũ ad infamiam iſtius hominis,quia non exigit certum locum,vt dixi.ſ.24.q. tamen quantum ad potẽtiam inquirendi, talis infamia non erit ſufficienter probata,vt dixi in.d.q.tetenta opin. Bart.de qua ibi. licet enim iſtæ ſingularitates inferãt ad vnum totum, videlicet,ad infamiam,& ſic videatur probata.vt ſtatim dicam,tamen non inferunt ad totum qualificatum eo modo,quo neceſſarium eſt ad potẽtiam inquirẽdi. Facit.l.1.§.interdictum.ff.de vi & vi arma. &.c.ex tenore.ſ.de teſti.& quod probatur in.l.non ſolum.§.ſed vt probari.& ibi per Bart.ff.de ope.no.nun.& adde quę ſtatim dicam in ſeq.membro,de toto quod conſiſtit ex pluribus partibus ſuis,cui materiæ ſatis etiam videtur congruere hoc exemplum. Si vero locus,& tempus,& aliæ ſpecies ſimiles,vel circunſtantiæ non ſunt de ſubſtantia, arbitror, ꝙ licet teſtes variẽt in loco,tempore, & alijs ſimilibus qualitatibus,ꝙ plenè probent, ſi vnuſquiſque de per ſe ſemiplenè probat. Exemplum in diffamatione,vnus teſtis dicit famam eſſe,quòd.T.interfecit S.interrogatus de cauſa ſcientiæ,reſpondit,quia audiuit dici in tali loco huius ciuitatis,& tali maiore parte populi ciuitatis de menſe Maij,Iulij,& Auguſti.Alius dicit,quia audiuit dici de menſe Septembris, & Octobris in tali,& tali loco iſtius ciuitatis, & à maiore parte ipſius populi,ꝙ T. interfecerat S. & ſic variat penitus in omnibus locis,& temporibus, certè arbitror,ꝙ iſti probẽt omnino famam,quia ad hoc tendunt,& quãtum ad hoc non ſunt ſingulares, immo conteſtes,quia de eodem actu, & de eodem toto deponunt,licet diuerſificent in his, per quæ non diuerſificatur ipſum totum;quinimmò ipſæ varietates,& ſingularitates melius inferũt ad ipſum totum probandum,ſicut in ſimili,ſi eſt tale quid quod poteſt percipi viſu, & auditu probant duo teſtes,licet vnus dicat ꝙ ſcit,quia audiuit ; & alius dicat,ꝙ ſcit, quia vidit,vt.ſ.dictum eſt. Facit etiam quia clarum eſt,quòd vnuſquiſque dictorum teſtium facit ſemiplenam probationẽ eius,de quo quæritur; ergo ambo ſimul iuncti,cum ad idem referantur,faciunt plenam probationem. Et idem dicerem,ſi variarent in perſonis,à quibus audiuerunt. Exemplum vnus teſtis,qui aſſerit famam eſſe in cauſa ſcientiæ,dicit, qa audiui à talibus ipſum diffamatum,& exprimit, ſeu nominat viginti. Alius ſimiliter dicit, & nominat alios viginti, quinque nominatos per primum, & quindecim non nominatos.& in loco nõ erant, niſi triginta,iſti probabnnt, quia quilibet probat ſemiplenè famam.ex eo,ꝙ quilibet deponit de maiore parte populi illius loci,vt dixi.ſ.ſecundum Bartho. de Salic.ſed ſi vnus teſtis nominaret.xij.aut.xv. alius ſimiliter alios.xij. vel.xv. non nominatos, iſti non probarent plenè, quia nullus eorum probat ſemiplenè.ex eo ꝙ nullus eorum deponit de maiore parte illius loci ; ergo ſimul iuncti non probant plenè. nam & ſi decem teſtes deponerent famam eſſe, & vnuſquiſque in redditione cauſæ diceret, ꝙ audiuit à talibus, & nominaret.xij. & illos eoſdem.xij.quilibet teſtis nominaret,non eſt dubium, ꝙ fama non eſt probata ſemiplenè, quia nullum dictum eorum conuenit deſcriptioni famæ.ergo quantum ad famã nullam fidem faciunt. ſed ſi eſſent quatuor teſtes,& vnus nominaret.xij.alius alios.xij. alius nominaret x.in quibus.x.continerentur.iij. iam nominati. & alius quartus teſtis nominaret alios.x. partim de nominatis ab vno, & partim de nominatis ab alio,ita quòd duo teſtes coniuncti facerent ſemiplenam ꝓbationem;quia deponerent de maiore parte populi illius loci, poſito ꝙ in loco,vt dixi,non eſſent niſi xxx.& alij duo teſtes coniuncti facerent ſemiplenã probationem,certè iſti plenè probarent,arg predictorum,prout etiam dixi.ſ.ſecundum Barth.de Salice.Et ex prædictis etiam infero,ꝙ ſi ex quatuor teſtibus,duo nominarent eoſdem.xij.ꝙ fama eſſet plenè probata,quod probo; quia vnus ex primis duob' nominantibus.xij.coniuncto alio ex ſecundis duobus nominantibus alios.xij. faciunt ſemiplenam ꝓbationem,& alij duo.ſ.vnus ex primis,& vnus ex ſecundis,eo modo ſimul iuncti, faciunt aliam ſemiplenam probationem;ergo omnes ſimul iuncti faciunt plenam probationem.& idem ego dicerem in probanda iuriſdictione ; quia ſi vnus teſtis dicit, ꝙ ſcit, quia vidit illum facere laqueo ſuſpendi in tali die,& alius dicit, ꝙ vidit eum facere decapitari in tali die,ſimiliter ſemiplenè probat, ergo ſimul iuncti plenè debent probare,quando ambo teſtes inferunt

runt ad vnũ totũ. & idẽ in probãdo ius decimandi,
si vnus vidit colligere decimas grani, alius decimam
vini, aut ordei, & sic de similibus. Idem dicerem in
probando. ꝙ. T. possedit talem rem, nam si vnus te-
stis dicat ꝙ vidit illum colligere vuas, alius dicit de
frumento, alius vero de alijs fructibus, qa vnusquisq;
probat semiplenè; ergo simul iuncti, cum inferant
ad vnum totum debent plenè probare. Similiter si
volo probare ꝙ frater Bernardinus fecit miracula,
satis est si vnus dicat ꝙ vidit eum illuminare cęcum,
alius ꝙ fecit loqui mutum, alius ꝙ mortuos suscita-
uit. Et idem si volo probare ꝙ T. sit hęreticus, & vn⁹
testis dicit, verum esse quia asserebat Iesum non na-
tum ex virgine, alius dicit ꝙ dicebat, seu dixerat ani
mam Christi, tanquam hominis, non esse in paradi
so; sed ꝙ tanq̃ homo, debeat resurgere ĩ nouissimo
die, & sic de similibus. Et idem de vsurario, & alijs
similibus qualitatibus quæ probabuntur, si sunt de
bona fama, per bonas operationes, eius de quo quę-
ritur; vt in pio propter exercitium officiorum pio-
rum; & similiter de malo propter malas operatio-
nes. & sic patet ex prædictis reprobatam opi. d. Ant.
de qua. s̃. retenta opi. Iac. But. cui etiam Io. de Imo.
potius videtur consentire. Nec ob. ꝙ. dixi. s̃. secun-
dum. d. Ant. de depositione miraculorum, vsurario
& homicida. & si. ꝙ testes non videntur probare; qa
videntur singulares. quia licet sint singulares in acci
dentibus; tamen quia omnia accidentia prædicta re
feruntur ad eandem probationem vnius totius, &
clarum est ꝙ si quilibet solus deposuisset, quilibet
per se semiplenè probaret; ergo cum non tendat ad
diuersa, sed ad vnum totum, commisceri, & coniun
gi debent ad plenam probationem. Et eodem mo-
do potest responderi ad dictum Vinc. in. c. venera-
bilis. s̃. de testi. de quo. s̃. feci mentionem. & etiã ad
dictum Io. de Imo. referentis Host. circa probandã
iurisdictionem. Et aduerte pro declaratione, quia
aliud est velle probare. T. homicidam S. & aliud est
velle probare ꝙ T. sit homicidiosus hoc est, ꝙ in eo
inest qualitas viri sanguinolenti. Item aliud est vel-
le probare ꝙ frater Bernar. fecit tale miraculum; qa
vnusquisq; testis debet deponere de illo, & aliud est
probare quod sit vir miraculosus; ita ꝙ hæc qualitas
faciendi miracula, sit in eo. nam in prædictis casib⁹,
& similibus probatur qualitas per pluralitatem mi-
raculorum. & quanto magis multiplicantur, tanto
melius probatur quòd quæritur. & hoc arbitror vo-
luisse d. Ant. s̃. cum dixit, ꝙ si agitur de probãda in-
famia, quod tunc videtur ꝙ testes probẽt; quia satis
tendere videntur ad idem totum. Et ad prædicta fa-
cit quòd not. glo. in. l. ob carmen. §. fin. ff. de testi. &
quòd not. doct. in. c. licet ex quadam. s̃. de testib. &
optimus tex. in. l. si arbiter. ff. de probatio. Facit qđ
584 not. in. l. 1. ff. de ędilic. edict. Nam † in probando
animali morboso sufficit quod vnus testis dicit de
aliquo morbo, & alius de alio; licet secus esset si ꝓ-
ducerentur ad probandum morbosum tali morbo.
Ad idem facit quòd not. C. de iuris & facti igno. l.
cum falsa. &. ff. de pet. hered. l. si quis libertatem. §.
quoties. cum simi. Aduerte tamen, quia si probare-
tur diffamatio. ꝙ T. sit diffamatus, quòd sit homici-
diosus modo prædicto, videlicet, qđ vnus deponit
quòd fama est, quòd interfecit G. alius quòd inter-
fecit. B. Alius ꝙ interfecit. M. & sic de similibus. nã
per hanc probationem, arbitror ꝙ non posset pro-
cedi cõtra T. tãq̃ cõtra diffamatũ de aliquo speciali
homicidio, vt patet ex ꝑdictis. Nã licet ex ꝑdictis re
sultet fama in genere, & ꝓbata sit qualitas ꝙ sit ho-
micida; tñ nõ põt contra ipsum inquiri speciali in-
quisitione, tanq̃ cõtra interfectorẽ Gaij, vel Lucij;
quia fama casu prædicto debet esse de hoc, vel illo
homicidio plenè probata. Sed clarum est ꝙ de hoc,
vel illo homicidio non est plenè probata; ergo, &c.
& prædicta diligenter no. vt nouissima. Circa secun
dum membrum principale de probatione alicuius
totius ꝙ consistat ex pluribus partibus ipsius. exem-
585 plum in † præscriptione longi temporis, in qua re-
quiritur titulus, & possessio continuata. 10. annorũ
inter ꝑsentes, &. 20. inter absentes, vt. l. fi. & per to.
586 tit. C. de præscrip. long. tempo. Idem † in canonizan
do aliquem sanctum, ad qđ agendum requiritur plu
ralitas miraculorum, fides, & excellentia vitæ, & si. vt
in. c. 1. per Io. And. & doct. de reliq. & vener. sanc. &
hoc casu, quia talia se habent vt partes totius, eius
qđ probandum est, & sunt tales quarum neutra per
se est sufficiens ad id qđ intenditur, hoc casu dicerẽ
587 ꝙ † si testes in partibus ipsis sint singulares, & varia
deponentes non probant. vt puta vnus probat de ti-
tulo, alter probat de possessione, certè hoc casu non
est probata intentio volentis probare præscriptionẽ
longi temporis. & idem si duo probarent de titulo,
& vnus, vel duo de possessione duorum annorũ, alius
de possessione duorum aliorum annorum, & sic de
singulis. nam hoc modo non est probata possessio
longi temporis. Facit quòd dixi. s̃. de probanda fa-
ma, quæ requirit certum locum, vel tempus, quo ad
intentionem potentiæ inquirendi; secus si de qui-
buslibet duobus annis, duo testes deponerẽt; ita ꝙ
compleretur numerus annorum requisitus ad præ-
scriptionem. Idem etiam in probatione miraculo-
rum si ad canonizationem requirerentur sex mira-
cula, & vnus deponeret de vno, alius de alio nõ esset
probata intentio volentis fieri canonizationem, ẽt
si essent. 10. vel. 15. testes, vel etiam mille, quorum
qlibet deponeret de vno miraculo diuerso ab alio;
quoniam nullum ex ipsis est plenè probatum. Nec
ob. ꝙ vnusquisq; semiplenè probet de miraculo de
quo deponit; ergo si deponũt de. 12. aut. 20. mira-
culis, dicentur saltem probare plenè sex, vel. x. mira-
cula; quia hoc non est verum; quia nullum prædi-
ctorum miraculorum dicitur plenè probatum, cum
in nullo testis habeat contestem. nec semiplena ꝓ-
batio alterius potest coniungi cum semiplena pro-
batione alterius. cum quælibet semiplena probatio
tendat ad singula miracula. nec probationes habent
respectum ad personam facientem miracula; ita vt
dicamus illam miraculosam. vt. s̃. proximè dixi
in alio membro. sed habent respectum ad ipsa mi-
racula, & numerum miraculorum; secus si prædictæ
attestationes producerentur ad probandum virum
miraculosum, vt dictũ est. Et sic patet ꝙ opi. d. Ant.
de qua. s̃. circa miracula, non est bona; nisi intelliga
tur secundum hanc considerationem. Et etiam ex
prædictis infertur reprobatio D. Ant. in eo qđ. s̃. di
xit, ꝙ si vnus testis deponit ꝙ tali die talis presby-
ter paratus ad missam dixit kirieleison, & alter di-
cit ꝙ

cit, q dixit præfatione, seu Credo in Deum, q dicitur probatum plene, q ille celebrauit missam, ex eo, q istæ partes se habeant ad vnum totum indiuiduum; istud enim dictum est falsum. nam stant ista simul, q presbyter prædicta fecerit, & tñ non celebrauerit missam, & testes necessario non concludũt. sed verum est, q si vnus testis deponeret, q presbyter paratus dixit præfationẽ, & leuauit corpus Christi, & alius, quod paratus ad missam, dixit Agnᵘ dei, q ex quadam vrgenti præsumptione videretur probatum, quod ille celebrasset missam, non tamen de necessitate, vt de se patet. Et ex prædictis habes clarè, & late expeditam hanc difficilem.q. & eius vtilẽ, & quotidianam materiam memoria dignissimam.

¶ Quadragesimo quæro, vtrum testes teneantur exprimere causam, quare populus, vel vicinia sic dicat, fatur, vel loquatur. Sol. dicit Bart. de Salice. in.d.l.ea

588 quidem. C.eod. arguit primo q sic, quia † fama est communis opinio, vel assertio ex sola suspitione prouenieus, vt dixi. s. in. 20.q. ergo non potest testis scire, q sit fama, nisi sciat populum moneri ex suspitione ad hoc asserendum. In contrarium tamen allegat, quia si hoc esset, nunquam fama probaretur, qa vt plurimum homines sic loquentes, dicentes, vel asserentes non exprimunt causam. concludit ipse, q credit, q si non interrogentur non sit necesse exprimere; aliàs secus per rationem primo loco allegatã, & per not. in.l. sola. C. de testi. &.c. cum causam. s. de testib. & si testis dicat se ignorare causam, iudex debet se informare à sic dicentibus, vt tetigi. s. in fimi

589 li in præceden.q. ad hoc vt iudex videat, ne sit † vana vox populi, quæ non sit exaudienda, vt.l. decurionũ. C. de pœn. Ego verò arbitror, q hoc dictum non sit verum. vnde dico, q etiam si testis interrogaretur, quare populus, vel vicinia sic asserat, non teneatur respondere, aut causam assignare, per tex. in.c. super hoc. s. de renun. vbi colligitur, & maxime per do. Ant. q licet testis teneatur causam assignare, p quã concludat se scire illud factum, vel non factum, de quo testificatur, non tamen arctatur causam exsistentem in eo, qui illud factum, vel non factum, aut dictum fecit, omisit, vel dixit assignare. Ad idem tex. & ibi dixi in notab. in.c. si cum nobis. s. de re iudic.

590 vbi tex. vult, q † testis deponens sententiam latam à iudice non tenatur assignare causam, quare iudex talem sententiam tulerit. & ratio est in promptu, quia

591 † testis solum tenetur reddere causam de his, quæ potest percipere proprio sensu. sed quare alius sic asserat necessariò non percipitur proprio sensu testis, etiam si aliquam causam assignaret, quia potest esse, q aliam in mente teneat, vt quotidiè fit fingendo

592 vnum, & tenendo aliud. sed verum est, q † præsumptio est, quòd quis id loquatur, quod in mente habet, aut in corde, vt.l. Labeo. ff. de suppl. leg. 22.q.2. c. his autem. &.c. beatus. ¶ Quadragesimo primo q̃-

593 ro, † vtrum probata infamia per testes, si inquisitus vult probare bonam famam ad finem excludendi inquisitionem, debeat admitti. Sol. hæc quæstio est valde nota. & quotidiana, & variæ in ea reperiuntur opin. Io. And. in.c. cum oporteat. s. eo. recitat quosdam tenere q sic, qui dicunt, ad hanc probationem innocentiæ admittendos etiam familiares, cubicularios, & domesticos. 2.q.7.c. cum pastoris. 12.q.1. sint manifestæ. 18.q.2. in decima. 2.q.5. omnibus. in fi. 91. distin.c. clerici. & in auth. de monachis. §. cogitandum. in fi.c. cum in tua. de spons. In contrariũ allegat, quòd hoc non videatur prodesse, quoniam etiam si mille testes dicerent eum bonæ famæ, postquam iam probatum est contrarium, tamen videtur præualere dictum paucorum, saltem quantum ad indicendam purgationem, vel etiam ad faciendam inquisitionem; quia videtur sufficere, q remaneat infamatus apud alios, quorum respectu indicenda est purgatio. licet propter paucorum dicta non inducatur infamia, vt. s. sæpius dictum est. & hoc dicit tenere Io. & Philip. ad quod adducit, quòd ipse not. in.c. super hoc. s. de renuntia. super glo. 1. Tancre. & Vinc. tenent contrarium, dicentes, testimonium plurimorum præferendum; dummodo probẽt bonam famam, sicut alij testes malam. & idem tenet Specu. in titu. de inquisi. §. nunc tractemus. versi. qui plures. Hostien. dicit, quòd probatio debet admitti, sed an præiudicet probationi contrariæ, debet attendi qd habeat, & teneat communis vox exterior, & etiã qualitas testium, & personarum. & sic secũdum diuersas qualitates arbitrabitur, quæ probatio præualeat. Innoc. in.c. inquisitionis. s. eo. tangit hunc articulum, & vix potest comprehendi quid ipse velit. dicit. n. q licet testes dicant aliquem infamatum, & communis vox non habeat eum infamatum, vox communis præfertur dictis plurimorum testium, vt.d.c. inquisitionis. Nec obstat. s. de spons.c. cum in tua. quia bene dicendum est probari infamiam per testes, & maxime vbi probationes inducuntur de loco, vbi infamia dicitur contracta, sed tutius, & melius est semp proprijs auribus habere certitudinem, & in loco vbi dicitur infamatus, quam si per testes, & in alijs locis, vt. j. de purga. cano.c. cum dilectus. &. s. de elect.c. scriptum. & de præsump.c. quia verisimile. & tunc quando sic constat aliquem esse bonæ famæ, licet duo, vel plures, vel multi, dummodo nõ sint alias iurati, dicant eum malæ famæ, non fiet inquisitio, vt d.c. inquisitionis. sed si hoc modo non constat de bona fama alicuius, & per duos testes probetur eum diffamatum, dicit Inno. se non credere iudicem teneri recipere probationes super bona fama, quia licet probaret per multo plures non proficeret sibi, cum possit esse bonæ famæ apud aliquos, & malæ apud alios, & propter illos sit indicenda purgatio, vt.d.c. inquisitionis. non tamen est quin benefaciat si illos recipiat, & in hoc parti morem gerat. ff. de proba.l. circa. nam & per eos poterit instrui. Facit 2.q.7.c. cum pastoris. &.d.c. omnibus. &.c. sint manifestæ. &.c. in decima. &.d.§. cogitandum. Sed finaliter Inno. dicit se credere contrarium, & sic residet. & sic vix comprehenditur quid velit. Archid. in.d.c. omnibus. 2.q.5. formaliter recitat Innocẽ. & etiam opin. Ioan. & Vinc. & sic pertransit. dicit tamen, q si testes hincinde producti probant famam, & infamiam, iudex attendet qualitatem testium, & an vox cõmunis exterior concordet cum infamia, vel non, vt post modum super hoc arbitretur. Ioan. And. in d.c. inquisitionis. dicit, quòd vbi primi, & secundi testes deponunt de infamia viciniæ, putat verum dictum Tancr. per.c. cum in tua. s. de testi. in glo. fina. Sed si primi, licet pauci, deponant de fama viciniæ, & alij,

& alij, licet multi deponunt de fama alterius loci, procedit opi.Ioan.& Philip. Idem tamen Io. And. in.d.c inquisitionis. dicit, ꝙ si testes deponunt de infamia, & vox communis sit in contrarium, quòd iudex de hoc potest se informare proprijs auribus. & sic informatus ad dictum primorum testium non fiet inquisitio, arg.d.c.inquisitionis. Sed si iudex nõ potest se informare modo prædicto; sed recipit testes super bona fama, & tunc aut testes vtriusq; partis deponunt super fama habito respectu ad communem opinionem, & habet locum opi. Tancr.aut habito respectu ad se; quia testes vnius partis dicunt eum infamatum apud se; alij verò dicunt contrarium, & tunc indicet purgationem, ex quo apud legales & bonos viros est infamatus, vt.d.c.omnibus. Barto.in.l de minore.§ tormenta. ff.de quæstio. & Do.me.post eum, in.c.cum oporteat.s.eod.distinguit, ꝙ aut vtriusq; partis testes deponunt super fama eiusdem loci, & eiusdem temporis; aut super fama diuersi temporis, aut super fama diuersi loci.

594 Primo casu, ex quo † probationes sint omninò cõtrariæ habito respectu ad locum, & ad tempus standum est testibus magis idoneis; ad hoc quòd not.in l.ob carmen.§ fin. &.l.3. ff.de testi. & latius in. c.in nostra de testi.&.c.cum in tua. de spon. Est tamen primo attendendi dignitas, & fama testium. Item qui aptiora & magis verisimilia deponunt circa negotium, de quo quæritur. Item & maioritas numeri. & secundum Hostien. etiam attenditur qualitas actoris,& rei. Sed hoc vltimum non est multum põderandum. Et dicit Do.me. in d.c.cum opoteat. se putare,quòd qualitas probationis magis verisimilis præferatur alteri qualitati etiam respectu numeri; nam licet pro vna parte sit maioritas numeri;tamen præfertur probatio magis verisimilis. Mouetur per not.in.l.ob carmen. &.4 q 3.si testes. & quod not. Inno.in.c.auditis.s. de præsump. & per glo. in.c.1. eod.titu.lib.6.& maximè in infamia in qua debet attendi verisimilitudo; quia vt dicit Barto. in.d.§.tormenta.non sufficit dicere talem infamatum apud

595 populum. quia † vanæ voces populi non sunt audiendæ.vt.c.Osius.de elect.&.d.l.decutionum.vnde debent testes red lere causam, secundum ea quæ latius dixi.s.vers 29.vsq; ad vers.39. Ego verò dicerē, ꝙ hoc totum relinqueretur arbitrio iudicis,per.l.3. §.tu magis. ff.de testi.habebit enim iudex considerare qualitatem depositionis, qualitatem testium, quantitatem numeri.& hæc etiam adinuicem miscere.& hinc inde ponderare, secundum ea, quæ latius dixi post docto. in.c.in nostra. s.de testi. Secundo casu quando testes vtriusq; partis deponunt de diuerso tempore,vt puta, quia quidam probant T.malæ famæ tempore, quo dicitur commissum delictũ. alij verò deponunt eundem T.præsenti tempore bonæ famæ. & tunc est præferenda ista secunda proba

596 tio propter mutatam opi. populi† quæ non præsumitur mutata sine causa, vt .l.2.ff.quis ordo in bo. pos.serue.& in.c.non debet de consan. & affi.12.q. 1.certè. quòd ego arbitror limitandum, si modo testes deponerent etiam de eodem loco; sed si de diuerso cum diuersitate temporis, idem dicendum arbitror quod dicam in tertio seq. casu. Tertio verò casu,quando testes concludunt super diuersitate loci, puta, quia testes vnius partis dicunt eum infamatum in tali castro. Alij dicunt eum bonæ famæ in ciuitate; & hoc casu quæ probatio sit præferenda debent considerari reliquæ circunstantiæ: nam si in loco à ciuitate remoto fuit commissum delictum & ibi sit infamat';licet in ciuitate sit bonæ famæ, prçualebit probatio malæ famæ; & ita debet limitari quod dixi. s.secundum Ioan. Andr. Si vero locus commissi delicti pariter distaret à ciuitate, & castro, in quibus diffamatus diceretur, attendenda est causa propter quam testes mouentur, & etiam tem-

716 ꝙ proceditur in hac forma, videlicet, Haec est † inquisitio, quae fit per. D. B. Potestatem ciuitatis Sen. ad inueniendum omnes, & singulos malefactores, & homines malę conditionis, & famę, qui sunt in suo territorio, & districtu, ad hoc vt possit illum purgare malis hominibus, & in ista inquisitione nemo citatur; quia nemo est hic pars, vel reus, nec apparet quis possit citari, & ex eo non potest sequi condemnatio; quia si nemo est reus; ergo nemo põt recipi inter reos, & sic nec condemnari. Item quia, procceditur sine citatione singulorum; ergò non potest aliquis condemnari, vt in. l. absentem. ff. de pęnis. & etiam ex eo, quia non deducitur certum factum, seu delictum; vnde etiam non potest dari copia articulorum, vt de se patet. Facit ꝙ tradit Archi. 2. q. 1. in c. Deus omnipotens. Item, quia talis inquisitio non continet locum, & tempus, secundum. l. libellorum. ff. de accusa. ergò super ista nil habet iudex pronuntiare; sed est quodammodo praeparatoria ad inueniendum, vel vt malefactores fugiant, & sic purgetur prouincia malis hominibus. Vel vt per eam descendat ad secundam inquisitionem specialem; & sic practicat totus mundus, secũdum eum. Ang. verò in. d. repet. l. si vacantia. dicit, ꝙ ista est forma istius inquisitionis, videlicet, hęc est quaedam inquisitio generalis, quam facit, & facere intendit nobilis, & potẽs miles dominus B. sub examine sapientis, & iuris periti viri domini L. & sub eius iudice maleficiorum domino F. & eius arbitrio, & balia ad inueniendum, perquirendum, & inuestigandum omnes fures, latrones, grassatores, robbatores, & castitatis violatores, & oppugnatores prouinciae, & incẽdiarios. & sacrarum monialium, vel virginum raptores, adulteros & contra alios, & singulos homines malae, & improbatae vitae, conditionis, status, & famae existentes in suo territorio, vel districtu; ad hoc vt purgare possit dictam prouinciam, eiusq; comitatum, fortiam, & districtũ dictis malis hominibus; vt dicta prouincia pacata semper, & quieta permaneat. Haec doctrina traditur secũdum eum, in. l. congruit. ff. de offic. praesid. Et hęc forma in effectu concordat cũ forma Bal. licet sub quodam maiori ornatu verborum; licet longè magis ornatè potuisset concipi; & eam concepit melius ornatè in singulis ingressibus officialium Riccius insignis bannitor Senensium Et addenda sunt reliqua, quae dixi supra secundum Bald.

Bal. quæ verissima sunt. Et plura etiam adaptari possunt, de quibus. ❡. in. 15. q. in forma inquisitionis
717 specialis. Octauo quæro, † quæ sit forma generalis inquisitionis quo ad personas, & specialis quo ad delicta. Sol. dic secūdum Ang. quòd hæc est forma, videlicet; Hæc est inquisitio quæ fit, & fieri intenditur per nobilem militem dominum B. Potestatem excelsæ ciuitatis Senarum, ad inueniendum omnes, & singulos qui interfecerunt P. in tali loco, & in tali tēpore & ad inueniendum, & inuestigandum omnes illos qui occisoribus prædictis præstiterunt aliquod auxilium, cōsilium, vel fauorem. Et hæc forma, vbiq; seruatur secundum Ang. & in ista nemo citatur; quia nemo est hic pars, & satis videntur etiam hic dicenda, quæ dicta fuerunt secundum Bald. in preced. q.
718 Arbitror tamen, quòd † ad inueniendum illud maleficium, potestas, vel officialis debeat exquirere per testes, quos reputauerit idoneos, per indicia, coniecturas, verisimilitudines, & præsumptiones, per quas induci posset ad suspicionem, opinionem, vel aliquē credulitatis gradum, perquirendo, & inuestigando; vtrum ille interfectus habuerit inimicos capitales. Et quales homines sint sui inimici capitales. Facit. 3. q. 5. c. accusatores. 1. Item an aliquis fuerit illi minatus mortem, secundum quòd traditur. in. c. literas. ❡. de præsumpt. & per Spec. in tit. de inquisitione. §. 2. versi. sed pone. & in tit. de pba. §. vidēdū. vers. decimotertio. Per Cyn. Bar. & doct. in. l. metum. C. quòd metus causa, vel quia interfectus sit ante ostium alicuius. de quo aliquid vide per Barto. in. l. ædiles. ff. de ædi. ciuilibus. vbi est text. not. in fine. Aliqui tamen non habent rubricam; sed ille tex. est sub tit. de via publica reficien. Item considerare, an esset aliqua suspicio inter interfectum, & vxorem domini domus, iuxta quam reperitur cadauer, vel filiam, aut sororem illius, vel quid simile. ❡ Considerare debet ēt qualitatē illius domus. Itē an forte interfectus haberet corriuales, aut cōcurrētes, & sic de singulis, & p singulas coniecturas, circūstātias, & præsumptiones inuestigandū est de alijs criminibus, vt in dānis
719 datis, & furtis perpetratis. Nam † potius a vicinis, quam ab exteris præsumuntur facta & illata. secundum quòd dixi in preced art. versic. 20. quæro, & maximè a pauperibus, & discholis inertibus, nullam artem exercentibus, & facientibus sumptus non coæquales introitibus; sed longè excedentes. Et sic in similibus prudenter, & sapienter prætorem arbitror oportere. discutere, & cūcta cū prudētia inuestigare. atq; rimari anteq̄ rē periculosam suscipiat, ne ie ra sit pœnitētia. Et adde quę dicam. ❡. in. 15. q. in forma specialis inquisitionis, prout hic adaptari posset,
720 ❡ Nono quæro, † qualiter procedatur in inquisitione generali respectu delictorum, & speciali respectu personarum. Sol. Ang. in. d. rep. l. si vacantia, ponit talem formam, videlicet; Hæc est inquisitio quæ fit, & fieri intenditur per talem syndicum, & syndicatorē electum, & assumptum per communem Senarū ad syndicandum nobilem militem dominum B. olim Potestatem dicti Communis. pro sex mensibus proximè præteritis inchoatis in Calendis Maij proximè præteriti, & finitis, vt. ❡. sequitur, contra, & aduersus dictum dominum. B. & contra omnes, & singulos suos iudices, notarios, milites, biruarios, & familiam vniuersam dicti domini B. De eo in eo, & super eo, quod ad aures, & notitiam dicti maioris syndici auditu peruenit, quod dictus dominus B. & dicti iudices, notarij, milites, domicelli, & biriuarij in dictis mensibus, & palatio olim residentiæ, & eorū habitationis positi intra tales confines, multas, varias, & diuersas baratarias, furta, & falsitates commiserunt. Et quòd dictus B. non tenuit totam familiam, quam tenere debuit secundum formam electionis de eo factæ. Necnon dictus dominus B. & dicti iudices absoluerunt multos condemnandos, & condēnauerunt plures innocētes, qui debebant absolui. Nec venerunt ad sedendum pro iure reddendo, ad banchum iurib' debitis, & cōsuetis horis, secundum formam electionis prædictæ. Et prędicta commissa, & perpetrata fuerunt per supradictos superius nominatos, temporibus supradictis, & in loco supradicto contra formam iuris, statutorum, & ordinamentorum dicti communis, super quibus omnibus, & singulis, connexis, & dependentibus ab eisdem, ac ,ptsus extraneis syndicator inquirit, & intendit inquirere, & procedere, expedire, & punire repertos culpabiles secundum formam iuris, & statutorum dicti communis. Et hanc formam dicit approbatam esse secundum consuetudinem totius Italiæ. Possent tamen etiam multa alia adiungi. Et quare etiam multa ex prædictis verbis ponantur, & ad quem finem, & effectum patebit ex his quę dicam. ❡. in. 11. q. & se-
721 quentibus. ❡ Decimo quæro, † qualiter procedatur in inquisitione speciali respectu personarum, & delictorum. Sol. Hic aduertendum est; nam cum hęc inquisitio fiat dupliciter, videlicet, ex puro, & mero officio inquirentis, quandoq; ad instigationem, & prosecutionem alterius, vt sæpius dictum est; & isti modi differant inter se quo ad quędam, prout etiam hic diuersificat glossa nostra; ideò prosequar singulas quæstiones circa hunc articulum, quamlibet de per se singulatiter examinando. Primo, circa inquisitionem, quæ fit ex mero iudicis officio. Secundo, circa inquisitionem quæ fit ad instigationē, & insuper animaduertendum est, quòd ille articulus est difficilis, & intricatus; quoniam confuse per docto. commiscentur ea, quæ distinctè tradenda essent. Et ideò prosequar distinctas quæstiones prosequendo ordinem præmissum. ❡ Vndecimo quæro. Quid debet facere iudex volēs inquirere specialiter; Sol. dic, Aut iudex vult inquirere ex mero officio suo. Aut ad partis postulationem. Primo casu, dicit gloss. nostra in verb. ad inquirendum. versi. si ex officio, quòd si est prælatus qui vult inquirere contra aliquam ecclesiam, vel subditum debet descendere ad locum in quo intendit inquirere vt hic. de quo latè dictum est in decimo articulo principali. Deinde dicit glo. in versi. Si verò procedat. quòd idem est si vellet inquirere ad partis postulationem; quia eadem videtur ratio in vtroq; casu. Specul. verò in tit. de inquisitione. §. nunc tractemus. versi. porrò. dicit, quòd iudex, seu prælatus præfixo termino accusare volentibus quem ipse potest præfigere, & non præfigere, secundum q latè dixi in. 9. art. q. 55. vocatis deinde senioribus ecclesiæ, hoc est canonicis, procedit ad inquisitionem hac via, & forma, vt idem Specu. tradit in. d. §. versic. hac igitur via. Nam postquam accessit ad locum vbi

vult

vult inquirere, & ibi de infamia constiterit secun-
dum quòd latius dictum fuit in.11.artic.princ. Su-
perior, seu iudex vocabit ad se illum contra quem
vult inquirere dicens ei; Amice, Deus omnipo-
tens, vt nos compesceret à prolatione sententiæ
licet ei omnia sint nota, & aperta, noluit tamen par
te inaudita, mala Sodomæ indicare; nisi prius co-
gnosceret quæ dicebantur. Vnde ait. Descendam
scilicet mittendo angelos meos, & videbo vtrum
clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an
non; vt sciam, scilicet tanquã iudex.vt.d.c.Deus o-
722 mnipotens.2.q.1. Cũ igitur † omnis Christi actio,
nostra sit instructio. 12.q.1.c.exemplum. ipsum
conor, quantũ adest possibilitas, imitari, Licet ergò
multa sinistra de te pluries, & à pluribus fide dignis,
& idoneis sint mihi nuntiata, quæ vrgente conscien
tia vlterius nequeo dissimulare; ea tamen diuino du
ctus exemplo non ad plenum credo, nec me monẽt
ad te condemnandum; nisi prius constiterit mihi p
probationes luculentas, de quibus.ĩ.dicetur. Sicut
etiam dominus dixit villico diffamato, quid audio
de te? redde rationem vilicationis tuæ, &c. vt hic,
& in.d.c.Deus.& in.c.licet Hely.ĩ.de simo. &.ĩ.de
collu.dete.c.intantum. Deinde subdit prælatus, seu
iudex. Idcircò super his volo inquirere veritatem. Et
tunc debet inquisito capitula exhibere, seu articulos
super quibus intendit inquirere contra illum, ꝙ ta-
men intellige, vt statim dicam. Certus enim debet
esse reus, contra quem inquiritur, de eo, super quo
inquiratur. Quare nisi copiam faciat potest ab eo
appellari, vt not.in.c.nos inter.ĩ.de purg.cano. Nec
inquisitio debet fieri per chartalem inscriptionem.
Nam si aliqua super quibus non esset infamatus, p-
barentur contra eum, nõ propterea puniendus esset,
sm Tancre. vt hæc probatur in tex. nostro in.§.de-
bet.&.s̃.co.c.inquisitionis. & de ordi.cogni.c.2.in
fi. Deinde iudex debet facere iurare reum; & si in-
quiritur de statu ecclesiæ infamatæ, exiget iuramen-
tum prælati, & clericorum, secundum ꝙ dixi.s̃.in
2.q.huius artic. Si verò prælati solius, ab ipso solo
prælato exiget iuramẽtum, vt.s̃.co.qualiter.&.c.cũ
dilectus.&.s̃.de re iudi.c.cum.I.& A. Et hoc proce-
dit cum iudex ex officio procedit, si ei hoc videbi-
tur expedire. Sed cum aliquis Inquisitionem prose-
quitur; tunc non iurat ille; sed is contra quem in-
quiritur. Sed si reus confitetur, procedendum est ad
pœnæ impositionem. Si verò negat, debent testes
induci per iudicem, & cogi testificari, si necesse fue
rit, vt.s̃.de testi.cogen.c.super his. licet secus sit in
iudicijs ordinarijs, si purè, vel incidenter inquiritur
de criminibus, vt in.c.delictorum.s̃.de testi.cogen.
Item & ipse reus poterit suos testes inducere ad p-
bandam innocentiam suam, vt.s̃.co.c.cum opor-
teat.&.11.q.3.c.præcipuè, & hoc qñ iudex ex offi-
cio procederet. Sed si inquiratur aliquo inquisitio-
nem promouente, seu prosequente cuius nomen est
insertum in rescripto; nunc secundum Spec.in.d.§.
nunc tractemus.vers.si autem inquiratur.debet ser-
uari hæc forma. Quia primo debet citari is contra
quem inquisitio formatur, & contradicens admit-
tetur, vt.C.de bon.vacan.l.fi.lib.10.ibi data recla-
mandi copia,&c.& fiet sibi copia rescripti, & ipsum
impugnabit, si voluerit, & quæretur ab eo, an sit in-
famatus super tali crimine, & si confitetur benè est,
& secundum Roffre.proceditur sine libello, & litis
contest.s̃.vt lit.non conte.c.quoniam.§.sunt & alij
&.s̃.de re iudi.c.cum I.& A.ĩ.eo.c.fi. Et exponun-
tur illi capitula, super quibus debet inquiri, & da-
bitur ei facultas se defendendi; & dabuntur ei nomi
na testium, & dicta eorum sunt illi publicanda, &
copia facienda; vt se defendere possit tam contra
testes, q̃ contra eorum testimonia, ne præbeatur ma
teria dicendi falsum testimonium, vt hic in tex. no-
stro.in.§.debet.&.c.olim.&.c.inquisitionis.s̃.eo.5.
q.2.c.si primates.ff.de eden.l.1.§.edenda. Aliàs aũt
si hæc negarentur, tanquam grauatus posset appel-
lare. Goffre.verò & Vinc.hic dicunt, & benè secun-
dum Specul.in.d.§.ꝙ vbi aliquis prosequitur inqui
sitionem contra singularem personam, ꝙ dabitur li
bellus, & fiet litis contestatio, & seruatur ordo iuris,
arg.tex nostri.& tex.in.c.cum dilectus.ĩ.de purg.
cano.& testes, & probationes debet inducere talis
inquisitionis promotor, secundum Tancr. Goffre.
& Roffre.arg.l.qui accusare.C.de edẽ.& tangit Spe.
in.d.§.nunc tractemus.vers.inquisitores quoq;. Et
hoc casu non exigitur iuramentum à reo; quia non
723 tenetur contra se iurare; quia † positioni crimi-
nose non tenetur quis respondere; siue agatur de cri
mine per modum accusationis, siue inquisitionis,
aut exceptionis iuxta illud, non tibi dico vt te pro-
das. Circa qđ vide ꝙ not.per Spec.in tit.de teste.§.
iam de interrogatorijs. vers. sed nunquid quæritur.
ad fi.& in tit.de positionibus.§.7.vers.19.& in.c.2.
s̃.de confes. & aliquid hic per Io.And. Sed si ex su-
perioris officio inquiritur; tunc iurabit propter in-
famiam ortam contra ipsum, vt in.c.1.& in.c.quo-
tiens.ĩ.de purg.cano.&.s̃.eo.c.cum dilectus.&.c.si
constiterit.2.q.5.c.presbyter.&.c.omnibus.ad finẽ.
Si verò inquisitor ad locum accedat, & inquirat, nec
exprimit an ex officio, vel ad alicuius instantiam, di
cit Spec.post Bonaguidam, & Egi.in.d.§.nunc tra-
ctemus.vers.quid si inquisitor ad locum.ꝙ ille, con-
tra quem inquiritur poterit petere à iudice ꝙ expri
mat, an aliquis accuset, seu denuntiet, vel inquisi-
tionem promoueat. Quòd si hoc reperiat, poterit
petere libellum sibi dari, & inducias deliberatorias
super eo postulare. Sed si dicat se ex officio inqui-
rere, tunc poterit petere, ꝙ sibi edantur capitula, su
724 per quibus iudex vult inquirere, & † poterit petere
tempus vt se possit defendere; & si ei denegatur, po
terit appellare, vt sæpius dictum est.& subdit Spec.ꝙ
pmissus ordo nõ est vsquequaq; in regularibus ob-
seruandus, qui de facili, & ex leuibus causis à suis ad-
ministrationibus remouentur; vt hic in fi. &.ĩ.de
simo.c.per tuas. Et prædicta procedunt, quando is
contra quem inquiritur est præsens. Si verò per con
tumaciam se absentaret, proceditur contra eum nõ
obstante contumacia, & lite non contestata. secun-
dum ꝙ traditur in.c.quoniam.§.porrò.&.§.sunt &
alij.s̃.vt lite non contest.& hic per Io. And. in vers.
nisi se per cõtumaciam absentauerit. Hęc quasi sunt
in effectu quæ dicit Spec.circa hunc articulum, qua-
liter procedatur in inquisitione in.d.§.nunc tracte-
mus.licet ego magis ordinatè retulerim ea, & qui-
busdam adiunctis. & etiam ea quæ dicunt hic doc.
Sed vt vides, ex his dictis materia remanet adeò con
fusa,

fusa, & adeo intricata, q̃ vix pôt colligi certus intellectus, & certa forma. Nec ẽt Moderniores practici seruant hanc formã, immo oĩnò discrepat à forma q̃ in practica quotidiana habet. Ideõ, vt hæc materia clarius, & distinctius habeat, ꝓsequar eã per singula acta iudiciaria. ¶ Duodecimo igit quæro, † an
725 sit necessaria citatio inqsiti. Sol. dic, q̃ sic. arg. tex. no stri, ibi, dũ dicit p̃sens esse debet. & ꝓbatur ex eo, q̃ dictum fuit. s̃. de villico, dum dixit dñs, Redde rõnẽ villicationis tuæ, per quæ verba apparet, q̃ præsens erat. & patet ex tex. nostro ex dictione illatiua dum dicitur, debet igitur, in tex. nostro. fm Hosti. & Io. And. qui hoc etiã tenet in verbo, contumaciam. & tenet etiã Ang. in. d. l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. & probatur in auth. vt nulli iudicum. §. si quis verò. & adde quæ dixi. s̃. in. 7. artic. princ. verf. 7. quæro. & ratio est in promptu, quia pars ex tali inquisitione pôt lędi; ergò citanda, vt in cle. pastoralis. & in. l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. cum simi. &. j̃. etiam tãget in forma citationis. q. 70. &. q. 87. Et aduerte,
726 quia † licet statutum diceret, q̃ contra notorie infamatum, vel aliter posset de facto, & sine solemnitate
727 cognosci, q̃ nihilominus requiritur citatio, nec † p verba quatuncunq; lata intelligitur sublata defensio, quæ est iuris naturalis, vt in cle. 2. de re iudi. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. & sic nec citatio, quæ fit ad defensionem, vt. d. cle. 2. &. l. nam ita diuus. ff. de adop. & quia cognitio nõ potest fieri, nisi de partium assertione, vt. l. fin. de fruct. & lit. expen. Non obst. q̃ traditur in. l. verum si ex facto. ff. de mino. Quia verum est, q̃ tolluntur aliæ solennitates iuris; sed defensio non;
728 secus si diceretur, q̃ † de facto quis posset capi; quia non requiritur citatio. Nam tunc personalis citatio habetur loco verbalis, sicut permittitur in multis casibus, vt. l. ait prætor. & ibi per Bar. ff. de his, quæ in frau. credi. &. l. consentaneum. C. quo. & quando iudex. &. l. neq;. ff. de in ius voc. nec tunc tollitur defensio, sed peruertitur; quia vbi prius putauisset se defendere ante capturam; nunc captus defendet se. Si verò verba adiũgantur executioni, vt de facto puniatur; & tunc si adijceretur post probatum crimen non requiritur citatio. Cum amplius non sit locus
729 defensioni; & † idem dicerem de statuto dicente,
730 condemnetur de facto † Ita potest intelligi gl. in. l. ictus fustium. ff. de infami. Aliàs debet pars citari, sed posset dilationes abbreuiari. vide d. Nellum de sancto Gemin. in tract. bannit. in. 4. q. tertiæ partis
731 primi temporis. ¶ Decimotertio quæro, † vtrum sit necessarius libellus. Sol. quidam dixerunt q̃ non, volentes, q̃ in causa inquisitionis posit procedi sine scriptis. Et patet ex his quæ supra dixi in. 11. q. Sed Azo quem sequitur glo. in auth. de exhib. & introdu. reis. §. sancimus. tenet contrariam sñiam, & hanc sequitur Ang. in dicta repet. l. si vacantia. & idem voluerunt Iac. But. & Bal. & etiã senserunt Goff. & Vincen. Roffre. verò videtur velle, q̃ cum inquiritur cõtra aliquam specialem personam, nõ sit necessarius libellus. & etiam hoc videtur voluisse Tancre. Sed ex his quæ. s̃. dixi. in. 11. q. videtur concludendum; q̃ si iudex procedit ex mero officio suo, non sit necessarius libellus; secus si ad partis instantiam & hæc opi. cõiter* approbatur; licet quidam tenuerint cõ-

Cõis opi.

trarium etiam hoc casu. q̃ tamen intelligebat Spec. de promotore inquisitionis, qui assumit telam indicij, & inquisitionis. secus si simpliciter veniret, vt assisteret iudici, & hoc etiam tenet Io. de Imo. in. c. cum clamor. de testi. & adde quæ dicam. j̃. hoc eod. articulo. q. 80. &. q. 99. Sed tu aduerte, quia hodiè obseruat̃, vt etiam qñ iudex procedit ex officio suo puro, & mero, q̃ formet libellum, & ad ipsum libellum faciet inquisitum respondere; & in ipso libello exponuntur capitula, seu crimina super quibus inquiritur, de quibus hic dicit text. noster. in. §. debet. & hęc practica plus mihi placet; quia est magis expedita, & apta, & qcqd dicat Io. An. post Host. in. c. licet Hely. s̃. de simo. in verbo officij. & fm hanc opi. ponemus practicam libelli, & ea quæ necessaria sunt.
732 Sub qua ergo † forma si formandus libellus inquisitionis, qñ procedit ad petitionem alicuius. quo ca su vt dictũ fuit in. qq. præcedentibus fm opi. Goffr. Spec. & aliorum, dandus est libellus. Hęc quæstio videtur mihi satis ambigua, & multum intricata. nec reperi tex. qui expressè probet hoc. Et difficilis videt forma istius libelli. Arbitror tñ, q̃ ille q promonet inquisitionem debet tenere hanc formam. videlicet, coram vobis reuerendo in Christo patre domino, dño B. Dei gratia dignissimo Episcopo Senensi, M. parochianus parochiæ sancti Iocobi dolosè, & appensatè Deum præ oculis non habendo, & animo, & intentione cõmittendi infrascriptum maleficium tali anno, & mense in. d. ecclesia. j̃. tales cõsines, fm q̃ publica est vox, & fama apud omnes homines, vel maiorem partẽ ipsius parochiæ, & locorum circunstantium adulteriũ commisit cum F. in ipsa ecclesia; & sic ipsam ecclesiam violauit. Quare cum tanta sit infamia q̃ generet scandalum, nec possit sine periculo tolerari, petit per R. D. V. inquiri contra dictum P. & ipsum repertum culpabilem puniri, fm q̃ iura, & sacri canones disponunt. ¶ Hanc formam ego arbitror satis aptam circa inquisitionẽ fiendam ad instantiam partis. Quare autem ponantur illa verba dolosè, & appensatè, & quare tempus, & locus, & quare de fama publica, satis dicetur in sequentibus quæstionibus. Quare autem apponantur illa verba, q̃ generat scandalum, & q̃ sine periculo tolerari non potest. Aduerte, quia ista vidẽtur esse necessaria, qñ fieret inquisitio contra prælatum secularem. Sed aliàs non essent dicta verba necessaria fm q̃ colligi potest ex his, quæ dixi in. 9. articulo principali. & secundum prædicta etiam arbitror regulandam formam quando iudex procederet ex officio. & aduerte, quia in fine concludit iudici, vt illum puniat; non autem petitur aliquid à parte. Et intellige prædicta de eo, qui non est datus à iudice; sed qui se obtulit ad instigandum inquisitorẽ, & ꝓsequẽdam telam iudicij; vt supra sepius dictum est. Episcopus verò, vt arbitror, vel ali' iudex habita notitia prius de infamia quam potest assumere etiam absente parte citabit inquisitum vt veniat ad se defendendum aduersus dictam inquisitionem, quã intendit contra eum facere, ad instigationem, vel promotionẽ talis. per ea quæ dixi supra in præced. q. & ipsi citato faciet copiã dicti libelli, & contentorũ in eo. Nã formabit iudex inquisitionẽ sup cõtentis in dicto libello. & hæc ꝓcedunt in ordinario.

In delegato vero,cui committeretur inquisitio,quæ
lis forma seruanda sit,est in arg.c.cum dilecta.ŝ.de
rescrip.cum simi.Si vero nulla forma exprimeretur,
tūc si ad promotionem,vel instigationem alterius,
qui promouit dictam inquisitionem,seruanda est
forma,de qua dixi in princ.huius.q. Si vero ex offi-
cio,seruanda est forma,de qua statim dicam.¶ De-
733 cimoquarto quæro,†sub qua forma sit concipiēdus
libellus.Sol.Ang.in.d.repeti.l.si vacantia. ponit for
mam suam.Sed nuper reperi,ꝙ quidam do.Ang.de
Are.longè latiorem,& ampliorem formam ponit,
in qua comprehendit etiam omnia verba posita per
Ang.de Perusio.& ideò omittam formam Ange.de
Perusio,& prosequar prædictam formam do.Ange.
de Are.In quantum ipse nititur commiscere plures,
& varias species delictorum,& respectu committen
tium,& respectu persuadentium,mandātium,& resi
stentium,quæ ita demum sunt necessaria comphen-
di,quando casus acciderit.Aliàs autem respectu de-
licti,& personæ delinquentis,aut causam præstātis,
vel occasionem,sub alia forma,& modo,secundum
varias species delictorum,formādus est libellus in-
quisitionis,ſm qdꝰ.ȷ.distinctè tāgetur. Ponit igitur
præfatus doct.hanc formam;videlicet,Hæc est quæ-
dam inquisitio,quæ fit,& fieri intenditur per specta
bilem,& generosum militem do.B.de Paradiso de
Mediolano,honorabilem Potestatem ciuitatis Se-
nensis,necnon per do.F.de Nurcia,eius iudicem ma
leficiorum,ex eorum,& cuiusq; ipsorum mero offi-
cio,authoritate,potestate,arbitrio,atq; balia;nec-
non ad denuntiationē P.Capitanei,& Syndici com
pagnæ,& contractæ pantoneti sancti Vigilij,cōtra,
& aduersus.S.Ioannis vocati Fa la briga de nobilibꝰ
Coradinorum de Senis homicidā,& Narcisum Mā-
cij barbitonsorem de partibus Hispaniæ auxiliato-
rem,& Iulianum Radulfi lanificem forensem māda
torem,in eo,de eo,& super eo,ꝙ fama publica præ-
cedente,& clamosa insinuatione referēte,nō quidē
à maleuolis,& suspectis; sed honestis,fide dignis,&
veridicis hoībus,& personis,non semel tñ,sed sæpe,
& sepius,ad aures,& notitiam dicti do.Potestatis,iu
dicis,& curiæ ēt per modum notorij auditu pnenit.
Quòd de anno præsenti,& mense Maij dictus Iulia-
nus Ioannis existens in domo habitationis sitæ in pa
rochia S.Vigilij,cui à duabus via cōis,& ex alio bo-
na Andreucij Ioannis,& ex alio Bartholomæi An-
tonij,commisit,& mandauit.d.S.ꝙ Meniū Martini
de Senis,populi sancti Martini popularem,& de nu
mero resedutorum,& vnum ex officialibus mercan-
tiæ cōis Senarum,in ciuitate Senarum vulneraret,&
ad hoc colloquium,& tractatum; qualiter hoc fieri
possit in dicta domo ad inuicē habuerunt. Deinde
d.S.de anno præsenti,& mense Iunij de nocte,vt di-
ctum mandatum exequi posset,armatus vno stocho
de ferro,scienter,dolosè,& appēsatè in ciuitate Se-
narum,mouendo se de loco ad locum,fecit insultū,
impetum,& aggressuram cōtra dictum A.in platea
cōis Senarū,iuxta palatium Mag.Dñorum post so-
num campanæ,quæ pulsatur de sero,cui loco ab vna
parte pdictum palatium pdictorum Dñorum,& ex
alia parte platea cōis,cōtra dictū.A.dixit verba iniu
riosa,& contumeliosa,dicendo:Traditore,& adulte
ro,che hai tradito,& adulterata la tua patria. Falsa-
rio,incendiario,& mettitor di mali dadi,tu nō puoi
scampare,io te ne pagherò.& ipsum A.per pannos,
seu capuccium capiendo,dictum stochum,quem ad
latus habebat,euaginauit,& ipsum vibrauit contra
dictum A. ipsumq; percussit,& vulnerauit vna per-
cussione,& vulnere in pectore,ex qua sanguis exi-
uit;& etiam ipsum percussit vna alia percussione,&
vulnere in facie in super cilio sinistro cū sanguinis
effusione,& cum fractura ossis,ex qua cicatrix,& si-
gnum perpetuò erat remansura,& non contentus
prædictis,sed mala malis addendo,dictum A.pluri-
bus,& pluribus percussionibus,& vulneribus pcus-
sit,& vulnerauit in brachio dextro,ex quibus mem-
brum prędictum fuit mutilatum,vel remansurū erat
debilitatum;& dictus A.se defendendo ex interual-
lo percussit d.S.vno ictu duobus vulneribus,cū vno
pari forificū,ex quibus sanguis exiuit.Sed ex prædi-
ctis vulneribus dictus.A.tandem mortuus est. Dein
de dictus.S.mala malis addendo,vt iniquum votum
suum adimplerēt,vestem rubeam foderatā de agnel
linis dicti A.cōis valoris,& æstimationis florenorū
decem abstulit,& de loco ad locum contrectando,
quo voluit asportauit,& in sui vtilitatem conuertit;
& vt dictus S.prędicta habilius committere posset,
prędictum N.quodam ense de ferro,quem habebat
ad latus semper dicto maleficio astititꝰ & pręedicta,
& quodlibet prędictorum singula singulis referēdo
supradictis locis,modis,& temporibus perpetrata,
& commissa fuerunt per supradictos inquisitos,&
quemlibet eorum contra voluntatem.d.A.& cōtra
formam iuris,& statutorum cōis Senarum,sup qui-
bus omnibus,& singulis emergentibus,contingen-
tibus,connexis,& dependētibus à prædictis,ac pro-
sus extraneis.Prędictus do.Potestas,& iudex,& qui-
libet eorum,ex eorum,& cuiusq; ipsorum mero of-
ficio,ſm formam statutorum dictæ ciuitatis,ingre-
re,& pcedere intēdunt.& dictos inquisitos,& quē-
libet eorum repertos culpabiles punire,& condem
nare intendunt,ſm formam iuris,seu statutorū cōis
Senarum.Deinde subdantur hæc verba,Die.20.Iu-
nij inchoata,facta,& formata fuit dicta inquisitio
per dictum do.Potestatem,& eius iudicem malefi-
ciorum,& quemlibet,vel alterum ipsorum,& ex cu-
iusq; ipsorū mero officio,arbitrio,authoritate,ptā-
te,atque balia.Est tñ aduertendum circa prędictam
formam; quia vt.ŝ.dixi.,ſm contingentiam facti;
vnum quandoq; delictum,& qñq; alterum,& qñq;
plura comprehendenda sunt,sub dicta tamē forma
substantiali,quam quilibet diligens,& discretus iu-
dex potest ex se comprehēdere,& formare,ſm etiā
quod particulariter,& singulariter ex infra dicēdis
clarius apparebit. Quare vt specificè,& singulariter
substātia verborū contentorū in dicta inquisitionis
forma habeatur,prosequar singula verba necessaria
declaratione,atque annotatione digna,prosequen-
do ordinem prædictarum quæstionum. ¶ Decimo-
734 quinto quæro,†quare dicatur,Hæc est quædam in-
quisitio.Sol.dic,ad drīam accusationis,& aliorū mo
dorum,p quos crīa puniuntur,de quibus dixi.ŝ.in
rub.de accu.Et quid sit,& quotuplex latè dictū fuit
in primo,& secūdo prin.artic. ¶ Decimosexto q̃ro,
735 †quare ponant̄ illa verba,q̃ fit,& fieri intendit̄. Sol.
dicit singulariter præfatus do.Ange.de Are.ꝙ po-
nuntur

nuntur ad denotandum non solum tempus præsens; sed etiam futurum. Nam per hanc ꝓtestationē intendunt Potestas, & iudex manifestare, ꝙ in toto ꝓcessu vsq; ad sniam inclusiuè ex eorum mero officio, & cuiusq; eorū, intendunt inqrere; vt singulariter dicit Bar. in simili de procuratore, qui in princ. sui libelli dicit, Titius ꝓcurator, & procuratorio nomine Seij agit, & agere intendit; & sic designat ēt tempus futurum. Ex quo infert, ꝙ licet postea in ꝓcessu faceret actū simpliciter suo nomine, intelligitur procuratorio nomine facere ex primeua potestate sua. Ita dicit singulariter Bar. in l. si stipulat⁹. §. Chrysogonus. ff. de verb. ob. & ita & in simili casu nostro, licet Potestas, vel iudex in processu postea nō dicat, ꝙ procedat ex mero officio; tñ ex protestata primeua intentione, intelligit̄ prædicto modo procedere.

736 ¶ Decimoseptimo quæro, † quare adijciantur illa verba, per dominū B. Potestatē. Sol. dic, ꝙ necessaria ex persona iudicis inquirentis habentis inquirēdi potestatem; & qualē potestatem debeat habere, & quis possit inquirere, latè dictū fuit. s̄. in quinto

737 artic. princ. & † quid si erratum sit per officialē, vel iudicem in nomine proprio, an vitietur inquisitio, vr̄ ꝙ sic; quia ille est supinus error. l. fi. C. de hære. Institu. Aduerte tñ; quia ille tex. videtur velle contrarium, quia licet sit supinus; si tñ erretur, non vitiatur inquisitio. Et hoc tenet dñs Raphael. in. l. si quis in fundi vocabulo ff. de lega. 1. & de alijs similibus erroribus vide. ĩ. eo. vers. vigesimoprimo quæ-

738 ro. ¶ Decimooctauo quæro, † quare addantur illa verba, & per dominum F. iudicem maleficiorū. Sol. dic, ꝙ ex eo ponuntur, quia ad ipsum principaliter pertinet cognoscere de criminibus, vt verbum sonat; licet quandoq; incidenter cognoscat de cā ciuili. Circa qđ vide, qđ traditur in. l. solemus. §. latrunculator. ff. de iudi. & ꝙ traditur in. l. testamenta omnia. & ibi Cy. & Bal. C. de testa. & in. l. si qui ex consensu. & ibi per Cy. & Bal. C. de epi. audien. & vide ēt quæ traduntur in. l. imperiū. C. de iuris. om. iudi. & in. l. ea q. §. magistratus. & in. l. inter conuenientes. &

739 ibi per Bar. ff. ad munici. ¶ Decimonono qro, † quare apponantur illa verba, ex mero officio. Sol. dic, ꝙ ista verba sint maximè vtilitatis, per ea quæ dixi circa præambulum necessarium famæ, seu diffamationis. De quibus latè vide. s̄. in. 9. articulo principali.

740 q. 46. & tribus seq. ¶ Vigesimo quæro, † quare apponantur illa verba, necnon ad denunciationem P. Capitanei & c. Sol. ista verba non sunt necessaria, vt sine hac denuntiatione non possit procedere ad inquisitionem si adsunt alia necessaria præambula. de quibus latè in. 9. artic. princ. Sed quia communiter in Italia, & maximè in hac ciuitate Senensi constituuntur syndici, seu denuntiatores maleficiorum per parochias, idcircò, quando fit denuntiatio per tales

741 adiunguntur ad inquisitionem dicta verba. † Quid autem sit denuntiare, & quotuplex sit denuntiatio, & quis possit denuntiatores constituere, & qui possint constitui, & quæ crimina teneātur denuntiare, & qualiter, & de effectu denuntiationis, latè traditur per dñm Bal. & Doct. & latius per do. Barth. de Salie. in. dicta repet. l. ea quidē. C. de accu. & per prę fatū d. Ang. in tractatu prædicto. de quibus vide per eos; quia non intendo hanc materiā hic cōmiscere. & vide ēt ad prædicta quæ dixi. s̄. in. 6. artic. princ.

742 ¶ Vigesimoprimo quæro, † quare dicatur contra, & aduersus. S. Ioannis, vocatum fa la briga, de nobilibus Coradinorum. Sol. dic, vt ponatur persona eius contra quem inquiritur rōne delicti perpetrati. Cōtra quem aūt inquiri possit, satis latè dictum fuit. s̄.

743 in. 7. artic. princ. Sed ideò † apponit̄ proprium nomen, patris cognomen, & nomen familiæ, ad hoc vt expressè, & specificè cognoscatur hō, contra quem inquiritur; & contra quem iudex inquirere intendit, ne detur vagatio, & dubietas, arg. not. in. l. si in nomine. C. de testa. & in. l. ad recognoscendas. C. de inge. manu. & in Institu. de leg. §. si quis in nomine.

744 & ꝙ not. in. l. 1. C. de mutat. nōmi. † Ad designandū enim nominatum, ad minus videntur esse necessariæ duæ demonstrationes, arg. l. forma. & ꝙ ibi not. per gl. & Bar ff. de censi. & in. l. si quis in fundi vocabulo. & ibi per gl. & Bar. ff. de leg. 1. Facit. l. si in rē aliquis. ff. de rei vendi. Sicut ergo in talibus rebus duę demōstrationes, vel circunstantiæ sunt apponendæ ad designandū certū corpus; ita & in nomine, vt not. Bar. in. l. demonstratio. in princ. ff. de cond. & demō. ibi. Sed qro per q̄ verba. & ibi ex quo vides & c. Sed quanto plures adijciunt demōstrationes, tāto maior datur certitudo; & ideò laudandi sunt Senenses, qui adijciunt nomen patris, aui, & familiæ. Nam de difficili continget, ꝙ reperiant̄ plures, in quibus prędicta omnia conueniant, ꝙ facilè est reperire si solū ꝓ nomen ꝓprium, ac familiæ qs denominetur, licet à quibusdā imputet̄ ad vitiū. & malè. & vide ꝙ dixi in. c. 2. de libel. ob. q. 3. & 4. & ad ꝓdicta vide ꝙ singulariter ponit Bar. & post eū Moderniores. i. l. iter sti-

745 pulantē. §. 1. ff. de verb. ob. vbi dicunt, ꝙ † qñ officiales capiūt bannitum, anteq̄ faciant executionē, faciunt captū confiteri, ꝙ ipse est idē hō, & idē corp⁹, q sic vocabat̄, qui fuit bannitus, & cōdēnatus de tali crie, & tali tēpore, & sub tali noīe fuit citatus, & cōdemnatus; qua recognitione facta, executio de eo fieri pōt absq; nono ꝓcessu. Sed Bal. in quodam suo consilio, ꝙ incipit, cū appareat & c. Dicit, ꝙ talis recognitio sit potius ad cautelā, q̄ de necessitate. Sed ꝓfatus Ang. de Aretio tenet, ꝙ immo sit de necessitate, p rōes quas ponit Bar. in. d. §. 1. Quinimmo pl⁹ dicit, ꝙ melior practica est, & fortè de necessitate, ꝙ talis bannitus non solū recognoscat, ꝙ sit idē, vt dicit Bar. sed addat, ꝙ tale crimen de quo cātat bānū, & condēnatio sua, & loco. & tpe, modo, & forma in dicto ꝓcessu cōtenta, cōmissum fuit ꝑ eum. Nā tūc ex dicta confessione securè pōt fieri executio. Aliàs aūt cum tale bannū, & condēnatio facta ob cōtumaciā absentis in veritate non probet bannitum commisisse tale maleficiū, vt latè tradit Bart. in. q. sua q̄ incipit. Perusinę ciuitatis. & not. in. l. si ideò. ff. de euict. & facit ēt ꝙ ipse not. in. l. cū fili⁹. ff. de verb. ob. & ꝑ Bal. in. l. transigere. circa medium. C. de transac. necessariò sequitur, ꝙ iste bannitus fuit potius propter eius cōtumaciam. quam ex eo, ꝙ tale delictum commiserit, arg. l qui repudiantis. in fi. ff. de inof. testa. & ideò de facili posset contingere, ꝙ iste existens innocens condēnaretur, arg. l. absentis. ff. de pę nis. quæ practica multū mihi placet; nec aliter obseruarē, aut obseruandū consulo qñ casus contingeret; maximè cum agatur de graui præiudicio, quā etiam

 sentit

ſentit Io.de Imo.in.d.l.inter ſtipulantem. Sed for-
tè de iuris rigore poſſet aliud dici. Quid autem
ſi in illo loco fuiſſent duo eiuſdem nominis? dic, vt
dicam in.q.74.verſi.additur etiam alia not. quæſtio.
746 ¶ Sed quæro iuxta prædicta, † quid ſi eſt nomen
747 ſingulariſsimum, vt dicit gl. de † Galloppreſſo bidel
lo Azonis, in.l.hac cõſultiſsima.C.qui teſta. ſa.poſ.
dic, ꝙ ſufficit, ꝙ in inquiſitione ponatur illud ſolum
nomen, vt ibi traditur.& tradit Bart. in.d.l.demon-
748 ſtratio falſa.Sed quæro, † quid ſi adijciantur plures
demonſtrationes, q̃ ſit neceſſarium, vt eſt in caſu p̄-
dicto, & errat̃ in aliqua demonſtratione. vt puta;
quia iſte S.cognominabatur Taglia gambe, & nõ fa
la brigha; vel de nominibus de Gallucijs, & non de
Curradinis, an talis falſa adiectio vitiet inqſitionẽ.
cum aliæ demonſtrationes ſint veræ? Sol.Bar.in.d.l.
demonſtratio falſa.ff.de condi.& demon.dicit, qđ
non.quia qcquid adijcitur vltra neceſſariam demon
ſtrationem, vt.s̄.ſit fruſtra, & non vitiat, vt.l.1.§.fi.
ff.de dot. præle. & in.l.1.in prin.C.de rei vxo. act.
749 Sicut dicimus, ꝙ † ſi ſummarium eſt iudicium pro-
pter ꝙ procedi põt ſine libello, ſi fiat libellus, licet
ineptus non nocet, vt dicit glo. Bar.& Ang. in.l.vi-
num.ff.ſi cer.pet.Item aduerte, quia ſi fuit erratum
in nomine patris; quia tacitus fuit, & in libello po-
ſitus ſub nomine Sempronij Bartoholomei, cũ de-
beret dicere. Sempronius Ioannis; ipſe tñ Sempro-
nius Ioannis comparuit, nec oppoſuit, ꝙ non eſſet
ille homo de quo q̃reret̃. Nam pp hoc non vitiatur
proceſſus inquiſitionis; quia tam iudex, q̃ partes ha
bẽt iſtum pro Sempronio Io. Si verò ſit contumax,
& proceſſus ſit contra contumacẽ, & conſtat ꝙ iſte
eſt ille homo, q fuit de tali crimine diffamatus, &
culpatus; & adhuc talis error non vitiat; ſecus aũt ſi
per alias demõſtrationes, aut ſimilia p̃cedentia hoc
non conſtaret, vt dicit Bart. in.d.l.demonſtratio. &
idem dicendum eſſet, ſi eſſet erratum ẽt in nomine
proprio ipſius delinquentis; dummodo alias cõſtet
de corpore, nõ vitiat̃, vt in.l.ſi in iudicijs. ff.de iudi.
aliàs ſecus; Et idem & fortius ſi errat̃ in loco origi-
nis, vt.l.quoties. de here.inſti. Aut in nomine arti
ficij, vt in.l.qui habebat.ff.de rebus dub.tradit Bart.
in.l.ſi quis in fundi.ff.de leg.1.vbi vide ẽt de hac ma
teria. Sed latius per Bar. & Moder.in.d.l.demonſtra
tio falſa.ff.de condi.& demon. ¶ Vigeſimoſecundo
750 quæro, † quare in inquiſitione apponãtur illa verba
de nobilibus Coradinorum.Sol.dic, ꝙ apponuntur
ad maiorẽ demõſtrationẽ, & expreſsionem; & ſi er-
ratur in hoc nomine familiæ, ſeu generis, dicen-
dum eſt, vt dixi in præced.q.Eſt tamẽ aduertendum,
ꝙ licet iſtud videatur regulare, ꝙ hæc verba non ap-
ponantur niſi ad maiorem demonſtrationem; quia
751 † in iudicijs nõ debet eſſe acceptio perſonarũ, vt in
c.qualiter.s̄.eo.&.c.qualiter.s̄.de iudi. ꝙ tamẽ qua
liter intelligatur dixi in.c. per tuas.1.j̄.de ſimo. in
gl.ſuper verbo excellentioris, quãdoq; tamẽ pręter
hæc, ſunt neceſſaria alia ſecundum varias ſpecies de-
lictorum in quibus acrius, vel mitius punitur nobi-
lis, q̃ ignobilis, & exiſtens in dignitate, q̃ non exi-
ſtens. ſecundũ ea quæ latiſsimè dixi in.c.1.j̄. de cle.
vena. Nam ſecundum hanc conſiderationem appo-
nenda eſſet hæc qualitas, per quã venit augenda, vel
diminuenda pęna; & hoc maximè ſi ex forma ſtatu
ti in nobili delinquente, aut magnate pęna duplica-
retur. Et idem dicendum eſſet in certis qualitatibus
pp quas pęna augumentaretur; reſpectu tamen de-
nuntiationis non ſpectaret ad iudicem inquirentem
ponere qualitatẽ per quam pęna veniret diminuen-
da, ſed ad reum inquiſitum pro defenſione ſua vi-
detur hoc ſpectare; quamq̃ iudex hoc ſciens iniuſtè
agat, illam non opponendo. Sed iuxta p̃dicta q̃ro
752 de notabili.q.Pone; aliquis † ex natura, ſeu origine
eſt nobilis, ſed ex forma ſtatuti eſt effectus popu-
laris. vnde quæritur, ſi iſte delinquat, an ſit punien-
dus vt nobilis; an vero vt popularis. Sol.Bart.in.l.
vnica. C.de inſa.dicit, ꝙ iſte talis deſinit eſſe nobi
lis, quo ad ea q̃ cedunt in ſui honorẽ. non autem ad
ea quæ cedunt in odium ipſius. & idem tradit Bar.in
repe.l.1.C.de dig.lib.12.vbi ponit notabilia verba.
ex quo infert̃, ꝙ ſi maiori pęna veniebat puniendus
nobilis erit etiam tunc eadem pęna puniendus. Sed
ſi minori tunc punietur ea pęna qua popularis.Ego
tamen arbitror inſpicienda fore verba ſtatuti, ſeu
priuilegij, prout etiam ſtatim dicam in.29.q. In du
753 bio aũt procedat dicta opin. † Quis autem dicatur
nobilis, & vnde veniat nobilitas, & quot ſunt eius
ſpecies, & effectus, & qualiter ammittatur, vide la-
tè per Bar.in.d.repet.& vide ſingulare dictum Bart.
in.l.capitalium.§.denuntiaſſe.ff.de pęnis. qui dicit,
754 ꝙ † populares diuites, & honeſti gaudẽt priuilegiũ
755 nobilium.& not.tu ſcholaris perpetuò, ꝙ † virtus in
primis virum nobiliſsimum reddit, vt eſt tex.in.l.p
756 uidendum.C.de poſtul. ¶ Vigeſimotertio quæro, †
quare apponantur dicta verba, de Senis. Sol. dic, ꝙ
regulariter apponuntur ad maiorem demõſtratio-
nem.Poſſent etiam apponi ad oſtendendũ augumẽ-
tationẽ, vel diminutionẽ pęnę, eo ꝙ qñq; ex forma
ſtatutorũ ſeuerius, vel mitius puniendus eſſet foren-
ſis, q̃ ciuis, velècontra; vñ hæc qualitas tunc eſſet ad-
denda, per ea q̃ dixi in præced.q. Poſſet tñ hic dubi-
757 tari, † vtrum valeat ſtatutũ quo diſponitur, ꝙ maio-
ri pęna ſit afficiendus forenſis, quã ciuis.de quo ſta-
758 tim dicã in.q.29.Sed q̃ro iuxta p̃dicta, † qđ ſi dicta
verba de Senis non apponantur in inqſitione, an in
dubio inquiſitus p̃ſumat̃ de Senis, vel forenſis. Sol.
759 dic, ꝙ † in dubio qs p̃ſumit̃ de loco vbi iudiciũ agi
tat̃, ſiue ſit ciuile, ſiue ſit criminale; vt inquiſitio, vel
accuſatio, arg.l.quæ conditio. §.cum ita.ff.de con-
di. & demonſtra. & in.l.nulli. C.de epiſ.& clericis.
quia iſta qualitas, videlicet, ꝙ ſit forenſis, cum non
ſit appoſita, non præſumit̃, vel ſubĩtelligitur, vt in.l.
ita ſtipulatus.§. Chriſogonus. ff.de verb.ob. & p̃ci-
puè, qñ iſta qualitas forenſis eſſet neceſſaria ad augu
mentandã pęnam; quia ſibi imputare deberet inqui
ſitor, vel accuſator, ꝙ illam non appoſuit, cũ ſit fun-
damentũ intentionis ſuę, arg.no.in.l.illa.ff.de verb.
ob.& ꝙ latè dixi in.c.ſup his.s̄.eo.& ita tenet Ang.
de Aretio in tractatu maleficiorum ſuper verbo de
Bononia.& mihi placet.quia p̃ſumitur quis habita-
760 re in loco originis ſuæ, prout patet † à communiter
accidentibus, & vſitatis, à quibus bonum eſt argu-
mentũ, vt in.l.illud vſitatiſsimũ. ff.de excuſa.tuto. &
in.l.2.ff.de ſpon. & in.l.ſi quis donatarius. ff.de vſu-
fruct.& ibi vide iura cõcordantia cũ ſimilibus. ¶ Vi
761 geſimoquarto q̃ro, † quare apponat̃ illud verbũ, ho
micidã.Sol.dic, ꝙ ponit̃ ad cognoſcendam ſpeciem
delicti

delicti ſuper quo inquiritur; vñ ſi ſuper alio delicto
inquireret, alia ſpẽs delicti apponenda diceret vt.ĩ.
ſepius dicetur, & patet. ¶ Vigeſimoquinto quæro,
762 †quare apponantur illa verba, & Narciſum Mancij
barbitonſorem. Sol.dic, q iſta non apponuntur de
neceſsitate, niſi ꝓut in facto contingit reſpectu plu-
rium delinquentiũ. & adde quæ ſtatim dicã in.28.q.
763 ¶ Vigeſimoſexto quæro, † quare apponantur illa
verba, de partib⁹ Hiſpanię.Sol.dic.vt ſtatim dixi in
764 23.q.&.dicã.ĩ.q.29.¶ Vigeſimoſeptimo q̃ro,†qua
re apponant illud verbum, auxiliatorẽ. Sol. dic, ad
deſignandam aliam ſpeciẽ delicti exiſtentis in hoc
ſecundo inqſito, prout ſtatim dixi in.24.q.vñ ſi alia
eſſet ſpecies delicti in hoc ſecundo inqſito, alia eẽt
adijcenda. & ſic de ſingulis dicendum eſt ſm varias
765 caſuum contingentias.† Qualiter aũt quis teneatur
de auxilio, ſeu ope præſtita, & qualiter dicatur auxi
lium, ſeu opem ꝑſtitiſſe, non eſt materia noſtra.ſed
vide latè multas q̃ſtiones notabiles per Bal.in.l.non
ideò minus.C.de accu.& per Bar.in.l.furti.§.ope.ff.
de furtis. Et omninò vide q̃ dixi in.c.ad audientiã.
ĩ.de homi.in.4.mẽbro.7.artic princ.à q̃ſtione.63.
vſq; ad.q.68. & adde omnia quæ dicam.ĩ.eo.q.60.
766 ¶ Vigeſimooctauo quæro, † quare apponantur illa
verba & Iulianum Rodulfi lanificẽ. Sol.dic, vt deno
tetur alius inquiſitus contra quem inquiritur reſpe-
ctu delicti cõmiſsi ex mandato ſuo. Et eſt hic aduer
767 tendum, q ex prædictis patet, q† iudex in eodem
libello põt inquirere contra plures reos delinquen-
tes ex varijs delictis.de quo dic,vt dixi.ſ.in.7.artic.
768 princ.q.16.Quãq̃ †quis in eodem libello non poſ-
ſit plures accuſare de diuerſis delictis, vt ibi dixi.
769 ¶ Vigeſimonono q̃ro,†quare apponantur illud ver
bum, forenſem. Sol. dic, q poteſt apponi qñq, ad
maiorem demonſtrationem. Item ẽt quia ex forma
ſtatuti grauior pęna venit imponẽda forenſi, q̃ ciui,
vt dixi.ſ.in.23.q. Sed hic cadit quæſtio, quis dica-
770 tur forenſis, vel ciuis. Sol.dic,q † forenſis propriè
dr̃ ille qui non habitat in loco;ſed venit de foris,vt
eſt tex.expreſſus in auth. de q̃ſtore. §.ſi verò aliquis
in hac habitantium ciuitate.& in.§.ſi verò aliquis ꝓ
ſpexerit.no.e.glo.& Bal.in.l.ciues.C.de ap.tradit.ꝑ.
ſuper verbo forenſes.in extrauag.antiq.notũ Boniſa
cij.8.quæ dicit, q habitans in loco rõne alicuius of-
ficij, etiam ſi ſit ad tp̃s non dicitur forenſis; vñ pro-
priè dicitur, qui nullam habet cõionem, & nullum
priuilegium ciuitatis, vel communitatis, iuxta not.
771 in cle.1.de fo.cõpe. Sed quæro circa prædicta, †qd
ſi aliquis forenſis ex forma ſtatuti, vel ex priuilegio
ſit effectus ciuis, an debeat haberi pro ciue, an de-
beat puniri tanq̃ forẽſis; an vero tanq̃ ciuis.Sol.dic,
q inſpiciẽda ſunt verba ſtatuti, ſeu priuilegij. Qua
re ſi ſtatutum dicit,q in omnia,& per omnia ſit Ci-
uis, & habeatur pro Ciue, debet puniri tanq̃ Ciuis,
arg.l.ſi maritus.§.l.Iulia.ff.de adul.& q ibi not.Bar.
Sed ſi ſtatutum limitatè loqueretur,vt quia ad quæ-
dam vellet haberi pro Ciue, limitatè eſſet intelligẽ
dum,vt in.l.cancellauerat.ff.de his quę in teſta.delẽ
cum ſimi.Si vero ſtatutum dicat,q habeatur pro ci-
ue,aut intelligatur Ciuis ſimpliciter,an videatur de-
notare veritatem, vel fictionem? Bar.in.l.is qui pro
emptore.ff.de vſucap.dicit,q potius veritatem.Bal.
cõtra in.l.2.C.de iure.aure.annullorũ. vide ꝑ eos in
dictis locis. & q dixi in.c.q circa.de elect.& q tra-
ditur in.l. Ciues. C.de incolis. Pro dicto tamẽ Bar.
facit.l.ſenatores.ff. de ſena. &.l.ſciendum. §.ſi fun-
dus.ff.qui ſatiſda.cog. Sed pro dicto Bal.facit.l.La-
beo. ff.de pact. & .l. nec emptio. ff. de contrahen.
empt.&. C.de dotis promiſ.l. fi. & .l. ſi quis ab ali-
quo. C.de cal.& vide latè vtrum debeat puniri vt Ci
uis, an vt forenſis, vt traditur per Barto. in tractatu
repræſaliarũ in.5.q principali in.3.4.5.&.6.articu-
lis. Aduerte tamen, quia licet ſtatutum grauius pu-
niret forenſem, quam ciuem, non tamen ſequitur,
772 iſte non eſt Ciuis;ergo forenſis;quia† inter hæc duo
eſt vnum mediũ, videlicet incolatus,vt in.d.l.aſſum
ptio. ff.ad municipal. & in.d.l.incola. & ita ſepius
conſului,& in facto obtinui,vt habitatores, licet nõ
ſint Ciues,non puniantur vt forenſes. ¶ Trigeſimo
773 quæro,†quare apponantur iſta verba,mandatorem.
774 Sol.dic,vt dixi.ſ in.q.27.†Qualiter autem quis te-
neatur de mandato, & an delictum mandantis, &
mandatarij dicatur vnum, & idem delictum nume-
ro,& an mandans,& mandatarius obligentur ſimul,
& puniantur eadem lege, & an mandans teneatur
principaliter, vel acceſſoriè, & quid ſi mandatarius
ſolum attentauit, ſed non perfecit delictum, & qd
ſi exceſsit fines mandati, & plures quæſtiones nota-
biles vide per Cy. & Doct. & maximè Bal. in.l.non
ideò minus. C.de accu.& per Bar. in.l.non ſolum.§.
mandato.ff.de iniur.vbi etiam vide quid ſi propter
qualitatem exiſtentem in mandãte magis veniebat
puniendus,puta,quia nobilis,quam propter qualita
tem exiſtentem in mãdatario,puta, quia popularis;
de quo vide per Bar.in.l.is qui opem. ff. de fur. & ꝑ
Bal.in.d.l.non ideò minus.& vide qđ dixi poſt Pet.
de Ancha.in.c. qđ circa. de elect.& in.c.ad audien-
tiã.ĩ.de homi.ſ.4.arti.7.mẽbri principalis. à.q.67.
vſq; ad.77. & q̃ dicã in.c.mulieres.ĩ.de ſent.excõ.
775 ¶ Trigeſimoprimo quæro,† quare apponantur illa
verba, in eo, de eo,& ſuper eo. Sol. Arbitror q mul
tiplicentur illæ propoſitiones in, de,& ſuper, vt de-
notetur omnis modus delinquendi reſpectu ſpeciei
delicti,de quo quæritur intrinſecè, mediatè, & im-
mediatè,directè, & indirectè, & augumentatiuè; vt
traditur in dictis dictionibus, in locis congruis,quę
hic non repeto breuitatis cauſa.¶ Trigeſimoſecun-
776 do quæro,† quare apponantur illa verba, fama pu-
blica ꝓcedente, & clamoſa inſinuatione referente.
Sol.dic, q apponũtur pp ea quæ latè dicta fuerunt.
ſ.in.9.artic.princip.in.10.q.& ſequentibus quaſi in
fine. Si tamen procederetur contra prælatum;vide-
tur,q debeant ſubiungi illa verba, & cũ tanta infa-
mia generet ſcandalum;adeò q ſine periculo diu to
lerari non poteſt, vt dixi.ſ.13.q.¶ Trigeſimotertio
777 quæro † quare apponantur illa verba, nõ quidem à
maleuolis,ſed honeſtis &.c. Sol.patet ex tex.nr̃o ibi,
non quidẽ à maleuolis. Et ex his quæ dixi in.9.artic.
princ.maximè. in.q.22.&.29. ¶ Trigeſimoquarto
778 quæro,†quare dicatur, Non tantum ſemel &c. Sol.
patet ex his quæ dixi in.9.artic princ.q.14.¶ Trige-
779 ſimoquinto quæro, † quare dicatur, & etiam per
modum notorij. Sol. Ang in.d.l.ſi vacãtia. C.de bo.
780 vac.lib.10.in effectu dicit, q † qñ crimen eſt notò-
rium omnis ſolennitas iuris videt̃ eſſe ſublata,ꝑ no.
i.c.veſtra. ſ.de coha.cle.& mu.& i.l.1. C.q & aduer.

quos.& hoc not. per Spec. in tit. de notorio.facit ꝙ
dixi.ſ.in.c.euidentia. & ideo verbum prædictum,
videtur eſſe magni effectus,& importantiæ. ¶ Trige
781 ſimoſexto q̃to,† quare apponant illa verba, de an-
no præſenti, & menſe Maij. Sol. dic, ꝙ ideo appo-
782 nuntur; quia † tempus, & locus videntur eſſe de ſub-
ſtantia inquiſitionis, ſicut & accuſationis. Aduerte
tñ, quia Ang. in.d.l.ſi vacantia. ſpecialius formauit
q. An tẽpus, & locus debeant poni in libello inqſi-
tionis;& q̃d de alijs ſubſtantialibus in libello accu-
ſatorio, ſm formã. l.libellorũ.ff.de accu.&.2.q.8.c.
libellorum. & dicit,ꝙ gl. Inſti.de pub.iudi.dicit, ꝙ
ſolẽnitas illius legis non debet ſeruari in inqſitio-
ne; & idem tenet Inno.in.c.vlti.ĩ.de purg. can.Bal.
verò dicit,ꝙ adiectio tẽporis,vel loci in inquiſitio-
ne non eſt neceſſaria ad ſolẽnitatẽ inquiſitionis.Sed
ſi à reo petatur adiectio tẽporis, & loci, debet fieri
ad ipſius inſtructionẽ, vt poſsit deliberare,vtrum ve
783 lit cedere, vel contendere; & rõ eſt; quia † vbicũq;
mero iudicis officio proceditur, non eſt neceſſarius
libellus, ſiue ciuiliter,ſiue criminaliter agatur, vt in
auth. de exiben.reis.§.ſuſcepto.in gl.1.& ſic intelli-
gitur q̃d not.glo.Inſti.de pub.iud.Non obſt.l.libel
lorum. quia loquitur in libello accuſatorio.Sed Iac.
Butri.idem dicit in libello inquiſitorio, ꝙ in accu-
ſatorio, dum ipſe ponit formam iſtius libelli.Inſti.
de actio. in princ. Mouetur; quia officium nobile
requirit libellum, maximè ſi inquiſitio fiat cũ pro-
motore. vñ dicit, ꝙ excepta ſolennitate inſcriptio-
nis, omnis alia ſolennitas in inquiſitione eſt ſeruan-
784 da; quia † cum inquiſitio ſuccedat in locũ accuſa-
tionis,debet ſapere ei9 naturã,vt in.l.ſi cũ.§.qui in-
iuriarũ.ff.ſi quis cautio.& ita dicit limitandam glo.
inſti.de pub.iud.in princ. Et ad dictum Inn. rñderi
poteſt, ꝙ non probatur iure. Et hanc opi. ſequitur
Ang.& Bal.licet ſub breuiſsimis verbis, in.l.ea qui-
dem.C.de accu.& Salic.ibi per rationem prædictã;
quia inquiſitio ſuccedit in locum accuſatiõis,vt hic,
& in.c.licet Hely. ĩ.de ſimo.& in.l.eum patronum.
§.1.ff.de iure patro. Item, quia eadem ratio eſt, quę
eſt in libello accuſatorio, vt exprimatur tempus, &
locus; videlicet, ne quis vagetur cum aliena iactura;
vendicat etiam ſibi locum in libello inquiſitorio.Fa
cit.l.prætor edixit.ff.de iniur.& hãc opi. tenuit etiã
Bar. in.l.2.§.ſi publico.ff.de adul. & Cyn. in.l.1.ff.
de eo q̃d certo loco. & plus mihi placet. ¶ Sed
785 quæro iuxta prædicta,† quid ſi inquiſitus petat à iu-
dice, ad hoc vt poſsit facere defenſiones ſuas, vt ap-
ponat in inquiſitione, tempus, & locum,an tenebi-
tur apponere? Sol. Barto. in.l.is qui reus.ff.de publi.
iudi.dicit, ꝙ ęquum eſt, vt apponat, ne reo aufera-
tur defenſio; & vt poſsit inſtrui an velit cedere, vel
contendere, vt.l.1.ff.de eden. & ideò exprimi de-
bet, quatenus iudici ęquum videbitur, vt.l.pen. de
interro.actio.ſubdit tamen Bart.in.l.libellorum. &
in.d.l.is qui reus.ꝙ hoc caſu dies non eſt de neceſsi-
tate probanda. Si verò iudex non vult exprimere,
dicit Bart. q̃d aut delictum probatur per confeſsio
nem rei; & ſatis eſt;licet dies non apponatur;quia ſi
iudex probauit per teſtes, vel reus ad defenſionem
ſuam de certa die præſumptio erit de illomet die;
786 † q̃a confeſsio iudicialis debet regulari,& intelligi
ſm intentionem confitentis, vt in.l.ſi quis intentio-
ne.ff.de iudic. vnde non præſumetur actus multi-
plicatus. & ideò ſi die probata per reum,illud fuit li
citum inquiſito; quia fecit ad defenſionem, præſu-
memus de vnico dumtaxat delicto, & de illa die. Si
verò crimen eſt negatũ, & probatur per teſtes, tunc
reus debet facere articulos,ꝙ illo menſe vna tñ rixa
interuenit inter ipſum inquiſitum,& vulneratum,in
qua fuerunt præſentes tales teſtes. Item, ꝙ in dicta
rixa vulneratus, fuit inſultatus dictum inquiſitum;
& ſic per teſtes poterit probare,ꝙ defenſionis cã fe-
cit, ne alias præſumatur multiplicatio factorum, ſi
teſtes iudici ſimpliciter probarent inquiſitum vulnẽ
raſſe, circa ꝙ vide ꝙ dixi, in.c.cũ Ioannes.ſ.de fide
787 inſtru.† Vtrũ autem in accuſatione iudex poſsit cõ-
pellere accuſatorem ad ponendum diem; dic,vt tra
ditur per Bar.in dictis locis.vbi tenet ꝙ ſic.Sed qui-
dam Moderniores cõtra. Aduerte tñ,ꝙ ſi in libello
apponeretur dies, & probaretur de alia die, ꝙ hoc
788 caſu reus eſſet abſoluendus; quia † variatio diei in-
ducit variationẽ delicti in ſubſtantia, vt in.c.abbate
ſanè.de re iudi.lib.6.not.Bar. in.l.denuntiaſſe.§.q̃d
tamen.ff.de adulte. in.d.l.is qui reus. & vide Bal.in
l.1.C.qui accu.non poſ. Item aduerte, ꝙ dies eſſet
neceſſaria, qñ de illo menſe aliqua die eſſet delictũ,
& alijs non,vt ſingulariter dicit Bar.in.l.non ſolum.
§.ſed vt probari.ff.de no.oper.nun. & idem dicẽdũ
eſt in hora diei, ſi certa hora diei eſſet delictum, &
789 certa hora non; vt puta,† ſi ſtatutum diceret, ꝙ ab
hora nonarum, vſq; ad horam veſperarum, nullus
ingrediatur palatium poteſtatis ſub pœna centũ flo
renorum. Nam licet apponeret̃ dies, ſi non appo-
natur de hora, probatio ingreſſus illa die, non con-
cluderet delictũ. vt ibi p Bar. & idẽ dicendũ ſi certa
die, aut certa hora duplicaret̃ pęna delicti. Facit ꝙ
notat̃ per glo.in.l.eum actum.ff.de nego. geſt.& tra
dit Bar.in.d.l.libellorũ. ¶ Sed poſſet dubitari circa
790 pdicta, † quid ſi de die quis fecit inſultum, & tãdem
inſequẽdo de nocte vulnerauit, ꝙ tẽp9 debeat appo
ni.Sol.dic,ꝙ de iure cõi,cum inſultus confundat cũ
vulnere, vt not.gl.Cy.& Doc.in.l.qui de crimine.C.
de accu.patet,ꝙ opponi debet tẽpus vulneris.Si ve-
rò ex forma ſtatuti veniret q̃s puniendus, tunc dicit
Bar.in.d.l.libellorum. ꝙ attendenda ſunt verba ſta-
tuti. Quia aut dicit, ſi qui percuſſerit, & tẽpus per-
cuſsionis eſt apponendum.Si verò dicit,ſi q̃s inſulta
tus fuerit, eſt ponendum tẽpus inſultus. Quid aurẽ
ſi vno tempore vulnerauerit, & ex vulneribus alio
tempore obierit, debet apponi tẽpus vulneris, vt di
cit Bart.in d.l.libellorum. per.l.huic ſcripturæ.§.1.
791 ff.ad.l.Aquil.Sed pone† Senenſes ſumunt annos na
tiuitatis domini à conceptione die 25. Martij,Po-
792 ne nunc, † ꝙ per plures dies ante 25. diem Martij
commiſſum fuit delictum, & de menſe Martij poſt
diẽ 25. Iudex format inquiſitionem, & dicit de hoc
anno.1442.& de menſe Martij an valeat inquiſi-
tio?Et qualiter accipiantur illa verba, de hoc anno?
Sol.Iac.Butrig. Inſtitu.de actio.in princ. dicit, q̃d
793 tenet, & q̃d intelligitur de anno legali,† qui eſt tre
centorum ſexaginta quinq; dierum,vt in.l.cũ hęres.
§.Stichus.ff.de fideicom. lib. & ſic videtur delictum
perpetratum intra tempus prędictum.Sed Bar.in.d.
l.libellorum. in principio tenet contrarium. Mo-
uetur;quia in principio inquiſitionis,& libri inqui-
ſiticnum

fitionum apponuntur anni domini; ergò postea in inquisitionibus secutis intelliguntur repetiti, arg.l. si quis ex argentarijs. §.si initium. ff.de eden.& sic dicta verba, de hoc anno.debent intelligi prout cur runt anni domini. vnde concludit, quòd inquisitio non comprehendit maleficium. Sed pro prima opi. facit qđ not.glo.Bart.Rapha. Cuma.& Io.de Imo. in.l.diuortio.in prin.in verbo,menses.ff.soluto ma-
794 tri.vbi glo.vult.& doc.quòd † valeat accusatio, si te accuso de mense Augusti quòd de eodem anno, & mense Septembris proximæ præteriti vulnerasti Titium; quia intelligitur de anno legali trecentorum sexaginta quinq; dierū, vt dixi.š. Sed dicit d. Ang. de Aretio. ꝙ possumus concordare dictas opiniones; videlicet, Quia aut ex verbis inquisitionis clarè apparet de quo anno loquutus fuerit; & tunc procedat opi.Iac. Aut non apparet, sed est ambiguum, & tunc procedat opinio Bart. & imputet sibi iudex inquirens, qui clarè non expresśit, quæ concordia parum habet saporis. Sed melius posset concordari, qđ aut ex præcedentibus apparent appositi anni domini, & mensis qui continetur in inquisitione pōt vtrunq; annum complecti, & legalem, & à natiuitate. & hoc casu procedat opinio Bart.per.§.si initiū. nisi aliud expresserit iudex inquirens; vt puta, quia expresserit diem anteriorem, q̄ sit.25.dies. vt puta 10.15.vel.20.die Martij &c. & ideò dico, qđ si expresśit alium mensem anteriorem;vt puta,Ianuarij, vel Februarij. cum de necesśitate concludatur alius annus, & libellus sit interpretandus secundum intentionem libellantis, vt.l.si quis intentione. ff.de iudi.intelligemus de anno legali;& ita ꝓcedat opi. glo.Bar.Imo.& Rapha.in.d.l.diuortio. & ratio est, quia tunc est imposśibilis repetitio.& ideò non habet locum.§.initium. Si verò in præcedentibus non sint appositi anni domini, plus placet opinio Bntr. & perpetuò prædicta not.bis. Vltimo aduerte circa prædicta, ꝙ si intentatur delictum continuatum per totum annum, vt puta, quia aliquis scholaris tenuit vnam puellā per totum annum, vel vnam terram occupatam, non est necessarium iudici inquirenti exprimere mensem; quia talis expresśio requiritur in delictis momentaneis, non continuatis, & successiuis; ita dicit Bar. in.d.l.libellorū. & not. quæ.š.dixi de annis dñi; quia nouissima sunt. & adde quæ dicā ꝭ.q. quinquagesima in fine. ¶ Trigesimoseptimo
795 q̄ro, † quare apponātur illa verba,existens in domo habitationis suæ, in parochia &c. Sol. dic, vt denotetur locus commisśi maleficij respectu mandati, & tractatus habiti de occidendo; & maximè locus iste apponendus est,quādo iudex intenderet inquirere, & punire rōne mandati, & tractatus; circa ꝙ vide q̄
796 dixi.š.eo.artic.q.30.& † quid si mādatum fuit factū in vno loco, & delictum fuit commissum in alio,an mandans posśit puniri in vtroq; loco. vide Bar.in.l. si vt proponitur. ff.de fideiuſ. & qđ tradit Petr. de Ancha.in cle.1.vt.lite pen.& Bar.in.d.l.non solum. §.mandati.ff.de iniur.& respectu loci, adde quæ dicā.ꝭ.eo.artic.q.quinquagesima.& seq. ¶ Trigesimo
797 octauo quæro,† quare apponanē hęc verba,cōmisit, & mandauit. Sol.dic, ad denotandam speciē delicti mandati, de quo quæritꝫ;& opponuntur hæc verba, ꝑut de facto contingit aliter, & aliter.& adde quæ
798 dixi.š.q.30.¶ Trigesimonono quæro, quare apponantur illa verba, dicto S. Sol dic, ꝙ ad denotandā personam mandatarij delinquentis. ¶ Quadragesi-
799 mo quæro, † quare apponantur illa verba, quia A. Meuij Martini de Senis. Sol. dic, vt demonstretur persona, in quam delictum committendum erat. & verba quæ sequuntur, & populi sancti Martini, apponuntur ad maiorem demonstrationem. ¶ Qua-
800 dragesimoprimo quæro,† quare apponātur illa verba, popularem, & de numero resedutorum, & vnū ex officialibus mercantiæ ciuitatis Senarū. Sol. dic, ꝙ posset dici ad maiorem demonstrationem. Item dicta verba apponenda sunt de necesśitate, quando maior pęna veniret imponenda propter delictum commissum in popularem,q̄ in nobilem, vel in habentem qualitates prædicta,q̄ in priuatum. & adde quæ dixi.š.q.23.&.29. & quæ dicam infra.q.56.
801 ¶ Quadragesimosecundo quæro,† quare apponantur illa verba, in ciuitate Senarum vulneraret. Sol.
802 dic,vt cognoscātur fines mandati, &† an si mandatarius in delictis excedat fines mandati, mandans teneat.vide Bal.in.l.non ideò minus.C.eo.tit.& doct. in.c.1.de homi.lib.6. ¶ Quadragesimotertio quæ-
803 ro,† quare apponantur illa verba, & ad hoc colloquium,& tractatum qualiter hoc fieri posset, habuerunt. Sol.dic, vt addatur etiā ista species delicti tractatus habiti vt delictum committeretur. & si dubi-
804 tares † vtrū ille qui Senis habuit tractatū de homicidio cōmittendo Perusij,posśit solummodo puniri Senis de tractatu,vide Bar.in.l.si amici.ff.de adul. & quæ dixi.š.q.30.¶ Quadragesimoquarto quæro,
805 † quare apponanē illa verba,deinde dict' S. De anno ꝑsente, & de mense Iunij. Sol. dic, vt denotetur tempus perpetrati delicti. & adde quæ dixi.š.q.36.
806 ¶ Quadragesimoquinto q̄ro,† quare apponant illa verba de nocte.Sol.dic, ꝙ q̄nq; apponūt ad maiorē demonstrationem. q̄nq; verò, quia duplicantur, & augumentanē pęnæ in cōmisśis de nocte,prout cōi-
807 ter contingit in Italia. Quinimò † de iure communi qualitas temporis aggrauat delictū, & pęnā, vt in.l.
808 aut facta.§.tēp'.ff.de pęnis. † Qn̄ aūt dicatē nox,vel dies tradit Bart.in.l.1.§.hoc autem senatus.ff.ad senatusconsul.Sila.&.l.qui duos.§.1.ff.de manu. testa. & in.l.Titius.§ Lucius.ff.de libe.& posthu.& p Ang in.l.1.ff.de culto. reo. dixi latè in.c.3.ꝭ.de homici.
809 † Quid autem iuris,si ex forma statuti delicta intelliguntur commisśa de nocte, quæ committuntur de sero post certum sonum cāpanæ, vsq; ad alium sonū campanæ, q̄ pulsatur de mane prout est in hac ciuitate, & cōiter in Italia, & delictum sit commissum in loco in quo non pōt sonus campanæ audiri? Sol. dic,vt tradit p Bar.post Iaco.But.in.d.l.1.§ hoc aūt senatus. & ibi per Lodo.Pont.& per Bal.in.l.fi.C.de de his quibus vt indig.dixi in.d.c.3. ¶ Quadrage-
810 simosexto quæro,† quare apponantur verba, armatus vno stocho ferreo.Sol.dic,vt denoteē species armorum,cū quibus fuerunt illata vulnera,& homici-
811 diū ꝑpetratū. Debes enī scire, ꝙ † cū ad pęnā legis Cornelię de sica.requiratē animus occidēdi, vt i.l.1.
812 §.1.& in.l.lege.& l.Diu'.ff.de sicarijs.† ex qualitate, & specie armorū poterit deprehendi, vtrū habuerit animum interficiendi. Vñ si habens gladium in manu acutum percutit cum fuste, aut cum pugno, vi-

detur non habuisse animum interficiẽdi; adeò ꝙ li-
cet sequatur mors, nõ videtur teneri pœna legis cor.
de sica. per not. in. l. omne delictum. §. si quis com-
militonẽ. ff. de re mili. & quòd tradit Bart. in. d. l. 1.
§. 1. ff. de sica. Circa ꝙ vide, quę multum notabiliter
dixi in. c. de his. circa fi. s̃. eo. ¶ Quid autem veniat
appellatione armorum, vide in. l. armorũ. ff. de verb.
signi. & licet ille tex. dicat, ꝙ contineantur fustes, &
lapides; tamen dicit singulariter Ang. in. l. si pigno-
re. §. furem. ff. de furt. Lodo. Pon. in. l. 1. §. occisorũ.
ff. ad Sila. ꝙ propriè non veniunt; & ideò non com-
prehenderentur in statutis exorbitantibus, & pęna-
libus. Tu tamen vide, qđ in contrarium facit, quia
814 tex. ibi dicit, † continentur, qđ verbum videtur im
portare propriam significationem, secundum Bart.
in. l. 1. ff. de verbo. signi. Sed vide contra Bar. de hoc
verbo, tex. in. l. qui duos. ff. de leg. 3. coniunctis his
quæ latissimè dixi in cle. 1. de elect. in illo artic. vtrũ
masculinum comprehendat femininum. Sed re-
815 deundo ad artic. nostrum dic, ꝙ † etiam non venit
cultellus paruus aptus ad incidendum panem, vt in
816 auth. de armis. circa finem. Item, † statuto punien-
te portantes arma, non est puniendus portans arma
defendibilia. vide ꝙ tradit idem Lodo. in. d. §. occi-
sorum. & Bar. in. l. pędiculis. §. argento. ff. de auro &
argen. leg. & quòd tradit Bar. in. l. 1. ff. ad. l. Iul. de vi.
vbi etiam tradit, an incidat in pęnam portans arma
itinerationis causa. Et quid de illo qui portat arma
vt interficiat bannitum, tradit idem Lodo. in. l. 3. §.
vtrum. ff. ad Sila. & do. Nellus de sancto Gemin. in
817 suo notab. tract. bannitorum. Et † quid si statutum
grauius punit sanguinis effusionem factam cum ar-
mis, vtrum veniat dens. Consuluit Bar. & incipit cõ
cilium, statuto castri plebi. & est. 106. lib. 1. & vide
per Io. de Imo. & do. Thomam Doxum in. l. stipula-
tio. §. opus. ff. de no. oper. nun. ¶ Quadragesimose-
818 ptimo quæro, † quare opponuntur illa verba, scien-
ter, & dolosè. Sol. dic, quia quo ad imponendam pœ
nam corporalem ex delicto requiritur dolus, vt tra-
dit Bar. in. l. 1. §. 1. ff. si quis test. lib. esse ius. sue. & per
Bal. in. l. data opera. C. qui. accu. nõ pos. & not. in. c.
1. s̃. de. præsumpt. vide ꝙ dixi in rubri. ꝗ. de delictis
819 pue. & † vtrũ lata culpa in delictis ęquiparetur do-
lo, vide latè. per Bar. in. l. quòd nerua. ff. deposi. Sed
820 † per leuem culpam pro delicto commisso non vi-
detur posse formari inquisitio. Circa qđ vide ꝙ di-
xi. s̃. in. 8. artic. princ. in fi. ¶ Quadragesimoctauo
821 q̃ro, † quare opponantur illa verba, appensatè. Sol.
dic, ad grauandum delictum, quoniam grauius vide
tur delinquere qui appensatè, & deliberatè deliqt,
q̃ qui in rixa, vel ex abrupto, vel ex graui dolore, vel
calore iracundiæ deliquit, vt habetur in. l. 1. §. 1. ff.
de sica. & in. l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pę-
nis. vbi glo. & Barto. & l. quidquid calore. ff. de reg.
iur. & in iuribus alleg. in præced. q. ¶ Quadragesimo
822 nono quæro, † quare apponantur illa verba, mouen
do se de loco, ad locum fecit insultum, &c. Sol. hæc
ponuntur prout in facto contigit, & sunt ponenda
maximè, quando post insultum nõ sequeretur aliud
delictum, per qđ confunderetur insultus; vel si pro-
pter insultum magis aggrauaretur delictum, vel ex
forma statuti esset quis puniendus tam de insultu, q̃
de vulnere, vel percussione secuta; vel si grauius esset
puniendus de insultu, q̃ de delicto: aliàs autem si gra
uius esset puniendum delictum secutum, q̃ insultus,
pœna insultus confunditur cum pęna delicti posteà
secuti; vt traditur per gl. & Doc. in. l. qui de crimine.
C. de acc. & per Bar. in. l. respiciendum. §. delinquũt.
ff. de pen. de quo etiam per eũ in. l. nunq̃ plura. ff. de
priua. delic. Facit ꝙ dicam. ꝗ. q. 56. licet Ang. dicat
cõtrarium, & malè in. d. l. qui de crimine. ꝙ tamen
dixi, ꝙ confunditur limitandum est, si modo deli-
ctum incontinenti sequatur; secus si ex interuallo, vt
tradit singulariter Bal. in. l. fructus. & in. l. diuortio,
823 ff. solu. matri. † Est autem insultus secundum Ange.
in. d. l. si vacantia. in alium saltus impetuosè factus,
& sic motus de loco ad locum, de quo dicit esse tex.
qui non est alibi, in. l fi. C. de iudęis. facit. l. 2. C. de
sica. & d. §. delinquunt. in fi. vbi etiam singulariter di
cunt Dy. & Bar. ꝙ est motus de loco ad locum. Facit
d. l. 2. & ibi Bal. Sed Bar. & do. Florianus in. l. 1. §. cũ
arietes. ff. si quadru. pau. fecisse dicatur. dicunt, ꝙ in-
sultus est, quando mouet se quis de loco ad locum.
824 † Aggredi verò, & insultare idem important. aggre
di idem est, ꝙ ad alium ire, seu redire, seu assalire. &
ideò non dr̃ insultus si offendis me proditoriè cũ
spata, vel in mensa stãdo, vt tradit Bal. in. c. 1. quibus
mo. feu. amit. & Bar. in. d. §. delinquunt. sed dicit Lo
do. Pon. in. l. etsi percussio. §. fi. ff. ad Sila. ꝙ aut volu-
mus intelligere hoc verbum secundum eius allusio-
nem; & tunc verificatur ꝙ dicunt Bar. & Dy. in. d. §.
delinquunt. Aut secundum eius diffinitionem; & ve
rificatur ꝙ dicunt Bart. & Florianus in. §. cum arie-
tes. Sed ego non video quem saporem habeant ista
verba; & vide de hoc verbo etiam in extrauag. Ioan-
nis. 22. Et hæc procedunt in insultu facto in persõ-
nam, de insultu verò facto contra castrum, vel rem,
vide Bal. in. d. c. 1. §. similiter. qb. mo. feu. amit. & ibi
dicit, ꝙ potest fieri equester, & pedester, vt. d. §. cum
arietes. & in terra, & in mari, vt in. l. quemadmodũ.
825 §. si nauis. ff. ad. l. Aquil. & † si statutum punit insul-
tum factum ad domum, haber locum si propè do-
mum fiat per quinq; pedes, secundum Bal. in. d. §.
similiter. sed Bar. in. l. item apud Labeonem. §. si con
uitium. dicit, ꝙ haber locum si fiat in porticu, vel in
hostio. & idem Bart. in. l. meminisse. ff. de offic. pro-
consul. & leg. Et hoc dicit procedere, si statutum di
ceret de insultu facto ad domum; secus si dicat, de fa
cto in domo, quia tunc requiritur, ꝙ intra claustra
domus, per. l. 1. §. in flumine. ff. de fin. & vide Bal. in
l. quidam Iber⁹. ff. de ser. vrb. prę. & nota, ꝙ habet lo
cum siue fiat ad domum propriam, siue ad condu-
ctam. Item si fiat ad domum communem dummo-
do fiat ab extraneo; secus si à condomino serui. Bal.
in. l. illud. ff. de ritu. nupt. & in. l. 1. C. qui test. facere
pos. & per aliquos in. l. serui electione. ff. de leg. 1. &
826 † vtrum statutum, ꝙ punit insultum factum cum
armis, habeat locum in eo, qui armatus fecit insul-
tum. vide Bal. in. l. 1. C. de verb. sig. Bart. in. l. 3. §. ar-
mis. ff. de vi & vi. armata. vbi tenet ꝙ sic. & isto anno
habui de facto, & ita obtinui. ¶ Quinquagesimo
827 quæro, † quare opponantur dicta verba, in platea
communis Senarum &c. Sol. dic, ad designandum
828 locum commissi delicti, † qui ponendus est in inq-
sitione saltem cum duobus confinibus, per quos red
datur locus certus, vt traditur. 2. q. 8. c. libellorum.
licet

licet loquatur in accusatione. & in.l.libellorum. & ibi per Bart.ff.de accusa.coniunctis his quæ tradit. Bart.in.l.2.§.si publico.ff.de adulte. & sequit Ang. in.d.l.si vacantia.& Iaco.But. insti.de actio.in prin. & Bal.in.d.l.ea quidem. & hoc est verum regulariter in omni crimine, quod committendo commit-
829 titur. Fallit tamen † in crimine falsi, in quo non est necesse apponere locum perpetrati delicti, vt no.gl. singularis quæ nõ est alibi, secundum Bald. insti.de pub.iud.post prin.& Bal.in.c.1.quibus modis feu. amit. Sed in delictis, quæ ommittendo committuntur, non est necesse, q apponatur locus; si modo locus non erat declaratus, & certus, in quo aliquis facere debeat qd' omisit; secus si debebat aliquid facere in certo loco, cuius omissio erat delictũ, vt puta custodiam facere, maleficia denuntiare in certo loco, vel quid simile; & hoc casu confinandus est ille locus in quo commissa fuit illa negligẽtia, per.l.desertorem.§.qui stationes.ff.de re milita. tradit Bar. in.d.l.libellorum.qd' no.ad syndicandum officialẽ. Et circa hoc vide etiam Pau. in.l.mora. ff.sol.ma.& in.l.1.C.de his qui.vt indigni. quem ad præsens videre non potui. & vide quòd dixi in.c.1.§.de cri. fal.vers. sed quæro iuxta prædicta vbi dixi post Bal.
830 in.l.presbyteri.C.de epi.& cle.q † si testis, qui commisit falsum in tacendo, q licet tacere non sit factũ, vel non dictum, qd' non representatur sensui, nec circunscribitur loco; tamen imponendus est locus iudicij, quia ille est locus qui circunscribit delictũ. Facit tex.in.d.c.1.& melius probatur in.l.1.§.occisorum.ff.ad Sila. Est tamen aduertendum circa prędicta, q in casibus in quibus necessarium foret locum apponere, q si delictum in quolibet loco est vniformiter punibile, sufficit simpliciter apponere locum; quamuis non apponatur locus loci. Secus si delictum non est punibile, vt puta quia grauius puniatur delictum commissum in platea, quam extra; quia tunc locus plateæ ciuitatis, vel castri ponendus esset; vt probatur in.l.de pupillo.§.qui nuntiat.ff.de no.op. nuntia tradit Bar. in.d.l.libellorũ.& si in certa parte loci nõ esset punibile, & in certa parte punibile ponendus esset, & confinandus ille locus loci, q concluderet delictum; vt puta, si in platea ciuitatis Senarum, locus ante magnificum palatiũ dominorum, vel propè capellam ad.20.cubitos, vel pedes, seu brachia aliqd' q regulariter non est delictum, fit delictum punibile, vt probatur in dictis iuribus & per ea q̃ not.singulariter Bar.in.l.non solum.§.sciendum.ver.sed vt probari.ff.de noui ope.nun.& aduer
831 te etiã, quia † si sunt plura loca eiusdem nominis sub eadem iurisdictione, nec locus aliter specificetur p circunstantias, ita q ab alijs non dignoscatur, non procedit inquisitio, tanquam obscura, & dubia, vt tradit Bar.in.d.l.libellorum.ver.secundo quæro. & in.l.quæ conditio.§.1.ff.de condi.& demon.& probatur in.l.ita fidei.ff.de iur.fisci. Facit qd' not.Bart. in.l.quoties in stipulationibus. ff.de ver. ob. secus si dicta loca sunt diuersæ iurisdictionis, vt dicit Bar.in d.l.libellorum. Contrarium determinat ipse in hoc vltimo casu, in.d.l.quæ conditio, quem sequitur ibi Io.de Imo.Sed Ang.de Aretio in.d.tractatu credit,
832 q primum sit verius; quia † si iudex inquirit de delicto commisso in villa sancti Martini, & plures sint villæ eiusdem nominis, & vna sit subdita sua, & alia
833 non; intelligitur de subiecta. Vnde † de delicto alibi commisso non posset fieri inquisitio, nisi ratione originis, vt tradit Bar.in.l.1.C.de summa Tri. & vide quæ dixi.§.in.5.artic.prin.ver.11.quæro.mouetur etiam quia delicta non debent remanere impunita vt in iuribus vulgatis. sed parum astringunt istæ rationes; sed benè facit qd' dixi.§.eo.artic. ver.23. quæro.ibi, sed quæro iuxta prædicta. Insuper aduer
834 te, quia id qd' dixi.§.† de confinibus apponendis, nõ est necessariũ quãdo locus est publicus, & notorius, vt tradit Bar. in.l.demonstratio falsa.ff.de condit.& demonst.& Bal.in.l.si quis in fundi.ff.de leg.1.vt puta in palatio dominorum, vel palatio Potestatis. Facit q not.gl.in.l.vinũ.ff.si cer.pet.& in.l.1.§.1.C.de rei. vxo. actio. & in.l.1.in fi.ff. de dote præle. & qd'
835 dixi.§.eo.articulo vers.21.qro.& no.q † si aliqs existens in vno loco percutitur, & deinde in alio loco moritur, apponendus est locus pcussionis, non mortis, tradit Bar.in.d.l.libellorum. per.l.ait lex.ff.ad.l. Aquil.& p Floria.ibi.Idẽ not.Bar.in.l.bello amissa. ff.excusa.tut.& in l.damni.§ sabini.ff.de dam.infec.
836 † Quid autem si existens in vno loco percutit telo, vel sagitta existentem in alio loco? distingue, vt Bar. in.d.l.libellorum. & vide Cyn.in simili in.l.1.C.vbi
837 de crimine agi op. & † quid de insultante vnum in vno territorio, & interficiente in alio, vide Bar.ibidem, & Cy.in.l.qui de crimine. C.de accu.&.d. Flo.
838 in.d.l.ait lex.Item † quid de eo qui misit gentem de vno territorio ad aliud, quis locus apponendus sit, distingue, vt Bar.in.d.l.libellorum.& in.l.semper.§. hoc interdictum.ff.qd' vi aut clam. vbi tenet, q lo-
839 cus ad quem. † Quid autem, si volo accusare, vel inquirere cõtra testem de falso, qui iurauit coram iudice in vno loco, & deposuit in alio, vide qd' tradit Bar.in.l.presbyteri. C.de epi.& cle.& q dixi in.c.1. §.de crim. fal.& latius in cle. 1.de offic. deleg. vbi post Pe.& Io.de Imo.dixi, & tenui de loco iuramen
840 ti. Et † quid si vno loco mandatum est delictum, & in alio commissum, debet inseri locus delicti commissi, vbi agitur de puniendo eum ratione commissi delicti; secus vbi ageretur de puniendo eum pena extraordinaria ratione mandati, & vide quæ dixi §.eo.arti.ver.30.quæro, & collige ex iuribus ibi allegatis. Facit q dixi.§.eo.arti.vers.43.quæro, & vide omninò quæ dixi in cle. 1.in verbo, collato vt lite
841 pen.vbi etiam tradidi † quis locus sit apponendus,
842 an commissi delicti, an verò ratificationis. † Quid autem si inquiritur de crimine ciuiliter eo casu quo potest, secundum ea quæ dixi.§.in.8.arti.prin.dic, q etiam apponendus est locus, tradit Bart. in.l.prætor edixit.ff.de iniur.& in.l.1. ff.vti posśid. Bal. in.c.1.qb. mo.feu.amit.Do.me.in.c.tuæ.§.de procu.& notant domini de Rota decisione.43.& est cõmunis * opinio, quamuis Spec. videatur sentire contrarium in tit.de accu.§.2.in tertia parte. Et adde ad prædicta, quæ dicta fuerunt.§.eo.arti.ver.36.quæro, & ex ibi dictis, & ex pluribus alijs præced.qq.& ex dictis etiã in hac quæstione, & ex dicendis etiam in sequentib9 Cõis opi.
843 qq.videtur concludendum, q † in libello inquisitorio debent omnes circunstantiæ exprimi necessariæ ad faciendum delictum punibile, super quo qs principaliter intẽdit inquirere, & punire, & omnes alias. circun-

circunstantias quibus sublatis, quis posset vagari cũ aliena iactura, & sic persona delinquens cum circunstantijs personaliter, vel res in quam delinquitur cũ circunstantijs, delictum cum qualitatibus aggrauantibus, tẽpus, & locum, & cetera huiusmodi similia. Sed aduerte, quia in contrarium fortiter obstare videtur.c.fi.ͅ.de pur. cano.vbi fuit admissa inquisitio generalis, quæ nõ videbatur debere admitti; immo specificandum videbatur crimen cum nomine,& loco secundum præallegatam generalem doctrinam; & tamen ibi indicta fuit purgatio generalis, qđ nõ videbatur fiendum; quia licet aliquis dicatur infamatus in genere; & non de certo delicto,aut contra certam personam, vilipendẽda videt talis infamia, nec videtur indicẽda purgatio taliter infamato,arg. not.in.d.l.libellorum. & quòd legitur, & not. in.c. tuæ.ͣ.de procura.& qđ not.in.c.penul.de elect.lib. 6. Nec enim in criminibus vagari oportet cum discrimine alterius,immo necesse est,quòd certum qd proponatur, vt.ff.de iniur.l.prętor edixit.1.respon. §.& §.ꝗ autem prętor.&.ff.de ver.ob.in.l.vbi autẽ. §.qui illud.&.ff.de iure fisci. in.l.ita fidei. Item est hic tex. expressus in vers.debet igitur. ꝗ in inquisitione talia sunt exprimenda, & specificanda. In cõ-
844 trarium tamen facit,quia † inquisitio fieri potest in genere, vt patet.ͅ.de symo.c.licet Hely.&.ͣ.eo,c.licet.&.c.veniens.c.qualiter.&.c olim.&.c.cum dilecti.&.c.pẽ.&.fi.ͅ.eo.ͣ.de offi.ordi.c.1.&.c.irrefragabili. &.ͣ.de sta.mõ.c.in singulis &.c.ea quæ.ff.de offi.præsi.in.l.3.& in.l.cõgruit. & in auth.de collat. §.iubemus.coll.3.in quibus non habetur,ꝗ aliquod crimen fuerit specificatum, & in genere indicitur purgatio, vt in.c.fi.& in.c.accedens. &.c.constitut'. & c.ex tuarum.&.c.accepimus.ͅ.de purg. can.& in c.nos inter.&.c.fi quis de gradu. &.c.moniales. eo. tit.vbi etiam si in aliquibus exprimantur crimina in genere,scilicet furto, periurio, falso, libidine, & similibus,vt in.d.c.accepimus. non tamen descenditur de necessitate ad specialem expressionem; sicut nec ibi fit.& licet secus fit in accusatione, hoc non est mirum secundum Inno. quia illa est odiosa, & communiter fit ad prosecutionem iniuriæ, & quandoq; grauissimam pœnam habet. Quòd non sic est in inquisitione. Subdit etiam, ꝗ nec aliter esse po-
845 test, nam † propter infamiam fit inquisitio, & indicitur purgatio, vt in dictis iuribus. quæ tñ quandoq; ex in certo authore procedit, de conse.disti.4. c.sanctum est. In accusationibus igitur, & libellis accusatorijs vbicũq; inter partes iure ordinario agatur, & in positionibus, exceptionibus, responsionibus, & simul.ordinariè agitatis, non debet stari si in genere proponuntur; sed sunt omnia specificanda, & declaranda quãdo quis accusatur criminaliter indistinctè.vt patet in eo qđ legitur,& no.in.d.c.tuę. & idem in ciuilibus, & psonalibus accusationibus; licet quandoq; in vniuersalibus admittatur incerta petitio, quando quis non ex facto suo est incertus; sed ex facto aduersarij, vel alieno,dummodo postea in processu negotij declaretur. ff.quorum.leg.l.1.§. qđ autem. de quo dic, vt plenè traditur, in.c.1.& fi.supra de libel. obl. Et idem secundum Hosti. in exceptionibus criminum propositis, ad hoc,vt quis repellatur à testimonio, vel ab ordine, vel à beneficio; sunt enim omnia expressim specificanda, vt in c.super his.ͣ.eo.& in.c.præsentium.§.testes. ibi,primo tamen recepta.&.§.si verò. vers.similiter nominatim. de testib.lib.6.& ibi per Io.Andr.super glo. vbi dicit,hoc per illos tex. non probari. Dixit etiã Inno. quosdam dicere, ꝗ si in modum exceptionis, contra aliquem opponatur, vt à dignitate repellatur, eo ꝗ infamatus est de crimine; puta, adulterio, vel simili, non semper cogitur dicere personam cũ qua commissum est crimen, si iuret se ignorare,arg. ff.de fur.in.l.in actione. Et subdit deinde Hosti. ꝗ vbi aliquis iudex procedit ex officio suo generaliter inquirendo, non habet necesse aliquid specificare illis contra quos procedit; licet postea testes debeant in processu interrogari specificè, & specialiter, vt iudex possit certã ferre sententiam, vt Instit. de actio.§.curare.30.q.5.iudicantem. & qđ legitur & no.ͣ.de testi.c.cũ clamor.& sic loquũt iura.ͣ.eo. qualiter.ͣ.de offi. ord.c.1. &.c.irrefragabili. & de sta. regu.c.in singulis.&.c.ea q.cũ alijs similibus. & subdit, ꝗ si quis contra aliquẽ specialiter inqrit, & gñaliter infamatus sit,ita ꝗ non appareat per famã de specialibus circunstantijs idem iuris est. Nec ob. tex.noster in.§.debet igitur. quia intelligendum est secundum subiectam materiam;ita ꝗ, secundum ꝗ fama est generalis,vel specialis capitula generaliter, vel specialiter tradi debent, secundum not. per Io. And.in.c.statuimus.§.ꝗ si ex locutiõe.de sen.excõ. lib.6.& sic locum habet regula,ꝗ tantum facit generalis infamia quo ad omnia, quantum specialis quo ad quædam.ff.per soc.l.actione.§.renũtiare. &.ff.de admini.tut.in.l.si duo. in fi. Et eo modo dicendum est,ꝗ vbi quis est infamatus,nec apparet specificè de speciali delicto, indicenda est purgatio in genere. sic intellige qđ dicitur in.d.c.accepimus. & in contrarijs ibi signatis. verum si de specialitate constet, exprimenda est in purgatione sicut de ipsa constat, cum fieri possit, vt in.c.cum dilectis.ͅ.de pur.cano. 1.respon.vet.cumq;.&.ͣ.de præsump.c.cũ in iuuentute.&.ͣ.eo. tit.c.cũ P.&.ͅ.de purg. can.c.quoties. cum si.& secundum hoc in traditione capitulorum, non est aliquis specialiter infamandus.hoc enim est specialiter obseruandum, ne aliquis cogatur ad denuntiandum occultam infamiam alterius, arg.eorũ quæ leguntur, & not. ͣ.de testi. cog.c.dilectorum. Alioqui si diceretur,ꝗ de necessitate omnes circunstantiæ essent exprimendæ, & qđ aliter non posset inquisitio procedere, sępe contingeret,ꝗ multa occulta publicarentur, & plerunq; correctiones peccatorum impedirentur contra mentem, & verba iuriũ prædictorum secũdum Inn.& Host. Et pdicta quasi formaliter ponuntur per Io.And.in.c.fi.ͅ. de purg. cano.Et eandem sententiam licet sub paucis verbis, in effectu sentit Paul.in cle.constitutionem.de elec. in verbo,circunstatiarum. Sed tu aduerte, quia Iac. Butri.vt supra dixi, in hac.q.&.ͣ.q.36. quem etiam sequitur Bar.in.l.3.§.si publico. ff.de adul. & plures alij,de quibus.ͣ.feci mentionem,tenent contrariũ, volentes, ꝗ sicut in accusatione; ita & in inqsitione debeant exprimi omnes circunstantiæ delicti; quia
846 † inquisitio succedit in locum accusationis, vt sę-
847 pius dictum est. & † ad tex.in.c.fi.ͅ.de porg.cano. respondet Bar. ꝗ procedit quando fit inquisitio nõ ad pœ-

ad pęnam imponendam; ſed vt prælatus, tanquam
indignus remoueatur ab adminiſtratione, quo caſu
848 etiam † tutor, tanquam ſuſpectus poteſt remoueri
ex generali ſuſpicione, vt.l.hæ enim cauſæ. ff.de ſu-
ſpec. tuto. & ſic videtur idem dicendum in prelato
propter generalem infamiam. Sed dicit D.m.in.d.
849 c.ſi.aduertendum eſſe, quoniam † priuatio benefi-
cij in clerico, videtur eſſe pœna non modica; cum
ex illo ſuſtentetur, & fortè tale beneficium multis
ſumptibus acquiſiuit, & laboribus, vt dicit tex.in.c.
ſuper hoc.ſ.de renuntiat. Facit qđ no. in.c.ſup his.
ſ.eo.& in.c.quærelam.ſ.de procu. Nec obſt. ſimile
de tutore, quia eſſe prælatum eſt honor, & commo-
dum; ſed non ſic eſſe tutorem. & ex hoc dicit ſatis
dubitari poſſe de dicto Bar. Sed defendendo Bar.di
cit poſſe dici, ꝙ aut inquiſitio fit, vt prælatus dumta-
xat remoueatur ab adminiſtratione; non autem
vt pœna inferatur; & tunc non dicatur cauſa crimi-
nalis, vt dixi in.c.ſuper his.ſ.eo. Et hoc caſu proce-
850 dit opi. Bart. Nam † infames non debent admini-
ſtrare in eccleſia Dei; maximè cum ſe purgare non
poſsint. ſecus videtur, quando iudex procedit in-
quirendo, non vt remoueat ab adminiſtratione, ſed
vt puniat de delicto, & tunc non procedit dictum
Inno. Ex quo infert D.me. ꝙ vbi prælatus procedit
contra ſubditum beneficiatum, & non exprimit ad
quem finem agat, qđ tunc pœna ſit arbitraria, &
poſsit punire aliter quam priuãdo beneficijs, vt not.
in.c.inquiſitionis.& tunc non admittetur inquiſitio
851 ſine circunſtantijs, ſicut dicimus † quando agitur
de iniuria criminaliter, vt non poſsit interuenire ꝓ-
curator; quando pœna eſt arbitraria, ex eo, quia po-
teſt contingere, ꝙ imponatur pœna corporalis, de
quo arti.latiſsimè dixi in.5.q.primæ.q.princ.ſecun-
di artic.princ.in.c.veniens.ſ.eo.& hæc dicit Do.m.
notanda; quia quotidiana ſunt.& ſubdit, ꝙ conſide-
randum eſt, qđ Innoc.tacitè ſentit prædictam opi.
Iac. & Bar.in eo, qđ reddit rationem ſpecialitatis;
quia inquiſitio fit vt inniteat bona fąma, & vitetur
infamia, quæ quidem ratio non procedit, quando
fit inquiſitio principaliter ad pęnam imponendam;
& ideò in foro ciuili cum ſemper inquiſitio fiat ad
pœnam imponendam, debent exprimi circunſtan-
tiæ. Nec Inno. videtur ſentire contrarium per præ-
dictam rationem; & ſic reſidet D.me.& hæc opinio
mihi placet, vnde conclude, vt ſupra dixi, ꝙ in hac
ſpeciali inquiſitione ad pœnam imponendam lo-
cus, & tempus exprimi debent, & aliæ circunſtan-
tiæ. Vnde ſi inqritur de homicidio exprimatur quẽ
interfecerit, vbi, & qñ; Si adulterium, ſeruetur qđ
habetur.3.q.8.c.libellorum. & hoc ne cum alterius
detrimento vagetur in incerto, vt.d.l.prætor edixit.
&.c vt qui duos.de elec.lib.6.de teſtib.c.præſentiũ.
& ibi not. Inno.& Archi. Vel poſſet dici fortè, ſal-
uando vtranq; opinionem, ſi pars non opponit pro-
cedit inquiſitio ſine ſpecificatione circunſtantiarũ;.
ſed parte poſtea petente ſpecificationem circunſtan
tiarum tenebitur inquirens ſpecificare. Nec per hoc
852 dicitur aliquid de nouo proponere; quia † qui decla
rat, non mutat, vel aliquid de nouo proponit; ſed
propoſitũ declarat.ſ.de dilat.c.literę.&.ff.de teſta.
l.hęredes palam. §.ſed & ſi notã.c.paſtoralis. §.1.de
ſen.excom.plus tamen placet præcedens opi. Sed in
generali inquiſitione, & in ea quæ fit ſuper ſtat eccle
ſiæ, & ſimil.non videtur hæc neceſſaria, vel quando
fieret ad finem indicendæ purgationis, vt ſic per eã
rediret quis ad bonam famã. Ita poſſunt intelligi iu
ra.ſ.in contrarium allegata, & vide omniuò quæ di
xi.ſ.ver.36.quæro. Sed quæro iuxta prædicta, pone,
853 † ex forma ſtatuti in inquiſitione non requiritur lo
cus, vel tempus, an ſaltem requirantur in probatio-
ne? Sol.Bar.ſi rectè memini, conſuluit in hac quæ-
ſtione, & incipit, conſiliũ populi hñs. Sed ad pſens
videre non potui; quia fuerunt mihi ſubtracta, &
erat in ordine conſ.39.&c. ¶ Quinquageſimopri-
854 mo quæro, † quare apponantur illa verba, iuxta pa
latium dominorum. Sol.dic, ꝙ dicta verba non ſunt
neceſſaria, niſi ad maiorem demonſtrationem loci
in quo perpetratum eſt delictum, vel niſi ponantur
ex eo ꝙ augumentetur, vel duplicetur pęna propter
delictum ibi perpetratum, ſecundum ea quæ late
dicta fuerunt in præcedentibus. ¶ Quinquageſimo-
855 ſecundo quæro, † quare apponantur illa verba. Et
contra dictum A.Sol. dic, vt denotetur perſona in
qua commiſſum fuit delictum. ¶ Quinquageſimo-
856 tertio quæro, † quare apponantur illa verba, dixit
verba iniurioſa, & contumelioſa. Sol. dic, vt deno-
tetur hæc ſpecies delicti, quando tale delictum com
miſſum fuit. Nam hæc verba ſunt apponenda ſecun
dum facti contingentiam, ſi ſic in facto contingit,
vt dixi.ſ.q.25.& idem dicendum eſt, de pluribus
alijs ſpeciebus delictorum, de quibus.j.ſubijcitur.
Nam ſi ſingula perpetrata ſunt, prout ſingulariter
perpetrata ſunt, in inquiſitione ponenda ſunt; quo-
857 niam ex pluralitate, & geminatione delictorum,
multiplicatur, & augumentatur pęna. De qua mate
ria vide tex.in.c.1.qui cleri. vel vouẽ.& Bar.& Doc.
ibi, & in.l.nuuq̃ plura.ff.de priua.delic. Bart.in.l.ſe-
natus.§.1.ff.de accuſa.&.l.ſi adulterium cum inceſt.
§.1.ff.de adulter.&.l.ſanctio.§.1.ff.de pęnis.l.agra-
ria lege.de termi.mo.&.l.ſi in rixa. ff.de ſica. & per
Bal.in auth.ſed nouo iure.C.de ſeruis.fugi.& in.l.cũ
rationibus.C.qui accu.non poſ.& per glo.& Bar.in
l.ſi.C.de primip. lib. 12.& tradit Bal. ĩ d.l.quicũq;.
C.de ſeru. fug.vbi ponit plures notabiles quæſtio-
nes.& per glo. 15.q.8.c.ij.qui. & traditur.25.q.2.c.
ita nos.& de cohabi.cleric.& muli. c.clericos.& per
Bar.in.l.vulgaris.§.1.ff.de fur. & per Io.An.in reg.
in pęnis.& in reg.in obſcuris.de reg. iur.libr.6.& in
reg.delictum. in mercurialibus.glo.cle.1.de priuil.
Spec.de contuma.§.nunc dicamus.verſic. ſed pone.
858 † Quando autem dicatur iniuria illata, & quæ diffe-
rentia ſit inter verba iniurioſa, & minatoria, aut dif-
859 famatoria, & † an blaſphemare ſit verbum iniurio-
ſum, & quæ differentia ſit inter blaſphemare, & ma-
ledicere, vide per Bar.& Doc.in.l.turpia.de lega.pri
mo.& in.l.item apud.§.ſed qđ adijcitur.ff.de iniur.
& quæ dixi in.c.2.ſ.de male. & quæ dicam latius in
rub.de iniurijs.in quo titulo, in locis congruis dice-
mus de pęna, & alijs neceſſarijs ad materiam iniu-
riarũ; hæc enim & alia ſimilia circa alias ſpecies de-
lictorũ ſunt requirenda in congruis titulis. ¶ Quin-
860 quageſimoquarto quæro, † quare apponantur illa
verba. Che mi hai adulterata la mia donna. Sol.dic,
861 vt dixi in.q.præced.in prin. Et † quid ſit adulterium,
& quæ differentia ſit inter adulterium, & ſtuprum,
inceſtum,

incestum,& fornicationem, vide quæ dixi in rub.de
adulte.& de. qq.quæ circa hanc materiam adulterij
contingere possunt, & qua pœna singulæ species ꝓ-
hibiti coitus sint puniendæ, videndum est sub con-
gruis titulis.ff.&.C.de adulte.&.Ꝫ.de adulte. & ma-
ximè per summistas Azo. Goff.& Hosti.& alios.
862 ¶ Quinquagesimoquinto quæro,† quare apponan
tur illa verba, Che hai tradito la patria tua.Sol. dic,
vt dixi.53.q.denotatur enim species alteri' delicti,
& quasi crimen lęsæ maiestatis. Et idem dicendum
de omnibus alijs verbis sequentibus, per quæ deno-
tantur diuersæ species delictorum, de quorum deli-
ctorum materia, & quid sint, & quando committi
dicantur, & in quibus personis vendicent sibi locũ,
& quæ sit pęna, recurrendum est ad proprios,& cõ
gruos titulos; & maximè ad summistas, & etiam ad
Spe.& de hoc crimine,ꝙ est crimen lęsæ maiestatis,
seu perduellionis videndum est in titulo. ff.&.C.ad
l.Iul.maie.& de falsario in tit.de fal. & de incendio
in tit. de incen.rui.naufra. & sic de singulis. & etiã
sunt mihi circa prædicta verba, pro notitia inquisi-
tionis formandæ aliqua specificè examinanda.
863 ¶ Quinquagesimosexto quæro,† quare apponan-
tur illud verbum admenauit. Sol. dic, ꝙ istud ver-
bum est iuxta vulgare Italicum, qđ idem importat
ꝙ vibrare. & est ponendum in inquisitione, & adij-
cenda species armorum, an fuerit cultellus, telum,
seu hasta; vel simplici manu. & quando non fuit in-
secuta percusio,seu vulnus,ita ꝙ delictum persistit,
& finem accepit in sola admenatione,seu vibratione
etiã punibile est,vt est tex. singularis & ibi latè Bar.
in.l.item apud Labeonem.§.si quis plures. ff.de in-
iur. Et quia quandoq; statuta magis puniunt,si ta
le delictum committatur cum vna specie armorum,
quam cum alia,exprimenda est species armorum;vt
in simili dictum fuit.Ꞩ.q.23.29.&.41. Sed si ex tali
vibratione, seu admenatione sequutum fuisset vul-
nus, seu percusio; ita ꝙ maior esset pęna de vulne-
re, quam de percusione, tunc non esset necessarium
facere mentionem de admenatione, sed solum de
vulnere;quia vibratio tunc confunditur cum vulne-
re, secundum ea quæ dixi. Ꞩ.q.quadragesimanona.
864 ¶ Quinquagesimoseptimo quæro, † quare dicatur
sanguis exiuit.Sol. dic, ꝙ istud ponitur ad denotan
dum vulnus, seu percusionem grauius vindicandũ,
seu vindicandã, & puniendam. Nam communiter,
secundum formam statutorum grauius puniuntur
percusiones, ex quibus sanguis exijt, vel quæ fiunt
cum sanguinis effusione, q̃ si non exeat sanguis. &
865 hic debes animaduertere, ꝙ † differentia est inter
percusionem, & vulnus; vulnus enim propriè dici-
tur fieri, quando fit scissura in cute, vel separatio in
corpore, vt est tex.in.l.si seruus seruum.§.rupisse.ff.
ad.l.Aquil.& ibi do.Flo.& Bar.in.l.prætor.§.si.ff.de
iniurijs.& idem dicẽdum si sit facta talis tumefactio
ex percusione.ꝙ eius causa sit facta scissura,seu sepe
ratio intransitus; licet non appareat,ita ꝙ rumpatur
ꝑ saniẽ intrinsecã, vt dicit Bart.in.d.§si.Bal.in.d.
§.rupisse.dixi. Ꝫ.in rub.de homi. aliàs aũt si non sit
scissura,seu talis separatio, sed solum tumefactio,
tunc dicitur percusio, vt in dictis iuribus. & tradi-
dit Yesse in extrauaganti,quæ incipit dierum. Ioan.
22.quæ notanda sunt singulariter, vt scias formare
inquisitionẽ de vulnere, & percusione, quando pę
næ essent diuersæ. Item est aduertendum circa præ-
866 dicta, qđ differentia est,† vtrum statutum requirat
sanguinis effusionẽ, an vero quòd sanguis exiuerit,
quoniam statutum loquens de effusione,non vendi-
cat sibi locum; nisi abundanter exeat,vt no.gl.in ver
bo effusionem.in.c.cum illorum.Ꝫ.de sen.excom.&
not.glo.in verbo effundentis.in clem.ne Romani.§.
fi.de electio.& per D. m.in.d.c.ꝓposuisti. de cõsec.
867 ecc.vel alta.Facit tex.16.q.1.i.c.reuertimini. vbi †
verbum effusio, denotat abundantiã. & ideo si fie-
ret inquisitio de vulnere cum sanguinis effusione,&
non probaretur, ꝙ abundanter exiuisset, sed parum
sanguinis; tunc non posset seq condẽnatio pro effu-
sione,seu ex forma statuti loquentis de effusione,ita
dicit Bal.in.l.2.C.de iure emphy. Circa quãtitatem
tamen, & abundantiam arbitror relinquendum ar-
bitrio iudicis. Secus si statutum loqueretur, ꝙ san-
guis exiuerit; quia tunc verificatur in quacunq; par-
ua quantitate. Item est aduertendum circa hunc ar-
ticulum vulneris, & percusionis, vt addatur in qua
parte corporis fuit facta percusio. si pęna diuersi-
ficatur, prout communiter prouident statuta, quæ
maiorem pœnam imponunt percutienti in facie, q̃
alibi à facie. Ꝫ. Faciunt ea q̃ dixi.Ꞩ.q.præced.&.q.
23.&.q.29.in simili, & q̃ dixi de tpe, & loco.Ꞩ.q.
36.&.50. Et meritò statuta maiorẽ imponunt pęnã
propter eius excellentiam, de qua de conse. disti.4.
c.propter gloriam. &.ff.de reli. & sumpt. fune.in.l.
cum diuersis.&.C.de pęnis. in.l.si quis in metallum.
868 Vt autem scias† quando dicatur vulnus,seu percus-
sio illata in facie,dic,ꝙ facies protenditur descensi-
uè vsq; ad barbam, & ascensiuè vsq; ad capillos ex-
clusiuè. Ita dicit Ang. in.d.l.si quis in metallum. &
est bo.tex.cum gl.secundum eum in.l.item mela. in
princ.ff.ad.l.Aquil. Sed parum facit iudicio meo;
vnde non contineretur cutis capillorum, aut occi-
put. Secus si statutum loqueretur de percusione fa
cta in capite. Item est àduertendum,ꝙ si ex vulnere,
ex quo remansura est cicatrix venit maior pęna im-
ponenda, vt iudex inquirens diligenter inquirat, &
in inquisitione ponat si ex vulnere remansura sit ci-
869 catrix. Dicitur † autẽ cicatrix,quasi excecans faciẽ,
hoc est deturpans faciem, quæ post sanatum vulnus
remanet. Et aduerte; quia dicit do. Flo. in.l si.ff.de
noxa. per illam glo. per quam probatur, posse esse
duplicem cicatricem; vnam faciem deformantem,
& aliam non deformantem; ꝙ ad hoc vt inquisitio
procedat respectu cicatricis, non sufficit dicere sim
pliciter de cicatrice, sed est necessarium addere de
cicatrice faciem deformante. Facit ꝙ in simili dici-
mus in.l.qui venenum. ff.de ver.sig. & idẽ dicit pre-
fatus.do.Flo.in.l.ex hac.ff.si qua.pau.fe.dica,vbi di-
870 cit,ꝙ † statutum loquens de cicatrice,debet intelli-
gi de tali quæ habeat deformitatem. Item est etiam
aduertendum ad prædicta, ꝙ si ex vulnere sequatur
fortè aliqua debilitatio membri, vt etiam addatur
talis qualitas in inquisitione,per quam pęna grauior
871 venit imponenda.† Quid autem veniat appellatio-
ne membri, vide latè per Bal.in.l.data opera. C.qui
accu.non pos.& per Io.de Imo.in.l.1.ff.de pub.iud.
872 †Dicitur autem debilitatio,quando impedit exer-
citium alicuius membri non data carentia membri;
vnde

vnde pp vulnus,vel pp percuſſioné remanebit pcuſ-
ſo,ſeu vulnerato mébrú neceſſariú,ſed non potés ad
exercitiú appropriatum illi membro. Vnde hæc eſt
differentia inter mutilationem, & debilitationem;
873 quia† mutilatio dicitur fieri propriè ex abſciſſione,
ſeu trúcatione membri, vt in cle.1.de homi.& in.c.
1.qui in cle.vel vo.de quibus dic, vt dixi. s̃.eo.in.c.
accuſaſti.vbi poſui differentiam inter debilitationẽ
mutilationem,deformitatem,& vitium. Et aduerte,
874 quia† ſi in prætioſo pictori, vel ſcriptori, vel ſimili
fabro pollex ſit abſciſus, vel debilitatus, tota manus
videtur debilitata,ar.l.inde Neratius.§. idem Iulia-
nus.verſ. & ideò ſi.ff.ad. l. Aquil. Eſt etiã notandú q
875 ſupra dixi in formatione inqſitionis† de pluribus,&
pluribus vulnerib',q p illa verba intelligũt quatuor
876 vulnera. Nã cũ† verbú pluribus,aut verbú multis ſit
verbum pluralis numeri, & ſic ad pluralitatem refer
tur,ad minus duo intelliguntur, vt regula,pluralis lo
cutio,de reg.iur. lib.6. & in.l.vbi numerus.ff.de te-
ſti. & no.per Bar.in verbo,multis in.l.1.§. hoc reſcri
ptum.ff.ad Sil.& no.glo. inſti. de iure perſo.§.fi.de
quo vide quòd dixi in. c. latores. ĩ. de cleri.excom.
vbi dixi,quòd accipiatur ſecundum ſubiectam mate
riam.& ideò hic cum ſimus in materia penali,ſolum
de duobus intelligemus, per.l.ſi præſes.&.l. ſi de in-
877 terpretatione.ff.de pœnis. † Geminata ergo dicta
verba, geminatum ſignificatum important; & ideò
878 ſi dicitur,† de pluribus,& pluribus,intelligemus de
quatuor,vt in.l.ſi gemina arbor.ff. arbo.fur. cæſa. &
ibi Barto.per illum tex.vbi ſubdit, quòd quando vo
lumus denotare diuerſos actus, proprius eſt modus
loquendi ſi diceremus, percuſſit pluries. & ibi vide
879 per eum ſingulares quęſtiones. † Quando dicantur
plura vulnera, ſeu plures percuſſiones tam ex parte
inferentis,quam ex parte recipientis, ita quòd quis
debeat puniri pro pluribus percuſſionibus, aut vul-
neribus. Et quid ſi cum vna percuſſione,ſeu cum vno
icto fuerunt illata plura vulnera,vt puta, quia cũ bi-
dente,aut raſtro fuit facta percuſſio; vel pcuſſio de-
ſcendit a capite in brachium,& in manus tandé, mu
tilãdo plures digitos vno ictu;vel ſi percutiẽdo quis
vnico ictu fregit os, puta,maxillam,aut détem,& os
fractum vulnerauit linguam,vel guttur,aut palatum
Et ſic de ſimilibus.qq.& quid ſi pluries percuſſi te in
eodemmet loco cum vno cultello, an videantur plu
ra illata vulnera, & ſic de ſimilibus qq. vide ibi per
eum. Et de hac materia vide quæ latè dicam in. c.1.
ĩ. de pœnis. vbi congruit. Quinquageſimooctauo.
880 quæro,† quare apponantur illa verba, & dictus A. ſe
defendendo &c. Sol.non apponũtur de neceſſitate,
niſi prout de facto contingit;& iſta defenſio cũ per-
tineat ad excuſationem delinquentis, potius venit
examinanda in reſponſionibus fiendis per inquiſitũ.
& ideò de ea. ĩ.dicam. ¶ Quinquageſimonono quæ
881 ro,† quare apponantur illa verba, veſtem rubeã &c.
Sol.dic,vt denotetur rapina, ſeu furtum. Vnde de-
bes diligenter animaduertere, quòd ſi inquiſitio ſit
propter rapinam,furtum,inuaſionem,occupationẽ,
deuaſtationem,damnum, aut incendium, aut per ſi-
miles ſpecies delicti in quibus veniat damnum emẽ
dandum,& pœna ſimpli,dupli,tripli, aut quadrupli
rei ſubtractæ,inuaſæ,aut occupatæ, debes diligenter
animaduertere; quia quæcunq; illa res ſit ſiue im-
mobilis,ſiue mobilis,ſiue ſe mouens, debet certis de
bitis demonſtrationibus demõſtrari,ita vt non poſ-
ſit fieri vagatio cum aliena iactura. vnde res immobi
lis demonſtranda eſt per confines,ſecundum ea quæ
dicta fuerũt. s̃.q.37.&.q.50. Si verò eſt mobilis,deſi
gnetur p eius qualitates;vt ſi eſt liber, ponatur eius
facultas,videlicet in theologia,in iure canonico,vel
iure ciuili,& nomen autoris,vt beati Auguſtini, Am
broſij,Hieronymi.& ſic de ſingulis,vel decretum,de
cretales,ſextus Codex,Digeſt.vetus &c.& an in mẽ-
branis,vel papiro,& an ad modum nouiſſimum,no-
uum,vel veterem;& per alia ſigna ſimilia. & ſi fuerit
veſtis,ponatur color,& aliæ ſimiles qualitates, & an
fuerit foderata,vel non,& qualiter,ſeu quibus pelli-
bus,aut ſerico;& ſi fuerit res ſe mouẽs,vt homo,de-
ſignetur per ſtaturam,per pilum,& aliquam cicatri-
cé,aut alia ſimilia ſigna. Si verò equus,aut ſimile ani
mal ſimiliter deſignetur per pilum;vt leardum,mo-
rellum, & ſimilia; Si fuerit triticum deſignetur eius
ſpecies tritici,an frumentum,ordeum; & etiam deſi
gnetur per menſuras, & ſic de ſingulis rebus dicẽdũ
eſt,vt hęc latius traduntur in materia libellorum. &
omninò addatur valor, & communis æſtimatio
ipſius rei,aliàs enim ſi non apponeretur,tunc pro pę
na acciperetur valor minimus rei,per præallegatam
l.p̃ſes. &.l.ſi de interpretatione.ff. de pœnis. ita di-
cit Bar.in.l.pædius.ff.de incen.rui.nauf. per illũ tex.
882 &.l.hoc enim.ff.de ſuſpec.tut. Et aduerte;quia † p-
priè occupatio,& rapina ptinet ad res mobiles, ſeu
883 ſe mouẽtes, † Inuaſio verò ad res immobiles,vt no.
gloſſ.in verbo occupare.in. c.generali. de elect. lib.
6.& vide gloſſ. quæ de occupatione aliter dicit, in
verbo occupare,in.c.dilecto.de ſen excomm. lib.6.
& vide per Archid.12.q.2.c.3. &.glo. 7.q. 1.c. non
furem.& per gl.in verbo,furtum.in. c. dudum. 2. de
elec.& vide glo.1.in.l.domum.C.de rei vend.& tex.
884 inſti.vi bo.rap.§.pen. ¶ Sexageſimo quæro, † quare
apponãtur dicta verba,& vt dict'.S.p̃dicta oĩa habi-
lius committere poſſet, dictus. N. quodam enſe de
ferro &c. Sol. dic, ad denotandam quandam aliam
ſpeciem delicti,videlicet,præſtantis opem. Nam de
notatur aſſiſtentia in maleficio, vt facilius committe
retur per quam aſſiſtentiam cum aggreſſor efficiatur
audacior,& aggreſſus timidior, talis aſſiſtens dicitur
opem præſtare,vt dicit ſingula.Bar. in.l. ſi in rixa.ff.
885 de ſica.& in.l.q ſeruo.§.fin.ff.de furtis. & adde quę
dixi. s̃.q.27. Et aduerte tu † iudex inquirens, quòd
quando ſunt plures vulnerantes, & vnus ſolum vul-
nus intulit mortale,quòd ſi tu iudex vis,quòd etiam
aliqui, qui non lætaliter percuſſerunt, teneantur de
occiſo,vt apponãs poſt narrationem vulnerũ vniuſ-
cuiuſq; hęc verba,quòd vnus alteri dicto homicidio
vt habilius committi poſſet, aſtitit, ita ſingulari-
ter dicit Bart.in.d.l.ſi in rixa.ff. de ſicar. Nam tunc
licet vnus per prius ex ſuo vulnere diceretur teneri
de occiſo,tamen ex eo quia aſtitit vulneri lætali cõ-
ſocij,aſſiſtendo,opem præſtitiſſe videtur, & per con
ſequens tenetur de homicidio,ope p̃ſtito. Et aduer-
te,quia non ſufficit dicere, & ad prædicta commit-
tenda pręſtiterunt auxilium,& fauorem; quia ex tali
inquiſitione non poteſt ſequi condemnatio de auxi
lio;quia non exprimitur qualiter præſtiterunt auxi-
lium,vel fauorem, & ideò dicta verba debẽt intelli-
gi

gi in benigniorem partem, vt in l. præses. ff. de pœnis. & .§. sepius dictum est. quare intelliguntur, quòd vnus percutiēdo præstiterit auxilium alteri, & alter percutiendo alteri; vnde percussio vnius fuit auxilium alterius, & econtra, quare cum de actu percussionis puniatur principalis, non debent puniri vt præstans opem. debent igitur addi verba, de quibus. §. dixi, vt dicatur, quòd alter assistendo dicto maleficio, vt habilius committeretur, opem præstitit, & sic teneretur, ex eo, quòd præstitisset auxilium per alium actum, quam per principalem actum suæ percussionis, de qua principaliter venit puniendus, & quòd licet quis sit præsens maleficio, non dicitur præstare opem maleficio, nisi probetur, quòd ibi assistit vt habilius maleficium posset committi, vt est tex. & ibi Bal. in l. 1. §. sed in eo. ff. ad Sila. & sequitur d. Lodo. Pont. & idem dicendum est si adieceris in inquisitione, quòd vnus alteri cōsilium præstitit. Nā ex eo quod dicit consilium præstitit. opem præstare videtur, vt in l. qui seruo. ff. de fur. vnde istud cōsiliū de necessitate præsupponit alium actum, quam illū de quo inquisitus est, eo quod proprijs manibus cōmiserit; & ideò tenetur de ope, vt singulariter dicit
886 Bar. in d. l. qui seruo. in fi. & † de materia præstantis opem, vide in l. is qui opem. ff. de fur. & remissiones, quas dedi. §. q. 27. Aduerte etiā quòd ad hoc vt possit procedi contra præstātem opem maleficio, oportet, quòd constet principalem deliquisse, & delictū perpetratum fuisse verè, vel per testes, vel per ꝓpriā confessionem principalis, non autem per fictam cōfessionem principalis, vt quia habeatur pro confesso ex forma statuti, ex eo quod contumax. Ita etiam singulariter dicit Bar. in l. si is qui. §. si tu Titium. ff. de furt. & in l. denunciasse. §. si. ff. de adult. & adde ad ꝓ-
887 dicta, quòd † valet processus, si specialiter inquiritur contra aliquem, & generaliter cōtra omnes eius auxiliatores, & mandatores, vt est tex. in cle. pastoralis. de re iudic. & ibi sequitur Petr. de Ancha. de quo arti. dixi. §. eo. in. 7. arti. prin. & est aduertendum circa
888 ca prædicta, quòd † ille qui habebat arma ad latus; licet manum ad arma non posuerit; nihilominus dicitur cum armis præstitisse auxilium, vt singulariter dicit Bar. in l. 3. §. 1. ff. de vi & vi arma. & tenet. Bal. in
889 l. 1. C. de verb. sign. vbi dicit, quòd † statutum quod loquitur de insultante cum armis, habet locum in eo qui armatus fecit insultum; licet manus ad arma nō posuerit. & ita hoc anno de facto obtinui. ¶ Quin-
890 quagesimosexto quero, † quare apponantur illa verba, contra volūtatem dicti. A. Sol. dic. quòd ista verba necessariò apponuntur, quando esset tale quid cōmissum in personam alterius, quòd requireret ad faciendum illud delictum, contrariam voluntatē reci-
891 pientis, seu patiētis. Exemplum in furto, † quod nō potest committi, nisi ex contrectatione facta inuito domino, vt in l. 1. §. furtū. ff. de fur. & in l. inter oēs. §. rectè. ff. de furtis. vel si est talis leuis iniuria, quam quis sola voluntate recipiendo faciat illam non esse iniuriam; vt quia non contineat vulnus, aut fractionem, vel grauem percussionem, vel quid simile, ꝙ qs in personam suā posset cōmittere, vt in l. 1. §. vsque adeò. ff. de iniurijs. & in l. cum trāsactionis. C. de trāsact. Secus autem si esset tale delictum, quod quis ex sola voluntate non posset facere, quòd non esset delictum, vt in homicidio, mutilatione, aut vulneribus adulterio, & si. in quibus, nec quo ad se, nec quo ad alios in ipso actu adhibitus consensus tempore delicti excusat delinquentem, vt in l. raptores. in fi. C. de
892 epi. & cle. cum simi. quamuis si † ex post facto remittatur iniuria, quantum ad ipsum remittentem tolla tur; sed nō quo ad publicam vindictam. vt dicit Bar. in d. §. vsq; adeò. & traditur in l. 2. ff. ad Sila. Nā his casibus non esset necesse adijcere illa verba, contra voluntatem &c. quo ad publicam vindictam; nisi forte ex forma statuti grauius esset puniendum tale delictum propter contrariam voluntatem. Exemplum in statuto Senensi de adulterio quod commissum in vxorem volēte, leuiter punitur, & grauius in inuitā.
893 ¶ Quinquagesimoseptimo qro, † quare apponatur illa verba, contra formam iuris, & statutorum. Solu. dic, quòd apponitur, vt designetur, quòd delictum ex omni capite est punibile. Facit quod dixi in præceden. q. Nam potest contingere, quòd sit aliquod delictum quod ex forma statutorum sit punibile, & ex forma iuris communis non esset punibile, & ecōtra de iure communi esset punibile, & ex forma statutorum non esset punibile, quod fieri potest, secundum ea quæ tradit Barto. in l. 1. §. 1. ff. si quis
894 test. lib. esse iuss. fue. Sicut ergo in simili dicimus, ꝙ † procedit accusatio de consuetudine, peto te condēnari secundum formam iuris, & statutorum, vt no. gl. in l. senatus. & ibi Bar. ff. de accu. & Bal. in l. 2. C. de proba. Ita & in inquisitione, cum iudex in ea repræsentet personam accusatoris, vt no. Bar. in l. 1. §. si publico. ff. de adulte. & .§. sepius dictum fuit. Sed contra prædictam opi. videtur enim quòd dicta verba non possint apponi; quia super legibus non con-
895 testatur lis. Nec † interrogationibus super iure respondendum est, vt c. sopitæ. de censi. traditur in c. 2. de confes. lib. 6. & l. ornamentorum. ff. de aur. & argen. leg. Item quia videntur intētari diuersæ leges, quod est prohibitum. ff. de accu. l. senatus. Sol. Potes dicere, quòd quælibet lex videtur intentari quo ad iuuandum libellum. & si quidem lex communis, & municipalis disponant idem per idem, non est nisi vna lex, vt no. in c. 1. de consti. lib. 6. Si verò habent se vt genus, & species videtur intentata species, & genus, tanquam in specie, non tanquam extra speciem; quia genus repræsentatur in qualibet sua specie, vt. l. 1. ff. si cer. pet. Si vero adinuicem contradicunt, non videtur vtranq; intentare; sed solum id quod ostendit intētatum. Alterum verò quod principaliter nō facit pro intentata inquisitione, vel accusatione, videtur esse quædam allegatio simplex ad corroborationem inquisitionis, vel accusationis; sicut quotidiè faciunt allegantes, qui dicunt, allego talem legē, & si illa lex non determinat hoc, allego statutum municipale; nam nemini prohibitum est vti pluribus rationibus, quæ in varijs legibus consistant. Quoniam si per statutum aliquod est prohibitum, quod nō est prohibitum de iure communi, vt extrahere bladum & inqsitio dicat, ꝙ extraxit bladū cōtra formā iuris & de statutis nihil dicat, ꝙ procedit dicta inquisitio tū rationibus prædictis; tū quia ipsum statutum est pars iuris communis. Nam eius authoritate fit, vt. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. Facit etiam quia cū officialis iurauerit seruare leges, & statuta, ad hoc vt

non

non sit periurus, debet supplere ex eis, etiam partibus inuitis: & standum est; quia in illis non requiritur strepitus iudiciorum, vt. l. lecta. ff. si cer. pet. hæc quasi formaliter dicit Bal. in. l. 1. C. de confes. quæ dicit notanda, quia quotidiana sunt. Sed aduerte; quia licet ita communiter apponantur dicta verba; tamē
896 quia † copula &, videtur de sui natura propria requirere concursum vtriusq;. & sic ex proprio significato videtur requiri, quòd sit contra formam iuris, & statutorum, & sic vtroq; iure prohibitum. vnde ꝓpriè non videtur verificari, si altero tantum iure esse ꝓhibitum. Ideò in talibus, & similibus, ad omnem dubitationem tollendam, sum solitus dicere hoc modo; videlicet cōtra formam iuris, & seu statutorum, vel secundum formam iuris, & seu statutorum. Nam prædicta verba, vt de se patet, copulatiuè, & alternatiuè accipiuntur, & sic verificantur in vtroq;, vel altero tantum. Facit quòd statim dicam in. q. 65. Possent etiam intelligi dicta verba, contra formam iuris, & statutorum, scilicet a iure approbatorum. Circa qđ vide qđ not. glo. & doc. in. l. rerum amotarum. ff. re.
897 amota. ¶ Sexagesimotertio quæro, † quare apponātur illa verba, super quibus omnibus, & singulis. Sol.
898 dic, quòd † cum in libello accusatorio, seu inquisitorio non esset necessaria conclusio, vt. ꝟ. dicam, cōsuetudo tamen obseruat, quòd loco conclusionis apponantur dicta verba, super quibus omnibus, & singulis dictus Potestas procedere intendit, & repertū culpabilem punire; vt statim dicam. ¶ Sexagesimo-
899 quarto quæro, † quare subdantur illa verba, emergētibus, & cōnexis. Sol. dic, ꝙ hæc clausula est magni effectus, quoniā si inquireretur simpliciter de vulnere, nō posset sequi cōdēnatio de morte ex eodē ꝓcessu, licet ex vulnere esset secuta mors, vt not. Bart. in. l. prætor edixit. ff. de iniur. & in. l. nunquam plura. ff. de priua. deli. dicam. ꝟ. in. 15. artic. ptinc. Sed quādo apponuntur dicta verba, vel dicta clausula, quoniam emergens, & cōtingēs est, vt ex vulnere sequatur mors; potest ex eodē processu fieri cōdemnatio de morte; quia quoties iudici inquirenti, pendente iudicio superuenit de nouo ius, quod habuit causam antiquam ante iudicium, valet iudicium, & sequi debet condemnatoria, vt in. l. si rem. §. fin. ff. de pig. actio. & quòd plenè not. Bar. in. l. 1. ff. de excep. quòd tamen intellige si vulnus fuit causa mortis; quia potuit esse quòd fuit mortuus ex negligentia, & ex mala cura, secundum ea quæ latè dixi in. c. præsbiterū. ꝟ. de homicid. item intellige hoc, secundum ea quæ no. Bar. in. l. senatus. ff. de accusa. videlicet, quādo ex forma statutorum requiritur vera occisio, ad hoc vt
900 quis puniatur de occiso. Nam † de iure communi lex Cornelia de sica. non requirit, quòd vulneratus moriatur; sed quòd quis vulnerauerit animo interficiendi, ad hoc vt teneatur de occiso, vt in. l. is qui telo. ff. de sica. Item operantur dicta verba, quia si in inquisitione omittatur aliqua qualitas per quam magis aggrauaretur delictum, vt puta, loci, vel temporis sm ea quæ dixi. ꝟ. ver. 45. & versi. 50. quæro. Nam si inquisitio sine dictis verbis esset intentata, nō posset vigore ꝓcessus inchoati sine dicta qualitate inq̄situs condemnari grauiori pœna, attentata dicta qualitate. secundum ea quæ tradit Bar. in. d. l. senatus. ff. de accus. & in. l. in delictis. §. si detracta. ff. ad. l. Aqui.

& ibi per. d. Flo. & ea quæ dixi in. c. de his. ꝟ. eo. Sed appositis dictis verbis, super emergentibus, & connexis & c. si dicta qualitas probatur in dicto processu, potest sequi condemnatio, arg. no. in. l. 1. C. de ordi.
901 iudi. ¶ Sexagesimoquinto quæro, † quare apponantur dicta verba, secundum formam iuris, seu statutorum, & sic ponitur disiunctiuè, non copulatiuè. Sol. Bar. in. l. 2. §. si publico. ff. de adulte. videtur velle, ꝙ hęc clausula sit vtilis, ad hoc vt inquirens possit punire repertum culpabilem, vel secundum formā iuris, vel secundum formam statutorum. Nam poterit ipse alterum sequi. circa quod vide quòd tradit idē Bar. in. l. 1. C. de summa Tri. & fi. catho. ver. item quęro, quid si hoc in statuto. Et adde quæ dicam in. 14. prin. arti. in. vers. 5. quæro. Est etiam vtilis dicta clausula, ex eo, quòd per ipsam iudex præsumitur nolle procedere connexè, sed diuisim; cum dicta clausula sit diuisoria, & ideò sufficit alterum ex intentatis ꝓbati. Nam cum non loquatur copulatiuè; sed alternatiuè; sufficit alteram partem adimpleri. Facit qđ no. Bal. in. l. 2. C. de proba. & quod no. d. Flori. in. l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. importat enim ista clausula in criminalibus illum effectum, quē in ciuilibus importat clausula non astringens se ad aliquod onus probationis & c. & quantum etiā illa clausula, & prædicta dicit, & petit fieri coniunctim, & diuisim; de qua clausula vide in. l. diuus. ff. de re ind. & per Bar. in. l. edita. C. de eden. Item importat secun
902 dum Ang. de Are. † effectum illius clausulæ, quę cōmuniter ponitur in libellis, petens sibi iustitiam administrari. de qua dic vt in. c. 2. ꝟ. de otd. cog. & c. 1. de mutu. peti. & per Ioā. de Imo. in. l. si cum nulla. ff. de re iud. & in. c. si cautio. ꝟ. de fide instr. & per Bal. in. l. incerti. C. de interdi. & effectum illius clausulæ, & prædicta petit non tantum dicto modo; sed omni alio meliori modo & c. de qua per dictū Io. de Imo. in. l. si cum nulla. & in. d. c. si cautio. & adde quę di-
903 xi. ꝟ. q. 62. ¶ Sexagesimosexto quæro, † quare apponantur illa verba, die. 20. Iunij inchoata, facta, & formata fuit & c. Sol. dic, quòd hec verba habent illum effectum, quem verba sonant, videlicet, cognitionis, inchoationis ipsius inquisitoris, quę cognitio potest multos notabiles effectus operari. de quibus videbimus. ꝟ. eo. 18. ptin. arti. Operatur etiam & alios effe
904 ctus hæc cognitio. Pone enim, quòd † statuto cauetur quòd potestas debeat causam inquisitionis expediuisse intra mensem a die inchoati processus. Nam per illam clausulam dicitur inchoari inquisitio. Facit quòd no. in rub. C. de in ius voc. & inst. de perpe. & tē. ac. §. fi. & quòd no. in simili per Guil. & doc. in. l. 1. ff. de in ius voc. Facit. l. 2. C. vt intra certum tēp. Item possunt operari respectu præoccupationis, stātibus statutis, quòd inchoata inquisitio per vnum officialem non possit alius de dicto delicto cognosce-
905 re. de qua † materia præoccupationis, vide per doc. in. l. si quis postea. ff. de ind. & ꝑ Bart. in. l. sepulchri. ff. de sepul. vio. & l. 2. ff. de custo. reo. & l. 1 ff. de pœnis. & per Bald. in. l. 1. C. vbi de cri. agi oportet. per Bal. authen. sed nouo. C. de ser. fugi. & l. 1. in. fi. C. de spor. & Bar. in. l. 1. ff. de offi. consul. Ioan. And. in. c. 1. de obli. ad ratioci. Item possent operari hæc verba alium effectum, qui colligitur ex dictis Bar. in. l. fi. ff.
906 si quis test. lib. es. ius. fue. Pone enim, quòd † statuto diceret,

diceret, quòd potestas solum posset inquirere de delictis commissis per annum ante inchoatum processum; vnde ex die commissi delicti, & ex die dictæ inchoationis inquisitionis poterit cognosci an fuerit præscriptum potestati cognoscendi. Sed circa prędictam materiam; iudici inquirenti possent occurrere plures dubitationes, quas sub compendio decidēdo subijciam, Prima an dictum statutum habeat locum in delictis occultis, & Bar. in. d. l. si. ff. si quis tes. lib. ess. ius. fue. dimisit indiscussum. videtur tamen Bar. ibi, coniuncta. l. pen. eo. ti. inclinare in hanc distinctionem, quòd aut delictum, & persona delinquētis erat incognita, vt in exemplo quod formarat de falsitate; & tunc non currit pręscriptio, alias secus; quia cum maleficium esset notum iudici; potuit inuestigare, & inquirere, & scire malefactorem; quòd si nō fecit, sibi imputet, & sibi currit præscriptio, arg. regulæ, quę non facit. ff. de reg. iur. Et hanc consulēdo secutus fuit quidā D. Lod. de Alberg. de Are. Doc. solemnis. Idem tamen Bar. in. l. eum qui. §. in popula-ribus. decidit, quòd solum currit tempus a die scientiæ. Sed Bal. ibi tenet contrarium; quia accusatio, vel inquisitio est certa, eo ipso, quòd est commissum delictum; ergò ignorantia nō impedit pręscriptionē, maximè, quia in pręscribenda libertate non requiritur factum præscribentis, nec requiritur scientia, vt ff. quemadmodum serui amit. in. l. si partem. §. si per fundum. Et idem tenet Bal. in. l. geneto. ff. de his qui not. infa. vbi etiam dicit, quòd quantuncunq; inquisitus post præscriptionem completam ex lapsu temporis fuisset confessus deliquisse, nihilominus esset absoluendus; quia paria sunt absolutum esse, vel maleficio præscriptum esse, vt in. l. sed si vnus. §. si cū ante. ff. de iniur. Facit. C. de iniurijs, in. l. si non cōuitij. Tetigi in. c. de his. §. eo. vbi reprobaui hoc dictū de confessione; quamuis in contrarium faciat, eo quòd talis confessus videtur prorogare iurisdictionem illius iudicis de tempore ad tempus, cū alias esset suus iudex, quòd potest, iuxta nor. per Cyn. & Bal. in. l. si ex consensu. C. de episc. audi. tenet Ang. de Aretio. in tractatu maleficiorum, in versic. comparent inquisiti, & confitentur. Sed non placet, quia ista nō est simplex prorogatio tēporis ad tempus. immo esset rei extinctæ ad diem suscitandam, quòd esse non debet. Vide quòd dixi in. c. de his. §. eod. in. 11. artic. princ. Nec ob. secundum eum, quòd delicta remanerēt impunita, quia non omnia illicita puniuntur, vt. l. pen. ff. quòd met. causa. Et ad hoc dicendum allegat etiā theoricam Guil. in. l. si cum exceptione. §. 1. ff. quòd met. cau. vbi dicit, q̄ vbicunq; tractat de odio finiendo propter tēpus, īntelligitur cōtinuū, & currit etiā ignoranti, vt in. l. si. ff. de dolo. & in. c. statutū. in vers. numerandum. de preben. lib. 6. Sed ita est in casu nostro; igitur &c. Et hoc etiam tenet Bald. in. l. fi. C. de dolo. Sed aduerte; quia vt dicit do. Ludo. Pon. in. l. 1. §. occisorum ff. ad Sila. §. si per fundum. nō probat prædictam opi. quia vt ibi no. Bal. ille tex. loquitur in præscriptione extraiudiciali, quæ causatur ex non vsu, & ideò currit etiam ignoranti. Secus est in prescriptione facti iudicialis; vt est in casu nostro. In qua etiam si tractatur de odio finiendo, aut libertate inducenda non currit nisi a die scientiæ, vt. l. annus. ff. de calum. & in. l. cum sex. ff. de ædili. edicto. & sic videtur, quòd non curat ignoranti secundū d. Paul. de castr. in consil. suo, quòd incipit, Potestas supradictus nō habet in syndicatu &c. Quidam doc. qui idē consuluerunt, dicunt, quòd non omnis ignorantia ius potestatis conseruat. Nam quędā sunt crimina q̄ per diligentem inuestigationem, & inquisitionē generalē potuissent in notitiam Potestatis deuenire; quia non sunt ita occultè commissa, quòd de facili non possint deuenire in notitiam per generalem inquisitionem, de qua in. l. congruit. ff. de offi. presi. ad quam iudices tenentur. Secus est in crimine falsitatis quod secretissimè committi potest. Nam hoc casu ignorantia conseruat ius inquisitionis, quia fundata est super iusta rationabili causa, vt. l. semper. §. sed & si is. ff. quod vi aut clam. quæ probat istam distinctionem; quæ probatur etiam ex coniunctione duarum legum, videlicet ex. l. penul. coniuncta. l. fin. ff. si quis testamen. lib. esse ius. fue. Nam. l. pen. probat primū membrum de his, quę potuerunt aliquo modo in notitiam deuenire. l. fin. probat secundum. Et pro dicta distinctione dicunt esse casum, in. c. cum in tua. §. qui ma. accu. poss. Et videtur, q̄ hæc distinctio sit satis rationabilis, vt si aliquo modo potuit inuestigari delictum, quòd currat tempus; quia redarguitur negligentia eorum, ad quos pertinet; tam officialis, quam etiam aliorum. Sed si delictum est omninò secretissimum; tunc non est quod imputari possit officiali, aut partibus. Sed aduerte; quia dominus Nellus de sancto Gemini. in tractatu bannitorum, in, 3. q. secundæ partis primi temporis simpliciter tenet, quòd non possit cognoscere, etiam de omninò occultis; quia annalis pręscriptio, quam introducit statutum, succedit in locum pręscriptionis. 20. annorum, de qua in. l. querela. C. de fal. aut similis. & sic assumit illius naturam, vt. l. eum §. qui iniuriarum ff si. quis cau. Sed tales præscriptiones currunt etiā ignoranti, vt. l. omnes. & l. sicut. C. de pręscrip. 30. vel. 40. annorum. & l. si quis emptionis in fin. iuncta. l. absentem. ff. de pœnis. ergò & hęc annalis. pro qua opi. videtur casus in d. l. pen. & ibi tenuit Ang. quia ab ipso initio temporis commissi maleficij ortum fuit ius, & actio; licet propter ignorantiam non fuerit deductum in iudicium; & ideò ignorantia non nocet initio cursus præscriptionis, vt. l. si partē. §. si per fundū. ff. quemad. ser. amit. Et est ratio secundum eum, quia præscriptio currit absq; aliquo facto ipsius præscribentis, & est præscriptio fauorabilis. Sic etiam dicitur, in. l. sequit. §. si viā. ff. de vsucap. & allegat. Guil. ita tenuisse in dictam. l. si cum exceptione. §. 1. Et ita dicit d. Nellus se pluries obtinuisse, & consuluisse, & vidisse iudicari; licet quandoq; viderit contrarium ob immanitatem criminis, & baliæ concessæ officiali. Et aduerte; quia secundum eum hę dubitationes procedunt in quantum respectu talium statutorum esset tractandum de præscriptione. Sed hoc dicētes non rectè sentiunt; quia d. statutum, quod concedit, quòd potestas possit cognoscere tantum de criminibus commissis per annum retrò a die ingressus sui, concedit iurisdictionem limitatam; vt ipse latè tradit ibi in præced. qq. Et sic clarum est, quòd de illo maleficio non habet iurisdictionem, aut cognitionem, vt. l. diligenter. ff. mandati. iuncta. l. & quia. ff. de iurisd. om. iudi. & quia necesse est in inquisitione

appo-

apponere tempus cõmiſsi maleficij, vt dixi.ſ.q.36.
ergò ſequitur, ꝙ ex defectu iuriſdictionis non poſ-
ſet. Et ꝙ habeant iuriſdictionem limitatam, proba
tur etiam, quia tales rectores nullam habent iuriſdi
ctionem, niſi à ſtatutis eis attributam, vt dicam.ĩ.
q.74.in tertio membro. Sed dictum ſtatutum con-
cedit iuriſdictionem de commiſsis per annũ retrò
tñ,ergò &c. Quinimò etiam ſine dictione tantum.
& per has rõnes, & alias plures videtur de talibus ab
eis iuriſdictionem excludere,per.l:cum prætor.ff.de
iudi.&.c.nonne.ſ.de præſump.etſi de iure cõi iuriſ-
dictionem haberent,per.l.maritus.C.de prócura.ſe
cundum veram lecturam. & ſic non videtur tractan
dum de præſcriptione, in qua ſunt dubitationes.ſ.
tactæ. Et ſecundum hoc ſequitur ſingulariter, ꝙ pro
talibus delictis non poſſet poteſtas tales cõtumaces
ponere in banno, ſm eum ibi. 2.3.&.4.q.de qua ma-
teria tangam.ĩ.q.74.in tertio membro. Item ſecun
dum hoc, non obſt. qđ licet virtute obſtantis præ-
ſcriptionis non poſsit ipſo iure cognoſcere, tñ po-
terit per viam reſtitutionis in integrum ob iuſtam
ignorantiam per clauſulam generalem.l.1.in fi.ff.ex
qui. cau. ma. & habetur.l.cum filius. §.in hac. ff.de
verb.ob.& per Bar.in.l.1.§.ſi qs pp. ff.de iti. actuq;
priua.&.l.ab hoſtibus.§.ſi quid ſimpliciter. ff.quib.
ex cau.ma.&.l.Emilius.ff.de mino.&.ff.quod cũ ſal.
tut.l.ſi ſalſo.C.ſi aduerſus ven. pig.l.2.p Dy. in reg.
ſi quis in ius.de reg.iur.lib.6. Quia hic non tracta-
mus de præſcriptione, ſed de iuriſdictione, vt dixi;
Et poſito qđ tractaremus de preſcriptione,tamen
prædicta iura non vendicant ſibi locum in pęnarum
executionibus, vt.l.auxiliũ.§.in delictis ff.de mino.
Et ita reſpõdet Ang. in.d.l.penul.ff.ſi quis teſta.lib.
eſſe iuſ.fue. Quæ ꝑpetuò notabis;quia peregrina,&
907 quotidiana ſunt. Item quæro iuxta prædicta,† quid
in delictis,quæ non habent cauſam momentaneam,
ſed ſucceſsiuam,ſeu permanentem. Exemplum,ali-
quis ędificauit in loco prohibito, & ędificatum te-
net, vel tenet appenſum, & tranſacti ſunt plures an-
ni,an poterit Poteſtas, ſeu officialis de hoc crimine
cognoſcere, non ob.lapſu temporis reſpectu initij.
Glo.videtur velle,ꝙ non,in.l.eum,qui.§.in popula-
ribus. ff.de iureiuran. In contrarium facit.l.1.ff.de
vſufruct accre.& in.l.eum, qui emit. & qđ ibi not.
ff.de fur.Facit.l.ſi.ff.de his qui deic.vel effu. Sed dic,
de hoc articulo vt latè tradit per Bar. & Modernio-
res in.d.l.eum, qui.§.in popularibus. & per Petr. de
Ancha. in cle.1.de conſan. & affi. Et vide omninò
do.Nellum de ſancto Gemin. in tracta. bannito. in
4.q.ſecundę partis primi temp. Et aduerte circa ꝑdi
908 cta, ꝙ ſtante ſtatuto prædicto, † licet Poteſtas non
poſsit principaliter cognoſcere; incidenter,& ſecũ-
dario poteſt,ſm qđ tradit Bal.in auth.qui ſemel.C.
quomodo & quando iudex. Facit qđ not.Bar.in.l.ſi
quis nec cauſam.ff.ſi cer. peta.in illa.q.an valeat ſta-
tutum in ſauorem bannitorũ,de quo ibi per eum.&
in.l.interdũ.§.qui furem. ff.de fur. Sed an ſtantibus
909 ꝑdictis ſtatutis, † licet iudex non poſsit inquirere;
an ſaltẽ talia delicta aggrauẽt alia delicta ſuper qui-
Cõis opi. bus inquiritur. Et ſimilis quæſtio formatur de alijs
delictis alibi commiſsis. Communiter* tenetur qđ
Cõis opi. ſic, per Dy.& alios in.l.ſi cui.§.fin.ff.de accu. Et ita
communiter* ſeruatur per aſſeſſores, quos Io. And.
vocat iudices feroces in addi.Specul.ſuper rubri. de
furt. vbi non firmat aliquam opinio. Sed hoc fir-
mat Bal.in authen. ſed nouo iure.C.de fur. Sed do.
Nellus de ſancto Geminia. in.d. tracta. bannito.
in.6.q.2.partis primi temporis, dicit, quòd quic-
quid ſit de iure, ſi ſtatutũ diceret, ꝙ de talibus me-
leficijs ante tempus, vel in alio loco commiſsis,non
poſsit formari proceſſus, & quicquid actum ſit in
contrarium ſit ipſo iure nullum, talia maleficia ad
aggrauandum non poſſent allegari; quia eorum nar
ratio,& pro illis formatus proceſſus nullum produ-
cunt effectum, vt in.l.ſi pater.C.ne de ſtatu defunc.
& in.l.accuſaturus. ff.de adult. cum ſi. dicit tamen,
ꝙ officiales communiter* ſeruant contrarium,& in Cõis opi.
eorum animarum perniciem, & contra ipſorum iu-
ramenta de obſeruando ſtatuta.Item aduerte ſingu
lariter, ꝙ licet intra tempus ſtatuti iudex incepiſſet
inquirere, ſi tñ inquiſitio non haberet ſua ſubſtan-
tialia, adeò ꝙ eſſet nulla ex aliquo defectu formæ
omiſſæ,& iudex vellet emendare, & talis emendatio
iam fieret elapſo tẽpore, ꝙ hoc facere nõ poſſet,nec
amplius de dicto delicto cognoſcere poſſet;ita dicit
ſingulariter Bart. in q̃ſtiõe de facto determinaſſe,in
l.edita.C.de eden.verſ. pro hoc determinatur quæ-
ſtio. allegat. l.accuſaturus. ff.de adult. qđ eſt nota.
dignum. Facit ꝙ not. Iac.de Aret.in.l.1.ff.de dam.
infec. & ꝙ no.in auth. offeratur.C.de litis conte. &
ꝙ not. Bal.in.l.ſi pater.C.ne de ſta.defunc.& qđ in
ſimili traditur in.c.vt debitus.ſ.de appel. in glo. 2.
& per Io.Andr.in addi. Spec. in tit.de litis conte.§.
effectus. & glo. 16.q.7.§.poteſt. & D.m. in.c.illud.
ſ.de præſcrip.& Bar.in.l.naturaliter.ff.de vſucapio.
Patet igitur ex prædictis præced. quæſtionibus de-
claratam eſſe formam prædicti libelli inquiſitorij,
& quæſtiones ad prædictam formam pertinentes.
Verum circa ipſum libellum, & formam procedẽdi
aliæ plurimæ oriunť dubitationes,quas hic ſubijciã.
¶ Sexageſimoſeptimo quæro Quia.ſ.q.63.dixi, ꝙ
non videtur eſſe neceſſarium, ꝙ in libello inqſitorio
910 ponatur concluſio,vñ quæro † an iſtud ſit verũ ſim-
pliciter. Sol. Ang.in.l.ſi vacantia.C.de bo.vacan.lib.
10.tenet, ꝙ non ſit neceſſaria concluſio. qđ appa-
ret ex eo,quia illa non ponitur in.l.libellorum.ff.de
accu.&.2.q.7.libellorum. Item quia ipſum ius con-
cludit ad pęnam, vt in.l.1.ff.ad Tur. Facit ꝙ not.2,
q.3.c.notandum.& qđ tradit hic Inno.ergo eodem
modo non eſt neceſſaria in inquiſitione, cum in lo-
cum accuſationis ſuccedat. Et hoc idẽ tenet Barth.
de Salice.in repet.l.ea quidem.C.de accu.& in.l.pe
nul.eo.tit.& Bar. in.l.2.§.ſi publico.ff.de adulte. &
Bal in.l.ſi quis ſe. in ſi. C.de accuſat. & Bart. in.d.l.
libellorũ. & hoc dicit Bal. teneri per omnes Doc.* Cõis opi.
& allegat etiam Bal.gl.1.q.4.c.quia præſulatus.Ad-
uerte tamen,quia gl. illa loquitur in ſpoliatione, &
poſſeſſorio recuperãdę, ꝙ non ſit neceſſaria conclu-
ſio. Tamen cõtrarium voluit Hoſt.in Summa,in tit.
de teſtitu.ſpo §.à quo.verſ.eſt autem notãdum. Sed
nõ eſt materia noſtra. Vide per Io.An.in.c.cũ eccle
ſia,&.c.paſtoralis.de cauſſa poſ.& ꝓprie.& p d.Ant,
in.c.in literis de teſti. ſpo.& in.c.examinata.ſ.de iu
di.Sed quantũ ad articulũ noſtrũ dico, ꝙ cõis* con- Cõis opi.
cluſio eſt Doc. ꝙ cõcluſio nõ eſt neceſſaria. ꝙ tenet
Do.me. in.c.1.de lit.conte.in.2.q.ver.hoc eſt alibi.

subdit tñ Ange. ꝙ licet conclusio non sit necessaria in accusatione, aut inquisitione; tamen in Italia sem per ponitur conclusio in vtraq; ; quia accusans sem per petit accusatum puniri, secundum formam iuris, vel statutorum ciuitatis; & inquirens semper cō cludit per hæc verba, de quibus dixi supra.q.63.vide licet, super quibus omnibus, & singulis, connexis, & dependentibus ab eisdem, vt protius extraneis dictus iudex inquirit, & inquirere intendit, & procedere, condemnare, & punire secundum formam iuris, & statutorum ciuitatis; & est valde vtile hanc

911 conclusionē facere. † Iudex enim pōt intentare cer tam legem in accusando.& hoc ēt tenet Bar.in.d.§. si publico. & adde quæ dicā infra in.14.artic.princ.

912 ¶ Sexagesimooctauo q̄ro, † vtrum libellus inquisitorius debeat continere inscriptionē, sicut libellus accusatorius. Sol. dic, ꝙ non. Hoc cōter* tenēt hic Doc.& Bar.in.d.l.2.§.si publico.ff.de adult. Ang.in d.l.si vacantia. quia fama,& clamosa insinuatio, est loco inscriptionis, vt hic.& sequitur Barth.de Salic. & Iac. Butr. in.d.l.ea quidem. & D.me.in.c. fi.ĩ.de purg.can.& est hæc omniū cōis* opinio.& vide quæ Cōis opi.

913 dicam.ĩ.in.14.artic.princ. & † quid sit inscriptio, vide Bar.in.l.si cui.ff.de accu. Ego latius dixi in c.su per his.ŝ.eo.in.fin.gl.2. ¶ Sexagesimonono quæro, Cōis opi.

914 † quid debeat facere iudex post formatā inquisitionem in debita forma, ſm varias casuum contingentias. Sol.dic, ꝙ in quibusdam locis ex forma statuti disponitur, ꝙ copia trāsmittatur ad cameram cōis, ,put est in hac ciuitate,in qua viget statutum, ꝙ immediatē vna copia transmittatur ad Bichernam, & alia ad officiū Montis; vñ iudex tūc immediatē debet dicere, qui dñs iudex vt.ŝ.pro tribunali sedens, cōmisit P.publico,& iurato nuntio cōis Senarum, ꝙ copias dictæ inquisitionis secū portet, & vnū dimittat apud officiales Bichernæ,& aliam apud officiales Mōtis; & hoc appareat in actis,& sub qua die. & demū nuntio referente se dimisisse, & fecisse q̄ ha buit in mandatis, scribi faciat relationem nuntij in actis,& sub qua die.& p̄dcta dispositio videtur satis conformis iuri cōi; quia sicut in ciuilibus vnus libel lus porrigit, & alius datur parti aduersæ, vt in auth. offerat. C.de litis conte.& in.l.1.& ibi Bar.ff.de edē. ita ēt in criminali mittendo copiā ad camerā superio tis, vel ad aliū locū publicū,pinde est ac si iudex inquirens, qui locū tenet partis, vt sępius dictum est, mittendo dictū libellum ad dictū locū daret ipsum superiori, seu iudici. & est satis vtilis hæc ,pulsio iuris municipalis, & ob hanc vtilitatē factū fuisse arbi trot, ne iudices pro libitō voluntatis, possint de facili mutare formā inq̄sitionis , & sic auferre defensionē reo,aut Reipublicæ nocere;qm̄ oportet,ꝙ inquisitio sit conformis exēplato transmisso ad came rā publicā,vel similia loca,arg.l.si qs ex argentarijs. §.ex hoc edicto.ver. ptinere. & ibi Bar.ff.de edē. & in.l.Sēpronius.ff.de leg.2.& est ēt aduertendū, vt si ex forma statuti alia forma statueret;illa ante oīa ser uanda est,vt sępius dictum est.¶ Septuagesimo q̄ro,

915 † qd debeat facere iudex his peractis.Sol.Io.An.hic in gl.1.in ver. Sed ergo vocato subdito, dicit, ꝙ iudex vocato subdito, cōtra quē vult inqrere, debet dicere subdito, ego intendo inqrere contra te, sup tali crīe,sup quo es infamat*,& si subditus cōfiteret

vtrunq;, scilicet crimen,& infamiam, procedet superior ad pęnam criminis;sed mitius punit pp confessionem. ŝ.de elec.c.innotuit. si negat vtrunq;, scilicet, crimen,& infamiam;vel solam famam,si no ta est infamia, pōt procedere ad inquisitionem veri tatis,non laborando in causa circa inquisitionem famæ.ŝ eo.c.euidētiā. licet tutius sit aliquos testes ad

916 cautelā recipere;tñ,quia† facile dictum vnius sequi tur multitudo, vt.ĩ. de purg.cano. c.cū in iuuētute. §.1.tum quia reqritur, ꝙ infamatus sit apud bonos, & graues, vt sępius dictum est; tum quia multa dicū tur notoria quæ non sunt;ergo ad cautelam recipiat testes.c.bonæ.ŝ.de elect.aliās si appellaret in periculo esset processus, cum sit necesse coram superiore probare infamiam negatam , vt dixi.ŝ.artic.nono. vers.42.q.quare si talis subditus confitetur infamiā, vel sufficienter probatur,secure ,pceditur,vt in.c.qm̄ contra.ŝ.de probatio. Sed hæc practica cōiter non seruatur. Sed communiter * citatur inquisitus , cuius citationis forma hæc debet esse, videlicet,supradictus do. iudex pro tribunali sedens vt.ŝ.commisit P.publico, & iurato nuntio , ꝙ citet, & requirat prædictos S. N. & I. inquisitos, & quemlibet eorum in personis, aut ad domos habitationis , & cuiusq; eorum. Et schedulam continentem totum tenorem dictæ inq̄sitionis secū portet, & ei dimittat, & scribat sub qua die, & adijciat terminū, intra quem debent comparere ad se excusandum, & defendendū, vel ſm formam statutorum si hoc prouisum est ; vel ſm qđ sibi videbitur conuenire; deinde rescribat relationem nuntij, & sub qua die, hoc modo, videlicet ; Qui P. nuntius publicus prædictus retulit se citasse dictos inquisitos,& quemlibet eorū in personis, vel ad domos, ,put contigit &c. & oīa alia fecisse, & dixisse, quæ habuit a dicto do. iudice in cōmissione, & mandatis &c. & est aduertendum circa p̄dicta,ꝙ sicut in ciuili non videt necessarium quōd transmittat copia libelli cum citatorio, vt not. Bar. in.l.si finita.§.Iulianus ff.de dam. infect.& Cy.in.d. auth. offerat. ita ēt in criminalibus de iure cōi nō videtur hoc necessarium; sed videtur ꝙ sufficiat,ꝙ citetur, ꝙ veniat responsurus inquisitioni formatæ cō tra eū super tali delicto, vt not.Bar. in.l.inter accusatorem.ff.de publi.iudi.& ibi etiam Io.de Imo.videtur tamen satis esse cautū , & magis connenire, vt transmittatur copia libelli,& hoc cōiter * obseruat, & practicatur; & ex forma statutorum disponitur;q̄ cōis obseruantia, & practica potuit habere originē ex dictis gl.& Doc. in.c.præterea.ŝ.de dilat.quæ videtur velle, ꝙ debeat mitti copia toti* libelli,vt pos sit reus esse certus,& instructus ad quid citetur ad pe tione actoris. Aliās aūt,si gñaliter citatur vt compareat, nec aliter instrueretur ad quid deberet com parere,& non comparens,non videt esse contumax, arg.tex.in auth.de litigiosis.§.ad excludendas.coniuncto princ.cū fine.& eorum quæ not.Bar.& Io. de Imo.in.d.l.si finita.§.Iulian*.ff.de dam.infect. Sicut ergo in ciuilibus videtur hoc necessarium ; ita & in criminalibus in quibus ,pceditur ad similitudinem ciuilium,vt in.l.absentem.ff.de pęnis.Sed vt dixi,cōmuniter hoc non tenetur de iure communi,vt sit ne

917 cessarium trāsmittere copiā libelli. Nec obstat,† ꝙ dicit glo.in.d.c.præterea. dum dicit,ꝙ debet mitti copia;

Cōis prac.

Cōis prac.

copia; quia intelligi debet generaliter; videlicet, vt
compareat ad reſpondendum ſuper tali delicto; nõ
autem videtur requiri, ꝙ explicitè narretur delictũ
cum circunſtantijs loci, & temporis, & alijs ſimili-
918 bus, vt in.l.1.C de exhibẽ.reis.vbi dicitur, ꝙ† poſtq̃
reus citatus venit, index debet exprimere, & declara
re crimen, & cauſam propter quam fuit citatus, vt
probatur hic in tex.noſtro in verſ.debet.vbi dicitur,
ꝙ ipſi comparenti exponenda ſunt capitula &c. Ex
quibus manifeſtè colligitur, ꝙ de iure communi ſuf
ficit citare vt veniat ad reſpondendum ſuper tali de-
licto, ſeu tali accuſatione, abſq; eo ꝙ mittatur co-
pia totius inquiſitionis. & eſt tex.in.c. licet in beato
P.ſ̃.eo.per quem tex.ita dicit Bar.in.l.inter accuſa-
torem.ff.de pub.iudi.& in extrauagan. ad reprimen
dam.verſ.per edicta.& Pe. de Ancha.in cle.1.de fo.
compet.Et eſt aduertendum, ꝙ vt.ſ̃.dixi, terminus
eſt ſtatuendus ad comparendum, & reſpondendum,
ſicut dicimus in ciuili, in auth.offeratur præalleg.&
919 in.l.fin.ff.de ferijs.& in.c.1.ſ̃.de dilat.&† qualis ter
minus ſit ſtatuẽdus in criminalibus, habetur in.l.2.
C.de exhiben.reis.quæ.l.2.procedit de iure commu
ni. Et qualiter per tria edicta terminus ſit ſtatuen-
dus, vide varias opiniones per Bar.in.d.l.inter accu-
ſatorem. Sed communiter per ſtatuta aliter prouide
tur, quæ ſtatuta ſeruanda ſunt, & omninò attenden-
920 da.† An autem iudex poſsit talem terminum abbre
uiare.ſ.iuris communis, vel ſtatutorum? dic, vt tradi
tur p Bar. & Doct.Moderniores in.l.2.ff.de re iudi.
& per gl. in.c.cupientes.in.§.ꝙ ſi per viginti.&.c.li-
cet canon.de elect.lib.6.& in.c.quoniam ſit.& in.c.
cum ſit Romana.ſ̃.de appel. & per Ioan. de Fantu-
cijs, & Doc.in.q.3.c.ſi ſpatium. cum ſimilibus. Item
eſt aduertendũ, ꝙ ſufficit ꝙ talis citatio fiat in per-
ſonam, vel etiam ad domum, vel alibi; ita ꝙ veriſi-
mile ſit ꝙ ad notitiã inqſiti deuenerit citatio, vt in
l.1.ff.de requi.reis. tenent Bart.& Io.de Imo.in.d.l.
inter accuſatorẽ.& vide Spec.in tit.de accu.§.1.ver.
ſed nunquid ſufficit.& hoc etiam cõiter prouidetur
per ſtatuta, ꝙ ſufficiat ꝙ citatio fiat ad domum; &
921 gñaliter † vtrum citatio facta ad domum teneat, &
in quibus caſibus, & quid ſi plures habeat domos, vi
de quæ latè dixi, in cle.cãm.ſ̃.de elect.vbi etiam di-
xi de citatione facta ad ſtationem, ſeu apothecam.&
ſ̃.de dilatio.in rub.A.16.q.2.per totum. Itẽ eſt ad-
uertendũ, ꝙ ſi inquiſitio ſit ad denuntiationem offi-
cialis, dicit Bal.in.l.ea quidẽ.C.de accu.ꝙ iudex ci-
tabit inquiſitum ſub hac forma, ꝙ veniat ad ſe excu-
ſandũ à quadã inquiſitione facta ad denuntiationẽ
talis officialis. Facit text.in.d.l.ea quidem ſm vnum
922 intellectũ:† Quid aũt ſi ſtatuto diſponit, ꝙ de cer-
to crĩe poſsit quis de facto puniri, condẽnari, & ban
niri, nulla iuris ſolemnitate ſeruata; an tunc requirit
citatio: vide do. Nellum de ſancto Gemi.latè diſtin
guentẽ in trac.bannit.in quarta.q.3.tẽporis primæ
partis princ. ¶ Septuageſimoprimo quæro, dixi.ſ̃.
923 ꝙ inquiſitus eſt citãdus; q̃ro nũc, † an ſit citãdus ille
q iniuriã paſſus eſt? Sol. tex.in.l.ſi vacãtia.C.de bo.
vacantib.lib.10.videt concludere ꝙ ſic; vbi patron⁹
fiſci debet eſſe pñſens. nam licet ibi prima fronte in-
quiſitio videat tendere in fauorem fiſci; tñ poſſet in
effectu in eius fraudem redundare; & ideò dicitur
ibi, qđ præſente fiſci patrono debet cã pertractari.
& ex hoc infert ibi Ang. qđ licet ex forma ſtatuto-
rum Tuſciæ Poteſtates habeant arbitrium inquiren
di de maleficijs; tñ non poterunt inquirere irrequi-
ſito illo, qui iniuriam paſſus eſt, ne per eorum inqui
ſitionem poſſent fraudare paſſum iniuriam, punien
do illum qui iniuriam intulit in minus quã debeat;
Aut ẽt abſoluendo iniuriam inferentem, vbi eſſet cõ
demnandus.& hanc opi.ſequitur Ang. in.d.rept.l.ſi
vacantia.dicit tñ, ꝙ de conſuetudine hoc non ſerua
924 tur, nec nos ſeruare debemus, cum † conſuetudo
optima ſit legum interpres. Sed in ciuitate Floren-
tina ſec⁹ ſeruatur per formam ſtatutorũ, nulla enim
inqſitio ibi fieri põt, niſi primo iudex citet paſſum
iniuriam.& hoc multum mihi placet. Quia ſępenu-
mero fiunt colluſiones, quæ non fierent ſi citaret paſ
ſus iniuriã.& adde q̃ dicã.ĩ.in.14.princ.artic.q.17.
925 ¶ Septuageſimo ſecundo q̃ro, † quid ſi paſſus iniu-
riã non citat; quia hoc requirit ſtatutum tñ ipſe cõ-
paret, & vult aſsiſtere cauſę, & ꝓceſſu, an ſit admittẽ
dus? Sol. hãc q̃ſtio.reperio tactã in terminis per do.
Ant.de prato veteri in.l.à ſñia.ff.de appel.vbi per ea
quæ latè ibi dicuntur per Doct.& per eum latius, di
cit ꝙ ſic, ne fortè colludatur cũ inquiſito. Et idem
dicit de ſyndico denuntiante, p.l.accuſatore.§.de-
nuntiatores.ff.ad Turpil. vñ & in curia poterit aſsi-
ſtere, vt no. Spec.in tit.de inquiſitio.§.ſi.verſ.porrò.
Facit ad prædicta ꝙ habetur.ff.ad Turpil.l.1.§.inci-
dit.&.ſ̃.de dolo & cõtuma.c.veritatis.&.ſ̃. eo.c.cũ
926 oporteat.¶ Septuageſimotertio quæro, † quoniam
ſępenumero contingit, ꝙ poſtq̃ iudex formauit in-
quiſitionem, & ſm illã citauit, & propter habitã de
nouo veriorem notitiam, vult addere, ſeu detrahere
aliquam qualitatem. Exemplum inquiſiuerat pro-
pter homicidium cõmiſſum in aliquem, tanq̃ in pu
blicum officialem, cui⁹ homicidij pęna eſt grauior,
quam homicidij commiſsi in priuatũ.vult nunc de-
trahere aliquam qualitatem; vel ècontra, non erat
prius addita illa qualitas, nunc vult eam addere; vel
prius poſuerat ꝙ de nocte erat commiſſum delictũ.
nunc vult detrahere, vel prius nõ poſuerat, nunc vult
addere; vel prius poſuerat ꝙ in platea, quo maior
ſit pęna, nunc vult detrahere, vel prius non poſuerat,
nunc vult addere, & ſic de ſi. quare quæritur vtrum
hoc facere debeat? Sol. dicit præfatus do. Ang. qđ
ante omnia debet citare partem; & ratio eſt quia po
teſt lędi, vt in.l.de vnoquoq;.ff.de re iudi.& ita ſen-
tit Bar.& d.Floria.in.l.in delictis.§.ſi detracta. ff.de
noxa.Sed aduerte; quia hæc ratio videtur conclude-
re reſpectu additionis, pp quam inquiſitus venit ma
iori pęna puniendus; ſecus autem reſpectu detractio
nis per quam venit minori pęna puniendus; quia tũc
pars non lęditur, & ideò ea non citata videtur fieri
poſſe.Sed poteſt reſponderi, ꝙ imo etiam tunc poſ-
ſet lędi, reſpectu abſolutoriæ, quæ veniret pro inqui
ſito, ſi non eſſet facta detractio; ſm ea, quæ dicam.ĩ.
in.15.princ.artic. Secundo ſcias, ꝙ ſicut copia pri-
mæ inqſitionis formatę debuit tranſmitti in Bicher
nam, ſeu ad Montem, ſeu ad camerã fiſcalem; ita hęc
additio, vel detractio, vt tradit in.d.§.ſi detracta. Fa
cit ꝙ not.glo.& Bar.in.l.1.§. cũ adijcitur. & in.§.ſi.
ff.de verb.ob.Et aduerte; qa talis additio debet fieri
ante litem conteſt. vel antequã nomẽ inquiſiti, aut
accuſati ſit receptum inter reos.& ita communiter* Cõis prac.

926 practicatur.nam ſicut † in ciuili iudicio debet fieri
emendatio ante litem conteſtatam, ſecundum ple-
nè tradita per Doc.in.l.edita. C.de edē. ita etiam in
criminali, vbi proceditur ad ſimilitudinem ciuiliū,
vt in.l.abſentem.ff.de pęnis.qđ eſt verum, ſecundum
Bal.in.d.l.edita.in.6.q.princ. ſi qualitas addita, vel
detracta alterat delictum, & delicti obligationem,
& facit ipſum cadere ſub alia obligatione, aut pęna
lege, vel ſtatuto. Exemplum ſi pro maleficio de die
ſit pęna pecuniaria; ſed ꝓ maleficio de nocte ſit cor
poralis quia ſi ſit inquiſitio ſine qualitatę de nocte,
non poteſt fieri additio qualitatis de nocte niſi ante
litem conteſtatā. Si verò qualitas non alteraret deli
ctum, & delicti obligationē, nec ipſum facit cadere
ſub alia lege; tunc poteſt fieri additio, vel detractio
vſq; ad ſnīam excluſiuè, ſecundum eum.& ita etiam
ſentit.Bart.in.l.denuntiaſſe.§.qui tamen.ff.de adul.
exemplum, ſm Bar.ſi ſtatutum dicit, ꝙ pęna in nobi
li pro vulnere duplicetur; quia iſta qualitas nobilis
hoc caſu non facit nouum delictum, aut nouam pœ-
nam; ſed dūtaxat pęnam augumentat. & ideò pote-
rit fieri additio vſq; ad ſententiam, & vide quæ dixi
in.c.de his.ſ.eo.in.12.& vltimo artic.princ. & vide
q̄ dicā.j.eo.in.14.artic.princ.verſ.10.q. ¶ Septua-
geſimoquarto quæro, qm̄ viſum fuit de forma inqui
ſitionis, & modo citandi, & poſt citationem contin
git quòd qñq; inquiſitus comparet, quandoq; verò
927 non comparet, & eſt contumax; q̄ro, † quid debeat
facere iudex in tali inquiſito exiſtente contumace.
Sol. vt hæc quæſtio clarè habeat̄, diſtinguo tria mē-
bra, ſeu tria iura. Primum, quid iuris de iure ciuili.
Secundum, qd de iure canonico. Tertium, quid de
conſuetudine, ſeu ex forma ſtatutorum. Circa pri-
mum diſtingue, ꝙ aut pęna, quæ venit imponēda ex
delicto eſt à relegatiōe. j. Aut à relegatione.ſ. Pri-
mo caſu, iudex examinabit teſtes abſente inqſito, &
habita fide de delicto procedat ad condemnationē,
vt in.l.abſentem.ff.de pęnis.& hoc voluit Bart.ibi &
in.l.inter accuſatorem. ff.de publi. iudic. & hoc eſt
verum, ſecundū glo.in.d.l.abſentem.ſiue ſit abſens,
& contumax ante litem conteſtatam, ſiue poſt.& il-
lam glo.ſequitur Iac. de Are. ſed contrarium tenet
gl.in.l.quoties.C.de digni.lib.10.& Pet.de bel.Per-
tica, qui vult, ꝙ ante litem conteſtatam non proce-
datur ad ſententiam. ita dicit ipſe, vt refert Cy in.d.
l.abſentem.C.de accu.nā text.in.d.l.abſentem.ff.de
pęnis. dicit, ꝙ in criminalibus à relegatione. j. pro-
ceditur adinſtar ciuilium iudiciorum. ſed in ciuili-
bus non proceditur ad ſententiam contra contuma
cem ante litem conteſtatam, vt.ſ.vt lit. non conte.
Cōis per totum igitur &c. Moderniores cōmuniter, * &
opi. Bart.in.d.l.abſentem.tenent primam opi. Nec ob.
ꝙ in ciuilibus non procedatur ad ſententiam; quia
in illis proditum eſt remedium miſsionis in poſſeſ-
ſionem ex primo, & ſecundo decreto. Aut cauſa rei
ſeruandæ ſecundum ea quæ latè traduntur. ſ.de eo.
qui mitti.in poſ.& in tit.de dolo & contu. per totū
& Bart.& legiſtas in.l.ſi finita.§.Iulianus. ff.de dam.
infec.& per Spec.in tit.de primo, & ſecundo decre-
to per totum. ꝙ remedium non eſt proditum in cri-
minalibus à relegatione infra.& ideò lite ēt non cō
te.proceditur ad ſnīam. Non ob.d.l.abſentem. vbi.
dicitur, ꝙ procedit̄ more ciuiliū iudicorum; qa hoc
intelligitur quo ad q̄dam, non quo ad omnia, vt ibi
traditur maximè per Bar. Si verò pęna venit impo-
nenda à relegatione.ſ.diſtingue, ꝙ aut reus inquiſi
tus eſt contumax lite adhuc nō conteſt. Aut cōteſt.
Primo caſu, non eſt dubium, ꝙ non pōt procedi ad
ſnīam diffinitiuam condemnatoriam regulariter, vt
in.d.l.abſentem.in princ.& in.l.1.ff.de acqui.rerum
do. Fallit in caſu.l.ne diu.C.de pęnis.videlicet, in ap
paritore delinquente in officio. & in caſu.l. lege
Cornelia.§.item à diuo.verſi.& qui hoc crīe.ff.ad.l.
Corn.de ſica. videlicet, in ſeruis qui ſpadonē fece-
runt. Fallit ēt in crimine lęſæ maieſtatis, vt in extra-
uagan. Henrici Imperatoris.fit aūt hæc annotatio;
quia reo exiſtente in contumacia bona eius deſcri-
buntur, & adnotant̄ in fiſcum, vt in.l.1.§.ſi pręſides.
&.§.fi.ff.de requi.reis.& in.l.quicunq;. C.eo.de for-
ma huius deſcriptionis, & annotationis, vide ꝑ Spe.
in tit.de accuſa.§.ſequitur videre in princ.& in verſi.
ſed qualiter fiet.& ſi talis contumax, cuius bona ſūt
adnotata venerit.j.annū cōputandū à die qua inno
tuit ſibi de annotatione, & contumacia, vt in.d.§.ſi
p̄ſides.in fin.& in.l.ante.eo.tit.bona p̄dicta denota-
buntur, & ei inſolidū reſtituunt̄, offerendo ſatiſda-
tionē ꝙ reſpondebit inquiſitioni. Quinimo & ſi in-
tra annū accuſatus moriatur, vel intra annū ſatiſda-
tionē p̄dictā offerat, bona p̄dicta ad hęredes trāsfe-
runtur, vt in.d.l.1.§.fin. Si verò perſiſterit in contu-
macia à die notitiæ annotationis per annum; tunc
incipit puniri eius contumacia poſt annum hoc mo
do; quia bona illa annotata confiſcantur, vt.d.l.1.ff.
de requi.reis.& in.l.1.in fi.C.eo.ſed non fit infamis,
licet ſecundum eos grauetur in aliqua eius opi.apud
bonos, & graues, vt dicit Spec.& Io. An.in.d.verſic.
ſed qualiter. admittitur tamen poſt annum, & omni
tempore ad defendendum, vt in.d.l.annus.& in.d.l.
diuus.ff.de cuſto.reo.trādit Bar. in.d.l.1.in princ.ff.
de requi.reis. & aduerte, quia ita demum confiſcan-
tur dicta bona ſi à procuratore fiſci capiuntur, alio-
quin etiam ſi ſint adnotata, niſi fiſcus illa capiat in-
tra.20.annos, poſt.20.annos non poteſt illa petere,
vt in.d.l.anni. & traditur de materia in.l.in omni-
bus.ff.de diuer.& tempo. præſcrip. & dicit Spec. in
d.verſic.ſed qualiter. ꝙ hodiè fortè bona ſeruaren-
tur filijs, & aſcendentibus vſq; in tertium gradum,
vt in authen. vt nulli iudicum. coll.9.& Io. Andr.
poſt Goff. in addi. Spec.tenet, ꝙ etiam dotes con-
ſeruantur vxoribus. Secundo caſu, quando loqui-
mur de contumacia contingēte poſt litem conteſta.
quidam voluerunt, quòd poſsit perueniri ad con-
demnationem de delicto, per. d. l.abſentem. ff.de
pęnis.dum dicit, ſecundum morem priuatorum iu-
928 diciorum. Nam † in priuatis delictis proceditur ad
ſnīam contra contumacem abſentem, vt in.l.prope-
randum.§.1.C.de iudic. & ad hoc etiam adducūt.l.
adulterā. C.de adult.&.l.ſi qui adulterij.eo.tit. Sed
929 † Azo. Vgoli.& Doct.communiter * tenent ibi con- Cōis
trariam ſententiam quam ſequitur ibi Bart. per.d.l. opi.
abſentem. quæ generaliter loquitur, ꝙ abſens non
pōt damnari; ergò nec poſt litē conteſtatā poterit
damnari, & idem probatur in.l.1.C.de req.reis. &
in.l.1.ff.eo.Non ob.l.abſentē.quia dū tex.ibi dicit,
ſm morem priuatorum iudiciorū. intelligit̄ de deli
ctis non grauibus in quibus venit imponenda pœ-
na à

nã à relegatione. ĩ.de quibus statim dixi. Nã obst.
l.adulteram. quia ibi non dicitur, ꝙ damnetur, sed
ꝙ inter reos recipiatur. Non obst.l.si quis adulterij.
quia ibi reus erat præsens contra quem snĩa ferebatur;
licet accusator esset absens. & hæc procedunt
quo ad primum membrum de iure ciuili. ¶ Quantũ
930 verò ad secundum mẽbrum, † quid iuris sm canones?
dicit Spe.in.d.§.sequitur.vers.porrò. ꝙ si lis nõ
est contestata, vel est contestata; sed non liquet de
causa, nec liquere potest; excommunicatur, vt.4.q.
5.c.quisquis.&.5.q.2.c.præsenti.&.11.q.3.c.rursus.
&.c.quicunq;.etsi intra annum venerit, absoluitur,
& auditur super illo crimine; post annũ verò super
illo crimine non auditur. Nã intelligit iuris interpretatione
confessus, vt in.d.c.rursus.&.c.quicunq;.
&.s.de psumpt.c.nullus. & post huius excõicationis
snĩam põt aggrauari, vt procedatur ad suspensionem,
vel perpetuam priuationem officij, & bene
931 ficij; vel ad † relegationem, vt.d §.sequitur.ver.cęterum.
quæ suspensioni comparatur. Si autem lis est
contestata, possunt recipi testes contra eum; & si de
causa liqueat, sententia diffinitiua proferri põt. &
ita intelligit Spec. d.c.decernimus.3.q.9.&.24.q.c.
de illicita. Host. autem non curat an lis sit contestata,
vel non; sed distinguit solum, an liqueat de cau-
932 sa, vel non. ꝙ non admittit Spec. quia † nunquam pceditur
contra absentem lite non contestata, arg.tamen
contra.s.de do. & contu.c.veritatis. vbi testes
contra absentem lite non contestata super crĩe recipiuntur,
& sententia profertur. Sed potest rñderi, ꝙ
ibi absens non condemnatur lite non contestata de
crimine, de quo ibi contra reum agebatur, scilicet
homicidij, incestus, & dilapidationis. sed Papa illum
deposuit, ex eo solo, ꝙ propter contumaciam
excommunicatus, celebrauit. & ibi dicitur in versic.
nos igitur. ꝙ potuit iustè fieri, vt.11.q.3.c.de illis.
ĩ.de cle.excom.mi.c.latores. & sic non est contra;
vel dic si placet, speciale est ad dilapidationẽ de qua
ibi loquitur, vt in ea lite non contestata procedatur,
& testes recipiantur. & est ratio; quia in ea publica
933 commoda periclitantur, vt.3.q.2.c. quia ea quæ. †
1028 esset obseruanda. ¶ Nonagesimoptimo qro, † qd debeat facere iudex post dictam negationem, & cõcessam licentiam? Sol. dic, ꝙ debet animaduertere, vtrum ex delicto, super quo inquiritur, veniret imponenda pœna pecuniaria, an vero causa sit capitalis, aut membri, aut personæ afflictiua. Si venit imponenda pœna pecuniaria, ita ꝙ in defectum, aut in aliquam consequentiam non veniret imponenda pœna corporis afflictiua, secundum ea, quæ latè dixi in c. veniens. s̃. de accus. in. 2. membro princ. in. 4. q. & 5. seq. primæ. q princ. & tradit Bart. in.l. 1. ff. de cust. reo. recipiat fideiussores pro dicto inquisito, vel inquisitis, per.l. 1. C. de custo. reo. &.l. 2. &. 3. ff. eo. sub ista forma. pro quo inquisito, seu pro quibus inquisitis, & quolibet eorũ &c. si sint plures. Paulus Martini fideiussit &c. Et summat hãc fideiussionẽ in plena forma, & lata quantum potest; non solum ꝓ causa principali; sed & pro causa appellationis, in qua condemnaretur, videlicet, hoc, vel simili modo promisit stare in iudicio, & parere iudici, & soluere omnem condemnationem ex dicto processu fiendam in omnem casum quomodocunque, & qualitercunque, & per quemcunque fuerit iudicatum, arg.l. cũ pœna. & ibi glo. ff. de arbit. debes etiam adijcere, siue fuerit iudicatum per dictum iudicem, vel ꝑ aliũ, qui loco sui successerit, vel etiam per iudicem appellationis. Nam si dicta verba non apponerentur, eo ipso ꝙ esset appellatum, fideiussor esset liberatus, vt in.l. cum apud. ff indi. sol. Et idem si acciperetur fideiussor solum de iudicio sisti; quia expiraret fideiussio adueniente sententia, vt in.l. Græce. §. & post. ff. de fideiuss. Facit authen. de his qui ingred. ad appel. in princ. Barto. in.l. si quis reum. ff. de custo. reo. Bal. in.l. qui crimen. C. qui accu. non poss. & Bart. in authen. de exhib. reis. §. illud quoque. vel si esset datus de præsentando, statim lata sententia, esset liberatus, vt dicit glo. in.l. si quis reum. ff. de custo. reo. ꝑ dictam.l. Græce. quòd Bart. dicit ibi procedere, qñ fideiussor esset datus de iudicio sisti. Secus si esset datus de repræsentando quandocunque iudici placuerit, quia omninò post sententiam tenetur sistere, ad hoc vt possit fieri executio, aliàs tenetur ad pœnam. Sed Bal. in.l. qui crimen. C. qui accu. non poss. dicit, quòd Dyn. tenet contrarium in.l. continuus. §. cum quis sub hac. ff. de verbo. obliga. quia ista stipulatio est prætoria, vnde debet interpretari secũdum meo tem pratoris, vt in.l. damni. §. quòd mihi. de dam. infec. & ibi per Iaco. de Are. & hoc dicit Bar. esse ve

1029 rius, quia † verba generalia debent restringi ad id, quòd iustum, non quòd iniustum est. & hæc opinio plus mihi placet, quia ista verba generalia intelliguntur secundum subiectam materiam. s. quãdocunque ante sententiam, & videtur quasi quædam expressio eorum, quæ insunt: & ideò non operatur, vt.l. 3. ff. de lega. 1. Secus si diceretur quandocunque etiam post sententiam. Item si esset fideiussor de parendo, & obediendo mandatis iudicis; quia talis fideiussio etiam expirat lata sñia. vt not. Bal. in addi. Specu. in tit. de reo. in prin. ver. sed quid si quis. Facit qđ not. Dy. in.l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. oblig. debet ergo addi, promisit stare, & parere mandatis iudicis, & pati, & soluere omnem condemnationem, quam de eo dictus iudex, vel alius etiam iudex appellationis, de eo fecerit, vt dictũ est. Adijcere etiã debet alias clausulas obligationis, & renuntiationis, maximè excussionis, & ꝙ toties præsentabit, quoties, & pluries, secundum quòd. ĩ. dicam. Debet etiã iudex diligenter animaduertere, vt idoneum accipiat fideiussorem, & qui sit soluendo; quia aliàs teneretur in syndicatu. Facit.l. 1. §. si magistratus. ff. de magist. conue. & Instit. de satisda. §. sciendum. coniuncta.l. imperatores. ff. de re iudic. vnde bona cautela est, & seruat etiam consuetudo, vt non solũ fideiussorem recipiat, sed etiam vnum approbatorẽ fideiussoris pro idoneo, q tenetur fideiussore non existente soluendo. Facit.l. 2. C de pericu. no. lib. 11. Aduerte tñ, quia de iure non videtur necessarium, ꝙ recipiat talem fideiussorem, arg.l. 1. C. de peric. no. lib. 11. si modo inquisitus sit soluendo, vt ibi. Secus si non esset soluẽdo, arg. à contrario sensu illius tex. Sed statuta communiter ita disponunt; sed si non dispo-

diſponerent hoc,cautum eſt;immò eſt neceſſarium,
ꝙ fideiuſſorem recipiat, vt not.in.l.qui crimen.C.q
accu.non poſſ.loquitur tamen ille tex.in accuſato-
re,vt dicit Bal.ibi in.7.q. ꝙ etiam ſi non eſſet datus
non vitiatur proceſſus.vbi vide, & ꝙ debeat ſuſcipi
1030 fideiuſſor,probatur in.l.1.ff.de cuſt.reo.debet† er
go eſſe locuples pro cauſæ qualitate,& poſſidēs im-
mobilia in eodem foro.ff.qui ſatiſd.cog. in.l.ſcien-
dum.& quod not.in auth.de exhib.reis.§.ſancimus.
&.C.de princ.agen.in rebus.l.fin.lib.12. Fallit pro
neceſſarijs perſonis,vbi accipitur quodcunque offer
tur,dum tamen ſit capax obligationis,vt in.l.2.& 3.
ff.de in ius voc.vt caut,& tenet Bal. in.l.qui crimen.
C.qui accu.non poſſ.Si vero nullum poſſet præſtare
fideiuſſorem,ſtabitur iuratoriæ cautioni, vt in auth.
vt nulli iudicum.§.nec enim.& §.neceſſarium.Facit
auth.cui relictum.C.de indi.vidui. quod notabis ad
excuſandum iudicem. Conſulo tamen,ꝙ iudex fa-
ciat examinari teſtes, qui cognoſcant conditiones
inquiſiti,& ꝙ eſt talis,qui non reperiret fideiuſſores
veriſimiliter,& faciat redigi in actis. Aduerte tamē,
quia ille tex.loquitur in fœmina,quæ non reperit fi-
deiuſſorem.vnde ſecus videtur in maſculo ; & ſic vi-
detur ꝙ ſit carcerandus,ſi non reperit fideiuſſorem.
1031 Sed quæro,an† vnus ex malefactoribus poſſit fide-
iubere pro alio. Bar.in.l.pen.ff.de tuto.& cura.datis
ab his.tenet ꝙ ſic,per illum tex.ibi tamen videtur lo
qui in criminibus leuibus. eadem tamen ratio eſt in
quibuſcunque,dummodo pœna veniat imponenda
pecuniaria.Tu vide quæ dixi in.d.l.reos. in princ.ff.
1032 de duob.re. Sed quæro,† quid ſi talis fideiuſſor nō
repræſentat principalem,ad quid teneatur. Sol.dic,
ꝙ tenetur ad id,quod deuenit in ꝓmiſſione, vt.l.2.
ff.ſi quis cau.&.l.ſi quis reum.ff.de cuſto.reo. Aliàs
autem ſi nulla pœna promiſſa eſt, nec aliud quid ſi-
mile,ſed ſimpliciter fideiuſſit pro eo,videtur ꝙ nu-
tu iudicis poſſit puniri,vt.l.ſi quis reum. ff.de cuſto.
reo.intelligendo tamen ꝙ in pecunia,non in perſo-
na, arg.not.23.q.1.in.c.cum homo. & not.in.l.2.§.
1033 fi.ff.qui ſatiſda.cogan.quia † pro ſola contumacia
nunquam poteſt imponi pœna corporis, vt not.4.
q.1.in ſumma,niſi tranſeat in aliam ſpeciem delicti,
vt.l.qui cum vno.§.qui poſt.ff.de re mili. facit quod
ſtatim dicam.& hoc tenet Bal. in ſimili in.l.qui cri-
men.C.qui accuſa.non poſſ.in quinta.q. quod mihi
placet,ſi non exhiberet,aut præſentaret ante cōdem
nationem,& fortè iudex indigeret dictam præſenta
tionem.aliàs autem arbitror,quòd videatur interue
niſſe pro ſoluenda condemnatione,ſecundum ſubie
ctam materiam.& hoc niſi conſuetudo habeat certā
formam ; nam tunc videtur interueniſſe ſecundum
formam dictæ cōſuetudinis, per.l.ſi quis reum.ff.de
cuſto.reo. Sentit Io. And.in addit. Spec. in titu. de
accuſa.§.ſequitur.ver.porrò ſi ſit contumax.in tertia
parte.Facit.l.fin.C.de fideiuſſ. &.l.ſi prius.§.rectè.ff.
de aqua plu.arc. Et prædicta procedunt,ſi fideiuſſor
nullum dolum committit in exhibendo. Si autem
dolo facit ꝙ non exhibet;tunc poterit extraordina-
riè puniri,vel ad tēpus relegari,vel fuſtigari,vel for-
tè acrius contra eum procedi,vt.d.l.ſi quis reum.fa-
cit.l.ſi Barſatoram.C.de fideiuſſ. &.C.ad turpil.l.2.
tenet Spec.in tit.de accu.in.d.§.ſequit. verſi. porrò.
Aduerte tñ,quia do.Nel.de ſancto Gemi. in tracta.
bannit. dicit, ꝙ aut quis promiſit non ſiſtere reum,
& tunc dicendum,vt.l.Græce.ff.de fideiuſ.de quo di
xi.ſ. Aut promiſit præſentare reum, & tunc aut ſub
certa pœna,vt habetur in.l.2.qui ſatiſ.cog. & ſi non
repræſentat,poteſt ad illam pœnam extraordinariè
puniri. Aut promiſit ſoluere iudicatum; & tunc pōt
executiuè conueniri,vt habetur p Bar. in.l.fin.C.de
vſur.rei iudi.&.l.1.ff.iudi.ſol.per Iac.Butrig.& Bal.
in.l.2.§.1.ff.qui ſatiſ.cog.& Spec.in ti.de exec.ſent.
§.ſequitur.ver.quid ſi ſententia. Aut ſimpliciter ꝓ-
miſit repræſentare ad voluntatem iudicis;& tunc te-
netur etiam poſt ſententiam non ad condemnatio-
nem,quia illam non ꝓmiſit;ſed ad pœnam extraor-
dinariam, quam iudex ei imponere vellet pp inobe
dientiam,vt.d.l.ſi quis reū.& ſic firmat Spec.in.d.§.
ſequitur.ver.porro. & not.quo ad hanc mulctam nu
tu iudicis imponendam,procedi poteſt ſine libello,
& abſque ordine iudiciario,vt dicit Bal.in.d.l.q cri-
men.in.6.q.per rationes,quas ibi vide,& quotuplex
monitio requiratur ad hoc,vt poſſit talem mulctam
imponere,vel pœnam exigere.vide oīno Bal.ibidē ;
1034 in.8.q. Aduerte tamen,ꝙ† licet fideiuſſor fuerit in
mora præſentandi,præſentando tamen poſt moram
congruo loco,& tempore,liberatur a pœna, vt in.l.
ſancimus.C.de fideiuſ. & in.l.ſi poſt tres.ff.ſi qs cau;
etiam ſi cum iuramento fideiuſſiſſet, arg. 22.q.2.c.
beatus.&.ſ.de conſtitu.c.ex literis. ita tenet Bal. in
d.l.qui crimen.q.11.& adde quæ tradūtur in.d.l.ſan
cimus.&.l.pen.C.de fideiuſ.Et in.d.l.ſancimus.vide
differentiam,an fideiuſſio fiat in ſcriptis,vel non. &
ibi etiam vide,an hæres fideiuſſoris poſſit morā pur
gare;& an talis fideiuſſor qui ꝓmittit ſiſtere, poſſit
promittere omnem pœnam pecuniariam in quacun
que quantitate conſiſtat;puta mille marcarum auri,
Bal.in.d.l.qui crimen.in.9.q.arguit ꝙ non, quia eſt
contra taxationem.l.eos.C.de modo mul. Facit gl.
& qđ ibi not Bar.in.l.ſi quis reum.ff.de cuſto.reo.in
contrarium allegat.l.fi.ff.de præt. ſtip. &.l.procura-
tor.2.§.fi.ff.rem ra.hab.& hanc opin.tenet Bal. Nō
obſt.l.eos.quia loquitur in pœna,quæ infligiī a iudi
ce;ſecus in pœna quæ promittitur a parte. Sed quæ-
1035 ro,† fideiuſſor p̄ſentauit principalē, & principalis
aufugit de carcere,an teneatur amplius ad ſiſtēdum,
Bal.in.d.l.qui crimen.in.9.q. dicit, ꝙ liberatur, ex
eo,quia fecit qđ debuit,arg.l.1.C.loca. &.l.dn̄s hor
reorum ff.loca.culpa.n.cuſtodum non debet nocc-
re fideiuſſori, vt.l.ad cōmentarienſem.C.de cuſt.re.
qđ ego arbitror verum, qn̄ ſimpliciter promiſiſſet
p̄ſtare;ſed ſi ꝓmiſiſſet toties præſentare quoties iu-
dici viſum fuerit;hoc caſu licet p̄ſentaret ſemel,non
liberaretur ab obligatione,per not p Bar.in.l.ſi gē-
ma ff arbo.fur.cæſa. & in.l.1.§.hoc reſcriptum.ff ad
Silla.coniuncta.l.vbi numerus.ff.de teſti. &.c.plura-
lis locutio.de reg.iur.lib.6.niſi fortè, qn̄ præſenta-
ret ꝓteſtaretur,ꝙ deberent ipſum retinere ſub fida
cuſtodia,cū ipſe non intendat amplius teneri. Facit
qđ ſtatim dicā,& hoc faceret ſcribi in actis,& iudex
acceptaſſet. Hoc dicò,ꝙ fortè iudex non teneretur
hanc ꝓteſtationē admittere pp præambulam obli-
gationem fideiuſſionis,& ius quæſitum Reipublicæ,
& maximè nō deberet admittere, qn̄ principalis nō
eſſet ſoluēdo,& ipſe fideiuſſor ꝓmiſiſſet ſoluere cō-
demnationem ꝓ ipſo inquiſito.qđ ꝑpetuò notabis.

Aduerte tamen,quia reperi Ang.in.l.si quis reum.ff.
de cust.reo.qui dicit,ꝙ si fideiussor promisit præsen
tare toties,quoties,&c.ꝙ non liberatur per primam
presentationem,sed per secundam, per.l.fideicom-
missa.§.si quis alicui decem.ff.de leg.3.&.l.veluti.§.
hæc vox.ff.de eden. quæ videtur innuere, ꝙ etiam ꝑ
secundam præsentationem non liberatur. Respon-
det tñ Ang.ꝙ ideò ibi intelligitur totiens,quotiens
opus est; quia per reiteratam editionem non induci
tur nouum grauamen. Sed in proposito ꝓpter rei-
teratam præsentationem semper inducitur nouum
grauamen; ideò liberatur per secundam, per.d.§.si
quis alicui decem. Sed dicit do.Nel.de S.Gemin.in
tracta.bannito. ꝙ credit hoc procedere, quando fi-
deiussor de repræsentando totiens quotiens &c. in-
teruenisset post sententiã; sed si hoc promisisset ante
latam sentẽtiam;tunc secus. quia dicta verba impor
tant totiens,quotiens opus erit;quia sic est de natu-
ra iudicij,& sic debent intelligi, per.l.si vno.ff.loca.
&.l.si stipulatus.ff.de vsur.&.l.damni infecti. quidã.
in prin.ff.de dam.infe.cum simi.& ideò semper vsq;
ad sententiam tenetur, sed post sñiam semper facta
ꝑsentatione etiam vna,vel eo semel capto,fideiussor
amplius non tenetur per iura alleg.s̃.per Io. An. in
dicta addit.Nec obstant illa verba,totiens quotiẽs;
1036 quia intelliguntur vt dictum est. & quia† verbum
placuerit intelligitur fm arbitrium boni viri, vt.l.
Thais.§.sorore.ff.de fideic.lib.qui nunq̃ arbitratur
ex culpa,siue negligentia velle fideiussorem pregra-
uare,per.l.sancimus.C.de pœ. quæ decisio satis pla-
cet,qm̃ satis est æqua. Ad fugiendas tñ opin.consu-
lo,ꝙ iudex sibi ꝓuideat in receptione fideiussoris,
in omnem causam,verbis expressis,& claré hoc im-
1037 portantibus. Sed pone,† fideiussor promisit sistere
inquisitum ad voluntatem iudicis sub certa pœna,q
tandem per illum iudicem fuit captus, & manus ei⁹
aufugit;quæritur an teneatur ad petitionem iudicis
illum præsentare.Odof.in.l.sed & si quis.ff.si qs cau.
vt refert Io.And.in addi.Spec. in tit.de accu.§.seq̃.
ver.item quæro ecce.distinguit,ꝙ aut fuit captus ex
crĩe,seu causa,pro qua ille fideiussit, & non tenetur;
secus si ꝑꝑ aliud maleficium.Subdit tñ,ꝙ si fideius-
sor hoc casu venit coram iudice,dum ille erat capt⁹,
& protestatus fuit,ꝙ illum habebat pro præsentato,
& se ex ꝓmissione amplius nolle teneri;ꝙ tutus est,
licet ille postea fugiat; quia ꝓtestatio prodest.ff.de
neg.ge.l.Nesennius.C.de epi.& cler.auth.si captiui,
de qua satis extra de constitu.c.cum.M. Sed pone,
1038 † fideiussor promisit inquisitum sistere sub certa pę
na,certa die,vel soluere condemnationem. Contin-
git,ꝙ intra illam diem accusatus bannitus est ꝓpter
illud maleficium,quia se non præsentabat.Die vero
elapsa,fideiussor conuenitur,quia eum non repꝑsen-
tauit,quæritur an fideiussor habeat hanc exceptio-
nem,ꝙ non pôt præsentare,quia bannitus.Odoff.vt
refert Io.And.in.l.sed & si quis.ff.si quis cau.forma-
bat quæstionem etiam generalem de bannito, inte-
rim ꝓpter aliud maleficium. Sed Spec.restringit ad
bannitum propter idem maleficium, in tit.de accu,
§.sequitur.ver.item quæritur ecce. & allegat multa,
& tandem concludit ꝙ non. & ibi etiam Io.And.in
addi.quia non stat ꝑ fideiussorem,sed ꝑ iudicẽ quo-
minus sisti possit. Aduerte tñ,quia si aliquis simpli-
citer fideiuberet post condemnationem,cum nõ vi-
deatur fideiubere de ꝑsentando,sed de soluẽdo, sine
dubio,tunc ꝑ casum superuenientem in personã con-
dẽnati fideiussor eximetur ab obligatione,vt.l.si ve-
ro.in prin.ff.qui satisd.cog.qđ principium sic intel-
ligi debet fm do.Nel.de S.Gemi.ibi,& in tract.ban
nito.j.par.ij.temporis.q.14.Sed iuxta prædicta q̃ri-
1039 tur,† quid si inquisitus dedit fideiussorem de sol-
uendo oẽm condemnationẽ, & bannitus fuit in mil
le,an mortuo bannito possint fideiussores conueni-
ri? & vr̃ ꝙ non,quia liberato principali liberat̃ fide-
iussor.l.fideiussor.in prin.ff.de fideius.&.l.Modesti-
nus.cũ ibi not.ff.de fideius. Cõtrariũ tenet do.Nel.
in tract.bannit.in vlt.par.q.6.qa iste fideiussor tenet̃
ex sua obligatione, q̃ vna cũ bãno mandat̃ executio
ni contra fideiussorẽ. ꝑ Iac. & Gui.in.l.2.ff.q satisd.
cog.& ideò licet bãnitus moriatur, non tñ cõtingit
liberatio.& ideò remanet fideiussoris obligatio. ff.
de fideiuss.l.Vranius.§.sed cũ duo.&.l.vbicunq;.eo.
tit.q̃ lex sic pôt exẽplificari.& hoc ꝓcedit fm eum,
siue bãnitus habeat hr̃des,siue nõ. cũ.n.moriat̃ post
ꝑfectã obligationẽ fideiussoris, obligatio non extin
guitur,vt.l.sine hęrede.in prin.ff.de admi.tuto. licet
secus sit qñ sine hærede ante purificatã obligationẽ
decedit,vt.l.postq̃.in prin.ff.vt leg.no.ca.in cuius.l.
intellectu Bar.variauit,vt patet ex his,q̃ dicit in.d.l.
sine hærede.&.l.1.§.idem Pomponius.ff.de poss.vbi
bo.glo.de quo ibi,quia non est materia nr̃a. pôt er-
go fideiussor exigi,non obstante morte bãniti.dicit
tñ Albe.de Rosa.in tract.bannit.q.64.in.4.par. refe
rens Gandinum. ꝙ cauti iudices anteq̃ procedãt ad
dationem banni,faciunt requiri fideiussorem,ꝙ re-
ꝑsentet principalem,qđ si non facit eum condẽnat,
vt traditur in.l.si quis reum.ff de cust.reo.&.s̃.latius
1040 dictum est.Sed† quid si fideiussor non pôt inq̃sitũ
in iudicio exhibere, vult tñ eum defendere,& iudi-
cium in se suscipere, vel vult ad illum inueniendum
inducias habere, q̃ omnia vñr cõcedi fideiussoribus
in causa ciuili,vt.l.sancimus.C.de fideiuss.an hoc sit
ei concedendum? Spec.in tit.de accu.§.sequit̃.versi.
porrò.si contumax.ibi,sed quid si fideiussor. vbi di-
cit,ꝙ primo casu non est audiendus.in secundo casu
dicit,ꝙ admittitur,vt darentur induciæ.vide ibi per
1041 eum.Sed q̃ro,† an talis fideiussor teneat̃ ad duplũ,
vel ad quadruplũ,vel plus.ad qđ venit condẽnandus
ex forma statuti,si non soluit intra.x.dies.Sol.dic ꝙ
non,quia talis non est pœna delicti;sed moræ postea
commissæ in soluendo.& idem si ꝑꝑ negationem ve
niret in plus puniendus,dummodo fideiussisset an-
te negationem;quia est pœna negationis,in qua non
intercessit fideiussor,vt probatur in.l.fi.ff.de fideius.
&.l.1.& ibi Bar.ff de in lit.iur.Bar.in.l.1.C.de vsur.
fisc.lib.x.& iõ cautela est ad hoc,vt teneat̃, ꝙ talis si
dejubeat,non tñ ꝓ pœna delicti,sed & ꝓ pœna ꝓ-
1042 cessus,vt dicit Bar.in.d.l.in fi. Sed q̃ro,† quid si est
tale crimen,ꝑꝑ qđ veniat pęna pecuniaria, ita ꝙ re⁹
veniat fideiussoribus relaxandus, tñ iudex non vult
illũ fideiussoribus idoneis relaxare, sed ipsum tenet
in carcere,an possit contra iudicẽ agi? Sol.dicit Bar.
ꝙ contra talẽ pôt agi actione iniuriarũ, ita dicit in
.l.si vero.§.1.ff.q satis.cog.tenet.D.m.in.c.3.de ma.
& obe.& ad ꝑdicta vide Odof.& Bar.in.l.neq; impu
beres.§.1.ff.de in ius vo.& Bal.in.l.fi.§.si ꝑfatã.C.de

iure

1043 iure delib. ¶ Item quæro, pone, †inquisitus dicit
iudici, do vobis huiusmodi fideiussores, qui ad vestri
requisitionem præsentabunt me de die in diem sub
tali pœna. Illi erāt præsentes & nihil dixerunt; & sic
fuerunt scripti in libro curiæ. Quæritur, an prædicti
sint obligati, vt fideiussores, Bart. vr̄ velle ꝙ sic, in.l.
cum ostendimus.§.fi.ff.de fideius.tut. per illum tex.
& sequitur Ang.de Are.in.d.tract.maleficiorum. in
ver.pro quibus. Sed in cōtrarium facit, quia fideius-
sor non obligatur nisi verbis, vt in.l.blanditus.C.de
fideius.& mand. & in.l.stipulationum aliæ.§.satis ac
ceptio.ff.de verb.oblig. Guil.tamen, & Old.tenue-
runt primam sñiam per d.§.fi. Sed Iaco.de Raue.te-
net contrariam sententiam per.d.l.blanditus. & sen
tit etiam ibi Bart. Ad.§.fin.rñd. ꝙ loquitur in casu
speciali, videlicet in stipulatione rem pupilli saluam
1044 fore, in qua etiā pupillus si fari potest, stipulat̄, † ꝙ
tū regulariter stipulari non potest, vt in.l.1.in prin.
& in.l.mulier.ff.de verb.obl.Pet.de Ancha.in cle.1.
de procu.vno anno tenuit vnam opin.& alio aliam.
Io.de Imo.ibi dicit, ꝙ vtraque opin. potest saluari;
quia aut prædicti interuenerunt pro maleficio ad
publicam vtilitatem, & procedat prima opin.quo-
1045 niam† Respub.æquiparatur pupillo, vt in.l.Rem-
publicam.C.de re.pub.vnde idem iuris esset in ipsa,
quòd in pupillo. Si verò interuenerunt ad priuatam
vtilitatem, procedat secunda opin. Sed aduerte, ꝙ
ad hoc vt procedat primum membrum, oportet di-
cere, ꝙ æquiparatur pupillo stipulanti rem saluam
fore; quasi hæc stipulatio sit similis Rempub. saluam
fore; aliàs non procederet argm̄. Vide quòd dixi in
1046 d.clem.1. Item quæro, pone† inquisitus est absolu
tus, postea inde ad annum fit statutum, ꝙ non ob-
stante quacunq; absolutione, possint reuideri pro-
cessus præteriti, quo facto talis fuit condemnatus,
an fideiussor teneatur? Sol.dic ꝙ non. & dicit Bar. ꝙ
ita fuit de facto obseruatum, per.l.fi.ff.de pact. quia
ius liberationis quęsitum fideiussori pp absoluto-
riam, non potuit postea tolli per statutum. Consulo
igitur, ꝙ quando iudex incipit de nouo reuidere, ꝙ
1047 de nouo recipiat fideiussores. Si verò† pęna est cor
poralis, vel corporis afflictiua, tunc non est relaxan
dus fideiussoribus; quinimmò, sm̄ criminis grauita-
tem, est in vincula communis conijciendus, vt.l.2.in
princ.&.l.1.ff.de custo.reo.& idem dicendum est, si
esset pœna pecuniaria, quæ possit effici corporis af-
flictiua, per defectum non solutionis pecuniæ, sm̄
not. p Bar.in.l.2.ff.de pub.iud.&.l.1.ff.de cust.reo.
& ea quæ dixi in.c.veniens. in quæstionibus allega-
tis.s̄.in princ.huius.q. Vel si esset alternatiua, respi-
ciens pęnam pecuniariam, vel corporis afflictiuam,
sm̄ ea quæ dixi in dictis quæstio. & in.c.sicut Iudæi.
ī.de iudæ. Aduerte tamen, ꝙ si talis vult relaxari fi-
deiussoribus, quando in defectum pecuniariæ venit
imponēda pœna corpalis, vt soluat pecuniam fisco
transferendo in eum dominium, & sic soluendo in
quantitate, non deponendo in specie, sicut in simili
dicimus in admittendo procuratorem in casu prędi
cto.de quo dic, vt dixi latius in.d.c.veniens. in scd̄o
membro prin.primæ.q.prin.versi.vtrum autem hoc
1048 casu. Item aduerte circa p̄dicta, ꝙ† licet inquisitus
liberetur qñq; à vinculis, præstando fideiussores, p
l.2.&.3.ff.de cust.reo.& per glo.in.l.1.C.eo. si tamē
semel aufugit, vel fidem fregerit, non liberatur præ-
stando fideiussores.glo.est singularis, quæ dicit non
esse alibi in.l.lege.in verbo, in vinculis.ff.ad senatus-
1049 cons.Sillā. Patet igitur ex prędictis, ꝙ† quando pę
na venit imponenda corporis afflictiua, ꝙ iudex dēt
esse cautus, vt ipsum confessum tradat militi socio,
vt ipsum detineat in carceribus, & carceret, & in vin
cula conijciat, si sit expediens propter criminis gra-
uitatem, & ipsum commendet ꝓ ære, & pſona sub
periculo ipsius militis. & eodē modo postea faciat
miles custodibus carcerum, quibus etiam iudex ipse
potest commendare retinendum, & custodiendum
sub periculo ipsorum, qui ad hoc tenentur & ex for-
ma statutorum, & etiam de iure cōi, vt probatur. C.
&.ff.de custo.& exhi.reo.per totum. Facit etiam qđ
not.in auth.si quis ei.C.ad leg.Iul.de adul.per quem
1050 tex.dicit Bal.ibi, not. ꝙ † si miles Potestatis cępit
aliquem malefactorē in aliquo castro, vel villa; nec
videt cum suis famulis posse securè eum ducere, pōt
illum commēdare officiali illius loci, vt carceret, &
in vincula ponat super periculo suo, donec veniat ꝓ
1051 eo. Et aduerte, †quia si talis carceratus laqueo se su
spendit, aut gladio interemit non tenetur iudex, vt
est tex.& ibi gl. in.l.quemadmodum.§.magistratus.
ff.ad.l.Aquil. Si tamen ignoraretur quomodo mor-
tuus esset, esset suspicio contra custodes, qui etiā vn̄t
teneri de mala custodia. Circa qđ vide glo.& qđ ibi
traditur in.l.cum res.§.sed si res.ff.de lega.2. Quales
autem debeant esse carceres, qualia vincula, quales
custodes, qualiter custodire, & de similibus quęstio-
nibus carcerum, etsi posset hoc adaptari, tamē quia
non est principalis materia nostra; ideò illam omit
to, & aliàs dabitur dicendi locus. ¶ Nonagesimose-
1052 cundo quæro, his peractis, †quid debeat facere iu
dex. Sol.dic, ꝙ debet, vt.s̄.tetigi in.q.77.assignare
congruum terminum ipsi inquisito ad omnem suā
defensionem faciēdam, & hunc terminum debet as-
signare, siue inquisitus simpliciter confiteat̄ & in to-
tum, siue partem neget, & partē confiteat̄, siue totū
neget; & hæc termini assignatio cōiter prouidetur
ex forma statutorum, quæ seruanda est; & est etiam
de iure cōi, vt in.l.vnius.§.cogniturum.ff.de quæst.
Aduerte tamen, ꝙ licet talis terminus non assigna-
retur; posset tamen inquisitus suas defensiones face-
re. Vide not. p Bar. in.l.in crimine.ff.de adult. & in
extrauag ad reprimen.super ver.sine figura. & ratio
1053 est, quia† defensio est de iure naturali, vt in cle.pa-
1054 storalis. de re iudi. Sed quæro circa prædicta, †an
reus possit renuntiare huic termino defensorio. Sol.
Bart.in.l.custodias.in fi.ff.de pub.iudi. & in.l.quidā
sunt.ff.de pœnis.& in.l.non tantum. ff.de appell. vi-
detur velle ꝙ non possit renuntiare, pro quo dicto
est glo.notab.in.l.pactum inter hæredem.ff.de pact.
1055 quæ vult, ꝙ† non valet renuntiatio, per quam quis
perderet vitam, vel statum, & probatur in.l.1.2.& 3.
ff.de lib.cau. & quod not. Simon de Bursa. in cle.2.
de re iudic. vbi dicit, ꝙ quis non potest renuntiare
defensionibus tangentibus personam. Quidam tñ
voluerunt, ꝙ talis renuntiatio nō possit fieri quo ad
præiudicium tertij.& ita loquatur.l.non tātum. Sed
quo ad præiudicium sui ipsius benè possit renuntia-
re. Alij vero dicunt, ꝙ opinio Bar.procedat qñ sim-
pliciter renuntiaret. Sed si talis inquisitus sciens se

nõ habere aliquam defensionem, sic renuntiaret, videlicet talis inquisitus spontè, & ex certa scientia; sciens se carere omni spe defensionis; renuntiauit cuilibet termino sibi statuendo tam ex forma iuris communis, quàm statutorum, valeret talis renũtiatio. quòd perpetuò notabis tu iudex maleficiorum. ad quòd vide Ange. & Ioã. de Imo. in. d. l. custodias. Bal. tamen in. l. 1. C. qui accu. non poss. versic. super quinto. dicit, q legitimæ defensioni, per quam funditus extingueretur crimen, non potest renunriari, vt not. in. d. l. pactum inter hæredem. Sed defensionibus, quæ sunt de apicibus iuris, vel statutorum, & non de iuregentium, potest renuntiari, vt. l. si accusatoribus. C. de accu. & ibi glo. Primum etiam dictum limitat in expressa renuntiationẽ; secus in tacita, & velata, quæ fit per lapsum termini, per quem lapsum tacitè videtur renuntiare, si nullam facit defensionẽ. & sic fortior est hæc exclusio per tempus, quàm renuntiationis, vt. l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad Trebel. & ratio est, quia aliàs termini datio non operaretur, q esse non debet, vt in. c. pastoralis. s̃. de exceptio. & videtur hæc distinctio satis æqua, & notab.
1056 ¶ Sed quæro circa pdicta † quas defensiones possit facere dictus inquisitus. Sol. dic de exceptionibus dilatorijs, prout dixi. s̃. q. 77. q inter alias facere potest reuocationem confessionis, siue fuerit facta in totum, siue in partem. circa quod vide quòd dixi. s̃. q. 85. Item potest producere instrumẽtum pacis, ad hoc vt pœna minoretur, vel mitigetur, statuto hoc
1057 disponẽte. † Quid autem si produceret instrumentum pacis, de vulneribus tantũ, & sequuta fuit mors; an sibi prosit, vide distinctionem Bar. in. l. damni. §. Sabini. ff. de dam. insec. & ibi vide, quid si statutum disponit, q pœna mitigetur si hæres fecerit pacem, an sufficiat pax facta a testatore, vbi concludit q nõ tribus rationibus. & vide Bal. in. l. 2. C. de libe. & eo. libe. vbi etiam vide per eum latè, & per Docto. an si statutum requirit, q habeat pacem ab hærede, & plures sunt hæredes, & non habuit nisi ab vno. & vide p Ang. & Io. de Imo. & maximè per do. Ludo. Pon. in l. eadem. §. Cato. ff. de verbo. obli. Tangit etiam do.
1058 Flo. in. l. fundum. ff. de serui. rust. predio. & † quid si statutum requirit, q habeat pacem à filijs occisi, an sufficiat, q habeat à spurijs, Cyn. in. l. quisquis. C. ad leg. iul. ma. tenet q sic, & idem Bar. in. l. 2. ff. de accusa. & in. l. tutelas. ff. de capi. dimin. & in. l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de verb. signi. In contrarium facit,
1059 quia † spurius non est nominãdus filius, vt in auth. ex complexu. C. de incest. nup. & ibi Bar. nec est a patre alendus, nec cum patre habet aliquod participiũ de iure ciuili, vt in corpore, vnde sumitur in auth. & in auth. licet. C. de natu. libe. & in. c. per venerabilẽ. s̃. qui fil. sint legit. ergo non comprehenditur à statuto, quod est ius ciuile municipale, vt in. l. omnes populi. de iusti. & iure. quia sic statutum non restringetur vt comprehendat spurium, vt in. l. lege Iulia. §. 1. ff. de ritu nup. & sic statutum reciperet interpretionem passiuam de habilitate, vt. l. vt gradatim. §. & si lege. ff. de mu. & hono. Et pro hoc etiam facit, qa ad hæredem spectat vindicta occisi, vt in. l. 1. & 3. l. heredes ff. quod cuiusq; iuris. & statutum quod dicit de filio, intelligitur de filio, qui sit, vel esse possit hæres, ad quem spectat vindicatio mortis defuncti; & per consequens facere pacẽ. Vnde posito, q ex mente dicti statuti cũ loquatur de filio simpliciter, possit etiam intelligi in filio naturali tantum. & ita loquat opin. Bar. & iura per eum allegata. Non tamen potest intelligi de spurio. Facit quòd not. Ioã. de Imo. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebel. & ita cõsuluerunt Lamber. de Rampo. & Salic. & plures alij Doct. pro qua materia; quia non intendo in ea nunc insistere, vide quòd not. glo. & Pau. in cle. 1. de bapt. & 35. q. 7. c. 1. & Spec. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versi. 47. & in rit. qui fil. sint legit. & per Ang. de Perusio consi. 74. per Per. de Ancha. in. c. in præsentia. s̃. de probatio. per do. Domi. de sancto Gemi. in. c. statutum. in fi. princ. de hæreti. lib. 6. & vide tex. qui
1060 vult, q † natus ex adulterio non comprehendatur
1061 appellatione filij. 32. q. 4. c. dicat aliquis. & † sufficit, q pax sit habita a filijs masculis, licet fœmina contradicat, Bal. & Ange. in. l. pro hærede. §. fin. ff. de
1062 acquir. hæred. quia † fœmina non leuat faidam, vt not. glo. in. §. pen. de his qui feu. dar. poss. Sed Ludo. Pont. in. l. 1. §. potuisse autem. ff. ad Sillan. in ver. siue cum patre suo. tenet contrarium per illum tex. q videtur sibi cõcedere vindictam mortis patris; ergò eius consensus necessarius. Facit etiam. l. 1. C. de his, qui se differ. lib. x. & quòd ibi ponit Ange. Mihi videtur, q tex. in. §. potuisse. nihil probet, quia non loquitur in filia; sed non intendo circa hæc insistere.
1063 Et † vtrum pax facta per Episcopũ de maledictione, & blasphematione Dei prosit? Bal. dicit q non, in. l. accusatorem. C. qui accu. non pos. vbi vide quędam circa hanc materiam. Tn dic, vt dixi in. c. 2. s̃. de maledi. vbi etiam tetigi. An tunc debeat pœna diminui, ex eo, quia confessus fuerit sacerdoti, qui
1064 sibi imposuit pœnitentiã. Et † quid si statutum dicit, q pro homicidio nõ admittatur beneficium pacis, vel concordiæ, an admittatur cum mãdante. Bal. dicit q sic, in repeti. l. si familia. ff. de iurisd. om. iud.
1065 Et † quid si statutum permittit fieri pacem de omnibus criminibus, excepto furto, vtrum possit fieri de robbaria, vide Bal. in. l. transigere. C. de transact. dixi in. c. 1. de collu. in secundo casu quarti membri
1066 princ. Et † vtrum in adulterio prosit beneficium pacis. Bar. consi. 175. incip. D. Potestas. dicit q sic, p tex. C. de adulte. auth. sed hodie & in corpore vnde sumitur. vbi licet marito iniuriato per adulterium vxoris reconciliare eam sibi. Non obst. l. transigere. quæ loquitur in transactione, p quã impediretur ne pcederet amplius sup tali crie; & ideò non licet, nec etiam simplici pacto. Secus in pace, per quam remittitur rancor, quæ in omni maleficio est licita, Instit. de iniur. §. fi. & ff. de pact. l. fin. & l. si tibi. §. q̃dam. an autem prosit pax facta per mulierem. Bart. in. d. consilio dicit q non, sed debet fieri cum marito. Ipse enim est, cui principaliter fit iniuria, & qui omnibus præfertur in ipsa vindicanda. ff. de adulte. l. 2. C. eod. l. quamuis adulterij. Sed cum muliere nõ potest fieri, cum non possit dici iniuriata. Nec potest accusare adulterum, quia socia criminis. C. de liber. cau. l. si filium. 14. q. 4. c. nemini. & sic ab ea non requiritur remissio, arg. l. ait prætor. C. de iur. delib. Præterea probationes factæ contra adulterum, non præiudicant mulieri, vt in. l. denuntiasse. §. fina. ff. de adult. Non obstat. l. 1. C. de rapto. virg. & in authẽ.

de rapt.mulie.& quòd not. per Dyn. in reg. scienti. de reg.iu.lib.6.in primo contrario. quia loquuntur in muliere rapta,nō in simplici adulterio. & est aduertendum,ꝙ nisi statutum prouideat, ꝙ pax,vel remissio iniuriæ prosit,de iure communi nō prodest; quia de omni crimine potest dupliciter agi ad pœnam applicandam parti,& ad vindictam publicam, vt.l.qui nomine.ff.de fal.& not.in.l.fina.ff.de priua. delic.vnde licet pars in sui præiudicium possit iniuriam remittere.l.pen.C.de pact. non tamen potest in præiudicium Reipub.not.glo.in.l.2.ff.ad Silla. & ibi Bar.& Bal.in.l.transigere.C.de transac.Bar.post Dyn.in.l.sed si vnius.§.sed si ante.ff.de iniur. Potest etiam intra istum terminum talis inquisitus proponere alias exceptiones,vel defensiones,per quas apparet,ꝙ crimen intētatum euacuatur; puta,furtum quod fecit volente domino,vel ꝙ res sua erat; In homicidio quòd fecit ad sui defensionem,vel erat bannitus,vel licita, & permissa erat vindicta, vel dormiens,vel furiosus erat,aut infans;vel ꝙ non sit mortuus ex vulnere,sed ex mala cura. Si adulterium,ꝙ illa erat meretrix, ꝙ maritus,& vxor consenserunt, & ex forma statuti non punitur. & sic de singulis pquirendo,& considerando defensiones, quæ aduersus quælibet delicta possunt opponi, quæ videnda sunt in locis,& in titulis congruis, & etiam adducere defensionem,probando ꝙ die,vel hora perpetrati delicti fuit in alio loco ita distāte, ꝙ non potuisset esse in loco perpetrati delicti tempore quo perpetratum fuit,iuxta practicam.l.optimā. C.de contrahen.& commit.stip.& eorum quæ dixi in.c.super

1067 his.§.eo. ¶ Nonagesimotertio quæro, †quid debeat facere iudex, pendente isto termino dato ad defensionem &c. Sol.dic,ꝙ si reus in totum simpliciter confessus fuit, & ipse faciat defensiones suas, de quibus statim dixi in si.præced.q. aut similes defensiones respectu diuersarum specierum delictorū, quas singulas prosequi nimis esset prolixum, debet iudex ne fallatur, pducere testes, & alias probationes,per quas supprimantur defensiones inquisiti; vt puta,ꝙ non licuit illum bannitum interficere, qui erat cancellatus de banno, vt not.Bart.in.l.emptor. §.Lucius.ff.de pact. vel ꝙ non erat legitimè bannitus,& ꝙ interficiens hoc sciebat; quia aliàs si ignorabat,non tenetur.l.Corne.de sica.sed extra ordinem, vt in.l.2.§.hæc actio.ff.vi bo.rapt.tradit Bar.in.l.penul.ff.de adulte. vel ꝙ fuit interfectus pendente appellatione a banno,vel aliter pendebat lis super banno,vel eius validitate,seu nullitate,vt dicit Barto.in l.1.§.si seruus.ff.de acqui.pos.not.Bal.& Io.de Imo. in.l.qui à latronibus. ff.de testamen. & alias similes replicationes debet perquirere.de quibus sub compendio dixi.§.q.85.Item ꝙ reus non fecit ad defensionem,cum potuerit aufugere, & quamuis inquisitus debeat concludere, ad hoc vt videatur fecisse ad defensionem,ꝙ non potuerit salua persona, aut saluo honore aliter aufugere, secundum ea, quæ latè traduntur in.l.1.C.vnde vi. tamen ipse iudex poterit producere testes suos contrarios testibus inquisiti,vt ad inuicem attestantes confundantur, & sic remaneat confessio simpliciter;& sic etiam dicendum de alijs defensionibus; videlicet,ꝙ ille erat furiosus, vel dormiens,vt producat testes in contrarium, vel ꝙ mortuus non decessit ex vulnere, sed ex mala cura,seu custodia cum transiuerint quadraginta dies, aut plures.& sic non tenetur de occiso,vt.l.qui occidit. in fi. & ibi do.Floria.&.l.si ex plagijs.ff.ad leg. Aquil.quòd qualiter probetur,vide quæ latè dixi in c.presbyterum.§.de homici. Nam iudex producet testes in contrarium,ꝙ immò diligens fuit adhibita cura,& ꝙ licet transiuerint quadraginta dies,tamen vulnus fuit in tali loco,ꝙ erat mortale propter eius magnitudinem,& profunditatem, vel aliam simile causam; sed non breui tempore mors inferebatur ex vulnere adhibita diligenti cura, arg.eorum,quæ dixi in.d.c.presbyterum.Et est aduertendum,ꝙ cautus iudex circa prædicta debet sēper deducere qualitates offensi,vt in casu prædicto,ꝙ.f.erat homo fortis complexionis,& robustus; & ideò non ita breui tempore fuit mortuus; & si vulnus non esset graue, sed leue,ad hoc vt talis præsumatur decessisse ex vulnere,articulet,ꝙ ille erat debilis,infirmus, vel valde debilitatus,ita ꝙ ex leui vulnere præsumatur mortuus,tex.est notab.in.l.qua ratione.§.si quis seruum ægrotum.ff.ad leg. Aqui. & ibi tradūt Bal.& do.Floria.& etiam est bonus tex.& ibi etiam tradunt præfari Docto.in.l.ita vulneratus.in princ.eo.tit. & plenius per do.Floria.in.l.item Mela.§.si plures.eo.tit. Ex quo sequitur,ꝙ fortiter errant aduocati, qui ad defendendum homicidam articulantur, ꝙ vulneratus erat debilis,quia talis articulus est contra intentionem ipsorum,quòd est verum, nisi ex post facto admisceretur aliqua qualitas infirmitatis superuenientis,qua erat solitus teneri dictus vulneratus, vel non teneri;vt doloris iliorum,aut similis,secundum ea quæ dixi in.d.c.presbyterum.& idem dicendum est de alijs exceptionibus,defensionibus,& replicationibus,secundum varias species delictorum, quæ dimittendæ sunt discretioni, & iudicio doctissimorum aduocatorum,officialium,& iudicum,secundū varias casuum contingentias.Si verò inquisitus partem confessus fuit, & partem negauit respectu eius partis quam confessus fuit, dicendum est, vt statim dixi.respectu partis quam negauit, dicendum est,vt statim dicam in seq.membro; quia idem iuris est de parte quo ad partem &c.vt in.l.quæ de tota.ff.de rei vendica. Si vero inquisitus simpliciter negauit,aduertendum est ad ea,quæ iure communi sunt disposita,& ad ea,quæ secundum communem practicam obseruantur,in primis ad formam statutorum, quæ vt sæpius dictum est,exacta diligentia seruanda est. secundum autem communem practicam, & obseruantiam propter prius habita indicia sufficientia, de quibus statim aliquid subijciam, saltem per remissiones;si casus est talis, in quo procedi possit ad torturam,ante omnia iudex reum ponat ad torturā, & faciat ipsum confiteri; & demum postea faciat ipsum responderi inquisitioni; & si confitetur satis est,& seruanda sunt quę supra dicta sunt.Si verò negat, iterum reducet ad torturam vt confiteatur,vel donec purgentur indicia;& quando purgata fuerūt, debet ipsum relaxare cum cautela,de qua.§.dicam. De iure autem communi videtur mihi dicendum,ꝙ iudex debeat ita procedere.Nam si causa est talis,in qua non sit deueniendum ad torturam, debet producere testes,qui notitiam habeant de dicto maleficio,

cio,& ipsos diligenter examinare,secundum ea,quę
statim dicam; & si probauerint clarè, & plenè, con-
demnabit inquisitum secundum ꝙ iura, aut statuta
disponunt. Si vero non plenè,aut clarè probant,il-
1068 lum absoluet; quoniam probationes† in crimini-
bus debent esse luce clariores,vt in.l.fin.C.de proba
1069 tio.&.2.q.8.c.sciant.& † vtrum in defectum proba
tionis possit deferri iuramentum in causis crimina-
libus,vide per glo.& Docto.in.l.in bonæ fidei.C.de
iureiuran.& in.l.admonendi.ff.eo.titu. & ibi maxi-
mè per Moder.& per Spec.in titu. de iura.dela.§.1.
ver.vt autem.& latissimè per me in repet.c.si.de iu-
reiur.in primo membro,seu prima.q.princ. & adde
quæ statim dicam de diuersis generibus probatio-
num. Aduerte tamen,quia etiam in causa pecunia-
ria criminali quandoq; etiam deuenitur ad torturã;
sed non liberorum hominum,sed seruorum, vt in.l.
diuus Pius.ff.de quæstio.de quo dic vt ibi.Si vero sit
tale delictum,in quo procedi possit ad torturam,ad
quam perueniri potest duntaxat in capitalibus,& a-
trocioribus maleficijs,vt.l.edictum.ff.de quæstio.ar
bitror,ꝙ iudex ante omnia in quantum potest ela-
boret alio modo elicere à reis veritatem quam per
tormenta ; quare producet testes, qui verisimiliter
habent notitiam de delicto,super quo inquiritur,&
ipsos recipiet ad iuramenta,& dicta;debita forma à
iure,vel statutis requisita.Non enim arbitror a prin
cipio inchoandum esse à tortura , sed quantum po-
test fieri elaborandum est,vt aliter habeatur veritas
si fieri potest,per tex.in.d.l.edictum.ff.de quæst.ibi,
non aliter explorari,& inuestigari possunt, quam ꝑ
seruorum quæstiones,&c. Iudex autem examinans
testes inter alia notet, in quantum hoc fieri possit iu
ridicè,ꝙ cum deponunt super loco, & tpe, vt scribi
faciat hoc modo,interrogati de loco, & tẽpore di-
xerunt;loco,& tempore in inquisitione contentis.
Si enim se non referret ad locum,& tempus conten
tum in inquisitione, non esset probata intentio iu-
dicis inquirentis,arg.l.1.& fin.ff.de incen.rui. nauf.
& ita singulariter dicit Barto.per illum tex.in.l.1.in
princ.ff.de alea.quòd perpetuò notabis.& adde quę
dixi.s̃.in nono artic.princ.q.40. Et aduerte,ꝙ om-
nes testes qui non sunt idonei in causa ciuili,nõ sunt
idonei in causa criminali.Sed non omnes testes qui
sunt idonei in causa ciuili,sunt idonei in causa cri-
1070 minali.verum est,ꝙ† etiam in causa criminali edi-
ctum est prohibitorium,sicut in causa ciuili . vnde
omnes intelliguntur permissi , qui non reperiuntur
1071 prohibiti,vt.l.1.ff.de testi. † Prohibiti autem repe
riuntur minor viginti annis. & qui accusatus, vel in-
quisitus est de aliquo crimine, secundum quòd not.
& traditur in.l.testium fides . ff. de testi. circa quod
vide quòd traditur ibi,& per Spec.in titu.de teste.§.
oportet.ver.item quòd pendet accusatio.Examina-
ti autem,deponentes faciunt indicium , si ex officio
iudicis fuerunt examinati;licet secus esset, si ad peti
tionem accusatoris,vt tradit Guil.de Suza.& sequi-
1072 tur do.Flor.in.d.l.testium.† Mulier etiã de iure ca
nonico non est idonea testis in causa criminali. 23.
q.5.c.mulierem.& ibi glo.& glo.in.c.super eo. & in
c.cum ex literis.de testi.& sic seruatur in terris subie
ctis ecclesiæ,vt dicit glo.in.c.forus.de verb. signific.
Sed de iure ciuili secus est,vt.l.ex eo. ff.de testi. qď
seruandum est in terris imperij;& ita dicit do. Flor.
in.d.l.ex eo.& de hac materia vide in dictis iuribus.
& per Spec.in.d.§.opponitur.in ver.item ꝙ est mu-
lier.Io.And.recitat,ꝙ Iaco.de Are. per iura ibi alle
gata tenebat, ꝙ mulier etiam de iure ciuili prohibe
1073 tur. Et † idem dicendum de Hermaphrodito , in
quo præualet sexus muliebris.Spec.in.d.§.in ver.itẽ
quòd est Hermaphroditus . Et adde quòd dicitur
4.q.3.§.item in criminali . & vide.c.meminimus.s̃.
eo.& ibi etiam Io.And.& quòd tradit Spec.in titu.
de teste.§.opponitur. versi.item ꝙ in alia causa cri-
1074 minali.item† nec clericus in causa criminali corã
iudice seculari.11.q.1.c.nullus . quòd intelligerem
vbi tractatur de causa sanguinis.Faciunt quæ dixi in
c.ad audientiam.j̃.de homici.in.4.membro.7.arti-
culi princ.q.4.&.5.& pluribus sequen. Secus in cau-
sa criminali pecuniaria, sicut potest etiam esse corã
iudice ecclesiastico;quia coram eo nõ tractatur cau
sa sanguinis. Quicquid dicat Spec. in.d.§.opponit̃.
1075 versi.item ꝙ est clericus.Item quòd est† laicus,qui
non admittitur contra clericum in causa criminali.
2.q.8.c.laicos.&.c.seq.& per totum.&.c.veniens.s̃.
de testi.tradit Spec.in.d.§.opponitur . versi.item ꝙ
est laicus. In contrarium tamen facit glo.81.distin.
c.clerici . de quo dic vt dixi post.D.m.in.c.cum.P.
1076 s̃.eod. nec particeps criminis contra socium.not.
1077 glo.in.l.filium.C.de lib.cau.† Denuntiator tamen
criminis non repellitur.de quo vide per Bar.in.l.di-
uus.ff.de custo.reo.& Bartho.de Salice in repet.l.ea
quidem.C.qui accu.non poss. & vide latius in dictis
iuribus.& per Specu.in d.§. quia non intendo aliter
examinare,aut insistere,ne videar legere titulum de
testi.sed quo ad propositum pro breui introductio-
1078 ne hæc sufficiant. † Inquisitus ergo,contra quem
producũtur testes,debet animaduertere, an sint ido
nei ; & si non sunt, opponat legitimas exceptiones,
quas poterit videre in locis congruis,& maximè per
Spec.in.d.§.opponitur.& per Bar.in suo solenni tra
1079 cta.de testi. † vtrum autem ex ꝓbationibus factis
in inquisitione generali, possit puniri repertus, &
probatus culpabilis,absque alijs probationibus, vi-
de quòd dixi in.c.ad petitionem. in secundo not.s̃.
eo. & quamuis remiserim me hic dicturum,tamen
omitto,quia fui nimis prolixus . Sed vltra iura ibi
allegata,vide per Archid.50.distinc.c.miror. & per
Barto.& Nichol.de Matta. in.l.2.§.si publico. ff.de
adult.& de off.ordi.c.1.per Io.And.& Ang.in repe.
1080 l.si vacantia.C.de bo.vac.lib.10. vbi dicit,ꝙ† syn-
dicator virtute generalis inquisitionis factæ contra
Potestatem,seu officiales, & eius familiam , potest
eum condemnare,& punire. ¶ Nonagesimoquarto
1081 quæro,† examinatis testibus,quid debeat facere iu
dex. Sol.dic,ꝙ debet publicare ipsas attestationes,
1082 & testiũ dicta. Sicut †.n.in ciuili,publicatio pro-
cessus est de substantia, vt not. per glo.in.l.prolatã.
C.de senten.ita etiam in criminali, arg.l.absentem.
ff.de pœ.Aduerte tamen,ne erres,quia Bar. & Doct. Cõis opi.
communiter* in.d.l.prolatam . volunt,ꝙ non sit de
ordine substãtiali;ita ꝙ reddat sententiam nullam ;
de quo per glo. Inno.Io.And.& Io.de Imo. in.c.cũ
I.& A.de re iudic. quibus publicatis, debet statuere
terminum inquisito ad opponendum contra dicta,
& attestationes, contra quas attestationes debet op
poni

poni, prout occurrit, ꝙ ſunt varij, contrarij, repugnantes, non reddunt ſufficientem cauſam, vel eundem præmeditatum ſermonem, ꝙ inimici &c. & per alios modos diſtrahere, de quibus dixi, & remiſſiones dedi. ſ. in. q. præceden. Eſt enim aduertendum,
1083 ꝙ † ad hoc vt inquiſitus poſſit ſe defendere, non ſolum nomina teſtium, ſed etiam dicta, & capitula eorundem ſunt inquiſito exhibenda, vt hic in glo. in ver. & nomina, & dicta. & non ſolum quando inquiritur contra laicos, ſeu contra clericos ſeculares, ſed etiam cum inquiritur contra prælatos regulares. Hoc tenet glo. in. c. pen. j. eo. Hoſti. ibi tenet cōtrarium, ꝙ non ſint exhibenda nomina, per tex. nr̄m, quia in. d. c. pen. non fit mentio de nominibus, ſed tantum de delictis. Item mouetur, quia exhibere nomina conſiſtit in ſubtilitate iuris, quæ non obſeruatur contra regulares, vt hic in fine. ſed contrarium communiter* tenetur. & tenet ibi. D. m. per tex. noſtrum, qui vult, ꝙ ideò nomina non ſunt ſupprimenda, ne detur audacia infamandi; ergo non ex ſubtilitate, ſed ex bona æquitate; & per conſequens non omittenda, licet agatur contra prælatum regularem, & dic vt ibi latius dixi. Et vide quòd dixi. ſ. in. 9. artic. princi. q. 53. & viſis oppoſitionibus, & exceptionibus oppoſitis, & examinatis diligenter ipſis teſtibus debet animaduertere, & conſiderare vtrum ꝓbent, vel non; & ſi probant clarè, & lucidè, bene quidem; ſi vero non ꝓbarent, & ipſe poſſit habere alios teſtes, alios iterum producat, & examinet donec ve-
1084 ritas habeatur. Quoniam † iudici inquirenti ex mero officio ſuo non obſtat publicatio atteſtationum, quominus poſſit ad offenſam, & probationem inqſitionis, & defenſam etiam exceptionum nunc propoſitarum teſtes producere, vt not. Bart. in. l. 1. §. ſi quis vltro. & in. l. vnus. §. cogniturum. ff. de quæſtio. & in. l. 2. §. ſi publico. ff. de adulte. & per Inno. & Io. And. in. c. cum clamor. & Io. And. in. c. fraternitatis. ſ. de teſti. dixi in cle. 2. de teſti. Nam vt dicit Bal. in repeti. l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. publicatio teſtium non ligat iudicem in eo, quòd ex officio facit. allegat not. 35. q. 7. §. ecce. & idem dicit ipſe in repe. l. in pecuniarijs. ff. de fer. in fi. q. dixi in. d. cle. 2. & conſuluit Fede. de Senis. conſil. 255. quia ceſſant in officio iudicis rationes prohibitiuæ; quare teſtes publicatis atteſtationibus non debeant produci ſuper eiuſdem articulis, vel directò contrarijs, cū ipſe iudex examinans ſemper habeat notas examinationes, & ſic examinato vno, aut duobꝰ, nō poſſet alios examinare. & hoc etiam tenet Ang. in repeti. l. ſi vacantia. C. de bo. vacā. lib. 10. dicit tamen ibi Fede. ꝙ quando iudex inquireret ad petitionem alicuius, ꝙ hoc caſu ille talis non eſſet admittendus publicatis atteſtationibus ad producendum alios teſtes, vel ad repetēdum eoſdem ſuper eiſdem articulis, niſi quantum ad declarationem; quia in eo videntur habere locum rationes prohibitiuæ. Et vide Inno. in. c. cum clamor. ſ. de teſti. qui ponit duas opin. Prima eſt, ꝙ promotor inquiſitionis poſſit producere teſtes etiā publicatis atteſtationibus. Secunda eſt, ꝙ non poſſit, niſi velit docere de colluſione. Io. And. ibi recitat Hoſt. diſtinguentem, ꝙ aut nullus promouet inquiſitionem, ſed ſolus iudex proſequitur, & poteſt, niſi forſan inquiſitor ſe ſuſpectum reddat, malitioſè prorogans vt inquiſitum teneat impeditum, ꝙ præſumitur ſi parum, vel nihil expedit, & elongat, dilationem aſſignet, & de menſe in menſem ſolum recipiat vnum teſtem, quibus demum publicatis dicit ſe velle alios recipere, & melius veritatē inuenire, arg. ff. de eden. l. argentarius. § cum. verſi. ſed non eſt ita. & iterum procraſtinat, & publicat, & vult procedere in infinitum; de malitioſo igitur proceſſu poteſt, & debet contra talem præſumi, arg. ſ. de præſump. c. nullus. cum talis ꝓtelatio nulli proſit, & maxime in eccleſiaſticis, vt in. c. quam ſit. de elect. lib. 6. & ideò ſuperior inquirēs aſſignabit terminum, intra quem inquiſitionem receptam expediat, quo elapſo, inquiſitum abſoluit ſi prius non fuerit expeditus. ad hoc quòd legitur, & not. ſ. de appella. c. oblatę. §. pen. de reſti. ſpo. c. frequens. §. ſolet. lib. 6. & quòd tradit Io. And. in. c. dilecto. de appella. in glo. in verbo ineptè. Aut talis inquiſitor promouet, & tunc aut talis datus eſt à iudice ad ipſam inquiſitionem tantum adiuuandam. Aut datus eſt à ſocijs, vel ipſe ſua ſpontè illam promouet. Primo caſu, idem dicendum quod in præcedenti, quia verè loquendo, iſte non eſt pars, ſed quaſi pars ſimilitudinariè, quia tali non licet libellum offerre, nec litem conteſtari; & in iſtis caſibus poteſt ſaluari prima opin. Inno. In ſecundo caſu quando datus eſt a ſocijs, vel ipſe offert, ita ꝙ ꝓmouet, & proſequitur inquiſitionem, vt verè pars. quo caſu libellus offertur, & lis conteſtatur. de purg. cano. c. cum dilecti. de indi. c. examinata. & ſic dicit poſſe intelligi. c. veniens. & c. cum dilectus. ſ. eo. & c. prælatorum. j. eo. & hoc caſu ſit vera ſecunda opi. Inno. Facit quod not. Io. And. in. c. cum olim. de teſtib. in vltima glo. Poſſet tamen ſecundum eos, etiā hoc caſu iudex ex officio ſuo, ſi viderit expedire, veritatem plenius inquirere, arg. c. per tuas. de teſti. vel ſecundum Hoſt. iuſtius, & melius eſt, ꝙ abſoluto inquiſito ab inſtantia inquiſitionis primæ, aliam incipiat de nouo, ſecundum ea quæ dicit Ioā. And. in. c. cum dilectus. de purg. cano. in glo. in verbo, forſan. vel purgationem indicat, vt dicam. j. in. 16. princi. artic. & adde ad ṕdicta quæ dixi. ſ. in. 6. artic. princ. & in hoc eodem artic. q. 13. & q. 80. Aduertat etiā iudex, ꝙ eoſdem teſtes non repetat, ſuper eiſdem articulis ad probandum, qđ non probauerunt. Nam cum ipſi iurauerint, & debeant plenam dicere veritatem, ſi aliquid omiſerūt ſunt ſuſpecti de periurio, & falſitate; ſed ad declarandum poſſet repetere, ſm ea, quæ tradit Inno. in. d. c. cum clamor. & poſt eum Io. And. dixi in. d. cle. 2. de teſtib. Animaduertat tamen iudex, vt diligenter examinet dictos teſtes, & videat vtrum probent, ante quam faciat publicationē proceſſus, & ſi non probant producat alios teſtes, quos poterit, donec viderit plenè probatum quantum probare poteſt, & poſtea publicet teſtes, quia vt dicit Hoſti. in. d. c. cum clamor. quando iudex ꝓcedit ex ſuo puro officio, & aliquos teſtes recipit, & eos publicat, & videt eos nō plenè probare, & alios examinat, reddit ſe ſuſpectum, vt etiam dicit Fede. in dicto conſilio. vbi etiam dicit, ꝙ meritò poſſit à tali appellari, vt. j. dicam. Poſſet tamen iudex excuſari in quantum prima fronte ipſi plenè probaſſent, ſed propter aliquas exceptiones obiectas per partē, & probatas, nunc apparet, ꝙ non plenè probant; qa

non

Cōis opi.

non est hoc casu quid imputãdum iudici. Itē posset
excusari, si examinationem alteri delegasset. Aduer
1085 te tamen, † quia de iure ciuili non videtur hoc ꝓ-
cedere; vt in causa criminali possit delegari exami-
1086 natio testium; quia † causæ meri, & mixti imperij
non possunt delegari, vt in. l. 1. ff. de of. eius cui man.
est iurisd. & de articulo nostro videtur casus in auth.
apud eloquentissimum. & ibi glo. & doct. C. de fide
instru. Facit. c. a nobis. qui mat. accu. poss. sed de iure
canonico qualiter procedat, tãgitur in. c. 2. de iudi.
lib. 6. & in. c. 1. de testi. cog. & per glo. in. c. sup quæ-
stionum. §. si vero dico. in glo. super verbo, alij dele-
gare. de off. delega. &. 3. q. 9. c. testes. Ego latissimè
dixi in cle. 1. de off. delega. Caueat tamen iudex, ne
conetur vltra debitum extendere fimbrias, ad hoc vt
testes probent, quoniam ædificaret sibi ad gehen-
nam, prout statim dicam in alio articulo. in. q. seq. in
1087 fi. & est notandum, ꝙ † non solum ex dictis testiũ;
sed etiam ex diuersis generibus probationum, vt pu
ta ex vno teste omni exceptione maiore, & ex fa-
ma, & ex alijs præsumptionibus, & indicijs simul iun
ctis poterit condemnare, vt eleganter dicit Bart. in
. l. 1 §. idem cornelio. ff. de quæstio. Sicut etiam dici
mus in ciuilibus, in quibus ex diuersis semiplenis, ꝓ-
bationibus, etiam ex diuersorum generum fit vna
integra probatio, vt tradit Bart. in. l. admonẽdi. ff. de
iureiur. de quo artic. dixi in repet. c. fin. ẽ. de iureiur.
in secundo princip. artic. & membro. Tradit etiam
D. m. in. c. 3. ẽ. de probat. de qua etiam materia latè
dixi in. 9. princ. artic. q. 40. Item est aduertendum,
ꝙ non solum iudex publicatis attestationibus ad
offensam potest nouos testes producere super eisdẽ
articulis, vel antiquos repetere ad declarationem,
non vt de nouo aliquid addant, quia esset suspicio
falsitatis; sed etiam pars super articulis directò con-
trarijs ad defensionem, potest testes producere, & iu
dex debet admittere, tum quia iudicium non debet
claudicare; tum quia defensio nullo modo est aufe-
renda inquisito vsque ad sententiam, maximè cum
1088 tractetur de † vita, & salute hominis, quæ cunctis
rebus præponenda est, vt in. l. fi. C. de sacros. eccle. &
quia cum sit maius periculum, cautius agendum, vt
in. c. vbi periculum. de elec. lib. 6. & magis consulen
dum, vt in. l. 1. §. 2. ff. de carbo. edic. & diligẽtius res
examinanda. C. de appel. l. abditos. & . l. fi. C. de pro-
ba. & hanc opin. tenet Barto. in. d. l. 1. §. si quis vltrò.
ff. de quæstio. & colligitur etiam per Doc. in iuribus
ẽ. allega. & satis placet. & licet posset dici, ꝙ timen-
dum est magis de subornatione in hoc casu propter
magnum periculum, dico, ꝙ iudex debet in hoc di-
ligẽter considerare, & aduertere qua fronte, qua tre-
pidatione &c. Et si videret aliquo modo vacillare,
poterit ponere testes ad torturam, secũdum ea, quæ
statim dicam. Prædicta tamen de producendis testi-
bus publicatis attestationibus procedunt, nisi ꝑ sta-
tuta locorum aliter disponeretur, quæ sunt seruanda
1089 in primis, vt sæpius dictum est. † Quid autem si
reus potest facere defensiones, & nõ facit, an iudex
1090 possit illas facere? videtur ꝙ non; quia † ad priuatã
vtilitatem, parte non postulante, non debet impar-
tiri officium suum, vt. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff.
de dam. infec. In contrarium facit. l. si non defenda-
tur. ff. de pœ. quidam dicunt, ꝙ licet possit, vt ibi, nõ
tamen compellitur, per not. in. l. quicquid. ff. de iud,
vel potes dicere, secundum alios, & mihi placet, ꝙ
aut loquitur de defensionibus tendentibus ad de-
fensam innocentiæ; & tunc potest supplere etiam de
1091 facto, quia † publicè interest innocentes non con-
demnari, vt. l. absentem. ff. de pœ. & ita potest intel-
ligi quòd not. Inno. in. c. 1. de postu. præla. vbi dicit,
ꝙ iudex, qui inquirendo procedit, potest supplere
de facto. Facit qđ not. l. filiusfamilias. §. veterani. ff.
de procur. Secus si sit nocens, & defensiones tendãt
ad impunitatẽ criminis, quia hoc odiosum est, arg. l.
si a reo §. id qđ vulgo. ff. de fideiuss. & ideò non de-
bet supplere contra publicam vtilitatem, arg. not. ꝑ
Bar. in. d. §. hoc autẽ iudicium. ¶ Nonagesimoquin
1092 to quæro, quia † plerunque testes subtrahunt se a
testificationibus in causa criminali, & latitant quan
doq, suasionibus delinquentis, vel alterius potẽtis;
quæritur ꝙ sit remedium, ad hoc vt compellantur
venire. Sol. dic, ꝙ tales possunt compelli, vt hic dicit
glo. nostra. in versi. item. testes compelli, per. c. super
his. ẽ. de test. cog. & traditur latius in. c. dilectorum.
eo. tit. & not. ꝙ contra tales possunt exerceri reme-
dia, quæ prodita sunt contra cõtumaces, sup quibus
non insisto; sed quærantur in locis congruis. Item
tradit Bar. notabilem cautelam, & practicam, in. l. 1.
§. 2. ff. de fal. vbi dicit, ꝙ iudex cõtra tales debet for-
mare processum, ꝙ pecuniam receperunt, ne in tali
inquisitione testimonium dicerent; nam hoc timo-
re ne incidant in falsum, venient, & testificabuntur.
1093 Sed quæro, an † testes sint torquendi, an vero cre-
datur eis sine tortura. Sol. dic, ꝙ quædam personæ
1094 sunt, quæ non debent torqueri, vt † sunt clerici; qui
tamen per iudicem suum puniri possunt de falso, vt
in. l. presbyteri. C. de episc. & cle. An autem pro de-
licto suo possint torqueri, vide glo. in reg. cum in
contemplatione. ẽ. de reg. iur. & . 12. q. 2. c. quæstio-
nem. & per Archid. 14. q. 5. c. 1. super glo. fin. Item
1095 † constituti in dignitate seculari non possunt tor-
queri, nisi vacillent, vt in. l. nullum. C. de testi. & idẽ
si non sunt in dignitate, sunt tamen bonæ conditio-
nis, & famæ, & diuites, nam tales possunt torqueri so
lum in duobus casibus. Primus, si vacillant, vt. l. ex li-
bero. ff. de quæstio. Secundus, si cõuincuntur de men
dacio; vt puta, quia asserant se non interfuisse male-
ficio, & tamen ab alijs conuincuntur, vt in. l. vnius §.
testes. ff. de quæstio. Si vero sint viles homines, aut vi
lem artem exercentes, videtur ꝙ non sint admittẽn-
di, nisi cum tormentis, & nisi sint a partibus rogati,
vt in auth. de testi. §. si vero ignoti. & in § si vero hu-
iusmodi. & ibi glo. & tenet D. Azo in summa. in tit.
de testi. sed Bar. in. d. l. ex libero. in. d. §. si vero igno-
ti. tenet contrariam sententiam, per. l. diuus. §. fin. ff.
1096 de quæstio. vbi † deportatus in insulam, & etiam sta
tuliber non torquetur; sicut nec alij liberi homines.
& tamen constat illos viles esse. Non obstat §. si ve-
ro ignoti. quia ad hoc vt torqueantur, ille tex. requi-
rit duo. Primo, ꝙ sint viles, & ignoti. Secundo, ꝙ te-
neant corrumpere veritatem. vult ergo Bar. ꝙ admit
tantur sine tortura, sed ꝙ eis non adhibetur tanta fi-
des, quanta non vilibus adhibetur, vt in. l. 2. §. 3. in
princ. ff. de testib. possunt tamen torqueri in dictis
duobus casibus. Item & in alio tertio casu, videlicet,
quando spontè vadunt ad dicendum testimonium.

5.q.5.c.illi qui.& in.d.§.si verò ignoti.in versi.festinantes.& ibi tenet Bar.& in.d.l.ex libero. Sed quæro circa prædicta, vtrum in casibus, in quibus testes possint torqueri, an seruanda sit forma.l.custodias. ff.de pub.iudi.videlicet, vt citentur eorum aduocati, vt videant eorum indicia, quæ sunt contra ipsos testes,& q ipsi sciunt ea quæ iudex vult ab eis scire. Sol.Bar.in.l.vnius.§.iudex.dicit,q non,& bene. caueat tamen iudex, vt dixi in.q.præcedē. vt Deum,& puram conscientiam ante oculos habeat, ne per tormenta, vel alio modo cogat testes aliquid dicere in criminali contra veritatem, vbi de vita agatur; quia teneretur.l.Corne.de sica.arg.l.1.in princ. ff.ad leg. Corne.de sica.& ibi per Bart. ¶ Nonagesimosexto
1097 quæro,†quid si iudex fecit quicquid potuit, vt per testes, vel per alios modos, quam per tormenta haberet veritatem plenam,& claram; non tamē potuit illam plenam,& claram habere, quid facere debeat? Sol.dic,q animaduertere debet, an sit adeò probatum per testes, vel alio modo, q ex probationibus insurgant sufficientia indicia ad torturam. Et si quidem fuerint sufficientia indicia, & sint talia crimina, in quibus quis possit torqueri, & sint tales personæ, quæ possint torqueri, de quibus omnibus vide p glo. & Doct.in.l.si quis.C.ad leg.iul.maie. & p Bar. in.l.1.§.2.&.l.maritus.& in.l.pen.& latius per eum in.l.fi.ff.de quæstio.& quasi per totum tit.& latè per Bal.in.l.excipiuntur.& ibi per Ludo. Pont.ff.ad Silla.& in.l.fi.& ibi Io.de Io.de Imo. ff.de hære. instit. de qua materia dic, vt latè dixi in tract.quē de quest. feci. Et ideò hic vlterius non insisto. Sed aduerte circa prædicta, quia posses dubitare. Nam si fama est sufficiens indicium ad torturam, vt quidam voluerunt,& inquisitio non potest formari non præcedente fama secundum ea, quę latè fuerunt dicta supra in nono princ. artic. ergo videtur, q quilibet iudex inquirens possit inquisitum ponere ad torturam, nam
1098 dico, q hæc argumentatio non procedit. nam†regulariter fama sola non facit indicium sufficiens ad torturam, vt not.glo.in.l.3.§.eiusdem.ff.de testi.sed iūcta cum alijs indicijs, seu præsumptionibus, vt ibi not.glo. & not.etiam Barto.in.l.1.§.Cornelio.ff.de quæstio.& vide etiam per eum in.l.de minore.§.tormenta.& in.l.fi.eo.tit. Præterea, posito q fama faceret indicium, tamen argumentum non concludit; quia non est verum simpliciter, q inquisitio non teneat non præcedente diffamatione, secundū ea quæ latè dixi.s.in.9.prin.artic.q.46. Præterea & tertio, posito q non valeret inquisitio non præcedente diffamatione,& q fama faceret sufficiens indicium ad torturam, adhuc dico, q arg. non concludit, quia fama potest haberi per testes deponentes, parte non citata,& per consequens non faceret legitimum in-
1099 dicium, quia†ad hoc vt testes examinati pro indicijs habendis præiudicent delinquēti, necesse est, q ipse delinquens citetur,& ipso citato iurent; aliàs autem non præiudicarent sibi, vt not. Bart. in.l.si qs. ff.de adult. Facit quòd not.idem Bart.in.l.fina.ff.de quæstio. vbi singulariter dicit, q testes examinati super inquisitione generali, non præiudicant malefactori cōtra quem postea specialiter inquiritur, si malefactor non fuit citatus, quādo testes iurauerunt in
1100 inquisitione generali. Et aduertat†iudex, vt adhibeat debitum moderamen in tortura, vt not.in.l.de minore.§.quorū.ff.de questio. qđ totum relinquit discretioni suæ, qui debet considerare complexionē illius qui torquetur, videlicet, ętatem, fortitudinē, valetudinem,& imbecillitatem, quandoq; grauioribus, quandoq; leuioribus tormentis vtēdo. Nam
1101 si†tortus ex immoderatis tormentis moreretur, aut contra iustitiam esset tortus, iudex teneretur.l.Cor. de sica. vt dicit Bar.in.l.lege Cornelia. ff.de sica. sed si moreretur ex tortura moderatè, & arbitrio boni viri adhibita,& in casu permisso, non teneretur. Ita intelligi debet, quòd dicit Cyn. in.l.Gracchus.C. de adult.& Bar.in.l.quæstioni.ff.de quæstio. Et est
1102 etiam aduertendum circa prædicta, q†si adhibita tortura reus confitetur, propter talem cōfessionem non potest damnari, vt in.d.l.diuus.& ibi Bart.ff.de quæstio.sed debet facere, q inquisitus postea perseueret sponte in dicta confessione. Et dicit Iac.Eutr. q saltem debet iudex stare per diem naturalē post tormenta adhibita, antequam recipiat dictam confessionem, vt spontaneam, vt ipse nota.in.l.2.C.de cust.reo. Sed Bar.in.d.§.diuus. dicit, q hoc est arbitrio iudicis relinquendum, qui iudex debet considerare qualitatem tormenti, & distantiam temporis, ita q verisimile sit, q cessauerit metus tormentorū; quo verisimiliter cessante, debet ipsum ducere ad tribunal in loco publico iudicij,& coram notarijs, & alijs personis publicè recipere confessionem spontaneam. & ita dicit Ange.in.d.l.2.C.de custo reo. qua confessione facta, debet sibi statuere terminum ad omnem suam defensionem faciendam, sm ea, quæ dicta fuerunt.s.q.92. debet tamen iudex in ipsa tortura diligenter animaduertere, & sibi præcauere ne aliquo modo verba aliqua proferat, per quæ possit aliquo modo instruere, aut inducere inquisitum ad sic confitendum, vt in.l.1.§.quæstioni. ff.de quæstio. vnde non debet interrogare, an interfecerit T. in tali loco tali die, vulnerando eum in pectore, aut in capite, cum ense, aut simili ferro, vel alio; & sic de singulis; sed debet ipsum generaliter interrogare, an a tali tempore citra, fecerit aliquam rixam, & cum quo,& in quo loco,& qualiter,& quo tēpore, & an cū ferro,& an illata fuerint vulnera, & quæ,& quot, & in qua parte corporis. Et si confitendo, concordauerit in omnibus, debet sibi credere. Si verò non concordauerit, aut in aliquo discordauerit, q verisimiliter sciri potuerit per eum, debet arbitrari, q metu tormentorum confiteatur. Nec debet eum aliquo modo damnare, quamuis confiteatur se Titium interfecisse, de cuius.T. homicidio inquiritur contra eum. Quia potest esse, q audiuit Titium interfectum,& in certo loco, vel tali die;& propter cruciatum,& dolorem tormentorum confitetur, q de tali facilè potest apparere; quia sicut confitetur homicidium,& aliquas circunstantias; ita confiteretur alias circunstātias notas, vt puta, dicit se interfecisse cum telo, aut vno stocho,& is, de quo inquiritur fuit interfectus laqueo, vel cum ense, aut roncone, aut cum lapide, malleo, aut securi,& sic de similibus. Item si dixerit de specie ferri, cum quo verisimile est, q interfecerit, cautus iudex debet interrogare vnde habuit illud ferrum,& vbi posuerit, vel habeat,& mittere p illo,& videre an sit verisimile, sciscitando,& perqui-

perquirendo a medicis,& ab alijs, qui ipsum vulneratum curauerunt,vel ipsum interfectum viderunt. Et ideò etiam cauti officiales, quando defertur aliquem hominem interfectum fuisse, debent mittere indices,& alios suos officiales peritos,& discretos,q videant, & considerent qualia sint vulnera illata, & eorum latitudinem,& profunditatem,& considerēt cũ quo genere ferri,& in qua parte corporis, & alias circunstantias,& locum,vbi forte fuit inchoatus insultus,qui poterit apparere ex sanguinis effusione,si fortè vno loco fuit inchoata rixa, & in alio completum homicidium. Item debet esse prudens,& cautus,vt immediatè quòd malefactorem cepit, teneat ipsum secreto in loco,ita ꝙ nullus valeat ipsum alloqui;ne fortè instruatur,aut verò instruat, ꝙ maximè debet præcaueri in furibus. Nam posset esse,ꝙ si fecisset furtum,in quo delicto vix videtur contingēs, vt innocens debeat damnari,vt statim dicam,posset fur captus fortè posuisse rem in aliquo loco, & aliquis instructus ab eo,illam remoueret, & alibi portaret,& sic non reperiretur postea in illo loco. De facili tamen posset contingere,ꝙ ex dolore tormentorum ipse fateretur,ꝙ fecit illā ex illo loco remoueri,& nominaret illum per quem remoueri fecit,q si posset haberi,res fieri posset clara.Si non possit haberi non de facili est sibi credendum ; quia non est dubium,ꝙ cruciatus, & dolor tormentorum facit omnia fateri,etiam falsa; dummodo ille qui torquetur possit scire quid intendat officialis,ꝙ ab eo dicatur.nec credo,ꝙ vnus ex mille posset resistere.vnde, vt dixi,debet esse cautus, & prudens officialis circa prædicta,& in furto perquirere vbi,a quo, quam rē, quo tempore fuit furatus,quid de re, quam furatus est fecerit. & ideò de facili nō potest contingere,vt innocens damnetur,vt dixi. Solum de vno pessimo, & inueterato fure intellexi,q in ciuitate nostra plures innocentes suspendi fecit; nam cum ipse vir bonus appareret,& quotidiè furaretur,quando aliquis capiebatur pro furto, captabat locum aptum tempore torturæ,quo audiebat tortum. & si tortus confitebatur aliquam rem,de subtractis suscepisse; & in aliquo loco posuisse,iste fur, qui illas res subtraxerat,illam immediatè portabat in illum locum, si facere poterat,quæ res tandem prudētia Senatoris nostri in lucem deuenit. Nam cum prædictus fur multa bona subtraxisset ex domo quadam, cuius dominus absens erat,in quam dictus fur intrauerat p domum cuiusdam compatris sui cōtiguam,die sequenti,qua compater a ciuitate decesserat, & malitia adhibita,quasdam res, & massaritias ad supellectilem pertinentes subtractas dimisit in domo compatris, aliàs verò pretiosiores secum portauit;vnde cũ esset rumor de rebus subtractis,qui rumor ad ipsum compatrem deuenit. Cum tandem caperetur,quia vicinus, tandem est confessus subtraxisse, & eas habere in domo,ductusq; in domum,videns quasdam ex illis esse in domo protulit dolendo aduersus res; hæc verba,vos estis hic; sed nunquam vos hic posui,nec subtraxi,quæ verba cum tandem essent relata Senatori,& de reliquis rebus nullam reperiret, tandem sciscitatus Senator est ab eo,vtrum haberet aliquem inimicum. Rñdit se nullum habere,sed verum esse, ꝙ quēdam iam habuit,quem vt sibi conciliaret fecit sibi compatrem ; vnde Senator a quo pluries dictus compater fuerat percunctatus de salute compatris capti,commiscendo verba mordacia cum dulcibus,fecit ipsum capi;& tandem confessus fuit malignitatē
1103 suam. Quare† Senator in dicta die ambob' captis, fecit innocentem indui lugubri veste cum laqueo ad collum;nocentem vero candida, & alba veste cũ oliuea corona. Et tandem narratis criminibus,quæ prius innocens ob pœnā tormentorum mendaciter confessus fuerat,& demum narrata forma indagatę, & repertæ veritatis,& qualiter nocens veraciter eadem crimina cōfessus fuerat,qualiter etiam alia plurima furta perpetrauerat,lata prius sententia absolutoria innocentis, & deinde nocentis condemnatoria,innocentem lugubri,ac nigra veste expoliauit, & laqueo absoluit. Nocentem verò veste sua candida,atque oliuea corona priuauit, & factis hincinde debitis permutationibus,vt par erat, innocens cum magno populi applausu,& musicalibus instrumētis, candida veste indutus,& oliuea corona domum repetijt.Nocens vero laqueo suspensus fuit.Hanc sententiam memoratu dignam hic recensui, quoniam materiæ conuenit, & vt officiales prudentes sint, & cauti.Et si quidem subtracta diceretur pecunia numerata,& alter fateretur in tormentis,non de facili debet credere;nisi intelligat,& reperiat alias circunstantias conformes Quare cum superioribus mensibus,quidam nouellus Capitaneus ob subtractam pecuniam,quendam hospitem cępisset,& hospes confessus esset se pecuniam illam subtraxisse, & non solum illi;sed pluribus alijs hospitibus non paruas pecuniarum quantitates similiter subtraxisse,& assereret illas exposuisse,seu expendisse. Consultus a Capitaneo,respondi,nequaquam illi fidem adhibēdam, sed examinandum,quid de Marsupio fecerit,quo in loco posuerit,quòd cum varijs locis in tormentis fateretur se posuisse,nec reperiretur, tandem dixit se illud combussisse. Cui etiam confessioni respondi, non de facili fidem adhibendam. Et cum præfatus hospes paucis ante mēsibus hospitium conduxisset, consului Capitaneo,ꝙ vellet perquirere res, quas p inuētarium receperat,& quas tunc haberet, & librũ rationum suarum circa introitus, & exitus hospitij, & ea diligenti inquisitione illius innocentia comperta fuit,& liberè relaxatus.Et vide Bal.in authen. sed nouo iure C.de ser.fug.de eo qui cōfitetur se fecisse plura furta,varijs,& diuersis personis,an standũ sit tali confessioni ; & maximè in his, quæ de facili non possunt reprobari,seu pbari,aliter quam p tormenta,consideretq; quàm potens sit cruciatus, & do
1104 lor. ¶ Placet etiam circa hanc materiam aliā memoratu dignam,vt accepi, & quæ meis temporibus accidit,historiam subiungere. Florentinus non multis lustris exactis in præsidem Castellanæ ciuitatis electus est. Hic quendam ciuem Castellanum ex familia satis nobili ob demerita sua condemnauit; ex ea familia in Capitaneum Florentinæ ciuitatis quidam eligitur. Agebat hic animo quo pacto posset Florentino præfato vices rependere ; & ad eam rem peragendam quam vigilantissimè intendebat ; verũ cum propter prædicti ciuis integritatem, intelligeret se incassum laborare, ad cæteros de genere illius animum conuertit,adhibitaq; ad id diligenti cura,

studio,

ſtudio, & ſolicitudine vindictæ huiuſmodi facultas oblata eſt. Erat in ea familia Florentina iuuenis quidam iam perfectę ætatis, qui diſſolutam vitam agẽs, facultates ſuas ferè omnes luxuria, & alea conſumpſerat. Ad hunc iuuenem Capitaneus animum conuertit; interea captus fur, plurima furta confitetur, hic Florentinus erat, & laſciuo iuueni familiaris. Capitaneus furem clam alloquitur, ſi furtorum ſocium iuuenem affirmauerit, ſalutem ſibi pollicetur. Fur illius voluntati fidem præſtans ſeruandum modum a Capitaneo recipit. Poſtera die captato tẽpore, iuuenis in alea captus carceri manciparur, erat inter locum furis, & iuuenis paries intermedius, & in pariete foramen ad eam rem de induſtria fabricatum; & per illud fur iuuenem alloquitur, ac de infortunio ſuo condolens, pleraque furta, perſonas, loca, & tempora, circunſtantiaſque omnes per ordinem, vt inſtructus erat, narrat. Sequenti nocte Capitaneus, vt conuenerat, iterum de fure quæſtionem aſſumit, de ſocijs quærit, fur in narratis iuueni furtis, illum ſocium ſibi fuiſſe teſtatur. Capitaneus hoc intellecto, quo prudentius rem agere videretur, ad alium locũ ne iuuenis cameræ propinquus eſſet, furem trãsfert. Sequenti die, vna cum latrunculatore dulcibus verbis, vt in primis fieri aſſolet, Capitaneus iuuenem alloquitur. Negat iuuenis ſe furto vnquam aliqua ſubtraxiſſe; ſed cum in nocte quęſtio de illo haberetur, tãdem vna cum fure furta, locis, perſonis, & temporibus, vt ſibi a fure narrata fuerant, perpetraſſe fatetur. confeſſione deinde a ſingulis abſque tormentis recepta, iuuenis pro ſalute ſua, Nuntiatæ Virgini votum facit; pro ſubeunda pœna eadem dies ambobus deſignatur, iuuenis abſque patientia aliqua quaſi deſperatus, dum in pœnitentia recipitur dolore confunditur, ꝙ innocens tanta cum infamia morti damnetur. Nulla verba, nullæ ſacerdotis ſuaſiones iuuenis animum conuertere potuerunt, vt vera pœnitentia duceretur. Accedit deinde ſacerdos ad furem, futuræ mortis alterius ignarum. Ille, & ſi nocẽs eſſet, ægrè mortem ferebat. Conſolatur ſacerdos, atque vt illius dolorem leniat denuntiat iuuenem innocentem mortem ſubiturum. Hoc cum audiret fur, dolenter exclamans tandem rem ipſam animæ ſuæ perniciosiſſimam affirmat. Fraude Capitanei, ſe mortis illius innocentis cauſam fuiſſe teſtatur. Sacerdos pro animæ furis ſalute conſulit, vt rem quamprimum poteſt publicè manifeſtet; verum prudentius egiſſet, ſi eius rei capitaneo, & dominis propalandi licentiam recepiſſet. poſtera die ambo ad audiendã ſententiam ducuntur. Aderat ingens hominum multitudo; incipit fur exclamare, veniamq; ab innocente poſtulans, capitanei fraudem narrat, mirãtur omnes, ſtupet in primis latrunculator, & fraudis ignarus, pauore contremiſcit; huius fraudis ſtatim ad illuſtriſſimos priores euolat fama. Qui vt tam ſceleſti facinoris veritatem indagarentur, collegia conueniunt. Interea decapitationis in ambos ſententia fertur, executioni committitur. Mos eſt Florentinis, quo ſupplicia in aliorum tendant exemplar, vt non recta via, ſed per circuitum reos ad ſupplicium ducant idque lege municipali conſtitutum eſt, ad hoc vt populi multitudo occurrat, quòd certis in locis tubicen ſono ſupplicij ſignum denuntiet. Ad ſingula igitur loca prædicta cum deuentum erat adiuratione innocentis, nocens fraudem, & fraudis conſilium ſerio explicabat; dum hæc agerentur, decreto Priorum mandatur Capitaneo, vt damnatorum executionem retardet. Nuntius cum palatij portam exiret equum forẽſi ſachetti podagroſi, qui ad collegia conuenerat, propè palatium ligatum ſoluens, verſus eam, quam iuſtitiæ portam appellant, quam celerrimè tendit, de nocente ſupplicium iã ſumptum erat. Innocenti iam inſtans ſupplicium imminebat. Nuntius à longe vociferans ſuperſedendum denuntiat; inſtantis mortis timore innocens adeò examinatus eſt, vt vix ad.xxv. diẽ potuerit articulatum verbum proferre. De Capitaneo nullum aliud de tam ſceleſtiſſima fraude ſupplicium ſumptum fuit, niſi ꝙ ab officio cum ignominia depoſitus fuit. Doleo equidem, ac dolui, ꝙ acerbiſſimo, ac memorabili genere pœnæ non fuerit afflictus, atque vnde tam mitis pœna proceſſerit, haud ſanè intelligere potui. Sint ergo prudentes officiales, & omnem malignitatem, culpam, atque incuriam fugiant, caueantq; ne aliquam tribuant occaſionem, quæ directè, vel indirectè incitet, vel expreſsè, mediatè, vel immediate infamatos de delicto, & delicti circunſtantijs inſtruant, aut inſtrui permittant; ſi ad veritatem inueniendam quæſtione opus eſſe cognouerint, vt autem in homicidio, vulnere, & furto prudenter agendum eſt; ſic etiam in cæteris criminibus ſecũdum varias caſuum contingentias, ſeruandum conſulo. Et aduerte, ꝙ ſi
1105 † aliquis confeſſus fuit in tormentis non præcedentibus indicijs, confeſſio eſt nulla, nec reconualeſcit, licet poſtea ſuperueniant, glo. in. l. maritus. ff. de q̃ſtio. Bal. in. l. fin. C. de accuſ. ſimiliter etiam nec confeſſio facta tormentis adhibitis per ſolum iudicem, cum ex forma ſtatuti duo debeant interuenire. Stepha. in cle. 1. de hæret. in ver. ipſo iure. & hæc procedunt, quando ille qui torquetur confitetur; ſed ſi talis negaret, & in negatione perſeueraret, debet tantum torqueri, ꝙ purgentur indicia, quibus purgatis relaxandus eſt, cum cautela de qua ſtatim dicam, niſi noua indicia ſuperuenirent, propter quæ iterum
1106 torqueri poteſt. Et † ſi fortè qui negauit maleficium, relaxatus fuit fideiuſſoribus, & apparet nunc, ꝙ ex iure communi, vel ex forma ſtatutorum locus eſt torturæ, quid debeat facere iudex, glo. in. l. pen. ff. de quæſtio. dicit, ꝙ faciet ipſum citari. & ſi non venerit, coget eum pignoribus captis, & mulcta indicta. & ſic etiam alijs remedijs, quę prodita ſunt contra contumaces. Sed dicit ibi Bart. ꝙ hoc procedit
1107 ſecundum iura communia, † ſecundum quæ abſẽs non poteſt damnari, etiam vbi eſt pœna pecuniaria, niſi de maleficio conſtet, vt. l. abſentem. ff. de pœn. Sed ſecundum ſtatuta, quæ cõmuniter vigent, ſecundum quæ contumax habetur pro confeſſo; iudex faciet citari reum, quem fideiuſſoribus relaxauerit, ſub hac forma, videlicet; Vt compareat, aut ad confitendum delictum, non obſtãte ſua negatione. Aut ad purgandum indicia, quæ laborant contra eum. Quo facto, ſi non comparet, poterit banniri, ſm ea, quæ dicta fuerunt. ꝫ. q. 64. in. 3. membro. Nam ſicut ante comparitionem, ſi fuit contumax poneretur in banno, & haberetur pro confeſſo; ita quãdo citatus eſt, ꝙ veniat ad ſubeunda tormenta, & contumax patitur

titur ſe poni in banno. nam & tunc debet haberi pro
confeſſo, arg. l. conſentaneum. C. quo. & quan. iud. &
l. properandum. §. ſin autem reus. C. de iudi. Si verò
compareт, detinendus eſt, & torquendus moderatè,
ſecundum qualitatem indiciorum, & criminis, & perſonæ,
vt dictum eſt. s̃. donec vel confiteatur, & perſeueret
in confeſſione, vel purget indicia. Purgatis autem
indicijs, vt dicit Dyn. in tracta. de inquiſitione,
1108 debet iudex reum relaxare. † Fit autem huiuſmodi
relaxatio, vt dicit Bar. in. l. fi. in princ. ff. de quæſt.
ſub iſta forma, quia faciet ſcribi in actis, qualiter
præcedẽtibus legitimis indicijs, adhibuit torturam
cum tali moderamine, & tandem purgatis ipſis indicijs
cùm non repererit ipſum culpabilem iubet, &
mandat relaxari; & hoc dicit ſe pluries practicaſſe;
vel ferat ſententiam abſolutoriam. Et cautela eſt, ꝙ
prius iudex citari faciat iniuriatum, & etiam Syndicum
communis ad contradicendum quicquid volunt,
& poſſunt, quare talis inquiſitus non debeat ſolui,
& relaxari. Et erit vtile ipſi inquiſito, ad hoc vt non
poſſit amplius accuſari eo caſu quo poſſet, ſecundũ
opin. illorum, qui volunt, ꝙ abſolutus per viam inquiſitionis
poteſt iterum accuſari: de quo dixi in. c.
de his. in. 10. membro. s̃. eo. Facit ad prædicta quod
tradit Ange. in repeti. l. ſi vacantia. C. de bo. vacan.
1109 lib. 10. Sed quæro, pone, † ſtatuto cauetur, ꝙ officialis
vltimo menſe ſui regiminis non poſſit aliquẽ
abſoluere, vel cancellare de banno; inquiſitus tamen
venit abſoluendus, quid debeat facere iudex? Sol.
dic, ꝙ poterit pronuntiare dicto menſe abſoluendum,
vel cancellandum fore. Quæ tamen ſententia
non habet effectum, niſi approbetur per ſucceſſorẽ.
Quæ tamen debet per ſucceſſorem approbari, ſi iuſta
eſt, & non aliter, arg. l. iure noſtro. ff. de teſta. tutel.
& hoc tenent Ray. Bal. & Io. de Imol. in. l. ſi filio
exhæredato. §. eius qui. ff. de iniu. teſta. & Bal. in. l. 1.
C. ſi aduer. lib. & hæc procedunt de iure ciuili. Sed
de iure canonico, in caſibus, in quibus non fit pur-
1110 gatio per torturam, † indicitur purgatio canonica
propter infamiam, de quo dicam. ĩ. 16. princip.
articulo. vbi principaliter iſte articulus tractatur.
1111 ¶ Nonageſimoſeptimo quæro, † His peractis, quid
debeat facere iudex. Sol. vt ſupra dixi. Si inquiſitus
negauit, nec probatum eſt delictum, & indicia ſunt
purgata, relaxandus eſt, vt ſtatim dictum eſt. Sed ſi
ipſe confeſſus eſt ſponte, vel in tormentis, & deinde
ſponte perſeuerauit in cõfeſſione, vel ſi probatum
eſt delictum per teſtes, debet ſententiam condemnatoriam
ferre, & inquiſitum cõdemnare in pœna debita
diſpoſita, vel ex forma ſtatutorum, vel de iure
communi, ſecundum ea, quæ ſtatim dicam in. 13. ar-
1112 tic. princ. Sed quæro circa prædicta, † vtrum in ferenda
prædicta ſententia, ſit neceſſaria citatio. Sol.
1113 dic, ꝙ de iure communi neceſſaria eſt. Nam † ſi in
ciuili neceſſaria eſt citatio ad ſententiam, & peremptoria,
alias ſententia eſt nulla, vt in cle. paſtoralis.
de re iudi. & in cle. ſæpe. de verbo ſignifica. & in. l. de
vno quoque. ff. de re iud. fortius eſt neceſſaria in criminali,
in qua vertitur maius periculum, vt ſæpiùs
dictum eſt. & probatur in. l. abſentem. ff. de pœ. tradit
Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verſ. per nun-
1114 tium. † Sufficit tamen monitio facta præſenti ad
ſententiam audiendã. Nam talis monitio habet vim
peremptorij, ſm ea, quę dixi in. c. conſuluit. s̃. de of.
delega. vbi vide remiſſiones. Aliquando tamen ex
forma ſtatutorum aliter prouidetur, quo caſu ſeruanda
eſt forma ſtatuti, ſm communem* practicam, & Cõis prac.
conſuetudinem, per quam iudex facit ſibi dare licentiam
procedendi vſque ad ſententiam incluſiuè, inquiſito
citato, vel non citato, de qua dixi. s̃. q. 90. &
tunc non eſt neceſſaria citatio prædicta ſpecialis peremptoria.
Item propter aliam communem* obſeruantiam, Cõis obſeruãtia
& eõem ſtylum, non eſt aliter neceſſaria citatio & ſtylus.
ſpecialis prędicta; videlicet, propter monitionem
iudicis ſubſecutam; qua iudex monuit dictum
inquiſitum ſingulis diebus, & horis quatenus deberet
adeſſe proceſſui, &c. ſecundum ea, quæ dixi. s̃.
q. 90. quæ monitio, vt ſtatim dixi, habet vim peremptorij,
vt etiam tradit Bart. in. l. ſi finita. §. Iulianus.
ff. de dam. infec. obſeruat tamen conſuetudo in qui-
1115 buſdam locis, vt † fiat quædam citatio generalis de
omnibus inquiſitis pro ſententijs ferendis in criminalibus,
quæ ſecundum varias conſuetudines locorum,
quandoq; fit per pręconem, quandoq; per tubam,
quandoq; cum cornu, quãdoq; cum ſono campanæ,
quandoq; per edictum publicum ad valuas palatij
affixum, vel per alios ſimiles modos, ſecundum
ea, quæ traduntur in. l. 2. C. de decre. decurio. lib. 10.
& in rub. & in. l. 1. C. quæ ſit lon. conſue. Et hæc omnia,
ſecundum varias formas ſtatutorum, & conſuetudines
obſeruanda, & adnotanda ſunt in actis. Fit
etiam ſecundum varias conſuetudines, & formas, quædam
citatio generalis de omnibus qui ſua putauerint
quomodolibet intereſſe, qui vellent aliquo modo
allegare, vel opponere, vel appellare, vel de nullitate
dicere ad defenſam ipſi9 inquiſiti, & fortè ſponte
mori properantis, ſm ea, quæ traduntur in. l. non
tãtum. ff. de appel. Vel ſi quis vellet dicere, allegare,
vel opponere intra fiſci, aut reipub. Et pro tali citatione
generali, facit quod traditur in auth. ſi omnes.
C. ſi vt ſe ab here. abſti. & per Hoſt. in. c. ad noſtrã. 2.
s̃. de iureiu. & per Io. And. in. c. fi. s̃. qui matri. accu.
poſſ. & traditur in. c. fina. de maio. & obed. Vide quę
dixi latius, & ibi remiſſiones in cle. 1. de iudi. & adde
quę dixi. s̃. q. 12. ad finem. ¶ Nonageſimooctauo
1116 quæro, de † forma ſententiæ ferendæ. Sol. aduertendum
eſt, ꝙ ſecundum varias delictorum ſpecies, &
ſecundum varias pœnas imponendas, & ſecundum
varias formas ſtatutorum, & conſuetudines locorũ,
aliter, & aliter ferenda, & formanda eſt ſententia. Ex
quibus patet, ꝙ diſcretus, & diligẽs iudex debet plura
conſiderare in ipſa ſententia ferenda, ne teneatur
in ſyndicatu tàm huius ſeculi, quàm alterius. Et quoniam
præter generalem formam, quæ quotidiè practicatur,
quam per te videre poteris, dum dicitur,
hæc eſt quædam ſententia corporalis, ſeu pecuniaria
lata &c. plura poſſunt oriri dubia circa dictam
ſententiam, quæ ſunt ſpeciali nota digna; ideò eadẽ
ſub breuibus per diſtinctas quęſtiones attingemus.
Quęro igitur primo, vtrum talis ſentẽtia debeat ferri
per Pręſidem, ſeu Poteſtatem, deinde an poſſit ferri
per eius aſſeſſorem, ſeu vicarium. Sol. dic, ꝙ aut
loquimur in ſententia pecuniaria, Aut in ſententia
corporali. Primo caſu, de iure communi videtur,
1117 ꝙ nõ poſſit ferri per aſſeſſorẽ, ſeu vicarium; quia † de
iure aſſeſſores, & vicarij, licet poſſint cognoſcere,
non

non tñ poſſunt iudicare, ne dum in cauſa criminali,
ſed etiam ciuili, vt.l.1.& per totũ ti. C.de offi. aſſeſ.
niſi ex delegationis põtate hoc faciant, quæ tñ dele
gatio non poteſt fieri in cauſis criminalibus de iure
ciuili. Sed de iure canonico aliud videtur eſſe. Circa
qđ vide qđ trad.per Spec.& Io.An.in addi.in tit.de
offi.deleg.§.excipitur. ver.item ꝙ eſt delegatus in
cauſa criminali. & in.c.in archiepiſcopatu.ĩ.de ra-
pto. vbi tetigi. & ꝙ dixi in cle.1.de offi.deleg.Secũ
do caſu, ſubdiſtingue, qđ aut pſes, ſeu Poteſtas eſt
præſens, aut abſens. Si eſt pręſens nullo modo poteſt
eſſe per delegationem ipſius præſidis; quia talis cau-
ſa non põt delegari, vt in.l.1.de offi.eius cui mã. eſt
iuriſ. Aut Poteſtas, ſeu præſes eſt abſens; & hoc caſu
vicarius ipſius, ſeu vicẽgerens omnia poteſt, quæ po-
teſt ipſe præſes quam inferre mortem, vel mẽbri ab-
ſciſionem realem contra præſentem; ſed contra cõ
tumacẽ abſentẽ verbaliter põt condemnare ad mor
tem, vt eſt tex. & glo.ordinaria & ibi Doc.in.l.2.C.
de offi.eius qui vicẽ alterius gerit. & per Bar.in.l.ob
ſeruare.in prin.ff.de offi.ꝓconſu. & benè facit qđ
no.in.l.1.§.2.ff.de leg.3.& in auth.de colla.§.qm ve
rò col.9.tradit Azo ĩ ſumma.in tit.de offi. ciꝰ q vicẽ
alte.ge.& Hoſt.in ſumma. de offi.vic.§.1.poſt prin.
Aduerte tñ; quia hæc procedunt in vicarijs conſti-
tutis à Poteſtate; ſecus ſi aliquis eſſet vicarius con-
ſtitutus, vel ſubrogatus à ſuperiore in locum præſi-
dis mortui, vel abſentis, qui diceretur vicem gerens
Poteſtatis; quia talis poſſet exercere realem execu-
tionem in quibuſcunq; cauſis, etiam meri imperij,
vt ſentit gl.& tenet Bar.in.l.1.ff.de offi. e.qui.vi.alt.
ge. Facit quòd not. Bar.in.l.filius.ff.de legatio. Pa-
tet igitur ex prædictis, ꝙ de iure communi tales ſen
tentiæ ferendæ ſunt in perſona præſidis, ſeu poteſta-
tis; de conſilio tamen ſuorum aſſeſſorum, vt no.Bar.
in.l.1.C.qui accuſa.non poſ.in illa.q.quando nomẽ
dicatur receptũ inter reos. Et ideò in talibus ſenten
tijs ferendis apponuntur illa verba, & de conſenſu,
& deliberatione dicti B. eius aſſeſſoris, ſeu eius col-
lateralis. & d. F. iudicis maleficiorum, & omnium
iudicium &c. Quæ practica optima ratione fuit in-
troducta, maximè cum tractatur de vita, ſalute, &
periculo hominis. Quo caſu omnia maturè, & pru-
118 denter agenda ſunt.† Quòd autem à pluribus q̃ri
tur, facilius inuenitur; vt in.c. prudentiam.in princ.
ſ.de offi.dele. 20.diſt.in.c.fi.vnde Imperator quærit
ſapientum conſilia, vt in.l.quæſitũ.in princ. de ſun.
inſtruc.& Papa dicta priorũ inquirit. 30.q.1.c.per-
119 uenit. † Roboã enim Salomonis filius regnũ per-
didit; quia noluit ſeniores, ſeu ſapientes ſuos audire.
3.Regum.c.14.16.q.1.c.eccleſia habet.7.q.1.c.de-
niq;. & ꝙ not.84.diſt.c.1. Nam & quandoq; cũ mi
nus peritis prodeſt conferre, vt.ſ.de conſuc.c.ad au-
dientiã. & ibi vide Io.An.& quæ ibi dixi. Nõ enim
omnes per omnia, ſed certi per certa, vel meliores,
vel deteriores inueniuntur. C.de vete.iur.enucle.l.1.
§.tunque hæc materia.in fi. Nec enim omniũ ęqua-
lis eſt gloria; nec omnis æqualis prudentia, ſeu ſcien
120 tia adminiſtrat. & † quærendo, & diſputando, &
opponendo, & partis aduerſę defenſiones ſubeun-
do, melius veritas inuenit.ff.de munc. & hono.l. mu
nerum.propè fi.28.q.1.c.ſic enim.ff.de iur.patro.in
121 l.diui fratres.in prin.ff.de lega.3.in.l.Offiliꝰ.&† ve
ritas ſepius agitata melius explẽdeſcit in lucem. 35.
q.9.c.grauẽ. & p ampliores homines pfectiſsima ve
ritas inuenitur. C.de fideiuſ.in.l.fi.in fi. Eſt tñ aduer
tendum, ꝙ ad hunc conſenſum pſtandum, debet qli
bet ex iudicibus, ſeu officialibus pſidis ſpontè acce
dere; non aũt vi aliqua, aut præmio induci vt fortè
condemneť; qui fortè non eſt condemnandus. Nam
ſi præſes ad hoc cõpelleret, vel induceret, teneret in
ſyndicatu. & ſi mors eſſet ſecuta, pęna legis Corne-
liæ. de ſica. vt dicit Bar.vt.l.1.in princ.ff.de ſica.qua
lege tenerent etiã priores ciuitatis, qui per ſimiles
modos inducerent põtatem, aut alium officialẽ ad
aliquem condemnandum, qui deberet abſolui; vt
Bar.in.d.l.1.in princ.Facit ꝙ dixi.ſ.q.96.Itẽ tene-
rentur depoſito officio lege Iulia de vi.pub. vt in.l.
lege Iulia.1.& ibi Bar.ff.ad.l.Iul. de vi pub.vt ĩ.l.qui
dolo.& ibi Bar. eo. tit. & aduertant benè aſſeſſores,
& collaterales, & alij ſimiles, ꝙ ſi viderent præſidem
eorũ iniuſtitiam facere, nullo modo conſentiant;
imo expreſsè contradicant, & proteſtentur, ꝙ non
conſentiunt, aſsignantes rationes legitimas. & hoc
ſcribi faciant in actis. aliàs autem tenerentur de in-
iuſtitia præſidis, vt.l.quoniam iudices. C.de app. vt
ibi notant Bar.Bal.& Doc. & hoc indubitatum eſt,
quando induxerunt præſidem ad ſic faciendum. C.
ad aduo.di.l.per hanc. ibi, aduocatos etiam eorum.
C.de excu.mu.l.pẽ.in fi.lib.x.& idem ſi nec conſen-
tiunt, nec contradicunt, & ſunt præſentes, & tacent,
qa tenẽtur ad conſulendum, per.d.l.quoniam iudi-
ces. Facit ꝙ not. Bal.in.l.filiusfa.§.nam ꝙ.ff.de ꝓ-
cur.& probatur ex his quæ no.Inn.in.c.1.de his quæ
fi.à ma.parte.cap.& D.m.in.c.conſuluit. de app. ſe-
cus ſi eſſent tales officiales qui ſolum tenerentur ad
executionem facti, non autem ad conſilia, vt ſunt no
tarij, milites, ſocij berouarij, & ſimiles; quia tales
non teneutur; licet expreſsè non contradicant; quia
ipſi non poſſunt reſiſtere domino ſine dedecore, &
ſic reſiſtere non tenentur, vt.l.1.§.officium.C.vt oẽs
iud.tam ciuil.quam mil. Nec obſt.qđ ibi dicit gl.
122 eſſe correctũ; quia verum eſt in caſu illo; qa † qui-
libet poteſt reſiſtere fugienti.non autem in alijs ca-
ſibꝰ, vbi iuris peritia requiritur, arg.l.2 ff.qđ quiſq;
iuris. Si tamen miles, ſocius, vel alij ſimiles cogno-
ſcant ſententiam iniuſtam; conſulo, ꝙ nullo modo
ipſam exequantur. Nam vt dicit Inno.in.c.paſtora-
123 lis.de offi.deleg. † nunquam executor penæ corpo
ralis, debet illam exequi; quando videt illam iniu-
ſtã. Quinimo ſicut per amicos, & beniuolos condẽ-
nati põt reſiſti officiali, iniuſtè exequenti vt.ĩ.dicã
in duabus.qq.ſequentibus, fortius põt ipſe hanc exe
cutionem iniuſtæ ſniæ nolle facere. Vnde ꝓcedit ꝙ
ſtatim dixi, qñ miles, vel ſocius, aut ſimilis executor
eſſet in dubio; ſecus ſi expreſsè cognoſceret illam
iniuſtam, & non exequendam, vt dicam. ĩ.q.cente-
ſima. Item ſecus ſi eſſent tales officiales, qui teneñ
ad conſulendũ, ſed eſſent abſentes; quia tales non te
nerentur, vt.l.1.in prin.ff.de magi.cõuc.ibi, qui pre-
ſentes fuerunt &c. & ibi glo. Hæc fuerunt notabilia
verba Bar.in ſimil.terminis in tractatu repræſalium
2.q.6.q.princ. Debent igitur tales officiales, ſi ſunt
præſentes omninò contradicere, & proteſtari, & ta
lia facere deſcribi in actis; nõ tñ eſt neceſſariũ ipſis
appellare, ſi Poteſtas, vel præſes non obſtante pro-

testatione faciat in iustitiam, vt singulariter not.Io.
An.in simili in.c.cum oẽs.§.de const.&.c.fi.§.de re
ec.non alie.&.c.2.§.de loca. qđ aũt in dubio an p̃su
matur sciens, vel ignorans; absens, vel præsens, Bar.
in.d.tractatu repræsaliarum dicit cogitandũ. Tu aũt
qualiter p̃sumatur sciuisse, collige, ex his quæ dixi
§.in.9.artic.princ.q.45. Itẽ est aduertendũ, ꝙ in ta
libus sententijs ferendis adijciunt illa verba, & sub
examine.d.F.iudicis meleficiorũ. quæ verba sumpta
fuerunt ex.l.2.C.de his q latro.defe.& .l.si ille, qui.
&.l.fi.C. de decurio.libr. x.& hoc casu, qñ inquisi-
tio formata est sub examine iudicis maleficiorũ, de-
bet ipse iudex vna cũ Põtate ferre sñiam, vt singula-
riter dicit Ang.in.d.l.2.si tñ per solum Põtatem fer
retur, & esset iniqua, teneret iudex maleficiorũ, nisi
protestaretur, & contradiceret, vt statim dixi.§.
1124 ¶ Vlterius q̃ro, † vtrum in ferenda sñia inquisitio
nis, iudex, seu Põtas debeat sedere ꝓ tribunali. Sol.
dic, ꝙ sic, & in loco maiorũ suorum, sicut in ciuili-
bus, vt.l.1.ff.de iusti.& iur. & ibi Bart. & Doct. alias
sñia non valet; nisi fuerit iusto impedimento impe-
ditus, vt no.glo.in.l.2.C.de sen.ex breuic.recitã.vel
si sit talis officialis qui de consuetudine non habeat
certũ locũ, vt sunt quidã bargelli, qui vadunt discur-
rendo per comitatum; qui obseruant illud, vbi te
inuenero, ibi te iudicabo, vt dicit in.d.l.pẽ.maximè
si res celeritatẽ desiderat. Facit.l.ꝓuinciarũ.C.de fe
rijs.&.l.constitutiones.ff.de app. & ideò in senten-
tijs ferendis dicit, Nos.B.Põtas sedens pro tribuna
li ad nostrum solitum iuris bancum &c. ex proroga
tione tñ partium, vt in accusatione; etiam si haberet
solitum locum maiorẽ, potest alibi sñiam dicere, vt
l.quæro.ff.de solutio. Item quæro circa prædicta, fre
1125 quenter † iudices, & Potestates in sententijs quas
ferũt in causis criminalibus apponũt istam clausulã
condemnamus in centum. Et si sententia, vel con-
demnatio est facta in plus, vel in min⁹ quam debeat
ex forma statutorum, vel hoc modo. Et hanc con-
demnationem facimus s̃m formam statutorum, &
eatenus, quatenus esset vltra, vel præter formam sta-
tutorum, illam cassamus, & annullamus, & ad formã
statuti reducimus, vtrũ aliquid operentur huiusmo-
di clausulæ? Sol. de hac.q.vide per Bar.in.l.moris.§.
istæ.ff.de pœnis. per Bal.in.l.item Labeo.ff.fami. er-
cis.& in.l.ea.C.commi.vel episto.& per Bart.in.l.1.
ĩ prin.ff.ad Turpil. vbi se remittit ad.l.iudex postea.
ff.de re iudi, vbi latè vide per Bar.& Ang. & latius p
Ioan.de Imo. Ego latissimè dixi post D.m.in.c.qua
liter.§.eo.in.7.fallentia, secundi principalis mem-
bri, de reuocatione sententiæ, quæ non intendo hic
repetere. Et adde ad ibi dicta, ꝙ ista clausula in casi-
bus in quibus diximus ibi, ꝙ potest operari, ꝙ tunc
solum operatur; quando pœna imposita esset pecu-
niaria; Et ad fugiendas opiniones, & omnes dubi-
tationes apponenda esset in princip. sententiæ ante
narrationem inquisitionis, & delicti; videlicet. Hæc
est quædam sententia condemnatoria, quam iudex
facit, & facere intendit, secundum formam statuto-
rum eatenus, quatenus &c. Nam si appareat de inten
tione iudicis protestantis, ꝙ non vult transgredi ter
minos iuris, seu statutorum; tunc sufficiat ꝙ iudex
declaret delictum; quo facto, ius statim imponit pœ
nam condignam, vt.l.1.§.1.ad Turpil.& ibi Bart. &
sic dicta clausula operatur ad excusationem iudicis;
qa perindè est, ac si declarasset delicti dumtaxat pœ
nam, aut intendit dũtaxat apponere quam iustam
1126 arbitratur; sic † excusatur in simili, quãdo dubitat,
an probatum sit, si dicit, condemo, si est probatum,
vt not.Bar.in.l.ait prætor.ff.de re iud.de quo vide re
missiones plures, quas dedi in.c.3.in glo.fi.§.eo.sed
si sententia esset corporalis, & vltimi supplicij, cum
statim fiat excutio; nihil operaretur dicta clausula,
arg.not.in.l.si quis prouocatione. C.de app. Sed si
non esset vltimi supplicij, vt fustigatio, bullatio, vel
mitria, vel ꝙ ponatur ad berlinam, seu ad cathenam
contra ius, vel statuta; & tunc talis clausula operabi-
tur, vt videatur redacta ad legitimum terminum,
ꝙ non sit infamis, vt in.l.ictus fustium. &.l.quid er-
gò.§. pœna grauior. & ꝙ ibi plenè tradit. ff.de infa-
mi. ꝙ tamen videtur ẽt dicendum, & sic dicta clau-
sula non esset apposita per ea, quæ tradũtur in dictis
iuribus. Quæritur etiam circa articulum sententiæ,
1127 † vtrum in sententia sit inferenda causa. Et videt
dicendum ꝙ non, sicut nec in ciuili, de quo artic.
dic, vt latissimè dixi in.c.sicut.§.de re iudi. & per
glo.& Doct.in.l.2.§.ignominiæ. ff. de infami. per
Ang.& Io. de Imo. in.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.
de verb.oblig.per d.Ant.in.c.præsentia.§.de prob.
cum si. Quidam tenẽt contrarium; sicut in simili di
cimus in sñia excõicationis, in.c.1.de sen.exco.lib.
6.& ob hanc causam iudex in proferenda sñia appo
nit illa verba, & quia nobis constat &c. Sed potes
dicere, ꝙ dicta verba, & quia nobis constat &c. vidẽ
tur importare solum, ꝙ in ciuilibus important illa
verba videlicet. Viso libello, Visa litis contesta, de
quibus in.l.si qs in aliquo.C.de eden.de qua clausu-
la dixi in.d.c.sicut.in.9.fallentia. Sed alia causæ ex-
p̃ssio nõ est necessaria, nec ẽt ista, nisi vt ibi dixi. Sed
1128 quæro iuxta p̃dicta, † qñ iudex dicit, Et p̃dicta oĩa,
& singula cõstãt nobis, & curiæ nostræ &c. Et postea
subijcit, Et per contumaciam, quẽ citari, & requi-
1251 re; sed per citationem. Duodecimo quæro,† vtrũ damnat⁹ ex inquisitiõe efficiatur infamis. Sol.Glo. in.l.3.§ præterea.ff.de suspect.tuto. tenet q̄ non; & idem ibi Dy.vbi dicit, q̄ illa glo. non est alibi. Sed idem tenet gl.in.l.1.C.de modo mulcta.& in.l.fi.C. de suspec.tut.& Cyn.ibi,& in.l.1.C.si tutor nõ gess. & vtrobiq; etiã videtur tenere Bal. & mouetur Cyn. in.d.l.fin.quia ex quo iudex grauat reum plus debito, videtur dispensare super infamia,vt in.l.quid ergò.§.pęna grauior.ff.de his qui not.infa.iudex enim inquirendo grauat reum,cum de maleficijs non de-

beat

beat cognoſci ſine accuſatore, vt in.l.reſcripto.§.
ſi quis accuſatorem. ff.de mune. & ho. Contrariam
tamen ſententiam videtur tenere Oldr. & Andr. de
Piſis. Monentur, quia non debet inſpici ordo pro-
cedendi; quia ſi hoc eſſet verum, nullus hodiè dam-
natus etiam per accuſationē eſſet infamis; quia ceſ-
ſat ordo antiquus, vt in.l.ordo.ff.de pu.iud.Sed Bar.
Io.de Imo.Raphael in .l.infamem.ff.de iudi.& in.l.
ſi vacantia.C.de bo.va.& Bar.de Salic.in.l.ea quidē.
C.de accu. in effectu concludunt, ꝙ aut inquiſitus
damnatus ex inquiſitione punitur aliqua coërctio-
ne, quæ de ſui natura eum infamat, & tunc infama-
tur, vt.in.l.ictus fuſtium.ff.de his qui not. inſa. Aut
inquiſitus non punitur, ſed ſimplicirer condemna-
tur. Ant inquiſitio permittitur, tanq̄ iudicium ſepa-
ratum per ſe à publico iudicio. Exēplum in.l.nul-
1252 lum.C.de teſti.& ibi not.in gl.fi.vbi dicit, ꝙ † ille
qui tulit falſum teſtimonium, damnatur officio iu-
dicis; quia aures iudicis offendit, non autem.l.Cor-
nelia.de fal.& ideò non infamatur; quia non dicitur
publico iudicio damnatus. Aut inquiſitio ſuccedit
directò in locum accuſationis publici iudicij, & cō
demnatus eſt infamis, vt probatur in.l.Athletas.§.
calumniator.ff.de infami.Nā ſi eſt ſpeciale in patre,
ꝙ non efficiatur infamis, vt in.l.fi.ff.de pub.iudi.er-
go in contrarium eſt ius commune. Præterea verba
1253 ędicti prætoris dicunt, ꝙ † damnatus publico iu-
dicio, eſt infamis, vt in.l.1.ff.de his qui no.inſa. Sed
damnatus ex inquiſitione ſuper publico iudicio, eſt
damnatus ex publico iudicio, cum inquiſitio ſucce
dat in locum accuſationis, vt in.l.2.§. ſi publico.ff.
de adul.&.s̄.ſępius dictum eſt. Non obſtant glo.in
contrarium allegatæ quia intelligi debent, vt dicit
Bar.ſm prædictam diſtinctionem. Non obſt.l.1.C.
ſi tutor non geſ. quia vt dicit Bar.non dicitur ibi, ꝙ
ille non ſit infamis. Non obſt. ratio Cy.quia graua-
men conſiſtens in ordine procedendi, nō diſpenſat
cum infamia, vt.d.l.ordo. Qđ tñ.s̄.dixi, ꝙ damna-
tus in publico iudicio efficit̄ infamis. Limitatur ſm
Bal. in.l.etiā.C.de furt. ſi modo ſit ſnīa diffinitiua;
ſecus ſi ſit interlocutoria; dummodo non habeat ali
quam facti executionem infamātem, per.d.l.nullū.
Secundo limitatur, qñ ſententia diffinitiua eſt lata
contra præſentem, & defenſum; ſecus ſi contra ab-
ſentem indefenſum; ex eo, ꝙ fuit condemnatus ex
ſola contumacia. Nam ēt ſi eſſet infamatus per ac-
cuſationem non efficeretur infamis, vt ibi per eum.
& prædicta procedunt de iure ciuili. Sed de iure ca-
nonico.D.m.in.c.inquiſitionis.tenet indiſtinctè, ꝙ
damnatus per viam inquiſitionis non efficiatur infa
mis. Mouetur; quia ex quo de iure canonico indi-
ſtinctè procedi poteſt per viam inquiſitionis, ſm ea
quæ dixi in.8.q.princ.in.3.q. & ſic inquiſiti ſint gra-
uati in hoc, debent in alio releuari, vt in.l.eum qui.
ff.de iureint. & hoc idē tenet D.m.in rub.s̄.de iudi.
per rationē prædictam. Sed mihi non placet hæc rō.
& per conſequens, nec dictum, & ipſius reprobatio
patet ex his quæ dicta ſunt.s̄.ſm Bar. Et quāuis de iu
re canonico dici poſſet, ꝙ ex eo ꝙ indiſtinctè poſſit
procedi per inquiſitionem inducatur grauamen; ſa-
tis ēt debet eſſe, ꝙ in alio fiat reuelatio de iure cano
nico. videlicet, reſpectu pęnę imponendæ, q̄ minor
imponitur per viam inquiſitionis, q̄ per viam accu-
ſationis, vt in.c.inquiſitionis.s̄.eod.& vide ad prę-
dictam materiā qđ tradit Spe.in tit.de ſen.§.2.verſ.
1254 quid de iſtis.¶ Decimotertio quæro, † vtrum is cō
tra quem ſemel inquiſitum eſt, poſsit amplius inqui
ri, ſeu accuſari, ſeu contra eum agi.Sol.dic, ꝙ aut qs
fuit abſolutus, aut fuit condemnatus. Primo caſu,
quando fuit abſolutus, dic, vt dixi.in.c.de his.s̄.eo.
in.x.membro principali cōiuncto membro primo.
2.5.&.6.cum ſimi. ibi poſitis. procedunt tamen q̄
ibi dixi, maximè in.10.membro, in abſoluto ſimpli
citer per viā inquiſitionis, ꝙ contra eum non pōt
amplius inquiri. Nam etiam poteſt amplius accuſa-
1255 ri; quia † de delicto eiuſdem hominis pluries q̄ri
non debet. Et ibi latius dixi; & hoc quo ad publicā
vindictam. Sed quo ad priuatum intereſſe tertij, di-
ſtinguerem, ꝙ aut inquiſitio fuit formata ad inſti-
gationem, ſeu promotionē ipſius tertij, qui nūc vult
agere pro ſuo intereſſe; & hoc caſu non audiatur. &
idem ſi iſte tertius nō promouit inquiſitionem; ſci-
uit tamē huiuſmodi inquiſitionis iudicium agitari;
& ex ipſo iudicio veniebat etiam reſarciendum ſibi
ſuum priuatū intereſſe, ſm ꝙ dixi.s̄.eo.artic.q.10.
& maximè ſi fuit citatus, ſecundum ea quæ dixi.s̄.in
11.artic.princ.q.71.& ſeq. Nam hoc caſu videtur,
ꝙ res inter alios acta ſibi præiudicium afferat, ſecun
dum not.in.l.ſępe.ff.de re iud. niſi doceretur de col
luſione, ſm ea quæ dixi in.c.de his. in vltimo mem-
bro princ.s̄.eo.in prima limitat.& vide omninò ad
prædicta, quæ traduntur in d.l.ſępe.& quæ latius di-
xi in.c.pē.s̄.de re iudi.& ſecundū dicta, & examina-
ta in dictis iuribus, & regulas, & limitationes ibi tra
ditas regulandus eſt iſte artic. Si verò iſte tertius de
cuius priuato intereſſe agitur nunc, non fuit citat⁹,
neq; promouit inquiſitionem, neq; etiam ſciuit iu-
dicium inquiſitionis agitari, aut ēt ſi ſciuit, ſed ſuū
intereſſe priuatum non deſcendit ex eadem lege, ſeu
ex eodem iudicio; & hoc caſu non obſtante abſolu-
toria poteſt agere pro ſuo priuato intereſſe; hoc ta-
men vt dixi, regulandum eſt omninò ex traditis, &
not.in.d.c.pē.&.d.l.ſępe.& adde omninò ad p̄dicta
ꝙ tradit Io.And.in addi.Spe.in tit.de inq̄ſitione.§.
nunc videndum.&.§.vtrum aūt ſnīa lata. & quæ tra-
dit Bar.in.l.2.ff.vi bo.rap. Nam diſtingui ēt debet,
an quis fuerit abſolutus; quia non delictum; an quis
fuerit abſolutus; quia non ꝓbatū. Aut ſnīa abſoluto
ria eſt prolata ſimpliciter. de quibus ibi per eum.
¶ Si verò inquiſitus fuit condēnatus, an poſsit ite-
rato inquiri, vel accuſari, vel contra eū agi, gl.2.q.1.
c.notū.tenet ꝙ ſic, & idem tenuerunt quidā quos re
fert Inno.in.c.cū dilect⁹.j̄.de pur.can. refert tñ ibi
alios alīter diſtinguere. Bar.in.d.l.2.ff.vi bo.rapt.te
net idem in condemnato, qđ in abſoluto. Ego ar-
bitror poſſe diſtingui, ꝙ aut q̄rim⁹, an poſsit agi ad
priuatū intereſſe, & non eſt dubium, p ea q̄ dixi.s̄.
in.x.q.huius articuli. Aut vult accuſare ad publicam
vindictā; & hoc caſu dicendum eſt, ꝙ de iure ciuili
non eſt dubiū; quia de iure ciuili ēt per inquiſitio-
nē imponit̄ naturalis pęna delicti, ſm ea quæ dixi.s̄.
in.14.artic.princ.q.2.Sed de iure canonico eſt mai⁹
dubiū; quia per inq̄ſitionē non punit̄ quis naturali
pęna delicti, vt dixi.s̄.in.14.artic.princ.in prin. Ar-
bitror tñ, ꝙ pęna impoſita per iudicē eccleſiaſticū,
nō poſsit iſte talis corā alio iudice eccleſiaſtico ac-

cusari. Sed an posſit accuſari coram iudice ſeculari;
1256 vt puta,qa nõ ſit clericus; qa † clericus nullo mõ
poteſt coram ſeculari accuſari,aut de crĩe etiam ci-
uiliter conueniri, ſm ea quæ dixi in.c.at ſi clerici. &
c.cum non ab homine.ſ.de iudi.&.c.2.&.c.ſi diligẽ
ti.ſ.de fo.compe. Data ergò habilitate fori iudicis
ſecularis contra iam inquiſitum, & condemnatũ ab
eccleſiaſtico, an poſsit iſte accuſari corã ſeculari? &
videtur dicendum ꝙ ſic, quatenus pęna legalis exce
dit,arg.no.in.c.fęlicis.§.fi.de pęn.lib. 6.& ſequitur
Bal.in.l.nullum.C.de teſtib. Circa qd' vide,qd' tra-
dit Bar.in.l.1.ff.vi bo.rapt.&.l.ſenatus.ff.de accu. &
p D.m.in.c.tuæ. ſ.de procura. & ꝙ latè dixi in.c.de
his.ſ.eo.in.4.membro.& vide caſum quem poſui,in
c.2.j.de maleficis.
1257 Decimooctauo loco tractandum reſtat, † quali
ter iudicium inquiſitionis finiatur. Sol. arbitror in
hoc ſic dicendum, ꝙ aut ad inquiſitionem faciendã
fuit datus delegatus, & finitur his caſibus, quibus fi-
nitur iuriſdictio delegati, ſecundum ea,quæ trad.in
c.in literis.&.c.venerabili.&.c.quærenti. ſ.de offic.
deleg. per Hoſti.in ſumma in tit. de offic.deleg.§.&
qualiter finiatur.& per Spec.eo. tit.§.reſtat. Si verò
loquimur de ordinario, q̃tum ad ipſius iuriſdictio-
nem, quando finiatur,dic, vt latius traditur p Hoſt.
in ſumma in tit.de offic.ordi.§.fi. Sed quantum ad
ipſius iudicium inquiſitionis reſpectu ſnĩæ proferen
dæ, finitur per prolationem ſnĩæ, ſecundum not. in
l.Paulus.&.l.iudex poſtea ff.de re iudi. Niſi antea ſu
ſpendatur,fortè per appellationem,vel ad ſuperiorẽ
alio modo iuriſdictio transferatur per euocationẽ,
aut ſimilem modum,vt in.c.vt noſtrum. ſ.de appel.
1258 vel ſnĩa fuerit nulla; quia † ſnĩa nulla non finit iu-
riſdictionẽ iudicis ordinarij,ſm ea quæ dixi.ſ.eo.in
c.qualiter ſecundo mẽbro princ. Sed quo ad execu-
tionẽ, lata ſnĩa valida per eũ, non eſt dubiũ,ꝙ rema
net iudex. vt traditur in iuribus præalleg. Et ex p̃di-
ctis Deo duce,expeditum eſt hoc notabile,& famo-
ſum.c.qualiter. atq; ipſius vtilis,ſubtilis,& quotidia
na materia; ꝙ qualiter fuerit expeditum ſuperiora
manifeſtant; & qm̃ vt reor, plurimũ, imo quaſi cer
to certior ſum,ꝙ nonnulli reperientur defectus,plu
rima ẽt ſuperflua, quædam inſuper non ita elimatè,
diſtinctè, aut maturè tradita; Rogo, ſupplico,exo-
ro, impetro,atq; obteſtor oẽs legẽtes,vt placeat de-
fectus ſupplere,ſuperflua reſecare,& confuſa diſtin-
guere,& minus iuridicè dicta emendare. Nec mire-
tur quiſpiam, ſi non omnia clarè, diſtinctè, ordina-
tè,ac plenè tradita ſint; quoniã materia eſt ampliſ-
ſima, atq; confuſè à maioribus noſtris tradita. Ex-
cuſationẽ etiam ſuadeat, ꝙ non continuatis lectio-
nibus; ſed interpellatis, & ſolũ feſtis diebus, & in-
teruallatis quandoq; ſeptimanis, atq; inter ipſa tem
pora interpoſitis quotidianis lectionibus,diuerſam,
ac penitus extraneam materiam continentibus, ad
quas munere,ac ſtipẽdio publico aſtringimur,lecta,
expoſita, ac tradita extitit. Cedant etiã ad excuſatio
nem forinſecę cauſę,atq; familiaria negotia,quibus
non parum diſtringor. atq; illud adiungo, quòd
1259 † omnium habere memoriam, & medium,in quo
perfecta virtus cõſiſtit, in cunctis ſeruare, potius eſt
diuinum, q̃ humanum. Ad quòd auctoritates plu-
rimas vide, quæ dixi.j.de excſ.præla.in rubr.

CAP. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Conciliorum quot ſpecies. & nu.5.*
2 *Prouincia qualibet regulariter vnum Archiepiſcopum, &.x.Epiſcopos habere debet.*
3 *Debeo neceſsitatem importat.*
4 *Concilium epiſcopale, ꝙ vt plurimum ſynodus epiſcopalis vocatur,quale.*
5 *Concilium generale dicitur,cui Papa præeſt.*
6 *Concilia prouincia, qñ celebranda, & quid in his agẽdũ.*
7 *Præſertim, dictio implicatiua.*
8 *Relegentes,dictio iteratiua.*
9 *Iura eſſe in ciuitate parum eſt,niſi ſint qui illa exerceant.*
10 *Clauſula principaliter, & de plano quid denotat.*
11 *Idoneæ, prouida, & honeſtæ perſonæ, quæ dicuntur.*
12 *Pęna negligentium obſeruare conſtitutionem huius.c.ſicut olim.de accuſatio.*
13 *Inquiſitio quo caſu ualeat,non præcedente infamia.*
14 *Teſtes ſynodales qui, vnde,quales eſſe, & quid agere debeant, & quibus expenſis alendi.*
15 *Prælato, an,& quando miniſtrandæ ſunt expenſæ.*
16 *Teſtibus ſynodalibus,an,et in quibus caſibus,et quouſq; creditur.*
17 *Officiali vni iurato in leuibus tantum creditur.*
18 *In iudicijs, per eodem negotio quis non debet trahi corã diuerſis iudicibus.*
19 *Inquiſitio vna,alteri non præiudicat.*

Sicut olim. Metropolitani ad
correctionem ex-
ceſſuum; & refor-
mationem morum ſingulis annis facere debent con
cilium prouinciale;in quo debent ſtatuere perſonas
idoneas per ſingulas diœceſes, quæ ſolicitè inueſti-
gent, & in ſequenti concilio referant corrigenda;&
epi debent facere ſynodos epiſcopales ſingulis an-
nis, & publicare agitata in concilio prouinciali; &
negligẽtes p̃dicta,ab executione bñficij ſuſpẽdunt.
h.d.Diuidit in tres partes. In prima ꝓuidet de con-
cilio prouinciali, & agendis in illo. In.2.de teſtibus
ſynodalibus, & eorum officijs. In tertia de pęna hęc
non ſeruantium;& tacitè inſerit de ſynodis epiſco-
palib'.Secunda ibi,vt añt. Tertia ibi,quiſquis.¶ No
1 to primo,† duas ſpecies concilij; quoniam quædã,
eſt prouincialis, quędam epiſcopalis. Prouincialis
eſt quam facit Archiepiſcopus in ſua prouincia.Nã
2 † qualibet prouincia debet regulariter habere vnũ
archiepiſcopum,& decem epiſcopos.6.q.3.c.ſcito-
te.tradit.ſ.de elec.c.corã. & ad hoc cõciliũ videnẽ
vocari ſolum epi, ꝙ probatur hic; quia ſi alij tene-
renẽ venire,fruſtra videreẽ reqri publicatio fiẽda p
epiſcopos in propria diœceſi, vt not.in.c.fi.ſ.de his,
quæ fi. à p̃la.&.c.grauè.de p̃ben. In contrarium tñ
facit tex.noſter,dum dicit,ſuffraganeos, & ad alios
in concilio ſubſequenti &c.poteſt tamen rñderi, ꝙ
per hoc verbum, alios, includantur ſolum capitula
eccleſiarum cathedralium, vel ipſorum capitulorũ
procuratores, qui etiã debent vocari,vt.d.c.fi.Inno.
tñ in.d.c.grauè.videtur concludere, ꝙ tales nõ ſunt
vocandi.Facit ꝙ habetur.18.diſt.c.qñ.&.c.placuit.

&.c.ſi

&.c.ſi epiſcopus.&.c.pen. Vel poſſet dici,vt vult Io. de Imo.qđ alij non ſunt vocandi de neceſsitate; ſi tamen voluntariè venerint admittendi ſunt. ita poteſt intelligi qđ habetur in.d.c.ſi. Vel dic, ꝙ de honeſtate poſſunt, non tamen de neceſsitate. Sed Do. meus.in.d.c.ſi.tenet expreſſè, ꝙ capitula cathedralium eccleſiarum de neceſsitate ſunt vocanda. per
3 tex. illum qui loquitur per † verbum debeant. qđ important neceſsitatem, vt not.glo.in ver. debeât. in.cle.2.de ſta.mo.Subdit tñ ſingulariter ꝑ illũ tex. ꝙ ſolũ admittant ad tractandũ,non aũt ad iudicandum, ſeu decidẽdũ. Ad qđ facit tex. ibi dum dicit debent innitari.& ſic probat, ꝙ non ad iudicandum,ſeu decidendum;quia tunc cogerentur venire, vt.c.ſi epiſcopus.&.c.placuit.18.diſt. Soli igit̃ epiſcopi ſunt iudices, imo & de ipſis dubitatur an ſint loco aſſeſſorum, & Archiepiſcopus ſolus ſit iudex. Et aduerte; quia non eſt neceſſe, ꝙ in tali concilio interueniat primas; ſed ſatis dicitur perfectum, ſi
4 adeſt Metropolitanus.92.diſt.c.pen.¶ Conciliũ verò epiſcopale eſt, ꝙ facit ſolus epiſcopꝰ in ſua diœceſi tantum. & ad hoc vocandi ſunt abbates, & alij prælati, & ſacerdotes, & totius clerus ciuitatis, & diœceſis.18.diſt.c.decernimus.&.c.ſup his.de maio. & obe.dũmodo prouideatur eccleſijs iſtorũ vt in diuinis,& reliquis non patiantur diſpendiũ,arg.c.pen. ꝟ.de cle.non reſi. hoc tñ concilium, vt plurimum appellatur ſynodus epiſcopalis,vt hic &.1.q.7.c.co
5 uenientibus. Eſt ẽt & tertia ſpecies † concilij.ſ.generalis in quo præeſt Papa,vt.17.diſt.c.multis.Eſt etiã quarta ſpecies, videlicet religioſorum,vt hic in glo. 2.&.c.in ſingulis.&.c.ea quæ.ꝟ.de ſta.mo.& cle.1.in ſi.de ſta.mo.de materia conciliorum, vide Inno.latiſsimè,& Doct.in.d.c.graue.de ꝑben.Secundo no.
6 ꝙ † talia concilia prouincialia, & epiſcopalia, debent ſingulis annis celebrari; olim verò bis in anno 18.diſt.c.qm̃.Hodiè de cõſuetudine raro, aut nunꝗ celebrantur; & malè ſm Io. And.& tales de iure debẽt puniri,vt traditur hic in ſi.Tertio no.quid agere debeat concilium prouinciale, qm̃ debet principaliter intẽdere circa corrigendos exceſſus clericorũ, & reformandos mores ipſorum, & ẽt laicorum,arg.
7 tex.noſtri ibi, † præſertim in clero, quæ dictio eſt implicatiua,vt not. in.c.ex literis.ꝟ.de homi.&.l.ꝙ & lex.in prin.ff.de libe.homi.exhib Item in tali cõcilio legenda ſunt ſtatuta generalis cõcilij intra ſex menſes.18.diſt. c.ſi.& enumerat hic Io And.71.conſtitutiones cõciliorum gñalium, & plures alias vtiles,& morales conſtitutiones, & canonicas quas hic vide per eum.¶ Quarto not.ibi, relegentes. hoc ver
8 bum, ꝙ ſecundum Ioan.Andr. † denotat iterationem;qa per iteratam lecturam ſit magis attenta lectio, ꝙ not.tu ſcholaris,vt non ſolum legas, ſed re-
9 legas. Quinto not. ibi, faciant obſeruari. † parum eſſe iura in ciuitate fore deſcripta &c.vt.c.vbi piculum.de elect.lib.6.&.l.2.ff.de ori.iur. Sexto not. ꝙ concilium prouinciale, debet præponere in ſingulis diœceſibus perſonas idoneas, quæ ſecũdum Hoſt. & Io. And.& gl.hic, ſunt quaſi quidam teſtes ſynodales, quæ debent inueſtigare, & referre concilio; quam inueſtigationem debent facere ſimpliciter, &
10 de plano.Et not.huuc tex.† hæc clauſula ſimpliciter & de plano, interdum denotat informationem

extraiudicialem; & de his etiam dicetur in.c.ſeq. Et
11 not.† quæ dicantur perſonæ idoneæ. ad qđ facit. c. ꝑcedens. poſt prin.dicuntur enim idoneę ſi ſunt ꝓuidæ, & honeſtæ. Prouidę vt procul videant, ſe informando, interrogando ſeniores, & honeſtiores. Honeſtæ verò,ne corruptæ aliquẽ falſo infamẽt,vel deſſerãt, vt.ꝟ.de ſymo.c. nemo.& ꝓdictarũ ꝑſonarũ officiũ durat anno, quo finito aliæ eligi debent, vt omnis euitet̃ ſuſpicio,ſm Hoſti.& Io.And.Septimo
12 not.† pęnã negligẽtiũ obſeruare hanc cõſtitutionẽ. hęc tñ non eſt canonis latæ ſñiæ, cum loquatur per verbum futuri tẽporis. Vide q̃ dixi ad hoc in.c. Iu-
13 dæi.2.de Iud.Octauo no.† caſum in quo valet inqſitio non ꝑcedente infamia. & ratio eſt, qa hic non inquirit̃ contra certam perſonam, nec de certo crĩe. dic de hoc, vt dixi in.c.præced.in.8.q.princ.¶ Vltimo iſte tex. quotidiè allegatur contra Metropolitanos allegantes ſe ignoraſſe vacationem beneficiorum,quę longo tẽpore vacarunt.nã cum ipſi debeãt
14 ibi habere teſtes ſynodales,& ſic præſumit̃,ꝙ ſciãt. quos ſi non habent, videntur eſſe in affectata ignorantia,ſm Io.And.in.c.ex parte.de conceſ. præben. vbi concludit, ꝙ ſuperior arbitrabitur hoc. & vide aliquid in.c.2.eo.tit.Glo.2.in ſi.dic,& hodiè habetur in cle.ne in agro.in ſi.de ſtatu mo. ¶ Glo.3.tra-
15 ctat de teſtibus ſynodalibus.† vñ debeãt eſſe, & quales,& qd agere debẽt,& vñ debeãt habere expenſas. In eadẽ ibi,facere non debent.dic, ſm Vincen. ꝙ ſi iſti ſunt de loco vbi inquirunt,debent ſibi prouidere de expenſis. cum ſint vocati in partem ſolicitudinis.2.q.6.qui ſcit.& not.gl.in.c.ſtatutũ. de reſcript. lib.6.& not.in.l.item veniunt.ff.de peti.hęre. & hoc limita, ſecundum prædicta iura. Si verò mitterentur vt delegati; tunc mittens debet prouidere, vt in auth.de mand. prin.§.illud quoq;. & generaliter cõ
16 cludit,ꝙ † prælato nunꝗ ſunt miniſtrandæ expenſæ; niſi reperiatur in iure expreſſum, vt in viſitatione,& cõſecratione eccleſię, vt.c.cũ ſit.de ſymo. Et aduerte,quia ꝙ dixi, ꝙ debet fieri procuratio ꝑ mittentem, debet intelligi tam quo ad alia, quam quo ad expenſas cibi, & potus. nam illas omninò debent habere à viſitatis,vt habet̃ in.c.ſi.epiſcopus.de offic. ordi.lib.6. & fortè idem dicendum eſt in primo caſu. Item aduerte;quia ſi iſtis denegarentur expenſæ, non poſſent coercere aliquem; quia non habent iuriſdictionẽ;ſed debent referre epiſcopo,vel Metropolitano qui corrigat illos, ſm Hoſti.& Io. And.allegant.c.ſi.de offi.archiepi.&.c.1.de empt. & vendi. & facit ꝙ not.glo.ſeq. in princip. Glo. ſi.infert dubium. & ſol. & quęrendo, & obijciendo reſpondet, & infert, ꝙ diminuta videtur Archiepiſcoporũ poteſtas, & ſubdit ꝙ iſtis minus creditur, quam alijs officialibus, & rationem reddit. & ſubdit,ꝙ per inquiſitionem prælatorum iſti ſuum officium non dimittunt. In eadẽ ibi, ſed ſufficit ꝙ ſine honeſtę. dic, ſm Hoſti. ꝙ non eſſet improbabile, ꝙ iſti iurarent, cũ inſtituunt. & hoc videtur expreſsè probari in.d.c. epus.in ſynodo. vbi ponitur forma iuramenti. Facit c.prętereà.de teſtib.cogẽ.In eadem,ibi, hodiè verò non poſſunt.& ibi,alia ſuperflua.dic, ſm Doc.ꝙ iſta pars gl.eſt ſuperflua.quia iſte tex.loquit̃ de concilio prouinciali,cui ſienda eſt relatio,& non de Archiepiſcopo viſitante. Archiepiſcopus enim põt viſitare totam

totam prouinciam etiam sine istorum relatione; & etiam si nō apparet de negligentia episcoporū, vt.c. 1.& fi.de censi.lib.6. ¶ In eadem ibi, minus creditur q̄ alijs. dic, s̄m Hosti. q aut isti nuntiāt notoria, & eis creditur, sic vt alijs,vt.l.ab accusatione.§. nuntiatores.ff.ad Turpil.&.l.ea quidem.C.de accu. Aut non nuntiant notoria; & non creditur illis, vt l.singuli.C.eo.tit.pluribus verò iuratis creditur,donec probetur contrarium,vt.d.c.præterea.de testib.. cogen.& sequuntur hic Io.And.& Doct.& Bar.in.l. diuus.ff.de custo.reo. qui vult,q in leuibus credatur

17 vni tm̄ †officiali iurato. In fi.glo.dic, sed quæritur hic Io.And. post Ioan.gl. quid si Archid.vult inquirere in aliqua villa, & isti inquisitores veniunt, & volunt, & ipsi inquirere. an omnes poterunt inquirere. & di

18 cit,q† in iudicijs planum est,q pro eodem negotio coram diuersis quis trahi non debet, vt.c.ex tenore.

19 §. de rescript. Sed hic aliud videtur dicendū; †quia vna inquisitio non præiudicat alteri. Subdit tamē,q non possunt inquirere sine licentia Archid. 80.dist. non debere. & quia plena inquisitio Archid. præiudicat semiplenē. & sequitur Vincen. sed hoc vltimū non placet hic do.Ant.nec Io.de Imo. nec D.meo. qui volunt,q etiam sine licentia Archid.possunt inquirere auctoritate huius.c.& quia non habent referre Archid. sed concilio ꝓuinciali. Item quia visitāt absq; iurisdictiōe interrogādo seniores, & alias ꝑsonas discretas. & sic non impediunt Archid. vel alium ordinarium.

CAP. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *In literis est fienda mentio de ordine.*
2 *Differentia inter excommunicationem, & suspensionem.*
3 *Lite pendente inter superiorem, & subditū super superioribus criminibus non debet superior aliquid agere cōtra subditum, & vt ibdi.*
4 *Subditus si excommunicetur, an possit per delegatum, ad inquisitionem absolui sine speciali mandato.*
5 *Demandato principali omnia videntur demandata.*
6 *Suspensus, & excommunicatus possūt repelli à testimonio. & nu.21.*
7 *Monachus spoliatus potest agere possessorio contra Abbatem.*
8 *Monachus nec proprietatem, nec possessionē proprio nomine habere potest.*
9 *Possessorium recuperandæ datur pro spoliatione illegitimè facta per iudicem.*
10 *Verba de plano, & sine strepitu quid importat. & nume.28.*
11 *Appellās ꝓ se, & adhærentibus eos includit, et ibi ratio.*
12 *Inquisitor de quibus habeat inquirere contra regulares, & qualem ordinem seruare debeat.*
13 *Iuramentum de tacenda veritate videtur valere.*
14 *Pendente lite monachus non absoluitur ab obedientia, nisi præiudicat liti.*
15 *Monachis denuntiātibus Abbatem, vel promouentibus inquisitionem sunt ministrandæ expensæ.*
16 *Inquisitor potest deputare prosecutores ad inquisitionē.*
17 *Inquisitus si appellet, vel aliter dicat ꝓcessum nullum contra se; tunc non est citandus promotor inquisitionis.*
18 *Plures possunt esse ꝓmotores, & ꝓsecutores inquisitionis.*
19 *Cætera, hac dictio quid sub se contineat.*
20 *Promotores, & denuntiatores inquisitionis videntur esse principales in causa.*
Vnde in eadem non possunt testificari.ibid.
22 *Suspensionem multæ species.*
23 *Edictum de teste, est prohibitorium.*
24 *Differentia est inter litem motam, & litem cęptam.*
Et quæ dicatur lis cępta. nu.25.
26 *Inimicitiæ ex denuntiatione, vel promotione inquisitionis causantur.*
27 *Prælatis etiam regularibus inquisitis, debent exhiberi nomina testium.*
29 *Actionis ciuilis, vel accusationis, vel ꝓsecutionis criminalis, quis sit effectus.*
30 *Pœnarum quot sint genera, tam ciuiliter, quam criminaliter.*
31 *Pœna quando pro delicto imponitur, an imponatur per quemlibet modum agendi.*
32 *Iudex an possit moderare pœnas à iure impositas.*
33 *Sententia lata criminaliter an trahant secū executionē.*

Olim. Sententiæ excommunicationū, suspensionum, vel interdicti, latę post denuntiationem per abbatem denuntiatum, vel alium pro ipso in monachos denuntiantes, vel adhęrentes eisdem relaxantur, spoliati restituuntur, & iuramenta de veritate tacenda relaxantur, dicta testium denuntiato traduntur, & expensæ de bonis monasterij debentur monachis prosequentibus inquisitionem; nec pp hoc absoluuntur ab obedientia abbatis dūmodo obedientia nō præiudicet liti.h.d.Sex sunt partes post decisam, sicut sex sunt dicta. Secunda ibi,ac eis. Tertia ibi, iuramentis. Quarta ibi, prouisio. Quinta ibi, si verò. Sexta ibi, prædictis ait. Et in text. ibi, & infra.dic, sub isto.§.continetur, qualiter Papa ad instantiā monachorum cōmiserit inquisitionem sẽper statu monasterij Tyronensis, tam in capite, quam in mēbris; & q post commissam inquisitionem, inquisitores inceperunt procedere; & pendente negotio, abbas aliquos ex prædictis monachis excommunicauit, & aliquos suspendit, aliquos spoliauit, alios astrinxit ad iurandum, q tacerent veritatem contra eū; alijs denegabat expensas. vnde propter prædicta non ꝓcedebatur in negotio inquisitionis; quare monachi habuerunt recursum ad Summum Pontificem, petentes vt prouideret; vnde Papa ne retardaretur monasterij reformatio, prouidit vt sequitur. ¶ Noto

1 primo ex princ. ibi, ordinis &c. q † in literis est fienda mentio de ordine. de quo dic, vt in .c.cum ordi-

2 nem.§.de rescrip.¶ Secundo not.q † differentia est inter excommunicationem, & suspensionem. Excōmunicatio enim priuat hominem à cōione hominū, vt.c.pia.de excep.libr.6. Suspensio non. & vide alias plures differentias, in.c.1.de sent.excom.lib.6. & de pluribus speciebus suspensionū, vide plenè per glo.not. in verb.suspensi.in cle. cupientes de pęnis.

3 ¶ Tertio not. q †pendente lite inter superiorem, & subditū sup criminibus superioris, nō debet supior aliqd agere contra subditū, pp qd' possit impediri prosequutio negotij principalis; & ideò nō potest

4 excommunicare ipsum subditum. ¶ Sed† an si excommu-

communicatur poſsit delegatus ad inquiſitionem,
talem abſoluere ſine ſpeciali mandato. Io. And.hic
5 dicit ꝗ ſic; nam† ex quo demandatum eſt principa-
le oĩa videntur demandata &c, vt.c.prudentiam.§.
pen.de offic.deleg.ꝗ intellige ſecundum Hoſti.ſer-
6 uata forma, quæ ibi habetur. ¶ Quarto not. ꝗ †ſu-
ſpenſus poteſt repelli à teſtimonio; ſicut excõica-
7 tus, de quo dicam in glo.1. Quinto not.ꝗ † mona-
chus ſpoliatus poteſt agere poſſeſſorio contra abba
8 tem. Sed contra hoc videtur obſtare, qa† monachus
nec proprietatem, nec poſſeſsionem haberet poteſt
proprio nomine.12.q.1.c.nollo.&.c.non dicatis.&
hic vſq; adeo ꝗ nec propriã veſtem dicit̃ poſsidere,
vt not.gl.in.d.c.non dicatis.Sed ad petendam reſti-
tutionem poſſeſsionis, neceſse eſt ꝓbare poſſeſsio-
nẽ, ſeu poſſeſsionis ſpoliationẽ, vt.c.conſultationi-
bus.ſ.de offi.deleg.ergò &c. Sol. dicit Inno. ꝗ iſta
reſtitutio fit potius ex gratia, q̃ ex iure. Hoſti. verò
dicit, qđ imo etiam per viam iuris, ſaltem ex vi de-
nuntiationis, arg. not.in.c.dilecta. ſ.de reſcript. &
l.1.§.qđ autẽ.ff.de offi.præfe. vrb. Aduerte tamen,
quia potes breuiter concludere, qđ ſi ſpoliatio fuit
facta de monaſterio; puta, ꝗ fuit expulſus, procedit
opinio Hoſti. quia ſicut clericus expulſus à benefi-
cio ſuo, vel à iure præſtandæ vocis, poteſt agere
poſſeſſorio; licet prædictorum non habebat dñium,
ita religioſus põt peti reſtitui ad monaſterium, cum
per ingreſſum acquiſiuerit ius in illo, vt ibi deſerui-
ret, & alimentaretur, arg.c.porrectum. &.c.fi.de re
gulari. Si verò intelligeres, ꝗ iſti fuerant ſpoliati de
prioratibus, quos poſsidebant, Inno. dicit, ꝗ non
põt agi poſſeſſorio recuperandæ, arg.c.cum ad mo-
naſteriũ.§.tales.ſ.de ſtatu regula. & ratio eſt, quia
ipſi non poſſunt dici ſpoliati, cum non poſsideant
nomine proprio Goff.Hoſt.& Doct.videntur velle,
ꝗ ſi poſt cęptum negotium hoc fuerit attẽtatum, ꝗ
debeant reponi in priſtinum ſtatum, per tex.noſtrũ
& id ꝗ habetur in.c.dilectus.ſ.eo. &.ſ.de conſti.c.
cum M.in fi.Sed fortè poſſet dici, qđ ſi eſſet aliquis
prioratus à quo nõ poſſet reuocari ad nutũ abbatis,
ꝗ fortè ratione talis iuris daretur quaſi poſſeſſoriũ
recuperãdæ, circa ꝗ vide ꝗ dixi in cle.1.de ſupplẽ.
neglig. prælа. Sed ſi ad nutum abbatis poſſet reuo-
cari; tunc per viam ordinariam non poſſet petere
reſtitutionem; ſed per viam denuntiationis implo-
rando officium ſuperioris, vel per viam attentati li-
te pendente; ex quo impediretur proſequutio ne-
gotij, arg.not. per Inno.in.c.inſinuante.ſ.ne cle. vel
mona. & per Io.Andr.in.c.cum ſingula. de præben.
lib.6. in nouel. & adde prædictis quæ dicuntur in.c.
cum dilecta.&.c.edoceri.ſ.de reſcript.¶ Sexto not.
9 ꝗ† poſſeſſorium recuperandæ datur etiam pro ſpo-
liatione illegitimè facta per iudicem, vt.c.conque-
rente.ſ.de reſtit.ſpol. aliq̃d dixi in.c.ad petionẽ.ſ.
10 eo.¶ Septimo not.† de illis verbis, de plano, & ſine
ſtrepitu; important enim iuris rigoroſi ordinis rela
xationem, de quibus per tex.& glo.in clem.ſępe de
verb.ſign.& Bar. in extraua.ad reprimendũ.in verſi.
de plano.& in verſi.ſine ſtrepitu. ¶ Octauo not.ibi,
11 adhęrentes eidem. †pro cõi conſuetudine appellã-
tium pro ſe, & adhærentibus ſuis, nam virtute iſtius
appellationis defenduntur & adhęrentes; quia ſecun-
dum Io.An.inuoluuntur, & tenentur quo ad pęnas;

fortius debent gaudere priuilegio principaliũ, arg.
c.1.de offi.deleg.& reg.iur.lib.6.dixi lati' in.c. vna.
12 ſ.de appel. ¶ Nono not. † de quibus habeat inqui-
rere inquiſitor contra regulares, & qualem ordinẽ
habeat ſeruare. & habes ex tex. ꝗ licet ordo iuris
non ſit vſquequaq; obſeruandus; tamen aliquis ſer-
uandus eſt. Ioan.An. tamen dicit ponderandum eſ-
ſe tex.in ver.ſi verò.qui dicit contra abbatem, nihil
dicit de monachis; quaſi ſentiat, qđ contra mona-
chos proceditur de plano ſine aliquo ordine; ſed cõ-
tra abbatem, qui poteſt remoueri ab adminiſtratio-
ne, ille debet ſeruari, qui conſiſtit in veritate, non
in ſubtilitate, vel dic, vt dixi in.c.qualiter.2.q.12.
13 princ. ¶ Decimo not. arg.qđ †videtur valere iura-
mentum de tacenda veritate: nam hic mandatur re-
laxari; ſed ſi non valeret, non eſſet opus relaxatione.
Hodiè tamen videtur, ꝗ ſit nullum ipſo iure, per.c.
quia plerique. de offi.ordi.lib.6. & nihilominus ꝓ-
ceditur contra eum qui voluit deludere iuriſdictio-
nem iudicis, & probationis copiam ſubtrahere, ſe-
cundum Goffr.& not.in.c.conſtitutus.ſ.de teſti. &
c.fi.de teſtib.cog. ¶ Vndecimo not. qđ † penden-
14 te lite monachus non abſoluitur ab obedientia, ſi nõ
præiudicat liti, vt dixi in.c.ex parte.ſ.eo. ¶ Duode
15 cimo not. ꝗ † monachis denuntiantibus abbatem,
vel promouentibus inquiſitionem, aut accuſationẽ,
ſunt miniſtrandæ expenſæ à monaſterio, vt dixi in
d.c.ex parte. & not.iſtum tex. ſingularem in hoc ſe-
cundum Ab. qđ ſi tales non poſſunt illas habere ab
Abbate, licitum eſt illas ſubtrahere propria aucto-
ritate, cum ipſi procurent vtilitatem monaſterij, vt
l.ſi.procurator. §.ſi ignoranter. ff.mand. nec poteſt
contra eos excipi, vt hic, de ſpoliatione. ¶ Tertio-
16 decimo not. qđ† inqſitor poteſt deputare proſecu-
tores ad inquiſitionem, de quo per Io. And.in.c.cũ
clamor. ſ.de teſti. de quo dixi in.c.qualiter.2.in.6.
q.princ.ſ.eo.& ſequitur ex iſto tex.etiam aliud, ſe-
17 cundum Io.And.ꝗ † ſi inquiſitus appellat, vel aliter
dicat proceſſum nullum habitum contra ſe, ꝗ nõ ſit
citandus promotor inquiſitionis; & dic, vt dixi in
18 d.c.qualiter.12.q.prin. Item probat hic tex. ꝗ †plu
res poſſunt eſſe proſecutores, vel promotores inqui-
ſitionis, vt dixi in.d.c.qualiter. in.6.q.princ.¶ Vlti-
19 mo not.ex fine dum dicit contradictores &c. † ſub
quo &c. continetur videlicet, per cenſuram eccle-
ſiaſticã cõpellant, vt ceſſant à contradictione; & ſic
not.de iſta clauſula &c.ſcripta abbreuiatè; quia cõ-
tinet primo illud, ꝗ apparet in originali, vt not. gl.
in.c.eſtote.ſ.de re. iur.Si verò non apparet de origi
nali, vel eſt poſita in protocolo, aut in prima abbre-
uiatura notarij, dic, ꝗ ſub dictione &c.venit illud ꝗ
eſt de natura illi' clauſulæ, vt hic, &.c.ſignificauit.ſ.
de app.&.c.ex parte. ſ.de reſcrip. vel ꝗ continet̃ ex
natura cõtract', vt.l.Gall'.§.quidã.ff.de lib.poſthu.
&.l.ſi duo patroni.§.Iulianus.ff.de iureiur. vel ꝗ de
conſuetudine cõſueuit apponi. Hæc aũt cõſuetudo
dupliciter accipit̃; qa aut apparet cõſuetudo ipſius
notarij, qui poſuit ipſam dictionẽ &c.& illa attendẽ
da eſt; põt aũt apparere per alia extenſa in ſimilibus
clauſulis eiuſdẽ notarij; ſi verò nõ apparent alia ex-
tenſa, tunc attẽdit̃ cõſuetudo aliorũ notariorũ, arg.
not.in.l.ꝗ ſi nolit.§.qui aſsidua.ff.de ędil.edicto. &
l.ſi prius. §.placuit.ff.de aqua plu. arcen. &.l.ſi quis

locuples.ff.de manumis. tastamen. &.l.1. circa me-
dium.C.commu.de leg.de materia vide Spec.in tit.
de instru.edit.§.ostenso.vers.quid si abbreuiatura.&
c.estote.j.de reg.iur.&.l. Gallus.§.quidam recté.ff.
de libe.& posthu.&.l.3.§.1.ff.de vsu.lega.&.c.ex par
te.s.de rescrip.&.c.cũ P.s.de fide instru. ¶ Glo.1.
quærit p.p quam causam fiat hæc relaxatio. & sol. In
eadẽ ibi, veritas inquiri. dic probat ẽt s̃m Goffr. &
Hosti.in.c.apostolicæ. s.de excep. &.l.consensum.
C.de repud.&.l.prospexit. ff.qui.& à quibus.& not.
gl.3.in princ.in.c.præced. In eadem ibi, dum tñ ex
alia causa. dic,puta, si essent inimici,vel conspirato-
tes,vel simi.In fi. dic, sentit ergò gl. ꝙ hæc relaxatio
fit, vt posint facere testimonium in causa prædicta,
etiã si liniæ fuerint legitimæ. Sed contra hoc facit,.
20 quia † cum isti essent promotores inquisitionis, vel
denuntiatores videntur principales in causa; & per
consequens non posset testificari in dicta causa, vt.l.
omnibus.C.de testi. Facit ẽt,quia ex quo inquisitio
est cepta contra superiorem, non videtur sententias
prædictas potuisse esse legitimas, de quo latius di-
cam. in glo.seq.D.meus. ad hoc vt cessent dicta con
traria dicit, ꝙ sententię non erant legitimæ; & ita
ego arbitror intellexisse glo.& benè probatur; quia
hic fit simplex relaxatio; sed quando excommunica
tio est iusta,nõ fit relaxatio;sed absolutio,& præstaẽ
cautio debita, de qua in.c.sacro.j.de sent.excom.&
c.ex parte.j.de verb.sig.de qua cautione hic nihil di
citur. Nec obst.qđ glo. dicit de testimonio feren-
do,quia gl.se ipsam limitauit,dum dixit, dum tamẽ
alia causa legitima non impediat. Et inducitur hæc
21 glo.cum tex.nostro ꝙ † suspensus, potest repelli à
testimonio, sicut excommunicatus, ꝙ intelligit hic
Hosti. de suspenso ad homine, vt not.in.c.cum di-
lectus.s.de consue.&.c.fi.j.de cle. excom. mini. &
sic dicit intelligendum c.veniens.de testi.& idem vi
detur velle Spec. in tit. de teste.§.1.vers. quid de su-
spenso. Io.And.hic, remittit se ad dicta per eum in
d.vers.ibi autem.in addi.ibi & dicit,ꝙ.c.apostolicę.
de excep.per qđ mouetur Spec.non loquitur de te-
ste,nec dicit suspensum nõ posse testificari; imo gl.
ibi sentit contrarium.& ad.c.nostrum respondet, ꝙ
hic debuerunt relaxari dictæ sententiæ, non propter
testimonium ferendum; sed vt non legitimæ; quia
latæ lite pendente, de quo dic, vt dicam in seq. glo.
22 cõcludit finaliter, ꝙ† suspensionum multæ sunt spe
cies, vt dicit ẽt glo.in cle. cupientes.de pęnis. vnde
ex illarum varietate, & grauitate culparum aliter,&
aliter iudicandum est; quasi sentiat, & benè, ꝙ quis
rõne soliꝰ suspẽsionis nõ repelliẽ; qa hoc nõ reperiẽ
23 prohibitũ iure,& † edictũ de teste est prohibitoriũ,
vt.l.1.ff.de testib. Facit.c.decernimus.de sent.excõ.
lib.6.vbi fit mentio tantum de excõicatis. Si tamen
suspensio esset facta propter graue delictum, tunc
repelleretur nõ ratione suspensionis,sed virtute de-
licti,per.c.de cętero.&.c.testimonium. de testib. &
hoc modo potest saluari opinio Host. ¶ Glo.2.col
ligit duo argumẽta, quæ prosequitur,& opponit de
c.nonne.quod parum,aut nihil facit. In eadem ibi,
24 causa cępta. dic, s̃m Hosti. ꝙ † differentia est inter
litem motam, & litem cęptam. Nam mota dicitur
dumtaxat lite contestata,vt.c.ex parte.de verb.sign.
25 † Cępta verò, & pendens dicitur etiam per citatio-
nes,vt.c.licet.&.c.gratũ.de offi. deleg. quinimo s̃m
eum, potest dici negotium cęptum,postq̃ sciuit in-
quisitionem commissam,vt.c.meminimus.&.c.sug-
gestum.s.de appel.& idem tenet hic Io.An.ꝙ non
placet hic Ioã.de Imo. quia secundum eum propriè
loquendo, lis dicitur cępta lite contestata,per auth.
qui semel.C.quomodo & quando iudex.& in corpo
re vnde sumiẽ. Sed tu dic,ꝙ melior est opinio Host.
& Io. An.quoad terminos glo.& tex.nostri, ꝙ sunt
de pẽdẽtia litis,vt est tex.in cle.2.vt lite pẽd.dic, vt
ibi dixi. In eade ibi, ꝙ credo. dic,& hoc placet hic
do.Ant.vnde vult,ꝙ istæ sententiæ non sunt relaxan
dæ, ex eo ꝙ latæ lite pendente; quia quo ad poten-
tiam excommunicandi, non obstat prælato penden
tia litis, qui est in possessioue illius iuris, & poten-
tiæ. Sed relaxantur, quia impediebant litis exerci-
tium,vel quia erãt iniustæ; nam fortè Abbas illas tu
lit ex eo, quia ipsi denuntiauerant ipsum. Hosti. ta-
men videtur velle, ꝙ relaxentur; quia latæ lite pen-
dente. sed conclude, ꝙ super articulo, seu negotio
super quo pendet lis, & in pendentibus,& connexis
debet inferior abstinere,vt.c.cum M.s.de constit.&
c.vt nostrum.s.de appel. super alijs verò potest in
subditos exercere iurisdictionem, nisi impediretur
ꝓsequutio litis, vel nisi fortè recusaretur occasione
pendentie litis, vt dixi in.c.ad hęc.s.de appel.quia
25 † ex tali denuntiatione, vel promotione inquisitio-
nis videnẽ causari inimicitiæ,vt ex accusatiõe,vt di-
xi in.c.repellanẽ.&.c.cum P.&.c.meminimus.s.eo.
Aduerte tñ, si delictũ subditi esset notoriũ, & pęna
certa,nõ posset recusari,arg.eorũ quę dixi in.c.ꝓpo
suit.s.de appel.& not.Inn.i.c.ex parte.1.j.de verb.
sign.¶ In gl.in verbo de plano. dic, vt dixi.s.in no-
tabi.In gl.in vers.tacenda.dic, vt dixi in notabilibꝰ.
In gl.fi.ibi, testiũ nomina.dic,nota benè hanc glo.q̃
27 vult, ꝙ † ẽt prælatis regularibus inquisitis sint exhi-
benda nomina testiũ Hosti. verò hic tenet cõtrariũ,
mouẽ quia in litera nostra nõ fit mentio de nomi-
nibus testium. Itẽ qa exhibere nomina testium,con
sistit in subtilitate iuris,q̃ contra regulares est omit-
tenda. sed cõiter* plus placet gl. per.§.debet quem
allegat glo. nam ibi dicitur,ꝙ ideò nomina testium
non sunt supprimenda,ne detur audacia infamandi;
ergò nõ ex subtilitate, sed ex bona ęquitate sunt no
mina exhibenda;ergò & cum agiẽ contra pręlatum
regularem non sunt omittenda, ad ꝙ text. not.& ꝙ
ibi traditur in clem.sępe de verb.sign. vbi ponitur,
28 ꝙ† per ista verba simpliciter,& de plano &c. nunq̃
intelligitur remissus ordo qui fuit adinuentus ob-
uiando malitijs,vt est iuramẽtũ calumnię.Nec obst.
ꝙ tex. nr̃ non facit mentionem de nominibus, quia
imo videtur illa tacitè includere,cum dicat,ꝙ detur
copia dictorum,& in dictis cõiter dicitur talis iura-
tus sic dixit &c. fatetur tñ hic D.m. ꝙ ex cã possent
supprimi,per text. notab. in.c.fi.de hęret. libr. 6.&
quòd not.Inno.in.c.quoniam.in princ.s.vt lite non
cõtest. Facit ꝙ dicit Hosti.qui dicit, ꝙ in casu huiꝰ
c.est arbitrariũ. Dic tu de hoc,vt dixi in.c.qualiter.
2.s.eo.in.12.q.princ.nec benè dicunt Doct. hic ꝙ
in ꝓcessu contra regulares sit alia specialitas, videli
cet,ꝙ põt fieri non p̃cedẽte infamia, vt dixi in.d.c.
qualiter.in.9.q.prin.Nec obstat tex.noster,qa loqui
tur in inq̃sitione gñali. Vltimo aduerte,quia d.Ant.
post

post Inno.proſequitur hic quinq: quæſtiones.Prima
29 †quis ſit effectus actionis ciuilis,vel accuſationis,ſeu
30 proſequutionis criminalis.Secũda, †quot ſunt gene
ra pœnarum,tam de iure canonico,quam ciuili.Ter-
31 tia,†vbi pro delicto imponitur certa pœna,an dicta
pœna imponatur per quemlibet modũ agẽdi. Quarta
32 †an iudex posſit moderare pœnas a iure impoſitas,
& quando,& quid ſi non reperitur determinatũ,quę
33 pœna veniat imponenda.Quinta,†vtrum ſententiæ
latæ in cã criminali trahãt ſecum executionẽ.De his
quæſtionibus vide hic per eos;quia hic nõ cõgruũt.

CAP. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Contra prælatum infamatum de dilapidatione inquiritur de veritate, & interdum interdicitur ſibi omne genus alienationis.*
2 *Dicta paucorum licet non infament,tamẽ ad dictũ paucorum denuntiantium committitur inquiſitio.*
3 *Papa per ſimplicem commiſſionem,nõ creditur velle violare regulas iuris.*
4 *Papa eſt ſolutus à rigoroſitate infamiæ.*
5 *Canonici poſſunt denuntiare proprium Epiſcopum,maximè de dilapidatione.*
6 *Epiſcopus interdum minus canonicè eligitur,ſeu promouetur ad epiſcopatum.*
7 *Sententia lata contra ius litigatoris tranſit in rem iudicatam,ſi non appelletur.*
8 *Formæ defectus,an ſuppleatur,vel non.*
9 *Prodigalitas circa quæ verſetur.et ibi quid ſit prodigus.*
10 *Famam perdere grauius eſt,quam bona.*
11 *Honor anteponendus eſt omni lucro.*
12 *Inquiſitio quo in loco ſit facienda.*
13 *Iudex,qui habet cognoſcere de aliquo articulo,& referre poteſt ſtatuere terminum partibus ad comparendum coram ſuperiorem.*
14 *Iudex a quo,poteſt ſtatuere terminum appellanti.*
Et an talis terminus in dubio dicatur peremptorius. nu.15.
16 *Remiſſionis ſcriptura debet fieri ſigillata.*
17 *Sigilla per compatriotas probari poſſunt.*
Et eorum ſit frequens probatio per cõparationẽ.nu.18.
19 *Scriptura ſigillata ſigillo authentice magis creditur, quã inſtrumento.*
20 *Infeudatio ſapit naturam alienationis.*
21 *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio.*
22 *Prælato quando interdicatur adminiſtratio lite pendẽte.*
23 *Vendendi verbum, an comprehendat alias ſpecies alienationis.*
24 *Communis vſus loquendi præualet proprio ſignificatui.*
25 *C.1.extra de his quæ fiunt a prælat.intellectus.*
26 *Perſonaliter qui debet aliquid expedire, non poteſt alij committere.*
27 *Citatus perſonaliter,an poſſit cõparere per procuratorẽ.*
28 *Alienatio facta per prælatum pendente lite de dilapidatione,quando valeat.*
29 *Obligans ſe ad non alienandum per contractum,ſi alienat alienatio ipſo iure eſt nulla.*
30 *Prælatus, vel alius contra quem pendet inquiſitio de ſuſpecto,non poteſt alienare etiam mobilia.*
Et an poſſit adminiſtrare.nu.31.
32 *Tutor pendente lite de ſuſpecto remouetur ab adminiſtratione.*
33 *C.quia ea.3.q.2.intellectus.*
34 *Notorium,& ſententia æquiparantur.*
35 *Verbum penitus quid importet.*
36 *Res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, non veniunt in generali probibitione.*

1 Prælatorum. †Contra prælatum infamatũ de dilapidatio
ne inquiritur de veritate,& interdum interdicitur ſi
bi omne genus alienandi.h.d.ſecundum Ioan. And.
vel melius.Contra prælatum denuntiatum de dilapi
datione fit commiſſio ſuper veritate inquirenda; &
pendente negotio debet ſibi interdici poteſtas alie
nandi.h.d.Diuiditur in duas partes,in prima poni-
tur de denuntiatione epiſcopi.In ſecunda,commiſ-
ſio ipſius.ibi,diſcretioni.Quæ ſecunda ſubdiuiditur
quia primo mandat inquiſitionem fieri,& remiſſio-
nem,& inquiſito terminum aſſignari,ſecundo præci
pit interdici poteſtatẽ alienãdi.ibi,poteſtati. ¶ No
2 ta primo,q̃ †licet dicta paucorum nõ infamẽt, vt.c.
inquiſitionis.in.fi.ẽ.eo.tamen ad dictũ paucorũ de-
nũtiãtiũ cõmittit inquiſitio,& dicit hic Hoſt.q̃ iſti
primo inquirent ſuper infamia.Sed Ioã.And. tenet
contrarium,vt dixi in primo ſummario. ſed dictum
Hoſtien.plus placet hic.D.m.quia ex quo Papa non
expreſſit de infamia, & quòd talis eſſet infamatus,
commiſſa ſimpliciter inquiſitione veritatis, videtur
quòd prius debeat inquiri de infamia, cum nõ ſit ve
3 riſimile,quòd†per ſimplicem commiſſionem Papa
voluerit violare regulas iuris. Ego arbitror poſſe ſal
uari vtrunq; dictum,hoc modo, quòd aut committi
tur inquiſitio ſuper veritate ſimpliciter,ita vt inqui-
ſitor tãdem habeat punire,& tunc procedat dictum
Hoſt.aut cõmittitur inquiſitio ſuper veritate, ita vt
inquiſitor habeat cognoſcere, & referre ſummo Põ
tifici,& tunc procedat opinio Io. And. Ita loquitur
textus noſter.& ratio eſt;qa cum iſte inqſitus a ſum-
mo Pontifice ſit recepturus ſecundum merita,vt hic
in tex.ſatis eſt,quòd Papa cognoſcat de veritate;qa
4 † ipſe ſolutus eſt ab hac rigoroſitate de infamia, &
in infamiæ ordine,vt not.in.c.in noſtra.ẽ.de ſepult.
&.l.princeps.ff.de leg.Vnde ſecus arbitror ſi talis cõ
miſſio fit per inferiorem.& adde quæ dixi in.c. cum
oporteat.ẽ.eo. & vide quæ latius dixi in c.qualiter.
2.ẽ.eo.q.12.in.9.artic.princ.&.q.1. prædic.9.artic.
5 princ.¶ Secundo not.quòd†canonici poſſunt denũ
tiare proprium epm̃, maximè de dilapidatione,pro
6 batur in.c.licet.ẽ.eo.Tertio not.quòd†interdũ mi-
nus canonicè eligitur, ſeu promouetur ad epiſcopa
tum vt contingere poteſt ſecundum Ioan. Andr. vi-
delicet,quia fuerit per vim intruſus,vel per laicalem
abuſum;vt.ẽ.de elect.c.quiſquis.vel per ſymoniam,
vel quia exiſtens in peccato mortali,vt.c. penulti.ẽ.
de election.ſecus ſecundum Ioan. Andr. ſi fuiſſet de
fectus formæ;quia talis defectus ſuppletur in confir
matione;ſicut in ſententia lata ſuper ætate.ẽ.de ele-
7 ction.c.cum dilecti . Facit quia†ſententia lata con-
tra ius litigatoris,tranſit in rem iudicatam,ſi non ap
pelletur, vt.c. cum inter.ẽ.de re iudic.de hoc artic.
8 †an defectus formæ ſuppleatur, vel non, vide per
glo.

glo. & Doct.in.c.qꝛ sicut.ꝭ. de electi0n. Aduerte tñ,
quia quòd dixi de mortali peccato,non videtur sim
pliciter verum; nisi peccatum sit graue, vide not.in
c sicut nostris.ꝭ de iureiur.&.c. ex tenore. &.c.fi.de
ꝭ.de tempo.ordinan.& vide quæ dixi, io.c.omnipo
9 tens.ꝭ.eo.¶ Quarto not.quòd† prodigalitas nó so-
lum versatur circa res;sed etiam circa famam.Dici-
tur autem prodigus famæ qui turpiter viuendo noo
curat de infamia, & talis sui ipsius crudelis dicitur.
12.q.1.nolo.11.q.3.non sunt. Et nota, vt sit diligés
10 bonæ famæ conseruatur,† nó grauius est perdere fa-
mam, quam booa.6.q.1. ex merito.&.c.deteriores.
&.l.io seruorum.in.fi.ff.de pœnis. vnde Ecclesiastes.
c.41.Curam habe de nomine; quia magis perseuera
bit tibi quam mille thesauri. Vnde Bal.in.l. rectè.C.
11 vnde oi.dicit,quòd† quis debet honorem antepone
re omni lucro, vt probatur in. l. Iulianus. ff. si quis
oouissa causa testamen. & Aristo. Economi. inquit,
Grauiter fert vnusquisq; famæ priuari.Host.1. autẽ
hic dicit,quòd hinc processit illud vulgare, Si nó ca
stè,tamẽ caotè.& probatur; quia licet occulta forni
catio turbet bonam conscientię,vt in.c.fi.ꝭ. de tẽp.
ordi.tamen manifesta manifestius reprobatur; Vn-
de prima suspendit quo ad Deum;manifesta nó quo
ad homines etiam,vt in.c.nostra.ꝭ.de cohab. cle. &
12 mol.¶ Quinto not. quòd † inquisitio debet fieri in
loco vbi moratur inquisitus,vt dixi in. c. qualiter.2.
13 ꝭ.eo.Sexto not.arg.pro & contra; quòd † iudex qui
habet cognoscere de aliquo articulo, & referre,po-
test statuere terminũ partibus ad cõparẽdũ corã su
periore cui fit relatio. Facit litera nostra in vers.ei-
dẽ.In cõtrariõ facit,quia ex quo ista assignatio fit ex
mandato Papæ,videtur quòd cessante mandato non
posit fieri.Primum dictum tenent hic Inno.& Ioã.
Andr.quia in consequentiam videtur hoc cõmissum
illi qui habet referre, ne causa remaneat sine termi-
14 no.Facit etiam,quia† iudex a quo appellatur,potest
terminum statuere appellanti,vt.c personas &.c. cũ
sit.ꝭ.de appell.& dixi in.c.sæpe.eodem tit. ergò for
tius debet posse iste a quo non appellatur. & tenet
Specul.in tit.de remis.§.2.in princip. &.§.videndũ.
post princip.& versi.hoc quoq;. dicit tamen hic Inn,
& post eum do.m.quòd si ab isto iudice fuit appella
tum,& ipse non detulit appellationi, quòd non po-
test amplius hũc terminum statuere, quia super prin
cipali non potest,ex quo appellatum est;super appel
latione non potest,quia illi non detulit. Sed aduer-
te,quia hoc vltimum non est verum, quòd non defe
rens non posit terminum statuere,vt dixi in d.c.per
sonas.versi.quarto quæro.&.c.peruenit.ꝭ.de appell.
& est tex.in.c.1.de appell.lib.6.&.c.cum appell. eo.
tit.& lib.& per Spec.in tit.de appell.in quarta parte,
in forma quæ incipit,reijciendo.Plura ad hunc arti
culum tangunt hic Inno & Io. de Imol. sed quia nó
pertinent ad materiam nostram,dic,vt per eos. Vtrũ
autem talis terminus in dubio dicatur perempto-
rius,quidam dicunt,qꝛ non nisi hoc exprimatur, vn-
de iste erit iterum citandus,per not.in.c.cõsuluit.de
offi.deleg.&.l.ad peremptorium.ff.de iud.Spe.tenet
cotrarium in tit.de remis.§.2.circa princ.&.§.vidẽ-
dum.& notat gl.in clem.1.ff. de excep. & tenet Inn.
in.c.sæpe.de appell.do.Anto.concordat dictas opi-
niones,dicens, qꝛ aut partes fuerũt præsentes quibus
assignatus est terminus; & procedit secunda opioio,
per not.in.l.2.C.quomodo & quando iudex, & glo.
io.d.c.cõsuluit.sed si partibus absentibus, procedit
prima opinio, vt not. io.d.l. ad peremptorium. sed
quia hęc distinctio simpliciter non videtur vera,dic,
vt dixi io clem.1.de dolo.& contum.&.c.sępe.de ap
16 pell. ¶ Septimo not.qꝛ† scriptura remissionis debet
fieri sigillata;ratio est secundum Io.And.hic,quia si
fieret non sigillata,sed publica; posset negari tabel-
lionem fuisse,qui scripsit,vt.c.scriptum.de elec.&.c.
cum.P.de.fide instr.dixi in clem.1.de procur.Sed tu
posses dicere,qꝛ etiam possunt sigilla negari.Sol. di-
cit Ioan.Andr.qꝛ hoc est verum;sed non ita faciliter
17 aut frequenter.Facit.l.nam ad ea.ff.de leg. Nam† si-
gilla per compatriotas qui sunt in curia probari pñt
faciliter; cum plures potuerunt iouenire cognoscen
tes sigillum, qui tamen non interfuerunt creationi
18 tabellionis. Et quia† de sigillis fit frequens probatio
per comparitionem.sed melior videtur ratio; qꝛ ista
remissio sit sigillata,ne quid falsi committatur,nam
faciliter appareret si aperiret,& aliqualiter cera frã-
geretur,vt.c.cum olim.ꝭ.de offi.deleg.& sic videtur
19 inferendum.qꝛ† magis sit credendum scripturæ sigil
latæ sigillo authentico,quam instrumento,de quo p
Host.in.c.quoniam contra.ꝭ.de prob.&.c.cum a no
bis.ꝭ.de testib. de hac materia vide quæ dixi in.c.2.
ꝭ.de fide instru.& io.d.clem.1. de procu. ¶ Octauo
20 not.quòd† infeudatio sapit naturam alienationis,vt
21 c.nulli.de reb.eccl.oon alien.oec mirum, quia† hæc
locatio ad longum tempus dicitur alienatio,vt dixi.
& ibi not.gl.in elemen.1.de reb.eccl.non alien.licet
glo.in.l.pen.§.instituto ff.de leg.2.dicat,qꝛ etiã ille
qui locat ad centum annos nó dicatur alienare, quæ
cõmuniter * reprobatur, vide Bal. sing.in.c.1.§. aut
si libellario.quib.modis feud.amit.¶ Nono nota se
22 cundum quosdam,casum,in † quo lite pẽdẽte inter
dicitur admioistratio prælatis,quando scilicet,time
tur de dilapidatione, seu de aliquo alio periculo; &
sic tenet d. Ant. Aduerte, quia hic non dicitur, quòd
interdicatur administratio, sed solum potestas alie-
nãdi;& cõtra istud notab.facit qꝛ dixi.ꝭ. in præced.
c.& quòd dicam in gl.fi.¶ Vltimo not.ex fine,quòd
23 † verbum,vendendi oon comprehendit alias species
alienationis, sed solum illam in qua interuenit pre-
tium.In contrarium tamen facit.l.statuliberi.a cæte
ris.§.Quintus.2.ff.de statulib.& not.in.l. illicitas.ff.
de offi.præsid.in quibus ꝓbatur,qꝛ appellatione ven
ditionis venit omnis species alienationis.Solu.dicit
22 cut † aĩa viuit per seipsam,corpus verò ex vnione ani
23 mæ;ita † quędã sunt spũalia, quę p seipsa sunt spũa-
lia,sicut sacramentã,& alia huiusmodi. Quędã verò
dicuntur spiritualia ex eo ꝙ adhærent ipsis, vt.d.c.si
24 quis obiecerit. Item † non est verum simpliciter,ꝙ
idem ius sit in annexis,qñ sunt separabilia, & vnum
potest stare sine alio,vt tradit. d.reg.accessorium.
25 ¶ Ad quartum argm̃ rñdetur,ꝙ † non est verum, ꝙ
Papa nõ possit committere symoniam, de quo dicã
ĩ.c.1.

26 ꝑ.c.1.Ad vltimũ argumentũ rñdetur, ꝙ † illa non
est propriè symonia, vt traditur in.d.c.vendentes.ni
si sit snia super spiritualibus, quæ vendatur. Hosti.in
27 summa.eo.tit.§.1.dicit ꝙ † symonia cõuentionis q̃
à nullo alio describitur, ita potest describi, ꝙ est spi
ritualium, vel ipsis annexorum ꝑcedente pacto ꝓ-
missionis, conditionis, seruitij, præcum, vel cuiusli-
bet tẽporalitatis receptio; probatur.1.q.1.c.si quis
neq;.&.1.q.2.quam pio.ſ. de pac. pactionis de re.
permu.quæsitum. de ęta.& qua.tuam.&.ꝑ.eo.tua.&
28 ibi Hosti.¶ Vltimo † quæro, vnde dicatur symonia.
glo.q.1.in summa dicit, ꝙ à Simone Mago. & benè
29 †Ipse enim primus fuit, qui in nouo testamẽto vo-
luit emere gratiã Spiritus sancti ab apostolis.dicitur
30 † & symonia cupiditas Giezita. vñ Giezitæ dicunẽ
à Giezi seruo Elisei qui primus in veteri testamẽto
petijt bona tẽporalia ꝓ gratia.de quo Regũ.libr.3.
c.5.&.1.q.1.qui studet.&.c.cito turpẽ. &.ꝑ.eo. non
satis. vnde propiè venditor spiritualium dicitur
Giezita, vt dicit glo.in summa.1.q.1. & Hosti.§.2.
in summa.

CAP I.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus pro ordine cõferendo, nec ministri, nec notarij aliquid temporale exigere debent.*
2 *Pastellus quid.*
3 *Accessorium esse debet eiusdem naturæ cuius est principale.*
Quod extenditur, tam pro chartis, & quauis alia scriptura, quam in ordine.ibid.
4 *Quod directè fieri non potest indirectè quoque prohibetur. Et ibi multa in materia exempla.*
5 *In ordinatione interuenit Episcopus, & notarius.*
6 *Pro ordine prohibetur uedum extorsio, sed & voluntaria donatio.*
7 *Archidiaconus vocat promouendos.*
8 *Modus ordinandi antiqua decretalis.*
9 *Minister intelligitur de quolibet ministrante in ipsa ordinatione.*
10 *An ex pacto, vel pro labore notarius possit recipere aliquid ab ordinando. Et an sponte oblatum. & num.30.*
11 *Notarius ab Episcopo salariatus nil debet recipere, si non est saluriatus distinguitur, vt ibid.*
12 *Notarij officium in ordinatione non est necessarium.*
13 *Curiæ actio nostra esse debet informatio.*
14 *In curia Ecclesiastica symonia, & in seculari.l.Iulia de ambitu non habent locum. Et vbi verum.ibid.*
15 *An Papa ex pacto recipiens pecuniam pro collatione beneficij committat symoniam.*
16 *In positiuis Papa non ligatur propria constitutione.*
17 *Peccatum ex maioritate personæ, in dignitate constituta aggrauatur.*
18 *Papa est principalis dispensator, non absolutè dominus bonorum Ecclesiast.*
19 *Papa recipiens pecuniam pro collatione beneficij spiritualis; comittit symo. Quod intellige, vt ibid.*
20 *Pro collatione beneficij, vel prælatura confertur executio clauium, vt ibid.*
21 *Alienum parochianum quis non potest absoluere, nec in alterius ecclesia sine Rectoris silentia celebrare.*
22 *Vendens executionem ordinis videtur vendere ordinem. & sic donum Dei.*
23 *Ordinatio prouenit ex dono Dei, non Papa.*
24 *Virtutis laus in actione consistit.*
25 *Christus quare eiecit de templo columbas vendentes, et numularios.*
26 *Homagium præstare, vel quid tẽporale pro spirituali dare symoniacum est. Et quomodo intelligendum sit ibid.*
27 *Papa non debet facere id per quod status ecclesiæ decoloretur.*
28 *De Papa ad alium non infertur.*
29 *Ludens ad zardũ cum episcopo ligatur constitutione episcopi excommunicati, licet episcopus non ligetur.remis.*
31 *Verbum dare liberalitatem demonstrat.*

In ordinando.

Breue est; potest tamẽ sic sum-
1 mari. † Episcopus pro ordine ab eo conferendo,
vel ministri, aut notarij nihil temporale exigere de-
bent.h.d.& duo sunt dicta. secundum ibi pro ordi-
2 natione. Et in tex. ibi, pastellis. dicꝰ, † qđ licet alia
possit significare; tamen hic propriè accipitur pa-
stellus pro parua pastæ massa; quia etiam cera est in
3 modum pastæ. ¶ Nota primo † ꝙ sicut principale
debet esse gratuitum; ita & omnia accessoria, & cir-
cunferentia; vnde non solum prohibetur episcopus
aliquid pro ordine recipere; sed & omnes alij sui mi
nistri, & etiam non solum pro ordine; sed nec pro
chartis, aut alia quauis scriptura, ne fraus commit-
4 tatur, †ne fiat indirectè, qđ directè fieri non potest,
vt hic dicit gl.& hunc tex.perpetuo not.Si statutum
esset in ciuitate, ꝙ starius frumenti nõ vendatur nisi
soldis.xx.quia venditor hoc casu non potest dicere,
volo tantum pro mẽsuratione, nisi esset ad aliud of-
cium deputatus; quia tunc deberet habere tantum
quantum mereretur ille labor; quia alias fortè vellet
facere, vt illa bona mulier quæ nolebat vendere bo-
uem sine musicula, de musicula petebat.xj. Floren.
de boue vnum. Quod no. contra illos, qui vt frau-
dent gabellas ponũt vinum vendendum paruo præ-
tio; sed nolunt vendere sine castaneis, de quibus
non soluunt gabellas. Et etiam contra illos qui
mutuant centũ, vt recipiẽti vendant frumentum ca-
riori prætio, quam ille emeret, si non reciperet mu-
tuum. & talis committit vsuram, vt videbimus.ꝑ.
de vsuris. & prædicta etiam probantur in regula, cũ
5 quid vna via.de reg.iur.lib.6. ¶ Secundo not.ꝙ† in
ordinatione interuenit episcopus minister, & nota-
6 rius, vt.ꝑ.dicetur. Vltimo not. ꝙ† ab ordinando
nõ solum est prohibita extorsio pro ordine; sed nec
volũtaria donatio recipienda est, vt dicã.ꝑ. ¶ In gl.
2.in fi.dic, ꝙ si tex. intelligitur de Archid. illud qđ
dicit text.ꝑ.de voce. debet intelligi de voce, qua
7 †ipse Archid. vocat promouendos, vel expone, &
melius. Minister id est diaconus. xxiij.distin. dia-
conus. & quod dicit tex. de voce, dic, id est lectio-
ne Euangelij, secundum Goffre.& hoc magis con-
8 sonat † antiquæ decretali, in qua dicebatur, qđ in
ordinando episcopus manum imponit, euãgelicã
lectionẽ minister legit confirmatoriã epistolã no-
tariꝰ scribit, & hæc cõtinebanẽ sub isto &.ꝑ.& dic,
9 ꝙ tex.loquutus fuit ꝑ verbũ, † minister, vt ostẽderet

qđ habet locum in quibuſcunq; miniſtrantibus
in dicta ordinatione. ¶ Glo. ſuper verbo, vendere,
colligit; deinde op.& ſol. ponendo opi.in.fi.dic, hic
10 ſunt duo examinanda. Primum † an ex pacto nota-
rius, vel ſimil. pro labore poſsit aliquid recipere ab
ordinando. Secundo vtrum ſponte, & gratis oblatũ
poſsit ab ordinando recipi. Quo ad primum Doct.
11 hic concludunt, ꝙ aut † notarius eſt ab epiſcopo ſa-
lariatus. & nihil debet recipere; aut non, & tunc aut
eius officium eſt adeo neceſſarium, ꝙ ſine ipſo non
poſsit fieri ordinatio, & nõ poteſt aliquid recipere,
vt dixi in primo not. alias ſecus. vnde Inno. vult ꝙ
etiam ſi notarius, qui non habet ſalarium ex publi-
co aliquantulum plus recipit debito, ſi eius officium
non erat neceſſarium, quam ſit eius labor propter
facti magnitudinem, non peccat. Sed D.m. hic di-
12 dit, ꝙ non videt, † ꝙ officium notarij ſit neceſſarium
ad ordinem conferendum. & ideò dicit, ꝙ ſimplici-
citer dici poteſt, ꝙ notarius iuſte recipit, ſi non ha-
bet ſalarium ex publico, prout faciunt notarij cu-
riales, qui exigunt pro ſcripturis pecuniam; quia nõ
habent ſalarium ex publico, & Papa tolerat. & ſic
13 † actio curiæ debet eſſe noſtra inſtructio, arg. c. ſigni
14 ficaſti. de homici. vel dic, † ꝙ ſymonia non habet lo
cum in curia; ſicut nec in curia principis habet lo-
cum lex Iulia de ambitu, vt not. glo. 82. diſt. pręsby-
ter. &. 1. q. 6. c. fi. &. ff. ad. l. Iul. de ambitu. qđ verum,
ſecundum Hoſti. in his quæ ſunt ſymoniaca; quia
prohibita. ſecus in his, quæ ſunt prohibita; quia ſy-
moniaca, qa ab his debet curia abſtinere pręcęteris,
arg. c. cũ ab omni. de vit. & hon. cleri. maximè; qa
per ea decoloratur ſtatus eccleſiæ. 12. q. 2. & ſi illi. &
15 ex prædictis deciditur quæſtio not. Vtrum † Papa
recipiens pecuniam ex pacto pro collatione bñficij
cõmittat ſymoniam. D.m. hic dicit, ꝙ hãc. q. non re
perit tactam à Doct. niſi ꝙ do. Cardi. Flo. dicit qđ
16 non; quia titulus beneficij eſt iuris poſitiui, & † in
poſitiuis Papa non ligatur propria conſtitutione, vt
c. propoſuit. de conceſ. præben. & hoc ſenſit Hoſti.
dum dixit, ſunt ſymoniaca; quia prohibita à iu-
re poſitiuo. Sed tu dic, ꝙ imo hanc. q. tangit Archi.
12. diſt. c. 1. vbi dicit poſt B. Tho. ꝙ Papa poteſt cõ-
17 mittere ſymoniam ſicut alius; quia † peccatum tan-
to grauius eſt quanto maiorẽ obtinet locũ. 40. diſt.
18 homo Chriſtianus. licet enim † res eccleſiæ ſint ei⁹;
tamen ſunt vt principalis diſpenſatoris, non vt do-
mini, vt dicit Archi. 1. diſt. ius ciuile. vnde ſi recipit
ꝓ aliqua re ſpuãli pecuniã de reditib⁹ eccleſiæ, nõ
caret vitio ſymoniæ, & idẽ ſi recipit pecuniã ab ali-
quo laico; licet non de bonis eccleſiæ. & hanc con-
cluſionem tenuit B. Tho. 2. 2. q. c. 1. in fi. ſed D.m.
latius hic, & in. c. extirpandæ. §. quia verò. ſ. de
præben. in repet. in. fi. concluſionis concludit, qđ
19 † ſi Papa recipit pecuniam pro beneficij ſpiritua-
lis collatione, vel inſtitutione, cõmittit ſymoniam;
ſi talis bñficij adminiſtratio, vel executio concernit
poteſtatẽ, vel adminiſtrationẽ clauium, aut officia.
aliàs ſecus; licet alio crĩe inuoluat, ſubdẽs, ꝙ vtroq;
caſu; & quo ad Deũ, & quo ad eccleſiã militantẽ mi
nimè tut⁹ exiſtit ille qui pecuniã dat ꝓ tali bñficio.
Habet ergo dicta concluſio tres partes. Prima pro-
20 batur; quia † per collationem bñficij, vel prælaturæ
confertur executio clauium in actum quæ in ordina
tione fuit collata ſolum in habitu. 16. q. 1. ecce. &. c.
21 ſe. ꝙ patet; quia † alienum parochianum, quis ab-
ſoluere non põt, nec in alterius eccleſia celebrare ſi-
ne licentia rectoris. 16. q. 1. cunctis. 8. q. 1. per to. &
22 ꝫ. de pęnit. & rem. omnis. c ſi. ergò † vendendo or
dinis executionem, videt vẽdere ipſum ordinem, &
donum Dei. 1. q. 1. c. ſi quis obiecerit. & eſt gl. ſing.
in. c. licet. ꝫ. de pęnis. & ſic licet titulus bñficij ſit iu-
ris poſitiui; tñ ordo eſt iuris diuini, & ipſius execu-
tio, & ſic vendendo executionẽ, videtur vendere do
23 num Dei; quia † illa prouenit ex dono Dei, & nõ
Papæ. de pęnit. diſt. 1. verbum Dei, & ordinis execu-
tio dicit ordinis perfectio. 1. q. 1. perfectionẽ. vnde
24 Cicero primo officiorum dicit, ꝙ † virtutis omnis
laus in actione conſiſtit. vendere igit, vel emere di-
ctã executionẽ, eſt ſymonia. 1. q. 1. pſbiter. &. q. 3. al-
tare. hoc aũt eſt vtroq; teſtamento prohibitũ. 1. q. 1.
qui ſtudet. &. c. Petrus. Itẽ quia Deus prohibuit ec-
25 cleſiã in figura. 1. q. 3. ex multis. vbi † Chriſtus non ſo
lus eiecit de templo vendentes colũbas, hoc eſt ſpi-
ritum ſanctum; ſed ẽt nũmularios ad denotandum
venditores eccleſiaſticorũ beneficiorum. cum ergo
hoc ſit à Domino prohibitum, ergò Papa non excu
ſatur. 25. q. 1. ſunt quidam. ad idem bonus tex. ex di
26 ligenti. ꝫ. eo. vbi tex. † dicit ꝙ præſtare homagium,
& ſic dare aliquid tẽporale pro ſpirituali ſymonia-
cum eſt, & noſcitur contrarium diuinis, & humanis
legibus. & dicit ibi glo. hoc eſſe contra vtrunq; te-
ſtamentum, & hæc ꝓcedunt qñ executio beneficij,
vel officij concernit diuina; ſecus ſi ſolum admini-
ſtrationẽ temporalem, vt in hoſpitali in quo non
committit ſymoniã; quia ipſe prohibuit. vnde dici-
tur ſymoniacum; quia prohibitum. & hoc modo
ꝓcedit ſimilitudo q̃ dixi de. l. Iul. ambitus. dicit tñ
27 D.m. ꝙ vtroq; caſu debet Papa abſtinere; qa † non
debet id facere per qđ decoloret ſtat⁹ eccleſiæ. 1. q.
7. c. & ſi illa. 25. q. 1. igit. no. in. c. & ſi Chriſtus de iu-
reiur. Vltima pars cõcluſionis probatur ꝙ alius, qui
28 dedit pecuniam vtroq; caſo ligetur; quia † licet cõ-
ſtitutio papalis non liget Papam; non tñ ſequitur, ꝙ
alter non ligetur etiam in eo facto in quo non liga-
tur Papa. vide Io. Andr. in. c. cui licet de reg. iur. in
29 Mercur. vbi concludit ꝙ † ludens ad zardũ cum epi-
ſcopo ligatur conſtitutione epi excõicãtis ludentes
ad zardum; licet epiſcopus non ligetur. de quo lati⁹
dicam in. c. vniuerſitatis. de ſent. excom. ¶ Quo ad
30 ſecundam principalem q̃ſtionem, videlicet, an † ſpõ
te oblatũ poſsit ab ordinãdo, recipi. tex. videtur ꝓ-
31 bare, ꝙ nõ, pp † verbum dare poſitum in fi. qđ de-
notat liberalitatem, vt. l. rem legatam. ff. de alimen.
lega. Hoſti. dicit, ꝙ exactio prohibetur. ſed ſi gra-
tuitum datur ſine aliquo pacto tacito, vel expreſſo,
non improbatur, per. c. ſi. quæſtiones. ꝫ. eo.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus in eccleſia per pecuniam expelli non debet, vt alius intrudatur.*
2 *Taliter, dictio, ſimilitudinis nota.*
3 *Beneficio nemo ſine accuſatore priuandus.*

Qui

Qui alium. Non summatur, quia breue. Noto primo, q non solum non est licitū
1 †dare pecuniam pro beneficio consequendo; sed p danda etiam vacatione beneficij, ad hoc vt dans postea illud consequatur. Potest etiam intelligi tex. de eo qui fecit aliquem expelli de beneficio per pecuniam, & etiam postea per pecuniam illud recepit. Quòd vr probari ex qualitate pœnæ pp duplicem symoniam, quia p symoniam commissam in beneficio, non vr q quis sit deponēdus ab illo, vt dixi in c. cum.P.&.c.inquisitionis.de accus. & hoc quando p viam inquisitionis, prout etiam intelligitur tex. no-
2 ster. Probatur etiam† per dictionem, taliter, positā in tex. quæ est nota similitudinis, vt not. in.c. de multa.de præben.&.c.dudum.de elect. ¶ In fi. glo. dic secundum Goff. q iste tripliciter peccat, quia committit symoniam, auaritiam, & inuasionem, vt.c.dudum.2.de elect. Extra glo. oppo.de.c.1. de off. ordi. vbi quis videtur iustè expelli, etiam per brachium secularem. Sol. Host. dicit hoc esse verum, qñ ille qui tenebat, tenebat iniustè. Facit.c.dilectus.ͳ.eo.de homici.postulasti.& sequitur Io. And. ¶ Vltimo op
3 ponitur, † dicitur hic, q iste deponatur. contra, quia sine accusatore non debet quis deponi. Sol. Goffr. intelligit, si iste fuit accusatus, & conuictus. 2.q.1.c. sicut.&.c.nihil. Hosti. verò dicit eum deponendum, etiam si per viam inquisitionis hoc constiterit, & sequitur.D.m.quia tex. loquitur indistinctè.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Catholicus quilibet admittitur ad accusandum de crimine symoniæ.& nu.7.& 8.*
2 *Argumentum à minori, vel à maiori, valet.*
3 *Inferior superiorem accusare potest.*
4 *Infidelis, etiam in symoniæ crimine, non admittitur ad accusandum.*
5 *Testis à parte exoratus, non dicitur suspectus.*
6 *Christus non erat redarguendus ab aliquo, propria authoritate.*
9 *Testes an possint compelli ad testificandum.*

1 **Si dominus.** †Quilibet catholicus admittitur ad accusandum de críe symoniæ.h.d. sm vnum intellectum, vel ad testificādum, sm alium. Secunda ibi, non igi-
2 tur. ¶ Not. primo, q † validum est argm à minori, vel à maiori; verbi gratia, licet accusare maiorem, ergo minorem, vt in reg. cui licet quòd est plus. ¶ Se-
3 cundo not. q † inferior pōt superiorem accusare, p batur in.c.licet.&.c.veniēs. s̄.de accu. ¶ Tertio no.
4 ad † contrarium, quòd non catholicus non admittitur ad accusandum, etiam de críe symoniæ. ¶ Vlti-
5 mo not. q † testis præcibus exoratus per partem, vt ferat testimonium, non dicitur suspectus. ¶ In gl.1. ibi, Iudæ, dic sm Io. And. melius diceret Iudæo. Nā verba sequentia non fuerunt dicta Iudæ, sed Iudæo percutienti Christum, cui dicebatur, sic rādes Pontifici, vt habet Io.c.18.& ita debet corrigi. glo. seq. in eo quòd dicit Iudas, posset tū saluari. Vel dic, sm Goff. quòd tex. intelligitur de illa authoritate, Quis ex vobis arguet me de peccato? quæ habetur Io.c.8. & hoc magis placet Host. propter verbum accusandum in tex. Sed dicit Goff. quòd hæc authoritas p
6 bat contrarium, cum probet, quòd nullus eorū erat dignus redarguere, nec† Christus redarguendus erat aliquo modo ppria authoritate. Facit tex. dum dicit, vt veritatem afferat. quòd videtur magis referri ad attestationes. In glo. pen. in fi. dic, de hoc artic.
7 an† quilibet admittatur ad accusandum, vel testificandum de symonia. dicetur in.c.per tuas.ͳ.eo. de accusatione dic, vt dixi in primo nota. & in iuribus
8 allegatis. Aduerte tamen, quia tex. non dicit, q quilibet catholicus admittatur; sed dicit q nō quilibet catholicus est repellendus. de quo dic, vt dixi in.c.
9 cum.P.de accusa. In glo. fi. dic, † an in criminalibus quis possit compelli testificari, dic vt traditur p Doct.& ibi dixi, in.c.delictorum. de testi.cog. Vel dic sm Io. And. quòd primo est exorandus; deinde compellendus per iudicem, vel per partem.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacus, pendente accusatione, remouetur ab administratione.*
2 *Papa ius ordinarium obseruare debet.*
3 *Lite pendente quando quis priuetur suo officio. remis.*
4 *Symoniacus an sit ipso iure suspensus.*
Et an possit prohiberi à iudice, ne celebret. et nume.9. remisiuè.
5 *Symoniacus in ordine etiam occultus, est ipso iure suspensus; & scientes diuinaq audientes ab eo peccant. Nec absoluitur, nisi vt ibi.*
6 *Symoniacus in beneficio manifestus, est suspensus etiam quò ad alios, & non potest absolui, nisi vt ibi.*
7 *Episcopus non potest dispensare cum symoniaco accusato, si ipse commisit cum eo symoniam. Quæ tamen procedunt vt ibi.*
8 *Symoniacus in beneficio, non est suspensus quò ad alios, sed quo ad se, nec audientes ab eo sacra peccant. Reuerti turq ad ordinem suum, vt ibi.*
10 *Infamatus satis quis dicitur, si de symonia constat.*
11 *Infamia à fando dicta.*

1 **Accusatum.** †Symoniacus, pendēte accusatione, remonetur ab administratione diuinorum. h.d. cum.c.seq.
2 Noto primo, † q etiam Papa necessitatur ad seruandum ordinem iudiciarium, qd' intellige de necessitate ordinaria, non de absoluta, vt.c.proposuit. de
3 concess.præb. Secundo not. casum, in quo lite pendente quis priuatur quasi possessione sui officij. de quo latius in gl. Glo.1. format duo cōtraria, & sol. In eadem ibi, quantumcunque sit occultus. dic. hæc glo. vr cōtrariari sibi; nam primo dicit, quòd symoniacus est simpliciter suspēsus, etiam si sit occultus, deinde in ver. non tñ quò ad alios. dicit, quòd quo ad alios, nō est ipso iure suspēsus; sed pōt dici, q præcedens

cedẽs pars limitatur per istam. Sed vt intelligas tex.
4 & glo.distingue duo membra. Primum,an† symoniacus sit ipso iure suspensus. Secundum,an possit à iudice prohiberi,ne celebret. Circa primum,dic,ꝙ
5 aut est† symoniacus in ordine,etiam occultus, & est ipso iure suspensus, & alij scientes, audientes ab eo diuina,peccant. 32.dist.§.verum.& Inno.in.c.tanta. ꝭ.eo. Nec prodest renuntiare beneficio,nisi cum eo dispensetur, cum quo solus Papa potest dispensare. 1.q.1.erga. Nec pñia iuuat,quia tales nõ possunt pęnitere,cum rem, quasi furtiuam habeant.14.q.6. si res.Facit reg.peccatum.de reg.iu.lib.6. Aut quis est
6 symoniacus† in beneficio.& dic,ꝙ si est manifestus, est suspẽsus etiam quo ad alios, vt.d.§.verum.& no. Inno.ꝭ.eo.c.tanta.& hoc facit pro opi.D.m.de qua dixi.ŝ.in.c.1.in illo artic. an Papa possit cõmittere symoniam. & hoc casu, licet quis renuntiet beneficio, tamen eget dispensatione. Sed cum eo potest
7 Episcopus dispensare, † dummodo non sit ille qui symoniam commisit.1.q.5.præsentem. & hæc procedunt in sciente symoniam commissam,Secus si eo ignorante;vt puta,quia pater,vel alius pro eo pecuniam dedisset,arg.d.c.præsentem. Aduerte tamen, quia eo ipso,ꝙ sciuit, debet dimittere beneficium, nisi cum eo dispensetur. & dispensare potest solus Episcopus, sm ꝙ statim dixi.not.ꝭ.eo.c.sicut.&.c.
8 nobis. † Si verò est occultus,tunc quò ad se est suspensus,sed quò ad alios non;& audientes diuina ab eo,non peccant. Aduerte tamen,quia si renuntiaret beneficio, posset post peractam pœnitentiam suum ordinem exercere;sed beneficio retẽto non potest, quia retentio videtur obstare pœnitentiæ, per reg. peccatum.de reg.iur.lib.6. Ad secundum membrũ
9 dic,ꝙ† aut est notorium, & debet solum prohiberi, non deponi, vt not.in.c.inquisitionis.in princ.ŝ.de accus. Aut non est notorium,nec grauatur infamia, & non debet prohiberi,vt hic dicit glo. in princ. & hoc est propter atrocitatem criminis concurrente infamia, vt not.in.c.inter.de purga.cano. & not.Io. An.in.c.1.de accu.lib.6.Non obst.contrarium glo. quia tex.non dicit,ꝙ debeat suspendi; quia suspensus est ipso iure.Sed dicit,ꝙ debet prohiberi. Et sic respicit factum,non ius.Item secundum Io. And.potest dici,ꝙ etiam potest suspendi ab homine, vt excommunicatus.de hoc dicetur in.c.ita quorundam. ꝭ.de iudæ. Aduerte,qa arbitror,ꝙ in symonia hoc
10 sit speciale,ꝙ† satis dicatur infamatus quis. si de symonia apparet per vnum testem.Licet enim ista nõ
11 sit infamia,quæ† dicatur à fando,tamen habet effectum infamiæ, vt dixi in.c.qualiter.2. de accusa. in decima.q.princ. Et prædicta probãtur in.c.sicut. ꝭ.eo. & ibi dicam.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacus dicitur hæreticus.*

2 *Papa an possit accusari de symonia. & ꝙ non,nisi tribus casibus,de quibus ibi.*

Quoties. Idem dicit quod præcedens,nisi ꝙ illud loquitur in accusatione. hoc verò in inquisitione. & illud loquitur in symoniaco in genere,istud in symoniaco in ordine. & sic non
1 potest argui de superfluitate. Not. ꝙ† simoniacus dicitur hæreticus. qđ intellige,vt dixi in rub.ŝ.eo.
2 & tandem.D.m.hic quærit, † vtrum Papa possit accusari de symonia. & concludit ꝙ non, nisi tribus concurrentibus, de quibus not. glo.40.dist. si Papa. Tu dic, ꝙ etiam illis non concurrentibus posset accusari,scilicet,si assereret symoniam non esse sibi ꝓhibitam.secundum quòd dixi.ŝ.in rub.&.c.1. & sic se posse committere, vel symoniam non esse peccatum.sed tunc deberet accusari,vt hæreticus.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacus deponendus est.*

2 *Sicut vt similitudinariè,ita & causatiuè,vt hic, quãdoq; accipitur.*

3 *Eliminare quid.Et quid propelli.ibidem.*

4 *Symonia pestis appellatur,& quare.Item tabes,rabies, & hæresis.ibidem.*

5 *Signis,& præsumptione verisimili, etiam in grauissimis criminibus,quis punitur. Quod etiam procedit in hæresi,et vt ibi.*

6 *Propter sola signa,non læuia, vel propter probationem veritatis ab vno teste,potest iudex quem prohibere,donec veritas appareat. Non tamen potest priuare,nec deponere.*

7 *Ad priuationem beneficij in crimine symoniæ non sufficit vnus testis omni exceptione maior. & alter particeps criminis,& muneris.*

8 *Vnicus testis præcedente fama non coniungitur cum ea ad plenè probandum in crimine symoniæ. & est communis opin.*

9 *Probata symonia per vnicum testem, & infamiam, vel aliam præsumptionem,debet statim ille contra quẽ probatum fuit,prohiberi ne sacra ministret. & ibi quid postea agendum sit,si vel probatum fuerit, vel non.*

10 *Homicidium est horribilius,symonia verò grauius crimen.Quod intellige vt ibi.*

1 Sicut. Simoniacus† deponendus est.h.d. & in tex.ibi sicut.dicit Io.And. ꝙ
2 licet dictio† sicut, ponatur regulariter similitudinariè, vt not.in.c.sicut.ꝭ.de excess. ꝓla. Hic tñ ponitur causatiuè.vide glo.fi.in.c.quoniam.ŝ.de off.dele.& glo.in.c.examinata.de confir. vti.vel inuti.Et in tex.ibi ita, dicit Io.And. ꝙ debet
3 exponi pro ideò. Et in tex. ibi eliminari.dic,† hoc est,extra limen poni.& ibi propelli. dic, id est proculpelli.quæ not.pro intellectu statutorum. Noto
4 primo,ꝙ† symonia appellať pestis, quia sicut pestis inficit hoiem,& eius plures consocios, ita & symonia inficit symoniacum, & ab eo scienter audientes diuina. Appellať etiã Tabes,vt.c.seq. Aliqñ rabies, vt.c.si dominus.ŝ.eo. Aliquando hæresis, vt.c.pced. Et hic not.quando velles orare in detestationem sy-
5 moniæ.Secundo no.†ibi,vt eius signa.casum specialem,in quo in crĩe grauissimo punitur quis per sola signa,hoc est p verisimiles præsumptiones. Regulariter.n.in criminalibus ꝓbationes debent esse luce clario-

clariores,vt.l.fi.C.de proba.2.q.8.sciant.5.q.6.Epiphanium.Idem dicimus in hæresi, in qua sufficit leue argm.l.2.C.de hæret.Quod tamen plene probandum est,vt ibi dicitur.& tradit Inno.in.c.literas. de præsumpt.de quo in.c.cum contumacia. de hæreti. lib.6.Dicit tamen Inno.ꝙ dato ꝙ nulla signa probentur,si tamen grauis sit infamia, debet remoueri. Goffr.intelligit de signis euidentibus, per quæ reus conuincatur,per.d.l.fi.&.11.q.3.c.eorum. Ego verò arbitror distinguendum, ꝙ aut quærimus,an iudex possit prohibere,an possit suspendere, an verò
6 possit deponere. Primo casu dico,ꝙ†propter sola signa,non tamen læuia,vel per probationem de veritate per vnum testem, potest prohibere,donec veritas appareat.Ita potest intelligi iste tex. vnde quod in cap.præcedentibus operatur infamia, hic operatur probatio vnius testis. Et sic potest intelligi iste tex.licet videatur aliquantulum obstare verbum, eliminari. Sed deponere,aut suspendere,primo non videtur ꝙ possit;cum probationes, quantum ad hunc effectum,debeant esse claræ.Et hoc expressè probatur in.c.sicut.§.de testib.vbi tex.expressè vult,quòd
7 ad†priuationem beneficij propter crimen symoniæ non sufficiat vnus testis omni exceptione maior, & alter particeps criminis, & muneris. Posset tamen intelligi singulariter iste tex. etiam in depositione, hoc modo; ꝙ de symonia appareret per signa, hoc est per præsumptiones non leues,& per vnum testẽ; vnde coniungerentur hic etiam in causa criminali, & ad pœnam probationes diuersi generis; licet regula sit in contrarium,vt latius dixi in.c.fi. de iureiuran.& hoc erit speciale in symonia. Sed plus placet præcedens opin. per not. per glo.2. in.d.c.sicut.
8 de testib. quæ expressè vult, quòd † vnus testis non coniungatur cum fama ad plenam probationem in crimine simoniæ.& illam glo.communiter* sequun-
9 tur Docto.per rationes,quas allegat. Sed†si probatur de symonia per vnicum testem solum, aut p infamiam,vel aliam præsumptionem nõ leuem;debet iste statim prohiberi ne diuina ministret. Et si probatur veritas,debet deponi.Et si non probatur,indicitur ei purgatio. Vel potest intelligi,ꝙ claruerint per vnam personam,hoc est,facta fuerunt clara, vna persona deferente, & probationes legitimas deferente. ¶ Glo. prima fortificat tex. Deinde format duo contraria,& soluit.In fi.Dic,secundum Host.ꝙ
10 †homicidium est horribilius, sed symonia est grauius quò ad inficiendum, vt dixi.§. Dicit tamen D.m. ꝙ si est talis symonia,quæ sit hæresis,quòd est grauius. Sed si non incidit in hæresim quò ad eum ꝙ committit,& in quẽ committitur, est grauius homicidium, licet symonia fortius inficiat characterem.

Cõis opi.

CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacum possunt accusare personæ criminosæ.*
2 *Casus in quo specialiter seruus potest dominum accusare.*
3 *Symonia sola ipso iure suspendit à celebratione diuinorũ.*
4 *Meretrix quare ordinariè ad accusationem, & testimonium non admittatur.*
5 *Circa idem ex generali dispositione non debet duplex specialitas induci.*
6 *Symoniacus in ordine est præcisus ab ecclesia. Et nullus præcisus potest celebrare.ibi.*
7 *In alijs criminibus, præterquàm in symonia infectos tolerat Eccles.& pœnitentes admittit.*
8 *Peccator præcisus an vitari debeat. & ibi de excom.ꝙ non.& de symo.ꝙ sic.*
9 *Meretrix quæ dicatur.& ibi pulchrè.*

1 Tanta. Symoniacum†accusare possunt, & seruus,& meretrix,& quilibet criminosus.h.d. ¶ Not.primo,
2 casum†specialem,in quo seruus potest esse in iudicio contra dominum illum accusando, scilicet, de symonia.Regulariter enim seruus contra dominum in iudicio esse nõ potest.l.vix certis. ff.de iud.3.q.4. c.pen. Et maximè in iudicio accusatorio,vt.l.qui accusare.ff.de accusa.&.2.q.1.prohibentur. ¶ Secun-
3 do not. † ꝙ crimen,seu peccatum ipso iure in alijs, quàm in symonia,non suspendit quem à celebratione diuinorum. ¶ Vltimo not.ꝙ dispositio quãtuncunque generalis admittens criminosum ad exercitium regulariter sibi prohibitum, non intelligitur admittere meretricẽ; nisi de ea fiat specialis mẽtio. Probatur hoc in tex. quia dicit, quòd admittuntur omnes criminosi. Et in fi. dicit, &†meretrix.& sic
4 communiter* dicunt Doct.propter ipsius vitæ vilitatem. Ego arbitror, quòd in casu nostro dictum Doc.sit verũ,ex eo; quia in meretrice duę sunt causę ꝓhibitionis,scilicet qualitas sexus; quia mulier regulariter de crimine publico non est legitima accusatrix,vt.l.de crimine.C.qui ac.non pos.canonizata 15.q.3.de crimine. Secunda causa est,quia criosa,& vilissimæ vitæ. Vnde in casu nostro licet tex. locutus fuisset simpliciter per verbum, quilibet criminosi;
5 non tamen fuisset admissa meretrix. Nec†circa idẽ ex generali dispositione videretur inducta duplex specialitas. Facit tex. not. in.l.si quando. C.de inoff. test.&.l.1.C de dot.promis. Idem dicerem in alijs delictis publicis,vel exercitijs,in quibus quis prohiberetur,& propter sexum, & ꝑ crimen. Secus autẽ in exercitijs,in quibus qualitas sexus non obesset;qa tunc forte veniret.Et sic ex prædictis patet, ꝙ etiam alia mulier alio crimine irretita nõ fuisset legitima accusatrix, licet non esset meretrix, nisi hic fuisset facta expressa mentio. ¶ Glo.2.oppo.quòd etiam alius peccator non symoniacus possit celebrare; & dat quatuor solutiones. Deinde quærit quis possit dispensare,& quando.In eadem ibi,vel sic dato.Dic sm.D.m.licet prima solutio videatur magis colora-
6 ta,non est tamen bona; quia†symoniacus in ordine est præcisus ab ecclesia; ergo nulla specialitas in eo; quia etiam nullus alius præcisus ab ecclesia potest celebrare. & tamẽ tex.videtur velle,quòd in eo sit spe-
7 cialitas. Sed glo.voluit dicere,quòd†in alijs cribus toleratur,& penitens admittitur; sed in symonia nõ admittitur. & in hac generalitate est specialitas. Aliæ sol.glo.communiter impugnantur. Vnde Inn. quem cõiter* sequuntur Doct. dat aliam sol.videli-
8 cet,quòd†alios peccatores,etiam precisos,dummodo ab ecclesia tolerentur,non tenemur vitare etiam in diuinis;quia etiam ab excõmunicato tolerato, & occulto,licet audire diuina. 6.q.2.si tñ. de consec.

Cõis opi.

Cõis opi.

dist.2.c.non prohibeat.&.c.cum non ab homine.de
sen.excom. Nisi vitarentur vt erubescentes poeniten
tiam agere, vt not.Inno.in.c.vestra.de cohab.cler.&
mu. Simoniacus verò in ordine, quamuis occultus,
vitandus est.32.dist.§.verum. Nam licet ipse confi-
ciat corpus Christi vt quilibet alius.1.q.1.c.si iustus
fuerit.&.c.seq. tamen de iure celebrare non potest,
etiam post peractam poenitentiam, vt.c.inquisitio-
9 nis.de accu.in princ. In glo.fina.in fi. Dic, sed† quæ
dicatur meretrix.Sol.glo.34.distin. dicit, ꝙ dicitur
meretrix, quæ admisit.xxiij.millia hominum, per.c.
disciplina.45.dist. Vel quæ admisit quadraginta, vt
ꝭ.de cler.excom.mini. Vel dic & melius, ꝙ dicitur,
cuius turpitudo venalis est.32.q.4.meretrices. Qđ
intelligo, quādo palam prostituitur in lupanari, vel
taberna, vel simili loco. Et qualiter dicatur se palam
prosternere. vide tex.in.l.palam.ff.de ritu nup. & li-
cet nisi semel se in lupanari prosterneret, dicetur
meretrix. Nisi occultè faceret, vt faciebat vxor Ne-
ronis.in alijs verò locis non. Nisi admitteret omnes
sine delectu, vt not.in.d.l.palam. Et vide not.in.l.3.
C.de epi.audi.&.c.inter opera.de spons.

C A P. V I I I.

S V M M A R I V M.

1 *Symoniacum est recipere præmium pro ingressu religio-*
nis, & alijs rebus, de quibus ibi.
2 *Religionis ingressus est quid spirituale, & pro eo nil tem-*
porale accipi debet.
3 *Symonia committitur, siue à principio aliquid exigatur,*
siue ex pacto reditus annuus pro beneficij institutione,
vel collatione promittatur.
4 *Agentes, & consentientes symoniæ, symoniaci sunt.*
5 *Consuetudo non excusat in symonia remissiuè.*
6 *Duplex practica pro recipienda pecunia sine vitio pro*
ingressu religionis.
7 *Appellatione pecuniæ quid veniat.*
8 *An religiosi, quibus sunt concessæ ecclesiæ ad vsum, con-*
cedendo omnes fructus, possint recipere annuam pen-
sionem. & ibi ꝙ sic.
9 *Aliud est censum imponere, vel augere, aliud leuare.*
10 *Contractus spiritualis, & temporalis non debent com-*
misceri.
11 *An Cardinales beneficia commendata possint renuntia-*
re, retenta sibi pensione annua. & ibi not. cautelam.

1 Non satis. Simoniacū est reci-
pere prætium ꝓ in-
gressu religionis, ꝓ
Prioratibus, vel capellis concedendis, pro prælatis
instituendis, pro concedenda sepultura, pro chris-
mate, vel oleo sancto, pro benedictionibus nuben-
tium, vel alijs sacramentis. Nec valet consuetudo in
contrarium.h.d.cum.c.seq. Diuiditur, quia primo
ponit triplicem prohibitionem diuisim, cuius trās-
gressores, & consentientes dicit simoniacos. Secun-
do coniunctim ponit aliam prohibitionem, & dam
nat cōsuetudinem, & rationem reddit. Secunda ibi,
2 pro sepultura. ¶ Not.primo, ꝙ ingressus religionis
est quid spirituale. Et sic pro eo non debet accipi
temporale. de quo in.c.quoniam.ꝭ.eo.&.c.mona-
3 chi.de sta.regu. ¶ Secundo not.† ꝙ committitur sy-
monia, siue a principio aliquid exigatur; siue ex pa-
cto aliquis annuus reditus pro institutione, vel col-
latione beneficij promittatur, de quo dicam infra.
4 ¶ Tertio not. ꝙ † non solum recipientes, & dantes
prætium pro re spirituali, dicuntur committere sy-
moniam; Sed etiam omnes consentientes, mediato
tes, tractatores, & similes. Facit.c.inquisitionis.ꝭ.de
electio. Tales enim mediatores tenentur restituere.
5 ¶ Vltimo not. ꝙ† consuetudo non excusat in istis,
dicam in.c.seq. ¶ Glo.1.oppo.de.c.tua nos.ꝭ.eod.
&.1.q.2.si quis propter hoc. in quibus probatur, ꝙ
licet aliquid recipere pro ingressu religionis. & sol-
6 uit dupliciter. In fi. dic, not.† ex hac glo. duplicem
practicam recipiendi pecuniam pro ingressu reli-
gionis sine vitio. Prima, vt nihil detur ex pacto, sed
purè, gratis, & ex deuotione, pater, vel alius, offerat.
Secunda est, ꝙ si facultates desint monasterio, vt di-
catur intranti, Porta tu tecum, si vis comedere me-
cum. Nec obst.iura, quæ videntur velle, ꝙ paupertas
non excuset; quia intelliguntur, quando diceretur
in fraudem de egestate. secundum do. Franc.Rayn.
qui dicit, ꝙ moniales possunt ita dicere, Nos te li-
benter reciperemus ad spiritualia, sed ad tempora-
lia non possumus, nisi haberemus alios reditus. Vn-
de super hoc debent ingredientes fundare intentio-
nem suam, scilicet, ꝙ donent propter Deum, ne mo
nasterio sint onerosi. Vide ad hanc materiam quæ la
tissimè dixi in.c.ex literis.de sponsa. ¶ Extra glo.
quæritur, quia tex. dicit de pecunia, an liceat aliud
7 temporale recipere. Sol. dic ꝙ non. nam† appella-
tione pecuniæ venit hic omne, quod pecunia emi
potest, vt.l.pecuniæ.ff.de verbo.signif.&.l.2.de con-
stit.pec.secundum Io.And.& Host. ¶ Vltimo quæ-
ritur, quia hic dicitur, ꝙ capellæ non debent conce
8 di sub annuo censu, † vtrum religiosi, quibus sunt
concessæ ecclesiæ ad vsum, concedendo omnes fru-
ctus, possint licite retinere annuam pēsionem; Con-
cludunt ꝙ sic, per.c.in Lateranensi. de præben. &.c.
consultationibus.de dona.&.c.pastoralis. de priui-
leg. Nec obstat.ꝭ.de censi.c.prohibemus.&.c.signi-
9 ficauit. quia† aliud est censum imponere, vel auge-
re, quod ibi prohibetur; aliud fructus vendere, vel lo
care quod permittitur, vt.c.vestra.de loca.&.ꝭ.tit.j.
10 c.fina.& cle.de iure patro.† Est tamen cauendum, ne
temporalis, & spiritualis contractus misceantur, vt
c.ad quæstiones.de rerum permu.& vide Io.And.in
c.2.de sta.mona. Et hoc inducit hic.D.m.ad deci-
11 sionem quæstio. vtrum † Cardinales beneficia sibi
commendata possint concedere sub annua pensio-
ne. Cōcludit, quòd temporalia possunt locare, vt.c.
quoniam.&.c.fina.ꝭ.tit.1. Si verò volunt renuntia-
re commendæ, vt beneficium per Papam alteri con-
feratur, & præcedit pactum, vt habeant aliquid an-
nuum; & tunc non est licitum; quia simoniacum.
Posset tamen adhiberi cautela, vt Papa induceret
Cardinalem ad renuntiandum, & postea beneficio
vacanti Papa imponeret certam annuam pensionem
soluendam Cardinali per instituendum, vt.c.nisi. de
præben. Et istud esset salubrius ecclesijs, quàm ꝙ in
commenda teneantur.

CAP. IX.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo praua, lex mortis vocatur. & ibi quare. Et ne dum alleuiat peccatum, ſed potius aggrauat. Dubitatur tamen, & diſtinguitur vt nu.2. & nu.10.*

3 *Conſuetudo appellatur, ipſa temporis diuturnitas. & nume.8.*

4 *Conſuetudine contra Deum peccans, non excuſatur. Non tamen delictum aggrauatur, niſi committatur, vt ibi pluribus modis.*

5 *Intellectus ad tex.in.c.flagitia. 32.q.7.*

6 *Si ignorantia prauæ conſuetudinis non eſt craſſa, ita quis excuſatur, vt in ignorantia legis, quæ non eſt peccatū.*

7 *Intellectus ad tex.in.c.obijciuntur. 32.q.4.*

9 *Peccans in ijs, quæ ſunt contra legem, vel naturam, quæ conſuetudine non tolluntur, non excuſatur à pœna temporali oriri, vt ibi.*

11 *Temporis diuturnitas, quando tollat in tortura delictū.*

12 *De iure cano.in peccatis non currit præſcriptio.*

13 *Omnia ſpiritualia largè poſſunt dici ſacramenta.*

14 *Aliquando gratia ſancti ſpiritus confertur, licet non adſit eius præſentia.*

15 *In coniunctione carnali coniugum non eſt præſentia ſpiritus ſancti. & quare.*

16 *In electione non confertur gratia, tamen pro ea dari pecuniam ſymoniacum eſt. Idem in ſepultura, & exequijs.nu.17.*

18 *An liceat pro matrimonio contrahendo dare pecuniam, vide ibi.*

19 *Si puella ſit nobilis, vel notabilis, vir verò plebeius, valet donatio, quæ non dicitur facta temerariè, ſed remuneratiuè.*

20 *Obligatio ad antidora, quæ.*

21 *An liceat baptizanti aliquid accipere pro baptiſmo. & ibi diſtinguitur.*

22 *Baptiſmum à quocunque collatum tenet. Quod amplia vt nu.23. & ibi diſtinguitur.*

24 *Melius eſt dare pecuniam pro baptiſmo, quàm non baptizatus mori. Et ibi, quòd poteſt dari pecunia ꝓ aqua, non pro actu baptiſmi. Vel pro labore. quæ opiniones auctori non placent.*

25 *An liceat dare aliquid pro baptiſmo infantis. & variæ ibi opiniones.*

26 *Quis non debet peccare, vt infans habeat vitam æternā.*

27 *Dans pecuniam, vt infans baptizetur, non peccat; ſed accipiens.*

28 *Pagano, an ſit licitum promittere pecuniam, & dare vt baptizetur.*

29 *Beatus Syluester temporalia bona pollicitabatur volentibus baptizari.*

30 *Pactio eſt licita quando tractatur de conuerſione ad fidem.*

31 *Si propter paupertatem paganus non vult venire ad fidem, tunc licitum eſt dare pecuniam. Secus ſi non habet propoſitum ſe conuertendi, niſi cupiditate pecuniæ.*

32 *Propter cupiditatem etiam poteſt dari pecunia patri, vt admittat filium baptizari.*

33 *An liceat dare pecuniam prælato, vt non committat ſymoniam.*

Cū in eccleſiæ.

Summa tū fuit in præcedēti.

Diuiditur. Primo ponit facti horribilitatem, & ex-
cuſationem propter conſuetudinem reprobat. Se-
cundo illud reprobat, quia ſimoniacum. ſecūda ibi,
1 ne igitur. ¶ Noto primo, ꝙ† praua conſuetudo ap-
pellatur lex mortis. quę ita appellatur, quia mortem
infert æternam obſeruanti illam. Vnde vt hic dicit
tex. & c. præced. talis praua conſuetudo nedum alle
uiat delictum, ſed illud aggrauat. & idē tex. in.c.cū
haberet. ſ. de eo qui du.in matr. & in.c.fi.de conſue.
2 Et† vt huius articuli tibi clareat intellectus, conclu-
de, ꝙ aut quæritur vtrum aggrauet quò ad Deum,
aut quò ad pœnam temporalem. Primo caſu dic, ꝙ
3 aut quærimus de† diuturnitate, quæ conſuetudo ap-
pellatur, reſpectu cuius fortè quis commiſit delictū.
aut de diuturnitate reſpectu peccati, in quo quis ꝑ-
ſeuerat. Primo caſu dic, vt traditur in.d.c.fina. quia
4 ſi† conſuetudo eſt contra legem diuinam, eam non
diſtinguendo, in quo poſſet, & ſic non valet; non eſt
dubium, ꝙ delinquens non excuſatur. tamen non ag
grauatur reſpectu conſuetudinis, niſi fortè reitera-
ret delictum prætextu talis conſuetudinis, quod for
tè aliàs non reiteraſſet, & ignorantia eſſet craſſa, &
ſupina. Vel forte poſſet dici, ꝙ conſuetudo hoc mo
do aggrauat; quia agentes aliquid reſpectu talis pra
uæ conſuetudinis peccant. Item peccant in tenen-
do, vel nō annullando eam. Et hoc modo poteſt in-
5 telligi† tex.32.q.7.flagitia. Aduerte tamen, quia† ſi
6 ignorantia prauæ conſuetudinis non eſſet craſſa, ſed
probabilis, ꝙ talis excuſaretur; vt excuſatur quis ꝓ-
pter probabilem ignorantiam legis; immò ignoran
tia legis non eſt peccatum, vt not.in.l.regula.ff.de iu
re & fac.igno. & c.cum dilectus.de conſuet.not.In-
no.in.c.per tuas. ȷ.eo.not.in.c.gaudemus. de diuor.
7 Et ita† pōt intelligi tex.32.q.4.obijciuntur. Secun
do caſu, ſi loqmur de diuturnitate reſpectu perſeue
rantiæ, dic, ꝙ tex.noſter indiſtinctè loquitur, ſeu ꝓ-
cedit, quia talis perſeuerantia, aut fit per reiteratio-
nem, aut per tempus ſucceſſiuum, quia delictum eſt
tale, quod habet cauſam ſucceſſiuam; & clarum eſt,
ꝙ aggrauat, vt dicam in ſeq.membro. Aut ꝑ actum
momentaneum non iteratur, & etiam diuturnitas
temporis aggrauat propter contemptum non pœni
tendo. videtur enim cōtempſiſſe iudicium eccleſię,
vt.c.omnis.de pœnit. & remiſſ. Quæ tamen intellige
niſi probabili ignorantia duceretur. arg. eorum, q̄
ſtatim dixi. Circa ſecundum membrum, reſpectu
pœnæ temporalis, ſimiliter diſtingue, ꝙ aut loqui-
mur de diuturnitate, quæ cōſuetudo appellatur, re-
8 ſpectu cuius quis deliquit. Aut† de diuturnitate, in
qua quis perſeuerauit exiſtens in peccato mortali.
9 Primo caſu dic, ꝙ† in his, quæ ſunt prohibita à lege
diuina, vel naturali, contra quæ non valet conſuetu-
do, non excuſatur à pœna temporali, vt.d.c.fin. niſi
ſit probabilis dubitatio, vt. ſ. dixi. Tamen talis con-
ſuetudo non aggrauat. Niſi forte, vt. ſ. dixi, reſpectu
talis cōſuetudinis quis iteraret peccatum, per.l.nun
quam plura.ff.de priua.delic. Secundo caſu ſubdi-
ſtingue, ꝙ aut diuturnitas accipitur reſpectu reite-
rationis, & non eſt dubium, ꝙ aggrauat. Vt puta, ſi

aliquis

aliquis diu detinuit vxorem alterius,non ꝓpter hoc debet acrius puniri, vt.l.mariti.§.sex mensium.ff.de adul. Facit.l.capitalium.§.solent.&.§.famosos.ff.de poe. Aut loquimur de diuturnitate respectu causæ successiuæ, & idem dicendum est; vt puta,quando aliquis est fugitiuus,vel emansor, vel desertor militiæ,seu transfuga; quia tunc debet augeri, non minui, vt.l.aut facta.§.tempus.ff.de poe.&.l.nō omnes.§.a barbaris. &.l.qui commeatus. &.l.3.§.si plures.ff.de re mili. Aut loquimur de diuturnitate respectu
10 delicti momentanei, vt homicidij,& simi. & † tunc dicendum,ꝙ diuturnitas quandoq; alleuiat, & non grauat,quandoq; tollit in totum pœnam. Alleuiat enim,quando non est impleta præscriptio.Ita loquitur.l.si diutino.ff.de poe.quæ vult,ꝙ diuturnitas alleuiet delictum.Quod intellige secundum Bar.si tunc de recenti tempore commissi delicti nō fuit cognitum. Secus si fuisset cognitum; sed propter absentiam,seu contumaciam pœna fuit dilata, vt not. in
11 l.2.C.de req.reis.Quandoq;† tamen tollit in totum delictum,si per eam cōfirmata est præscriptio agendi de crimine,vt.l.adulter.&.l.querelam.C.de fal.& ibi vide plura iura,quæ allegat glo. Aduerte tamen,
12 quia † de iure canonico,in peccatis nunquam currit præscriptio,vt not.glo.32.q.2.admonet. Et probatur ex his,quæ dixi.s.in fi.primi membri.Et sic not. casum,in quo præscribens non est tutus in foro cōscientiæ,licet in alijs rebus temporalibus præscriptis præscribens sit tutus in foro conscientiæ,vt dicit Innoc.in.c.circa.de iure pat.& Io. And.in reg.possessor.de reg.iur.lib.6. in mercur. & omnes Doct.* communiter,præter do. Anto.in.c.vigilanti. & ibi dixi.s.de præscript. Bal.in auth ad hæc.C.de vsur.& c.si quis per triginta.in vsib.feu.Sed potest dici,ꝙ in casu primo non est tutus,quia non præscribit.Secundo not.plura hic narrata, in quibus symonia cōmit-
13 titur.Et † ꝙ omnia spiritualia,large sumpto vocabulo,possunt dici sacramenta.vide glo.in.c.veniens.de transactio. & traditur in rub.de sacra.non iteran.

Cōis opi.

¶ Glo.in ver.consuetudine.oppo.de.§.pro consuetudinibus.& in effectu dupliciter soluit. In eadem in fi.Dic,vel solue secundum Vincen.ꝙ contrarium loquitur de iure ciuili, quod est correctum de iure canonico.¶ Glo.in verbo,benedictionibus.format duas quæstiones,& vnam soluit,& de alia remittit. In eadem ibi, per ipsum tamen gratia non confert. dic,hoc etiam dicit glo.32.q.2.commorantur. Sed
14 hoc ideò communiter* reprobatur; quia † imò cōfertur gratia, licet non adsit præsentia Spiritus sancti, secundum Ioan. And. in.c.vni.s.de sacr.vnctio. Non obst.c.connubia.allegatum in glo.vbi dicitur, ꝙ in connubijs non datur præsentia Spiritus sancti;
15 quia respondeo secundum Goffr.ꝙ verum est,ꝙ † in ipsa coniunctione præsentia Spiritus sancti non datur,propter honorem,& quia homo efficitur totus carneus,& quasi bestialis.Facit quod not.Host.in.c. quod a te.de cler.coniug. Adesse tamen potest gratia,quia per coniunctionem potest quis mereri illā, agendo causa sobolis procreandæ,vel debitum reddēdi.34.q.4.dixit Sara.35.q.7.c.1. Nec valet argū, secundum Philos.non confertur gratia,ergo nō cō-
16 mittitur symonia. quia † in electione non confertur gratia,& tamen dare pecuniam pro illa est simonia.

Cōis opi.

17 cum,vt.j.eo.de hoc.&.c.Matthæus. Et † idem in se-
18 pultura,& exequijs,vt hic. An † autem licitè possit dari pecunia pro matrimonio;Conclude,ꝙ pro dote,& donatione propter nuptias licitè datur,ꝓ onere matrimonij, non vt matrimonium contrahatur, vt.c.per vestras. de do. post diuor.resti. &.l.ꝓ oneribus.C.de iure dot. Sed vt contrahatur matrimonium,non valet donatio,vel,ꝓmissio ab altero coniugum;quia videtur fieri ob turpem causam,scilicet explendæ libidinis, vt.l.si ita stipulatus fuero.§.si tibi nupsero.&.l.si diuortio.ff.de verb.obliga. Dicit
19 tamen Bar.singulariter vtrobique, ꝙ † si puella esset notabilis, seu nobilis persona, & vir plebeius, tunc licitè posset aliquid donare, vt contraheretur; quia tūc nō vt esset donatio temeraria,sed remuneratiua. & hanc.q.tangit glo. in.l.si voluntate. C.de do.promiss. Doct. etiam ibi tenent dictam conclusionem. & Ang.in.l.2.§.creditū.ff si cer.pet.Et refert.D.m. ꝙ do.Bartho.de Salic.consulnit,ꝙ donatio inter virum,& vxorem remuneratiua teneat; quia in.c.fi.s. de do.inter vir.& vxo.solum prohibetur simplex donatio.Item quia ista non est donatio;cum nō veniat ex mera voluntate,vt.l donari.ff.de dona.&.l.dona-
20 ri.ff.de reg.iur.Sed fit aliquo cogente, vt † videlicet, quis satisfaciat obligationi ad antidora, quæ vult vt benefacienti benefaciamus, vt.c.cum in officijs.de testa.& ita isto anno consului.¶ Extra glo.quæritur,
21 an † sacerdoti,qui aliter nō vult baptizare,licitè detur pecunia pro baptismo. Glo.1.q.1 baptizādis.vi detur concludere,ꝙ aut baptizandus est adultus; & debet potius abstinere, quia ex quo credit, & non stat per eum quominus baptizetur,habetur pro baptizato, vt not.in.c.debitum.de baptis. not.glo.in c.2.s.de presby.non baptiz. Vel potest ipse seipsum baptizare. Sed hoc vltimum non procedit;quia vt dicit ibi glo. & in.c.baptizandis. 1.q.1. differentia debet esse inter baptizantem,& baptizatum. D.m.
22 hic dicit,ꝙ potest se facere baptizari a laico. Nā † a quocunque conferatur, tenet, vt.c.1.versi.sacramen
23 tum.s.de sum.trin. Etiam † ab hæretico,pagano,vel excommunicato.de consec.dist.4.sanctum. Sed verum est, ꝙ peccat quando non imminet necessitas, qua imminente excusatur, vt not.in reg. quod non est licitum.j.de reg.iur.&.c.consilium.de obser.ie-
24 iu.& dixi in.c.quàm sit.de iudæ. Alij dicunt,ꝙ † melius est dare pecuniam,quàm mori sine baptismo. Alij,ꝙ poterit emere aquam baptismi; sed pro baptismo nullo modo debet dare pecuniam. Vel secundum glo.in.c.seq.ꝙ possit dari pecunia pro labore,non pro baptismo. Sed non placent istæ opin. vt ibi dicam,& plus placet prima opin.& opi.D.m.
25 Si † verò est infans,quidam dicunt, ꝙ nihil debet da
26 ri;sed debet dimitti non baptizatus; quia nō † debet quis peccare,vt infans acquirat vitam æternam. 14. dist.quod ait Sodomitis Loth.& ibi glo. &.46.dist. sicut. Alij verò contra,ꝙ potius est danda pecunia. Tu dic,ꝙ si aliquis est,qui sciat baptizare, debet facere illum baptizare ab alio,etiam si esset hæreticus, vel infidelis. Si verò non esset,qui sciret baptizare;
27 tunc † licitè daretur pecunia,quamuis illicitè reciperetur;quia iste non facit vt emat Spiritum sanctum; sed quia ad hoc impellit necessitas, & charitas proximi. Nec in illo ignorāte baptismus est vitiosus, vt in si-

in simili dicimus in.c.super eo.☩.de vsur.in recipiē-
28 te pecuniam ad vsuras. ¶ Secundo quæro, an†liceat dare pecuniam pagano, vt se baptizet. glo.1.q.2. quam pio.primo dicit, ꝙ non licet. Deinde tenet
29 contrarium,exemplo†beati Syluestri,qui tēporalia pollicebatur volentibus baptizari. Idem tenet glo. 23.q.4.c.fin. vbi tenet, ꝙ possumus aliquos allicere ad fidem promittendo temporalia,per illum tex. & per not.3.3.q.7.quod autem.&.45.dist.qui syncera.
30 &†ꝙ pro talibus spiritualibus, vbi agitur de conuersione ad fidem,licita est pactio.& idē tenet Ray. & idem tenet glo.in.d.c.dilectus.fi.☩.eo.& seq. Io.
31 And.D.m.hic post Vinc.& Hosti. dicit,ꝙ†aut propter paupertatem paganus nō vult venire ad fidem, & licitē promittitur pecunia,vt conuertatur. Sed si non habet propositum conuertendi, nisi propter cupiditatem pecuniæ promissæ,tunc secus; quia cupiditas esset contraria effectui baptismi. & sic parum videretur prodesse. 15.quæstio.1. non est. & dantes non euaderent peccatum . arg.35.q.5.ad fidem.
32 & maximē ego†hoc arbitrarer verius, ꝙ ꝑpter paupertatem posset dari; imò etiam propter cupiditatem,si daretur patri infideli pecunia, vt dimitteret filium baptizari. Et prædicta adde ad ea,quæ dixi in c.de his.☩.de accu.iij.& iiij. membro. Vltimo tan-
33 gunt hic Doct.an†liceat dare pecuniam prælato, vt non committat symoniam. Sol.Bartho.Brix.q.74. dicit,ꝙ est symonia ex parte recipientis, sed non ex parte dantis.Idem.Idem Fran.Io.And.& Doct.hic.

C A P. X.

S V M M A R I V M.

1 *Procuratio pro consecratione ecclesiæ, præter officium visitationis,licitē debetur,& potest exigi.*
2 *Prælatus allegans sibi deberi procurationem , probare debet.*
3 *Procuratio pro reconciliatione,an debeatur.*
4 *Intellectus ad tex.in.c.placuit.1.q.1.*
5 *Procuratio debetur ab ecclesiis,quæ sunt in ciuitate.*
6 *Episcopus proprijs sumptibus ecclesiam pauperem consecrare debet.*
7 *Ecclesia consecrari non debet,nisi sit sufficiens.*

1 Cum sit. Pro†consecratione ecclesiarū nihil debet exigi, nisi procuratio.h.d. Et sic habes vnum casum, in quo præter officium visitationis licitē debetur procuratio. & dicit hic notanter Alanus,& post eum Vincen. & Philip. quem sequuntur communiter* Doct. ꝙ procuratio debetur prælato solum in casibus à iure expressis. Aliàs autem generaliter prælatis pro officio suo impendendo non licet recipere procurationem . 1.q.3.c. vendentes.&.c.non solum. &.c.cum ab omni. de vi. & hone.cle. Vbi idem tenent Vinc.Goff.& Laur. Facit.☩.c.nemo.quod est singulare,& quotidie allega-
2 tur.Prælatus†igitur allegās sibi deberi procurationem,debet illud probare. Dicit tamen.D.m.quòd non solum in expressis,sed etiam in alijs,vbi esset similis ratio posset peti. Facit quod not.glo.in.c.sicut.de accu.& qd' not.glo.in.l.1.ff.de condi.indeb.

*Com opi.

3 & not.in.l.non possunt.ff.de legi. Vnde etiam†pro reconciliatione videtur deberi procuratio, dic vt traditur in.c.proposuisti.de consec.eccle.vel alta.& per Archid.de consec.dist.1.ecclesijs.Nec prædictis obstat tex.10.q.3.ad cauendum.vbi videtur probari,ꝙ nil debet recipi,quia illud est consilij, non præ
4 cepti,secundum Archid.Item nō obstat tex.†1.q.2. placuit. Vbi tex.dicit, ꝙ non debet recipi aliquod munus pro consecratione ecclesiæ, quia debet intelligi vt ibi dicit glo.aliquod,scilicet, excepta ꝑcuratione.¶Glo.1. opponit, ꝙ pecunia non posit exigi pro consecratione; quia cum consecratio sit sacramentum non debet exigi pecunia. Glo.soluit, & postea quærit,& solutionem limitat. In eadem ibi,potius pro labore. Dic,hoc tenet Goffr.scilicet vt detur pro labore viæ. Sed non placet Hosti.quia sequeretur, quòd data vicinitate locorum non deberetur procuratio . quod est falsum, secundum eum. & probatur in tex.nostro, qui loquitur indistinctē,
5 quia†procuratio etiam debetur ab ecclesijs, q̄ sunt in ciuitate,vt.c.venerabili. de censi. Quare autem posit exigi procuratio pro consecratione, & visitatione,& non pro baptismo,glo.10.q.3.relatum. dicit,quòd hoc fuit ne propter auaritiam,vel paupertatem homines abstraherentur a baptismo. In fi.gl.
6 dic,not.hanc glo. in quantum † vult, quòd propter paupertatem ecclesiæ debet episcopus ꝑprijs sumptibus ecclesiam consecrare . Quod etiam sequitur Inno.per iura allegata in glo. & per tex. in.c.statutum.§.prouisurus.de rescrip.lib.6. Aduerte tamen,
7 quia ecclesia non debet consecrari,nisi sit sufficiens. secundum quod traditur in.c.placuit.1.quæst.2. & c.nemo.de consec.dist.1.& not.glo.in.c.vt quisque. ☩.de vi.& hone.cler.

C A P. XI.

S V M M A R I V M.

1 *Conuictus de symonia deponendus est. Idem in infamato, qui se potest nequaquam purgare.*
2 *Manifestum,& euidens est,quod coniecturis fimitur.*
3 *Propter delictum symoniæ in electione commissum potest quis deponi.*
4 *Ille de cuius crimine notoriè constat,et conuictus, et confessus æquè puniri debent.*
5 *Sola infamia non sufficit ad puniēdum quem de symonia.*
6 *Infamato à principio,etiam de graui crimine potest indici purgatio , sed deficiens punitur tanquam auctor sceleris.& vt ibi.*
7 *Reges quandoq; possunt habere ius in electione episcopi.*
8 *Principes recipientes pecuniam ut consentiant electioni, vel promotioni ad aliquam prælaturam, tenentur eam restituere.& vt ibi est ratio.*
9 *Confessores Principum debent animaduertere in eorum confessionibus.*
10 *Cōfessio extraiudicialis de delicto digno priuatione sufficit ad priuandum quem beneficio.*
11 *Quando quis dicatur confiteri timore probationum. Secus est si spontè sua confiteretur.nu.12.*
13 *Delictum confessio spontè in iudicio, poterit imponi pœna statuta pro tali delicto.& vt ibi habetur.*
14 *Communis officialium practica circa confessum in tormentis*

c. mentis, & an dicatur talis confessus sponte.
15 *Laicus non potest acquirere ius eligendi.*
16 *Rex Angliæ habitu in omnibus ecclesiis sui Regni est dominus, licet in aliquibus non sit actu, & exercitio.*
17 *Electio in ecclesia collegiata non confirmatur, nisi patronus laicus consentiat.*
18 *Pecunia extorta per concussionem symoniacam debet in quadruplum reddi.*
Et cui applicetur nu. 10.
19 *Concussio quid sit.*
21 *Indigno ablatum, cui applicandum. & ibi qua ratione.*

1 De hoc. †Conuictus de symonia deponendus est. Idem in infamato, qui se non potest purgare.h.d. Diuiditur in duas partes. Primo tractat de Archidiacono, & clerico, & loquitur disfiniendo. Secundo de Rege, & Principibus, & loquitur exhortando. Secunda ibi, Regem autem. Item prima subdiuiditur in duas partes, sicut duo ponit dicta. secunda ibi, si verò. & in tex. ibi, Archidiacono, dic scilicet habenti vocem in electione, secundum Host. & ibi, eidem.i. electioni ipsius episcopi. & in tex. ibi, manifestum. dic, scilicet per infamiam. Ad quòd facit tex. in.c. cum dilectus. §. de
2 dona. vbi† dicitur manifestum, quod sumitur ex cõiecturis. Item etiam dicitur euidens, vt est tex. cum glo. in.l. licet Imperator. ff. de leg. 1. & not. in.l. si qs
3 locuples. ff. de manumis. testa. Not. primo, q† ꝓpter delictum symoniæ commissum in electione, debet
4 quis deponi, vt dicam statim Secundo not. q† eodẽ modo punitur de symonia ille, de cuius crimine notoriè constat, & ille qui confessus, & conuictus est.
Tertio not. q licet in symonia multa sint species;
5 tamen† sola infamia non sufficit ad puniendum, sed indicenda est purgatio. Facit ad id quòd dixi. §. in
6 c. sicut. §. eo. Et not. † q infamato etiam de graui crimine à principio potest indici purgatio, & deficiẽs in ea punitur vt author sceleris. Quòd intellige fm Hosti. & Io. And. quando veritas per inquisitionem aliter non potest reperiri. & vide quæ dixi in.c. accedens. §. de accu. & c. qualiter. 2. in. 1 2. & 15. q. princ.
7 Quarto not. q Reges, & Principes quandoq; possũt habere ius in electione episcopi, dic, vt hic in glo.
8 Vltimo not. † q Principes recipientes pecuniam, vt consentiant electioni, vel promotioni ad aliquam prælaturam, tenentur restituere illi ecclesiæ, de cuius prælatura agebatur, licet talis pecunia non fuit de bonis ecclesiæ. & hoc fit in recompensationem iniuriæ ipsius ecclesię, vt statim dicam in glo. fi. Vn-
9 de dicit. D.m. q† confessores Principum debẽt animaduertere in confessione ipsorum Principum. In glo. 1. in fi. dic, hæc glo. facit ad ea, quæ dixi in.c. sicut. §. eo. ¶ Glo. 3. in prin. reddit causam, quare tex. dicat, confessi in iure. deinde colligit argumẽtum, contra quod oppo. & soluit. In eadem ibi, non præiudicat. dic, hoc est verum quò ad plenum præiudicium; sed prędiudicat in eo, q rõne talis ꝓiudicij quis põt poni ad torturam, vt.l. capite quinto. & ibi Bar. ff. de adulte. de quo artic. latissimè traditur per do. Ant. & D.m. in.c. at si clerici. de indi. & per Archid. 15. q. 5. c. 2. & per Inno. in.c. per inquisitionem. §. de elect. Aduerte tamen, quia confessio etiam extraiudicialis, & in crimine symoniæ, quandoq; ꝑ ſenè præiudicat respectu delicti, quod ꝑ ipsam co: tsummatur. verbi gratia, si aliquis confitendo glo riatur de delicto; quia plenè præiudicat quò ad delictum gloriationis, vt not. in.c. quam sit. de excess. prę lla. & Innoc. in.d.c. per inquisitionem. vbi dicit sin gulariter,
10 q† confessio extraiudicialis de delicto digno priuatione, est sufficiens ad priuandum quem beneficio. Voluit tñ contrariũ in.c. quam sit. de excess. præl. In eadem ibi, timore probationum. dic, not. sing. hanc
11 glo. quæ quotidiè ad hoc allegatur, q † quis dicitur confiteri timore probationum, quando iam accersitur ad iudicium. Idem not. glo. q. fi. in summa. Se-
12 cus† autem, quando non præcedente stimulo aliquo spontè iret ad iudicem, & confiteretur, quia tunc dicitur spontanea. & ita debet intelligi dictum Inno.
13 in.c. qualiter. 2. de accu. vbi voluit, q† confessio delictum quantumcunque graue in iudicio, etiam non præcedente processu ordinario, poterit imponi illa pœna, quæ est statuta pro illo delicto, quia debet intelligi quando vocatus ad iudicium ratione illius delicti confessus est; licet non per viam accusationis. Et sic videtur velle, q acrius puniatur confessus dicto modo, quàm cõuictus per viam inquisitionis.. quòd not. Aduerte tamen, quia Inno. hic vult, q etiã quando quis est confessus timore probationis, q tamen in aliquo sit sibi parcendum, non tamen in totum, vt.c. fi. de proba. D.m. hic dicit, q hoc nõ probatur iure, imò contrarium; quia regulariter eadem pœna imponitur spontè confessis in iudicio, & cõuictis, vt hic, &.c. 2. §. de confes. & l. si confessus. ff. de custo. & exhib. reo & not. hanc glo. contra commu-
14 nem* practicam officialium, qui† confessum in tormentis, faciunt postea confiteri, & dicunt eum spontè. Nam hic probatur expressè contrarium. Et in fi. glo. dic, hæc glo. facit, q magis mereatur qui dicit officium non obligatus, quam ille qui dicit obligatus Sed in contrarium est veritas. dic, vt not. glo. & ibi dixi in cle. vnica. de reliq. & venera. sanct. In glo. in ver. deponendi, in fi. dic de hoc artic. vt dixi in.c. inquisitionis. in glo. 2. de accu. & c. qualiter. 2. eo. ti. in. 15. q. prine. ¶ Glo. in ver. legere & Principis. sentit contrarium ad.c. Massana. §. de elect. vbi tradit, Cõis prac.
15 q† laicus non potest acquirere ius eligendi. Et ideò glo. dicit, q isti erant patroni. & intellige, q istis vt patronis dabatur pecunia vt præstarent assensum. Alij intelligunt, q Rex erat patronus, & Principib° fuit data pecunia, vt haberent consensum regis. Alij intelligunt, q Principes erant patroni. & quilibet intellectus verus est in se. Sed primus melior, fm
16 Host. & potest haberi exemplum in† rege Angliæ, q in suo regno est patronus generalis habitu, licet in singulis ecclesijs non sit actu, & exercitio. Sed videtur, q tex. loquatur in Rege Hispano, ex quo scribitur Archiepiscopo Toletano. hoc tñ hic aliter non apparet. In eadem glo. ibi, confirmabatur electio.
17 dic, hoc potuit contingere de iure speciali, q† electio in ecclesia collegiata non confirmatur, nisi patronus laicus consentiret. de iure enim cõmuni hoc est falsum, nisi patronus haberet iustam causam cõtradicendi. vide glo. in.c. nobis. de iure pat. & c. cum terra. & c. cum inter vniuersas. & c. sicut. & c. sacrosancta. de electio. & intellige de priuilegio speciali concesso

concesso a Papa.& sic intellige.c.nobis.ibi,nisi secus
Facit.16.q.1.c.hinc est.¶ Gloss.fi.in princ.oppo. ꝙ
etiam recipiens talem pecuniam puniatur in duplũ.
& sol.fatendo contrarium.deinde colligit arg. con-
tra quod oppo. de. c. veniens.ĩ.eo. & sol.ponendo
18 tres opi.in eadẽ ibi,pęna dupli.dic ꝙ†si per impres-
sionem, vel cõcussionem symoniacam quis extorsit
pecuniam;debet reddere quadruplum.18.di.c.quo
niam quidem.&.1.q.1.concussionis.no.Ioan.Andr.
19 post Hosti.in.c.& si quęstiones.ĩ.eo.Concutere†au
tem dicitur qui prætextu officij sibi commissi com-
minando ab inuito pecuniam extorsit.ff. de concus.
l.1.&.2.23.q.1.militare.quòd verum est,nisi sponte
non conuictus restituat; quia tunc satis est.arg.ff.qđ
me.causa.l.si cum exceptione.§.hæc autem actio.&
inst.de actio.§.item actio.de act.sed contra de.l.qui
ea mente.ff.de furt.per quem text.Tancre.tenet hic
ꝙ omnimodo teneatur ad quadruplũ. primũ Laur.
vide Archid.18. quoniam. nisi diceres ꝙ mitius est
agendum cum eo,qui spõte restituit, vt dixi in gl.3.
¶ In fi.glo.dic post Host.Ioan.And.& D.An.quòd
20 †aut quæritur de ecclesia sæculari aut regulari. pri-
mo casu,aut ille qui dedit pecuniam, non habet vn-
de viuat,& ei restituenda est.argu.c.veniens.& no.in
c.qđ a te. supra de cle. comu. aut habet vñ viuat; &
tunc aut omnes de ecclesia delinquerũt, aut particu
lares. Primo casu omnes debent expelli de ecclesia,
& illa pecunia dimitti ecclesiæ; & sic ex illa ipsi cri-
minosi non habent commodum, secus si non eijce-
rentur; quia tunc debet applicari fisco Papæ secun-
dum Hostiẽ.qui debet distribuere ad pias causas: sed
forte inferior ecclesia cathedrali deberet applicari
fisco episcopi.arg.eorum,quę dicit Do m.in.c.2.de
succes.ab intest.Facit.l.fiscus.ff. de iure fisci. Si vero
solus prælatus vel particularis de ecclesia deliquit;
solus punietur & pecunia applicabitur ipsi ecclesiæ
in cuius iniuriam data fuit;vt hic.Secundo casu prin
cipali dic quòd aut omnes de ecclesia deliquerunt;
& tunc datur pecunia ei,qui dedit,vt intret secundũ
monasteriũ,vt.c.veniẽs.ĩ.eo.Si verò deliqt particu-
laris de ecclesia tunc datur pecunia secundo mona-
sterio recipienti talem monachum,quo ad vsumfru-
ctum tantum donec viuat ipse monachus. & sic po-
test intelligi finis glo.nostræ. & debet limitari de d.
c.veniens.Quare autem applicetur fisco ecclesię,dic
quòd ratio est;quia ibi est facta iniuria.& ratio ratio
21 nis est,vt arbitror;quia ista est regula† quòd vbicun-
que causa propter quam quis est indignus, respicit
vtilitatem certę personæ,vel certi loci,seu iniuriam,
illi personæ vel loco dandum est, quod aufertur ab
aliquo tanquam ab indigno,vt est tex.& ibi Bar.in.l.
post legatum.§.admittere ff.de his qui.vt indi. vnde
ab vno legatario,vel hærede instituto a clerico aufer
tur hæreditas vel legatum tanquam ab indigno, il-
lud applicatur fisco ecclesiæ; & non sęculari, vt not.
D.m.in c.2.de succes.ab intes.nisi tamen essent talia
bona in quibus aliqui proximi ab intestato fuissent
succussori;quia illis tunc videretur facta fuisse iniu-
ria.Cogitabis,quia non firmo pedem; quia nunc ve
nerunt in mentem.

CAP. XII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium ecclesiasticum promittere pro temporali obsequio symoniacum est.*
2 *Clericus põt esse ꝓcurator in causa laici. & vbi verũ ibi.*
3 *Excommunicati sunt,qui pactis,aut promissionibus, iustitiam vel gratiam a sede Apost.consequuntur.*
4 *Romæ quot sint excommunicati,attende.*
5 *Prælato seruiri potest spe futuræ remunerationis,& consequendi beneficium spirituale.*
6 *Episcopus recipiens quem ad seruitium licite promittit salarium annuũ donec prouideatur, & ꝙ intellige vt ibi.*
7 *Beneficij spe ordinem recipiens an symoniam committat.*
8 *Non sufficit venisse qui non stetit.*
9 *Citatus personaliter potest constituere procuratorem, qui persistat in causa vsq; ad finem causæ.*

1 Cum essent. Symoniacũ † est
pro temporali
obsequio bene
ficiũ ecclesiasticum promittere.hoc dicit. Not. pri-
2 mo ꝙ†clericus potest esse procurator seu solicita-
tor in causa laici,quod verum secundum Abb. in cu
ria Ro.seu foro ecclesiastico; vt cap. per venerabilẽ
cum suprascriptis,qui fi.sint legi.secus in foro sæcu-
lari; nisi vnicam causam amici sui vellet tractare, qa
tunc nõ reperitur prohibitum.hoc tenet sing.Inno.
in c.1.supra.de obli.ad ratioci.& cap. sed nec supra.
ne cle.vel mo.dicit tamen quòd de licentia superio
ris audaciter posset tractare negotium laici. primũ
delictũ Iun.sequitur Arch.86.dist.c.fin. & vide p eũ
21.q.3.Cyprianus.vide Latius in tract.meo de pro-
3 cura.§.4.ver.episcopus.& seq.¶ Vltimo not.ꝙ†pro
mouendo negotio apud Se.Ap. non debet quis reci
pere promissionem alicuius spiritualitatis consequẽ
dæ.Innocen.& Ioan.And.dicunt ꝙ quicunque curia
lis,vel alius, qui facit vel recipit promissionẽ de ali-
qua re temporali vel spirituali pro obtinẽda aliqua
gratia vel iustitia.apud Se.Ap. est excommunicatus
ipso facto.de quo habetur plenè in extraua. Bonifa
cij,quæ incipit,excommunicatus symoniacam. Vn-
4 de tu† considera quot sunt in curia excommunicati.
¶ Glo.1.sentit contrarium ꝙ licitum fuit isti patro
no militi, qui causam suam promouerat coram Pa-
pa remunerare etiam ad beneficium ecclesiasticum
per cap.quid proderit allegatum in glo.soln. fatẽdo
cõtrariũ;videlicet ꝙ hoc fieri põt, dũmodo nõ ꝓce
dat pactio.Et ꝑdicta gln.infert ad decisionẽ.q.In.fi.
5 glo.dic,Not.singulariter ex hac glo.ꝙ† quis potest
seruire prelato sub spe futurę remunerationis etiam
vt cõsequatur beneficium spirituale; nec per hoc cõ
mittitur symonia,dummodo principaliter non ser-
uiat ea intentione. quasi velit gloss. quòd in genere
principaliter potest sperare remunerationem gloss.
prima quæst.1.c.sunt nõnulli. dicit quod si seruiens
est dignus,& seruitium est dignum & honestum; li-
cite sperat beneficium spirituale.Do. Anto.seq.glo.
nostram.ad prædicta vide gloss. 59.distinct. hoc ad
nos.& gloss.61.distinct.cap.Osius.§.sed aliud.Et de
6 cidit hic Hosti.quòd† episcopus recipiens clericum
ad

ad seruitium licite promittit sibi salarium annuum donec sibi prouiderit.de beneficio competenti; dummodo non obliget se ex pacto, nec committitur symonia.dummodo sola causa principalis sit; quia ille sit dignus.& idoneus;licet secundaria causa sit ratio recepti seruitij & remunerationis.Item† deciditur ex prædictis,an faciens se ordinari sub spe habendi beneficij peccet,& si recipit committat symoniã; quia si non principaliter ea intentione faciat se ordinari non peccat, licet spem habeat ad beneficium consequẽdum;alias secus vt no.glo.in.d.§. sed aliud &.1 5.q.7.per laycos.& Hosti.in.c. cum nostram. §. de electionibus.Ioan.Andr.in.c.venerabilem. In fine eodem tit.de electionibus. Extra materiam glossæ opponitur, & videtur quod hic nobilis non debuit licentiari; quia† non sufficit venisse nisi steterit. vt.c.1.de iudi.Sol.Host.dicit quod forte fuit inuentus in curia & habuit ius reuocandi domum.vel fuit citatus vt personaliter compareret. & secundum hoc not. quod† personaliter citatus non habet necesse persistere in causa vsq; ad finem causæ. sed debet ex causa licentiari.& sufficit quod sufficientem constituat procuratorem. vide de hac materia Doct. in.c. vi.de iud.lib.6.&.c.querelam.de procura.

7
8
9

CAP. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacus notorius in beneficio, ab ipso deponitur. & nu.6.vbi de hoc pulchre.Si vero fuerit cõuictus,idẽ procedit,nec deponitur ab ordine sub num.3.*
2 *Infamatus,qui se purgare non potest,beneficio priuatur.*
4 *Infamato de symonia,a principio potest indici purgatio.*
5 *In symoniæ crimine, probationes non ita claræ requirantur;ea est speciale in ea.*
7 *In criminalibus sufficit præsumptio violenta.*
8 *Episcopus an possit cũ priuatis beneficio per symoniæ peccatis dispensare. Et ibi quòd non.& ratio assignatur primo,postea auctor concludit quòd sic.*
9 *Fictio non debet operari æquè ac veritas.*

1 Insinuatum est. † Notorius symoniacus in beneficio ab illo deponitur.Idem† in infamato,qui se purgare non potest.hoc dicit. primo Papa ponit narrationem sibi factam.secundo contra,eam prouideri mandat;ibi,vnde.Nota primo quòd† symoniacus, in beneficio contra quem probatur crimen per viam inquisitionis non deponitur ab ordine;sed priuatur beneficio symoniace acquisito , dic, vt dixi in cap.inquisitionis.in glo.secunda, supra de accu.Secundo not.quòd† infamato etiam a principio, potest indici purgatio sine aliqua inquisitione super veritate criminis; & deficiens in ea punitur vt conuictus per inquisitionem . Sed contra hoc fortiter ob.c.significasti.infra de adult.& quod dixi in c. accedens.de accu.vbi dixi post Do.m. quòd vbi fuit indicta purgatio non præcedente aliquo modo agẽdi,deficiens debet solum suspẽdi; ergo hic debebat solum suspendi cum non appareat quòd præcesit certus modus agendi. Solutio contrarium difficile

2
3
4

est,nec Doct.tangunt.potest tamen solui secundum D.m. quòd hic præcessit inquisitio ad priuationem beneficij; & isti existenti infamato fuit indicta purgatio.& hoc sentiunt Tancre.Vinc.Phil.Hostien. & Ioan.Andr.dum dicunt quòd fuit indicta purgatio; quia non potuit constare de symonia. vel potest soli,secundum eum,quòd speciale † sit in crimine symoniæ in quo non requiruntur probationes sic claræ.Secundo principaliter opponitur contra text. in eo quòd vult quòd† notorius symoniacus simpliciter deponatur a beneficio. vnde opponitur de his q̃ dixi in cap.qualiter.2.de acc.vbi dixi quòd data notorietate criminis qualitercunque procedatur , etiã si per viam inquisitionis, si crimen sit graue, debet fieri depositio ab ordine.Facit.c.cum non ab homine.supra de iudi.vbi deprehensus in crimine deponitur.fortius ergo vbi est notorium.Solutio.D.m. dicit quòd isti potuissent deponi etiam ab ordine vt factum fuit in c. de hoc supra eod. sed hic episcopus tantum quæsiuit an posset priuari beneficijs.In glo.1.in.fi.dic quòd etiam si isti non ingressi fuissent per symoniam;nihilominus videntur priuãdi.per c.fi.de cle. peregri. Solutio dic quòd hoc verum est,si intrassent sine licentia superioris, dummodo cum eis non dispensetur, secundum Ioã. And.In glo.in ver.notorium dixi in cap.euidentia. de accu. Glo.3.oppo. & sol.in.fi.dic, hos versus ponit etiam glo.in.cap inter.infra,de purg.cano.¶ Gl.fi.in prin. colligit,deinde sentit contrarium & sol.In eadẽ ibi, sententia diffinitiua. dic , contra id quod habetur in .c.literas.de præsumpt. & l. fina.C. de probatio. &.2.q.8.sciant In eadem ibi , ad violentiam.dic, & sic non ob.contrarium ; quia iste non damnatur ex probabili præsumptione;sed† violenta , quæ in criminalibus sufficit ad condemnationem,vt.c.afferte. de præsump.In.fi gloss.dic de hoc artic. vt dicam in d.c.inter.de pur.can.vbi expediam alias qq.quas hic ponit.D.m. Vltimo extra gloss.quæro † vtrum cum istis priuatis posit episcopus dispensare, & eos ad beneficia restituere,Solutio Host.dicit quod non; quia cum infamia duret non posset cum eis sine scandalo dispensari. 2.q.4.presbyter & cap.omnibus,& sequuntur Ioan.Andr.& Do. Anto.sed hoc dictũ non placet hic.Do.m simp. nam si cum vere conuicto in symonia,quandoque potest episcopus dispensare;vt trad.in cap.post transactionem.supra de transla.pręla.vbi tractatur materia. & maxime per Ioan. Cald. & not.in cap.de elect.& trad. in cap. de symoniace, infra eo.fortius debet posse in aliquo casu dispensare cum conuicto interpretatiue , seu ficte, vel præsumptiue;quia† non debet plus operari fictio quam veritas,vt.l.quamuis.§.Marcellus.ff.ad Vel. & no.in l.3.ff.pro socio.

5
6
7
8
9

CAP. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacum est pretio vel fauore celare peccatorem,& alia facere de quibus ibi.*
2 *Dictio imo est correctiua.*
3 *Emolumentum non potest dici nisi honestum,et iustum. Et ibi ratio.*

4 *Symo-*

4 *Symonia non solum patratur in committendo, sed & in omittendo.*
5 *Pretio reducens quem ad pœnitentiam, non committit symoniam.*
6 *Peccator potest probare se de crimine emendatum per confessorem suum.*
Doctor potest ferre testimonium de peritia scholaris. ibidem.
7 *Præsentantes in numero approbantium doctorandum, possunt interuenire.*
8 *Consanguinitatis, vel amicitiæ ratione, quòd iustum, & honestum non debet exercere, sed ratione iustitiæ.*
9 *Iudex condemnans aliquem odio, licet faciat iustitiam, peccat.*
10 *Dictio vniuersalis, vt euitetur absurditas, resoluitur in particularem.*
11 *Furem vt indicet, licet quis possit recipere pretium, prohibetur tamen recipere, vt non indicet. & ibi ratio.*
12 *Publicæ vtilitatis interest, vt delicta puniantur.*
13 *Symoniæ triplex species.*
14 *Spirituale pro temporali dare, & omittere spirituale, vel eius exercitium, paria sunt.*
15 *Correctio pœnitentialis fit per sacramentum confessionis.*
16 *Vitium in idem plerunque duo contraria concurrunt.*
17 *Contrariorum, eadem ratione conuertente, idem ius est. Secus verò non.*
18 *Pecuniam an liceat accipere pro non detegendo occulto peccatore Episcopo. & ibi distinguitur, & quòd non.*
19 *Odij causa non est quis à reconciliatione remouendus, nec fauore admittendus.*

1 Nemo. †Symoniacum est prætio, vel fauore celare peccatorē, vel reconciliare nō pœnitentem, vel digne pœnitentem à reconciliatione remouere. hoc dicit. secunda ibi, nec
2 quenquam. ¶ Not. primo, q † dictio imò, est correctiua. not. in. c. innotuit. de elect. & .l. Lucius. ff. de hæ
3 re. instit. & ibi Barto. ¶ Secundo not. quòd † non potest dici emolumentum, nisi illud quod est iustum, siue honestum; quoniam nullum inhonestum dicitur vtile, rectè loquendo, vt Cicero in lib. Officio. & dicit Ioan. And. quòd emolumentum propriè dicitur lucrum, vel reditus molendini. adaptatur enim omni commoditati, & vtilitati, vt patet hic. & .§. de testa. c. si hæredes. vide quod dixi in clemen. statu-
4 tum. de electio. ¶ Tertio not. † quòd symonia committitur non solum impendendo spirituale pro temporali; sed si omittitur aliquid spiritualitatis impendere propter commodum temporale, ad quod im-
5 dendum quis tenebatur. ¶ Quarto not. † q quis potest pœnitentem reducere ad reconciliationem per prætium, nec est symoniacum secundum vnum in-
6 tellectum. ¶ Quinto not. quòd † peccator potest probare se de crimine emendatum per sacerdotem, cui confessus est. Idem not. in. c. testimonium. de testib. Sic & Doct. potest ferre testimonium de peritia scholaris. tex. cum glo. 12. quæst. 1. c. 1. & .l. nemini. C. de aduoc. diu. iud. Et per prædicta dicit. D. m.
7 quòd semper putauit, quòd † in numero Doctorum debentium approbare scholarem doctorandum, possunt computari doctores præsentantes, quia cum ipsi assumantur tanquam proprij magistri scholaris examinandi vberius testimonium, possunt ferre de peritia scholaris. de qua materia vide. D. meum in c. proposuisti. de probatio. nec contrarium in hoc studio florenti Senensi seruamus de consuetudine.
8 ¶ Vltimo not. q † illud quod est iustum, & honestum, non debet exerceri consanguinitatis, vel amicitiæ priuatæ causa. Debet enim principaliter atten
9 di ipsa iustitia. & sic † iudex peccat, qui aliquem cōdemnat principaliter ex odio; licet illi faciat iustitiam, & seruet ordinem iudiciarium. Faciunt quæ dixi in. c. cum essent. §. eo. ¶ In fi. gl. 1. dic not. hanc
10 glo. ex qua habes, quòd † dictio vniuersalis vt euitetur absurditas, resoluitur in particularem. quod nota ad statuta. & vide Ioan. And. in. c. quicunque. de senten. excom. lib. 6. ¶ Glo. 2. in princi. colligit argumentum, quod probat per simile. deinde colligit aliud, & opponit ad primum, & soluit. In eadem
11 ibi, peccatum celat. dic, q † licet quis possit recipere prætium, vt indicet furem, vt in iuribus allegatis p contrario; tamen non potest recipere, vt non indi-
12 cet, quia esset contra bonos mores, & contra † publicam vtilitatem, cuius interest vt delicta puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. Sed contra hanc glo. & tex. oppo. videtur enim, q non possit dici symonia, si non venditur aliquid spiritualitatis. Solue, se-
13 cundum Hostien. q † triplex est species symoniæ, quædam mentalis, quędam conuentionalis, & quędam quasi conuentionalis. vult ergo glo. q tex. noster loquatur de symonia conuentionali, & ponit hic descriptionem ipsius, quam ego posui. §. in rub. & de quasi conuentionali videbimus in. c. & si quæstiones. §. eodem. Sed hoc non soluit contrarium, quia etiam in illa requiritur, quòd fiat conuentio ratione alicuius spiritualis, vel annexi spirituali. vnde alij dicunt, vt Tancred. & Philip. quòd verbum symonia hic non accipitur propriè, sed latè, & impropriè. vnde hoc est symoniacum, scilicet, quia prohibitum. Innocen. dicit, quòd isti p niuntur ad instar symoniæ, ergo non est symonia. Sed. D. meus dicit, quòd hoc test contra tex. nostrum in fi. qui non loquitur de pœna, sed declarat vtrunque symo-
14 niacum esse. & potest esse ratio, quia † paria sunt, impendere spirituale pro temporali, vel omittere spirituale, seu exercitium spiritualis, vel annexorum spirituali, quod ex debito incumbit pro aliquo temporali emolumento. vnde cum ista denuntiatio, seu collatio sint præambula ad correctionem
15 pœnitentialem, & † correctio pœnitentialis fiat per sacramentum confessionis. si quis omittit facere istud antecedens, ad quod ex debito tenetur, & per quod peruenitur ad confessionem, & pœnitentiam, quæ spiritualis est, & hoc omittit pro emolumento temporali committit symoniam. In eadem glo. ibi, aliquid facit. dic, probatur. ff. de re indi. l. qui non facit. & Ioan. Andr. in reg. in generali. de reg. iur. in 6. ¶ In fine glo. dic, quòd iste vltimus intellectus videtur melior, quia eadem est ratio in omnibus; sed propter similitudinem inter primos duos casus illi habentur pro vno. & idem de vltimis duobus. Sed contra glo. & textum opponitur, quia si reconciliare prætio est symoniacum, ergo non reconciliare non est symoniacum, vt in reg.

vbi repugnantia.ff.de reg.iur.& traditur in.l.si is qui ducenta.§.vtrum.ff.de reb.dub.&.32.dist.hospitio-
16 lum.Sol.Io.And. dicit, ꝙ† plerunque duo contraria in idem vitium incidunt, vt accipere pecuniam ob accusandum, vel non accusandum; denuntiandum, vel non denuntiãdum,& simi.vt.1.q.1.c.si.&.2.q.1. prohibentur.Vel dic,ꝙ reconciliare pretio, vel gra
17 tis sunt contraria. Vel dic, ꝙ† contrariorum idem est ius,quando est eadem ratio.Secus si contraria.de quo Io.And.in reg.qui sentit.de regu.iur.lib.6. Tu dic,quòd licet accusare,& non accusare sint contraria, tamen accusare vel non accusare,per pecuniam est vnum. non autem sunt adinuicem contraria,& habent suum contrarium accusare, vel non accusare sine pecunia,vnum licet, & alterum prohibetur. & sic de similibus. ¶ Secundo opponitur, ꝙ hoc non videatur symoniacum,sed sacrilegium,vt.1.q.1. sũt quidam. Sol. secundum Goffre. quem sequitur Io. And.est symoniacum,& sacrilegium. ¶ Tertio opponitur,in eo quòd tex. dicit,dupliciter peccãtem.
18 quia sequitur à contrario, quòd† potest recipere pecuniam, ne occultum peccatorem Episcopo reuelet,quod est contra.c.si peccauerit.2.q.1.&.c.nouit. de iudi. Sol.dicunt Docto.ꝙ aut occultus peccator est incorrigibilis,& procedit contrarium. Secus si est paratus se corrigere, sed hæc non est formalis responsio ad receptionem pecuniæ, quia arbitror,ꝙ non posit recipere pecuniam in aliquo prædictorũ casuum. Sed benè licet non denuntiare paratum se corrigere,sed hoc gratis facere. & hoc modo vacaret argumentum à contrario sensu. ¶ Vltimo opponitur de contrarietate tex.adinnicem. Nam primo
19 dicit, ꝙ† propter odinm non est à reconciliatione remouendus.Sol.quidam habent in litera impœnitentem,& sic non esset contraria. Sed dicit Io. And. ꝙ melior litera est pœnitentem. & tunc respondet ad contrarium. Quòd etiam pœnitentem non debet quis admittere ad recõciliationem fauore,seu amore carnali;sed gratia,& charitate spirituali.

CAP. XV.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia emi, vel redimi non potest.*
2 *Manerium,& Mansum quid.*
3 *Prælatus solus,contractum, quo quæsitum est ius ecclesiæ,rescindere non potest.*
4 *Monachi,& alij de collegio possunt agere ad reuocationem eorum,quæ prælatus malè alienauit.*
5 *Instrumentum reddens, videtur reddere ius ex instrumento sibi competens.*
6 *Iudex ante omnia debet laborare, vt partes reducat ad concordiam.*
7 *Missio in possessionem rei seruandæ causa, habet locum inter religiosos.*
8 *Ecclesia licet non possit vendi,venit tamen in venditione vniuersitatis accessoriè.*
Quòd intelligi debet,quando nõ est merè spirituale, sed mixtum.nu.9.
10 *Copulatiua copulat æquè principaliter,non accessoriè.*
11 *Ius patronatus non potest vendi principaliter.*
12 *Cum, & Et coniunctionum,natura,& differentia.*
13 *Venditio retractatur in re prohibita alienari. & procedit vt ibi.*
14 *Ecclesia loco religioso potest concedi retento annuo censu; secus personæ singulari.*
15 *Ecclesia non potest dari gratis.*
16 *Index delegatus causa rei seruandæ, potest defendere possessionem per eum traditam vsq; ad sententiam diffinitiuam. & ibi mirabile dictum Innocen.*
17 *Immissio in possessionem causa rei seruandæ, quando agitur de ecclesia fieri non debet.*

1 Quærelam. † Ecclesia emi, vel redimi non potest.h.d. Primo ponit quęrelam monachorum. Secundo committit causam instruendo iudices in principali. ibi,
2 Manerium.dic,secundum Tancre.ꝙ† manerium,& mansum idem sunt;& est vulgare Gallorum, non tñ dicit quid sit.Vnde dic,quòd idem est quòd possessio,vt dixi in.c.ex insinuatione.de appella. Mansum verò dicitur prædium, in quo manent homines, vt not.in.c.1.§.de censi. & Bal.in tit.de controuer.in-
3 uest.§.si quis.¶ Not.primo, † ꝙ solus prælatus non potest rescindere contractum, per quem est quæsitum ius ecclesiæ secundum Inno.& Abba.¶ Secun-
4 do not.ꝙ†monachi,& alij de collegio possunt agere ad reuocationem eorum, quæ prælatus malè alienauit, vt.c.si quis.de reb.eccle.non alien. ¶ Tertio
5 not.quòd† propter redditionem videtur remitti ius competens ex instrumento, de quo in.c.ecclesia.§. vt lit.pend.&.c.cum pridem.de pact.¶ Quarto no.
6 quòd† iudex debet laborare ante omnia, vt partes reducantur ad concordiam,vt.l.quidam existimaue runt.ff.si cer.peta.cum similib. ¶ Vltimo not.quòd
7 etiam† inter religiosos propter contumaciam, habet locum missio in possessionem causa rei seruandæ;quandoq; tamen intuitu religionis fit solum sequestratio,vt.c.ex literis. de dolo & contu. non tamen negatur ibi, quin etiam posit fieri missio, vt hic dicitur.¶ Glo.pen.sentit duo contraria.Primũ,
8 quòd emptio,& redemptio debent valere;quia† licet ecclesia non posit vendi principaliter,tamen ac cessoriè venit in venditione vniuersitatis.glo.soluit, deinde opponit,ꝙ saltem emptio, & redemptio ma nerij debebat valere,& soluit.In eadem ibi,ita quòd neutrum fuit accessorium alteri; dic, sentit ergo gl. quòd spirituale tanquam accessorium transit cum
9 vniuersitate vendita.Sed dic,quòd† hoc non est verum in mero spirituali,sed in connexo spirituali, & in iure patronatus,quòd ideò transit cum vniuersitate;quia participat de temporalitate, & spiritualitate,quòd non contingit in mero spirituali;quia illud non habet aliquid participationis,& sic non potest dici eius accessorium. de quo dic,vt traditur in d.c.ex literis.¶ In eadem glo.ibi, pertinentijs suis, & ecclesiam.dic,not.singulariter hanc glo.quę vult,
10 quòd copulatiua copulet æquè principaliter, & nõ accessoriè.Idem not.in rub.ff.de iur.& fac.ignoran. Et per prædicta dicit.D.m. quòd licet ius patronatus transeat cum vniuersitate,vt.d.c.ex literis. tamẽ si vniuersitas vt castellum,vel villa,vel simi. venderetur isto modo;videlicet,vendo castellum,vel villam

cum pertinentijs, & ius patronatus. dicta venditio
11 non teneret respectu iuris patronatus, † q vendi nõ potest principaliter, vt.c.1.de iure patro. Nec ob. q not. Io.And.in.c.1.de iure patro.lib.6.vbi vult, q si vendo castrum, aut villam cum iure patronatus, quia
12 † dictio, cum, coniungit accessoriè, & non principaliter. pro qua decisione. vide Bar.in.l.si cui.ff.de fun do instruct.&.l.3.eod.tit.vbi dicit, q dictio, &, coniungit æque principaliter; sed dictio, cum, coniungit vnũ principaliter, & aliud accessoriè. nisi essent duo, de quorum natura vnum nõ veniret accessoriè ad aliud; vt est bon' textus, & ibi not. Bar.in.l.quęcunq;.ff.de verb.oblig. Aduerte tñ, quia si venditio fieret isto modo. Vendo castrum cum pertinentijs, & iure patronatus; talis venditio teneret; quia verbum de iure patronatus, coniungitur cum dictione pertinentijs, quæ iungebatur accessoriè. In eadem
13 glo.in fi.dic, not.ex hac glo.† singulariter, q vbi vẽduntur plura principaliter, & est aliquid qd' vendi non põt; non retractatur venditio in omnibus; sed solum in re prohibita. Facit.l.1.ff.de euictio.&.l.do num.not.in reg.vtile.de reg. iur. libr.6.fm D.m.q arbitror intelligendum, quando qualibet res habet distinctum prætium; quia tunc videntur tot venditiones, quot sunt res. Facit.l.q dicimus.ff.de verb. oblig.secus si vno prætio fuissent emptæ, vt est tex. not.in.l.si duos.ff.de contrah.empt.¶ Extra glo.opponitur, & videtur, q hæc ecclesia non potuerit cõcedi sub annuo cẽsu, vt.c.non satis.s.eod.ex quo de hoc constabat, q esset vendita per cõfessionem istorum monachorum debebat eis imponi silentium, vt s.eo.c.cum essent. Sol. dicunt Doct. q ecclesia non fuit vendita; sed fructus ipsius, secundum q traditur in.c.querelam. j.tit. prox. de quo dixi in.d.c.non
14 satis. Vel dic, secundum Host. q loco † religioso bene potest concedi ecclesia retento certo annuo censu, vt.c.constitutus.s.de relig.domib. etiam in perpetuum.sed singulari personæ non potest vltra suam vitam. Item opponitur, qd' ipsis monachis debuerit imponi silentium, cum hic dicatur, q sicut non potuit redimi ecclesia; ita nec emi. Sol.dicit hic Abb. q hæc allegatio nõ fuit allegatio monachorum; sed Papæ i[...]tẽdentis in hoc instruere iudices.¶ Vltimo oppon[...]ur, & contra text.& glo. de.c.cum pridem.
15 de pac[...]s. vbi probatur, q etiam † gratis non licet dare ec[...]lesiam, cuius contrarium hic innuitur. Sol. Doct.non fatentur cõtrarium; quia etiam gratis nõ potest dari, sed solum concedi per canonicam institutionem à superiore habente potestatem; & ita debet subaudiri tex.noster.¶ Glo.fin.tãgit qualiter p cedatur contra contumacẽ, & an isti iudices per talem immissionem in possessionem definant esse iudices. In fine gl.dic, not.ex gl.fm D.m.iuncto textu,
16 † q iudex delegatus potest defendere possessionem per eum traditam causa rei seruandæ vsq; ad sniam diffinitiuam. sed Inno.hic dicit mirabile verbum, videlicet, q per hæc verba posita in fine textus videlicet, non permittatis eos exinde molestari &c. talis iudex videtur datus conseruator, & tanquam conseruator debet defendere immissum in possessionem. Vltimo opponitur contra glosam, & textum; quia
17 † vbi agitur de ecclesia, non debet fieri immissio in possessionem causa rei seruandæ; sed debet fieri cognitio de iure petentis, secundum formam. c.cum qui.de dol.& contum.lib.6.Sol. illud verum, quando litigatur de ecclesia vt beneficio; secus si de ecclesia, vt proprietate, vt hic. similis distinctio fit in clem.dispendiosam iuncta glo.de iudi.

CAP. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Symonia est exigere pecuniã ab ecclesijs pro chrismate.*
Nec excusat consuetudo.
Et nedum pro chrismando, sed nec pro liquore ipsõ.nu.2.
3 *Mutatio nominis, non excusat id q sui natura malũ est.*
Nomina appellatiua immutabilia sunt, propria mutabilia.num.4.
Dummodo fiat mutatio in fraudem.ibid.
5 *Verba intentioni, non contra, seruire debent.*
6 *Ianuenses rapinam pyraticam lucrum appellant.*

1 Ea quæ. † Exigere pecuniã pro chrismate ab ecclesijs symoniacum est, nec excusat consuetudo.h.d.Primo narrat factum reprehensibile. Secundo illud prohibet, ibi, quia verò.Tertio pœnam comminatur, ibi, pro certo. & est pars. c.ea quæ de
2 censi. ¶ Nota primo, quod † pecunia prohibetur exigi nedum pro chrismate in quantum est sacramẽtum; vt pro chrismando, vel cofirmando aliquem, sed etiam pro ipso liquore chrismatis. ¶ Vltimo
3 nota, qd' † mutario nominis non excusat id, qd' est
4 de sui natura malum; maximè cum † nomina appellatiua immutabilia sint, vt.l.si quis. ff. de leg.1.licet nomina propria sint mutabilia, & mutari possint, vt dicit Io.And. si modo non fiat in fraudem, vt in rub.& in.C.de mutat.nomi. vnde non curamus de mutatione, seu de nomine emptionis, quando id fieret in fraudem vsurarum, vt.c ad nostram.de empt.
5 & vend.&.c.illa nos.s.de pigno. † verba enim intentioni, non contra deseruire debent, vt.c.intelli-
6 gentia.de verbo signi. Et sic not. † quòd Ianuenses, qui rapinam pyraticam, lucrum appellant, non excusantur propter nomen. ¶ Glo.3.format contrarium & sol. In fine dic; & ideò non valeret consuetudo in his, quæ sunt symoniaca; quia prohibita. In glo.fina ibi, depositione, scilicet, ab officio, & beneficio; vt patet in textu dum dicit, ordinis, & dignitatis.

CAP. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Homagium facere pro habendis spiritualibus, symoniacum est.& num.11.*
2 *Homagij, & fidelitatis differentia.*
Vtriusque diffinitio.num.3.
4 *Beneficium ecclesiasticum quid.*
5 *Turpitudinem propriam allegans quando audiendus.*
6 *Infamantes æquiparentur canibus mordentibus, seu latrantibus.*
7 *Per literas Apost. debet constare de gratia facta.*
Et ibi quid de stylo.

8 *Clerici recipientis beneficia possunt præstare Homagiū, & iuramentum fidelitatis, & ibi quomodo intelligi debeat tale Homagium, & iuramentum.*

9 *Ratio diuersitatis quare potius præstetur iuramentum fidelitatis, quam Homagij.*

Et iuramento fidelitatis præstatur potius dignitati, quā personæ.num.10.

12 *Iuramentum fidelitatis præstatur episcopo propter eminentiam dignitatis.*

13 *Verbum diuina comprehendit regulas canonicas, & Theologicas, vel canonicans ius, & diuinum verbum verò humanas, ciuiles regulas amplectitur. Et ibi etiā alius intellectus.*

14 *An sacerdos imponens pœnitentiam minorem debito sit tutus à peccato.*

15 *Infamia quæ insurgit ex symonia qua sit, & quis possit illam tollere.*

16 *Crimen lesæ maiestatis, & symonia æquiparantur.*

17 *An symoniachus incurrat infamiam iuris ipso facto, an verò per sententiam.*

18 *Publica crimina regulariter non infamant, nisi per sententiam.*

19 *Infamia canonica irrogatur ante sententiam.*

20 *Infamia facti inrogatur ex delicto publico.*

21 *Papa solus dispensat cum symoniaco ad beneficium ecclesiasticum ad simplex vero quilibet episcopus. Quod tamen intellige, vt ibid.*

22 *Episcopus an post latam sn̄iam possit restituere famā.*

1 Ex diligenti. Pro habēdis spiritualibus homagium facere symoniam est.h.d.Primo ponitur suplicantis petitio.
secundo petitionis exauditio, & literarum concessio. secunda ibi, quo circa.¶ Not.primo,ibi, homa
2 gium, & fidelitatem,ꝙ† differentia est inter homagium, & fidelitatem propter copulam, &, quæ con-
3 iungit diuersa. Est enim † homagium secundum
Io.And. idem ꝙ hominis ligium,quo homo homini ligatur. de forma qualiter præstetur, vide Spec.in
tit.de feu.§.2.post princ.& vide Io. Andr.& Hosti.
in.c.recollentes. de statu monach. Fidelitas autem
est, cum quis alteri specialiter iurat,ꝙ erit ille fidelis. & hoc iuramentum continet in se plura.de quibus vide.22.q.5.&.c.1.& in.c.ego.de iureiur.&.c.1.
qualiter vasal. iura. deb. in vsibus feud. ¶ Secundo
4 † not.secundum vnum intellectum, ꝙ pro beneficio spirituali potest constitui certa annua pensio de
reditibus alicuius dignitatis, vel ecclesiæ. & tale dicitur beneficium ecclesiasticum. Facit.c. conqrente.s̄.de cleri.nō resid.potest intelligi,ꝙ hic assignabatur beneficium ecclesiasticum, ex quo constituto
recipiebatur certa annua pensio. Primus tamen intellectus magis placet Abba. Hosti.& D.m.quia magis congruunt literæ.& ex prædictis patet.Nō obst.
c.1.§.si quis feudū.quib.mod.feu.amitta. ¶ Tertio
5 not.ꝙ † allegans turpitudinem suam audiendus est;
quando allegat ad finem vt desistat à peccato, vide
Bal.in.l.si creditorib⁹.C.de seruo;pign.dato.manu.
& aliquid per D.m.in.c.inter dilectos. de donatio.
6 Quarto not.ꝙ†infamantes ęquiparantur canibus la
7 trantibus,seu mordentibus. Vltimo not.ꝙ † de gratia facta per sedē Apostolicam, debet fieri fides per
literas.& dicit Archid.qd' de stylo curiæ est, vt non
possint probare per testes. de quo vide in proemio
lib.6.& dicam in.c.cum olim.ꝭ.de priuileg.¶ Glo.
1.sentit duas quæstiones, & soluit. in fine dic. Sed
contra glossam,& textum oppo.de c.cum clerici.ꝭ.
de verb.signi.33.dist.c.quanquam.de iureiur.c.ego.
N.&.s̄.de re iudic.c.cum inter.in quibus probatur,
8 ꝙ † clerici recipientes beneficia ecclesiastica possunt præstare iuramentum fidelitatis,& homagij,vt
c.grauem.de exces.prælat. Sol.Io.And. & sequuntur Doct. ꝙ iuramentum fidelitatis potest præstari,
sed non homagium. Non obst. d.c.grauem. quia
debet intelligi de homagio largè sumpto pro fidelitate, prout ibi dicit glo. & Docto. talem tamen
fidelitatem clericus non præstat Layco, nisi in casu
c.nimis.s̄.de iureiur. vnde dicit Inno. ꝙ fortè non
licet alicui clerico facere alicui hāc fidelitatem,nisi
pro sua ecclesia,& remittit ad not.in.c.fin.ꝭ.de reg.
iur. Principes tamen sęculares nonnunquam ipsam
fidelitatem à clericis suæ iurisdictionis extorquēt,
9 vt.c.petitio.s̄.de iureiur. ¶ Sed quæro † de ratione
diuersitatis, quare potest potius præstari iuramentū
fidelitatis pro beneficio ecclesiastico, quā homagij
Sol.dicit D.m.ꝙ ratio est; quia homaginm tenet cō
modum temporale; quia per ipsum quis efficitur
subditus, & vasallus alterius, & obligatur ad certa
seruitia, quæ pro spiritualibus consequendus non
debentur. & fortè hoc etiam voluit glo. dum dicit,
ꝙ hoc erat munus ab obsequio.In iuramento autem
fidelitatis quis solum promittit, ꝙ erit illi fidelis.
10 & †præstatur potius dignitati, quam personæ. Sed
contra prædicta oppo.nam ex prædictis videtur inferendum, ꝙ iste debebat absolui solum ab obligatione homagij, & non fidelitatis; tamen hic dicitur,
ꝙ fuit liberatus ab vtroq; Sol. dat̄ triplex per D.m.
Prima, ꝙ iste, Archid. intendebat litigare omninò
cōtra istum, vt esset sibi vasallus,& subditus; & ideò
in totum vitiatur obligatio. Facit.c.cum super. de
offi.deleg. Secunda solutio est, ꝙ propter dignita-
11 tem, & peccatum † Archidyaconi,ex eo,ꝙ recipiēdo homagium commisit symoniam, obligatio vi-
12 tiatur in totum. Tertia solutio est, ꝙ † iuramentū
fidelitatis est præstandum episcopo propter eminētiam dignitatis. Vltima solutio videtur non bona,
vnde ego arbitror, ꝙ vera solutio sit, ꝙ ex eo,ꝙ iste
remittit ipsos annuos redditus, & bn̄ficium ecclesiasticū,rōne cuius ipse se obligauit ad prędicta duo,ꝙ
pariformiter debet esse liberatus ab obligationibus
prædictis.Facit.l.si duos.ff.de contrah.empt.& ꝙ dixi in.c.quærelam.s̄.eo.Nec obstat si diceres,ꝙ huic
debuit dimitti beneficium;quia beneficium retinere non poterat pp commissam symoniam. Glo.in
verbo,diuinis. quærit de intellectu literæ.& sol.du-
13 pliciter.In si.dic,ſm Host.ꝙ dicit †diuinis,vt cōprehēdat regulas thologicas,& canonicas.simile in.c.1.
de inram.caln̄.& remittit ad no.in.c.pen.de ętate &
qual.quasi velit,ꝙ per verbū diuinis,comprehendat̄
ius diuinum,& canonicum; per verbum, humanis,
comprehendatur ius ciuile. Sed Abba.dicit,ꝙ non
meminit vbi sit istud ius humanum, si pro iure ciuili accipitur.Tu dic,ꝙ imo habetur in iuribus allegatis in glo.seq.licet in illis non dicat̄, ꝙ sit symonia;
tamen prohibent temporale dari pro spirituali.Vel
potest

poteſt dici, ꝙ habuit reſpectũ ad ius diuinum, ꝓut
eſt ius veteris, & noui teſtamenti; & ad ius humanũ,
prout eſt ius ſummorum Pontificum, vt in reg.fi. ĩ.
de reg.iur. Gl.in verſ.humanis. allegat iura quæ vide
14 Glo.in verſi.diſcreto.in fi.dic, vtrum† autem à pec-
cato ſit tutus ſacerdos qui imponit minorem pęnã,
ſeu pęnitentiam debito, vel minus debito exerceat
officium ſuum, vide glo.de pęniten.diſtin.1.in ſum-
ma. Gl.in verſ.infamia.ibidem.c.vlt.dic melius.15.
15 q.3.c.ſanè.In fi.gl dic, Sed quæro,†qualis ſit iſta in-
famia quæ inſurgit ex ſymonia, canonica, an verò iu
ris. Sol.D.m.dicit, ꝙ eſt infamia iuris; quia canoni-
ca incurrit ex quolibet mortali peccato, quo ſubla-
to tollit ipſa infamia.6.q.1.c.2.&.3. Vñ cũ iura lo-
quẽtia de ſymonia ſpecificè loquant de infamia, de-
bet intelligi de infamia iuris. probat in.d.c. ſanè ꝙ
16 † ęquiparat tale crimẽ cũ crimine lęſæ maieſtatis.&
hoc voluit glo.hic, dũ dicit, ꝙ non pôt tolli niſi per
Principẽ, & ſic ſi loqueret de canonica tolleret per
pñiam, vt hic in glo. Si verò loqueret de infamia fa-
cti, tolleret per factũ cõtrariũ, vt.2.q.3.§.hinc colli-
gitur. Sed infamia iuris tollitur per ſolũ principem,
vt.l.1.§.de qua.ff.de poſtul.&.c.cum te.& ibi dixi.ſ.
17 de reg.iur. Aduerte tñ, ꝙ † ſymoniac' infamiã iuris
vr ſolũ incurrere per ſñiam, nõ ipſo facto, ſm D. m.
quia iura loquunt per verbũ futuri tẽporis, & ſic re-
18 quiritur ſñia. Item quia hoc eſt † regulare in publi-
cis criminibus; vt quis nõ infamet niſi p ſñiam, vt.l.
1.ff.de his q not.infam.& reg. infamib'.de reg.iur.
19 lib.6.†Infamia vero canõica irrogat ante ſñiam. Itẽ
20 †infamia facti irrogat ex peccato publico. Facit in
ſimili.c.cũ dilectus.de ordi.cogni. Itẽ aduerte ad id
21 ꝙ dicit gl. ꝙ † cũ ſymoniaco nõ diſpenſat niſi Papa
ad bñficiũ eccleſiaſticũ; q̃a ſm Hoſti. & ad ſimplex
pôt etiã epũs diſpenſare, vt.c.penul.de elect. Sed di-
cit Io. An. ꝙ.d.c.nõ loquit in ſymoniaco, ſed in ſy-
monia. D.m.verò dicit, & benè, ꝙ neutrũ dictum eſt
verum; nã in ſymoniaco poteſt in beneficio ẽt cura-
to diſpenſare epiſcopus.1.q.1.c.fin.dummodo non
fiat ad illud in quo commiſſa eſt ſymonia; vel niſi
ſit epiſcopus qui commiſit ſymoniam, vt dixi in.c.
accuſatũ.ſ.eo.de qua materia vide D. m.in.c.de ſy-
22 moniacè.ĩ.eo. Sed contra; quia ſupra dixi, ꝙ† epi-
ſcopus non poteſt reſtituere famæ, vt dixi in.d.c.cũ
te. Sol.poſſet dici, ꝙ intelligitur de diſpenſatione,
quæ fit ante ſñiam latã in ſymonia; quia ſñia lata nõ
pôt reſtituere famæ; diſpenſando tñ in caſibus ſibi
à iure ꝑmiſsis, tollit infamia indirectè per quandã
conſequentiã, vt not.in.l.1.§.de qua.ff.de poſtul. vi
de D. m.in.c.at ſi clerici.§.de adulterijs.ſ.de iudi.

CAP. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis pro equo a nobili uiro recepto, non præſumi-
tur committere ſymoniam.*
2 *Symoniã, vt arbitrari quis poſſit an committatur per
munera, conſideranda ſunt qualitas dantis, & recipien
tis; qualitas, & quantitas muneris, & donationis tem-
pus, & alia de quibus etiam nu.12.&.17.*
3 *Conſecratio, et ordinatio non eſt ſymoniaca, licet ordina-
tori, aut conſecratori aliquid donetur, non tñ ex pacto.*
4 *Iudices parum curant de pauperibus.*
5 *Dubitare quis non debet, vbi dubium non eſt.*
6 *Conſcientiæ puritati non debet deeſſe iudicium rationis, et
conſcientia non regulata rõne, parit diſpendiũ ſalutis.*
7 *Diſcretio eſt mater omnium virtutum.*
8 *Conſcientia nimis ſcrupuloſa fugienda.*
9 *A iuramento licito abſtinere, vt faciũt fraticelli repre-
benenddum eſt.*
10 *Cardinalis aliquando dicitur nuntius, tamen ei datur of-
ficium legationis, honoris cauſa.*
11 *Palij traditio eſt quid ſpirituale, vnde pretium non de-
bet interuenire, nec in traditione, nec in acceptione.*
13 *In traditione ſpiritualium licitè res modici valoris poſ-
ſunt interuenire.*
14 *Vinum Campanum bonum, melius Hiſpanum, optimũ
vernacia quinq; terrarum litoris Orientalis Ianuæ.*
15 *Donum, & munus qualiter differant.*
16 *Symonia pro ſpirituali, etiam poſita petitiõe interuenit.*
18 *Cynicus quis dicitur, quaſi canis latrans, & mordens, &
Satyri appellãtur cynici, quaſi maledici, ſeu reprẽhẽſores.*
19 *Seneca reprẽhẽdit Alexãdrũ eo ꝙ donaſſet ciuitatẽ paupi.*
20 *Exceſſus, & defectus ſunt vitia.*
21 *In eleemoſina ſeruandus eſt modus.*
22 *Beatius eſt dare, quã accipere.*
23 *Donum quod facili manu datur gratius eſt, quam quòd
larga manu datur.*
24 *Papam iudicare de voluntate alterius, impoſſibile eſt.*
25 *Cor hominis imperſcrutabile.*
26 *Adminiſtrator, vel iudex nihil quamuis modicum debet
accipere, & acceptum debet reddere in quadruplum.*
27 *Arbitrarium eſt de iure cano. an, et quantũ accipi poſſit.*

1 Et ſi quęſtiones. †Cardi
nalis ꝓ
palafre
no, ideſt equo à nobili viro recepto, non pręſumit
cõmittere ſymoniã.h.d.ſm Abba. Vel ſic, & gñali'.
3 †Ad arbitrãdũ vtrũ per munera cõmitat ſymonia,
vel nõ, conſiderari debet qualitas dantis, & recipien
tis; qualitas, & quantitas numeris, & donationis tem
3 pus. Vel ſm Io. An. & melius.†Cõſecratio, vel ordi-
natio non eſt ſymonia; licet ẽt prius ordinatori, aut
conſecratori aliqd donatũ fuerit non ex pacto.h.d.
diuidit in quatuor partes. Primo cõmendat q̃rentẽ
de puritate conſcientię. & ſcrupuloſitatẽ curioſam
reprẽhendit. Secũdo narrat factũ, ibi, in hoc itaq;. Ter
tio, ſoluit q̃ſtionẽ, ibi, ſi ergò. Quarto, rñdet auctori
tati ex qua dubitatio inſurgebat, ibi, ꝙ aũt. Et in tex
tu ibi, fratris tui, dic, erat Rex Vngariæ ſm Hoſti. vt
apparet in regiſtro, & in tex. ibi, à diuite locuplete,
dic, ꝙ difficit hic gradus quartus; videlicet, qñ fieret
à paupere pauperi. ſed dic, ꝙ hoc fuit omiſſum, ſm
4 Hoſt. quia† iudices parũ curant de pauperibus.xj.q.
3.c.paup. Itẽ quia in hoc quarto gradu idẽ vr dicen
dum, ꝙ attẽdendę ſint alię qualitates.& in textu ibi,
ſcriptũ.dic, Iſaiæ.33.c.& hoc ideò dixi; quia munus
tripliciter dicit; à manu ſcilicet, lingua, & obſeqo.
5 ¶ Nota primo, ꝙ † quis nõ debet dubitare, aut dice
re ſe dubitare, vbi dubitandum non eſt. Facit.c.cum
contingat. de reſcrip. & c.ſi beneficia. & ibi notat
glo.de pręb.lib.6.33.diſt.c.habuiſſe.&.l.ancillæ.C.
de furt.ne qs iuſtè obiurget, vt cõtingit Labeoni in
6 l.Domitius labeo.ff de teſta. Secundo not. ꝙ†puri-
tati conſcientiæ non debet deeſſe iudicum rationis.
Conſcientia enim non regulata ratione, inducit di-
7 ſpendium ſalutis; debet ergo eſſe diſcreta. nam† di-

ſcretio eſt mater omnium virtutum. 1.q.5.c.præſen
tinm.&.c.1.de oſſi.cuſto.&.cle.paſtoralis. de re iu-
8 di.† nimis ergo ſcrupuloſa conſcientia reprehendẽ
da eſt, vt.c.non ſolum.de regula.lib. 6.& in pſalmo
dicitur, Trepidauerunt timore, vbi non erat timor.
Scrupuloſa enim conſcientia nullo ſubio corrobo-
rata debet amplecti; ſi tamen amplectatur ſine de-
claratione non eſt relaxanda; & ſic intellige illud, bo
narum mentium eſt vereri culpam vbi culpa nõ eſt.
9 Et ex prædictis not.cõtra iſtos fratricellos, qui † ab-
ſtinent à iuramento licito, tanq̃ à peccato, ꝙ in pe-
ritis reprehendendum eſt, vt.c.cum in re.s̄.de elect.
&.c.cum in iure.de offi.deleg. Et vt plurimum tales
nolunt ſpnere in eccleſia, vt faciebat Ciapellectus, &
poſtea non dubitarent, ſi reperirent ſuper altare, mil
le ducatos accipere. vide Iuuenalem ſatyra.2. Vltra
10 Sauromatas fugere hinc libet. Tertio not.ꝙ† Cardi-
nalis mittitur qñq; ad tradendum pallium Archie-
piſcopo; & tunc dicitur nuntius, vt.c.ſignificaſti. de
elect.ſed pro honore datur ſibi officium legationis,
quia Cardinales non mittunẽ de facili ad partes lon
11 ginquas ſine titulo legati. Quarto not.ꝙ † traditio
pallij eſt quid ſpirituale; vnde & dari debet, & ac-
cipi ſine ꝑtio, probatur.1.q.2.c.ſicut epiſcopum.&
12 100.diſt.c.nonit. Quinto not.ſingulariter, † quales
debeãt eſſe coniecturæ, vt præſumatur donatio gra-
tuita, vel non; debet enim conſiderari qualitas dan
tis, & accipientis; à diuite facilius præſumitur libe-
ra, q̃ à paupere. Item quantitas muneris; quia de faci-
li non præſumitur, ꝙ quis conferat, quæ ſunt magni
prætij, cum nemo præſumatur iactare ſuum, vt.c.ſup
hoc.de renuntia.&.l.cum de indebito. ff.de probat.
Item temporis qualitas; quia inſtante neceſsitate re
cipientis, facilius quis præſumitur donare. Ego ta-
men dum legerem.l.cum quid.ff ſi certum pet. quæ
lex ponit, an ſi quis dicit alicui, tolle hãc pecuniam,
præſumatur donatio, mutuum, vel depoſitum, tetigi
alias coniecturas, videlicet, an præceſsiſſent aliqua
merita, vel non, & qualia, & quanta eſſent merita. Itẽ
ſi adeſſent aliæ coniecturæ, vt dies natiuitatis Domi
ni, in quo ſolent donari pecuniæ. Item ſi alicui do-
mino nuntiatur victoria, vel natiuitas filij, vel ſimi.
Vel ſi eſſet mulier formoſa, & ſibi diceret, tolle hãc
pecuniam prout fecit quidam Gaſpar, qui vni mulie
ri dederat quinquaginta ducatos, & dubitabatur an
eſſet domũ. Interrogatus quid mihi videretur, iudi-
cio meo reſpondi, ꝙ mihi videbatur donatio, quia
quantitas erat parua reſpectu donationis. Item quia
fuit tradita ſimpliciter, nulla facta mentione nume-
rationis; illa tamen ex benignitate pecuniam reſti-
tuit. In dubio tamen potius præſumitur contractus
nõ gratuitus; quia nemo vt dixi; præſumitur iactare
ſuum, et dicit Bar.in.d.l.cum quid. ꝙ ſi teſtis dicit,
vidi pecuniã numerari, ſed neſcio an donauerit, vel
mutuauerit, ꝙ præſumitur magis mutuum; vide ibi-
dem, & Bal.& Cyn.in.l.2. C.de donatio.ante nupt.
Quid autem de promiſsione indiſcreta, an videatur
continere donationem, vide Io.de Imo.in.l.triticũ.
&.l.à Titio.ff.de verb.oblig. dixi in noſtra diſputa-
13 tione quæ incipit, vxorem. Vltimo not.ꝙ † in tra-
ditione ſpiritualium licitè poteſt interuenire enxe-
nium modici valoris; vt eſculenta, poculenta, & ſimi.
14 & ad prædicta dicit Io. And. ꝙ † bonum eſt vinum
Campanum, ſed melius Hiſpanum. Tu dic, ꝙ melius
omnium, & optimum eſt vernacia quinq; terrarum
literis Orientalis Iañ. ſed ab antiquis ſcriptoribus
prætermiſſum fuit; quia loca illa Baccho gratiſsima
nondum illis temporibus colebantur, nec eorum
fertilitas adhuc cognita fuerat; vide do. F. Petrarcã
in ſuo itinerario. ¶ In fine gl.1.dic, not. hanc gl. ſm
Hoſti. pro Doctoribus, quibus licet allegare retenta
ſubſtantia; licet ſub alia verborum forma, vt.c.intel-
ligentia.&.c.nihil.j̄.de verb.ſigni.&.l.ſcire leges.de
15 legib. ¶ Gl.4.ponit † differentiã inter donũ, & mu
nus; dic, vt in ea. In eadem ibi, munus ſpecies.dic, eſt
differentia; quia donum ſine cauſa, munus ex cauſa,
vt.l.ſi inter donum. allegata in glo. Item ſecundum
Hoſti. donũ exile, munus prætioſum. ſed hoc eſt cõ
tra multa iura. ff.&.C.de donatio. inter virũ, & vxo
rem. &.c.ſi.de donatio.inter.vir.& vxo. In eadẽ ibi,
quiſq; potens. dic hoc conſiderari, reſpectu doni fa
16 ciendi in alia cauſa quam ſpirituali; quia † pro ſpi-
rituali poſita petitione non euitaretur ſimonia, vt
17 j̄.eo.c.ex tuæ. Et aduerte quia † plura ponuntur
hic in glo. q̃ dicat tex. Et hoc voluit fortè tex. dum
dicit maximè tria, quaſi ſentiat qđ etiam alia ſunt
attendenda, vt ſcilicet conſuetudo accipientis, nam
ſi à clerico ordinando datur res modici ꝑtij ordina-
tori, qui ſine prætio non conſueuit ordinare iudica-
bitur ſimoniacum, quia attendenda eſt conſuetudo,
vt.c.illo vos.s̄.de pign.&.l. qui vmiſſende vſu. atten
denda etiã ſunt alia, vt dixi.s̄.in notabil.in ſim. ma-
18 teria. In eadem ibi, Cynicus.† dic, ſecundum Io. An.
ꝙ Cynicus dicitur, quaſi ribaldus. dicitur à Cynos,
ꝙ eſt canis; quaſi canis mordax, & latrator, vt.c.præ-
ced. Vnde & Satyri dicuntur etiam Cynici, quaſi re-
prehenſores. In fin.glo.dic, ꝙ in conferendis mune-
ribus, & ſicut in reliquis modus ſeruandus eſt. vnde
19 Seneca ad Lucil. lib.2.de benefi.† reprehendit Ale-
xandrum, ex eo, ꝙ cum donaſſet ciuitatem pauperi
eidem dicenti, Talem ciuitatem non conuenire hu
mili fortunæ ſuæ, reſpondit. Non quæro quid te ac-
cipere; ſed quid me dare oporteat; nam ſi illum non
20 decebat accipere, nec Alexandrum dare. † Ita enim
peccatur in exceſſu ſicut in defectu, vt.25.diſt.§.ali-
ter ea demum.41.diſt.c. non cogantur. Nam & in
21 † eleemoſina ſeruandus eſt modus. vnde magis pec-
cat quam mereatur, qui delicatos cibos parat pau-
peribus. vide bonum text.42.diſt.c.quieſcamus.86.
diſt.c.non ſatis.& Beatus Thomas 2.2.q.32.c.10.
¶ Glo.in verbo, ęquum. ſentit contrarium, & non
ſoluit in fin.dic, ꝙ ibi præceſsit pactum; & ideò non
conſideratur vilitas rei, vt.d.c.ex tuę.& ibi dicam.j̄.
eo. ¶ Glo in verſi.non petenti. colligit, infert, & ꝓ-
bat, ibi, Apoſtoli. dic, Actuũ Apoſtol. c.25.& po-
22 nit glo. in rubr.ff.commod.vbi dicit, ꝙ † beatius eſt
dare, quam accipere, quia dando placet, accipiendo
diſplicet. Vel beatius, ſcilicet ſalubrius eſt dare poſ-
ſe, quam mendicare. Vnde Seneca libro de benefi.
23 dicit, qđ † multo gratius eſt quod facili, quam qđ
plena manu donatur. ¶ Glo.in verſic. intentione.
24 primo ſentit contrarium, qđ fuit † impoſsibile, qđ
Papa iudicauerit de intentione alterius; & ſol. dein-
de infert ad deciſionem quęſt. à contrario ſenſu lite
ræ, & duos caſus excipit. In eadem ibi, cor hominis.
25 dic, vñ Ioſue, † Cor hominis impſcrutabile eſt. In fi.
glo.

glo.dic,sed contra textum,& glossam oppo.nam vi
26 deatur,ꝙ†nihil quamuis modicum, potest capi ab
administratore, iudice, vel superiore, vt.C.ad.l.Iul.
repet.& in.l.3.C.de asse. & auth.vt iudi.sine quoquo
suffra.§.si quis &.c.exigit.de censi. imo debet red-
di quadruplum.1.q.1.c.iubemus.&.c.commissio-
nis.vt dixi in.c.de hoc.s.eod.Sol. duplex datur.
¶ Prima,ꝙ contraria procedunt in exigente.hoc ve
rò.c.in spontè dante.Secunda.so.ꝙ contraria proce
dunt in habente salarium ex publico.hoc c.& simi-
lia iura,in non habente. & Hosti.dicit,ꝙ de iure ca-
nonico hoc erit arbitrariũ,an, & quãtum recipi pos
sit,dummodo non excedatur forma. c.statutum.§.
insuper.de rescript.libr.6.dic, vt trad. in.c.cum ab
omni.de vita & hone. cler. &.l.1.&.2. C.de pœna
iud.qui malè iud.

CAP. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Abbas,& maiores de conuentu, si pecuniam ex pacto pro receptione monachi habuerunt suspenduntur ab officio,& beneficio;et taliter recepto restituitur pecunia, & in aliud monasterium mittitur.*
2 *Ingressus monasterij est quid spiritualis.*
3 *Symonia committitur per solam conuentionem, vt detur aliquid temporale, pro spirituali.*
4 *Symonia non committitur sine conuentione.*
5 *Symonia committitur nedum à date, & recipiente; sed ět si datur ministris.*
6 *Abbas solus,& maiores ex delicto Abbatis, & monachorum puniuntur,non autem omnes. Quod tamen intellige, vt ibid.*
7 *Monachus per symoniã, non debet ibi morari, sed in arctiori monasterio mitti.*
8 *Symonia commißa in monachatu nõ vitiat monachatũ.*
9 *Pecuniam qui dedit pro monachatu,an sit monachus,an verò presbyter.*
10 *Ingressus licet vitietur, nõ tamen vitiatur monachatus.*
11 *Excommunicatus non impeditur monasterium ingredi.*

1 Veniens. † Abbas, & maiores de
conuentu, si pecuniam
ex pacto recipiunt pro
receptione monachi, ab officio, & beneficio suspẽ
duntur; & taliter recepto restituitur pecunia, & in
aliud monasterium mittitur. h. d. primo quære-
lam præsbyteri.Secundo dat iudicem,cui tria man-
dat. Tertia ibi, quoniam.& in textu ibi. 30.sol.dic,
secundum Io. And.fortè illos, de quibus conuene-
rat. & in textu postularunt.dic,& hoc obtinuerunt.
& ideò restitui mandatur secundũ Hosti.& Io.And.
2 ¶ Nota primo,ꝙ† ingressus monasterij est quid spi
rituale;& ideò pro ipso non debet exigi temporale.
3 Secundo not. ꝙ † per solam conuentionem vt de-
tur aliquid temporale pro spirituali cõmittitur sy-
monia; si postea spirituale recipitur, etiam posito,
qđ illud temporale non tradatur,seu conuentio nõ
seruetur; probatur in text.l.conuentione. ibi, facta
4 autem &c.& probatur.ĩ.eo.c.à nobis.†sine conuen
tione non committitur symonia, nisi ea intentione
recipiatur,quia tunc esset symonia mentalis. Tertio
5 not.ꝙ symonia committitur non solum à dante, vel
recipiente; sed ět si datur ministris,vel familiaribus,
6 vt dix.s.in rub.Quarto no. singulariter,ꝙ† ex deli-
cto abbatis,& monachorum non puniuntur oẽs,sed
abbas,& maiores. qđ intellige,qñ illud delictũ non
commisissent cõicato consilio;quia tunc puniren-
tur oẽs,vt.c.Romana.§.vniuersitatem.de sent.excõ.
lib.6.Item puniuntur illi qui interfuerunt,& potue
runt contradicere,& non contradixerunt,vt not.sin
gulariter Inno.in.c.1.s.de his,quæ fiunt à maio. par
7 te capit. Vltimo not.ꝙ † receptus in monachũ per
symoniam,non debet ibi morari, nec etiam stare in
seculo; sed arctius monasterium ingredi. Glo. fi.in-
fert, & oppo.& non sol. In fi.dic, not. singulariter
8 ex hac gl. ꝙ † symonia cõmissa in monachatu nõ vi
tiat monachatum.Non obst.contrariũm gl.quia pe
cunia non restituitur sibi vt illã habeat; sed vt detur
secundo monasterio. Card.Flo.dicit hic, ꝙ videtur
9 ꝓbari in prin.tex.ꝙ iste †non remaneat monachus;
quia Papa ipsum appellat p̃sbiterum ; non aũt mo-
nachum. Non obst.finis in quo mandatur, ꝙ intret
aliud monasterium;quia hoc potuit fieri ad pęnitẽ-
tiam peragendam.D.m.tenet,ꝙ remaneat monachus
per tex. dũ dicit, ꝙ debeat in habitu monastico de-
seruire; ergo non solum ad pęnitentiam.Itẽ non mã
datur vt fiat monachus;sed vt deseruiat in habitu;er
go remansit monachus.Item quia proprìè symonia
non committitur respectu monachatus; sed vt reci-
10 piatur ille,†licet ergo vitietur ingressus, non tñ vi-
tiatur monachatus,per quem quæritur quædam ob-
ligatio Deo.& ideò non debet impediri per factum
recipientis pecuniam,vt not.Io.An.in.d.c.fi.de cõ-
11 di. appo. Et in simi. videmus ꝙ†excommunicatio
non impedit monachatum, vt.c.cum illorum.ĩ.de
senten.excom.& sic habes casum singularem,secun-
dum eum,in quo symonia non vitiat actum.

CAP. XX.

SVMMARIVM.

1 *Ordinãdus præsentatori suo aliquid dans, symoniacus est.*
2 *Confeßio facta in foro pœnitentiali nõ nocet licet fiat episcopo,& Papæ.*
3 *Iudici, asserenti, vel neganti confeßionem non creditur.*
4 *Ecclesia in foro tantum pœnitentiali,non contentioso, iudicat de occultis.*
5 *Symonia committitur non solum dando pecuniam conferenti ordinem, sed & dando ministris.*
6 *Per clausulam moneas, & inducas non datur potestas præcisè compellendi.*
7 *Symoniacus per ingressum religionis non habilitatur ad exercendum receptum per symoniam.*
8 *Filio illegitimo incapaci potest pater relinquere si est ingreßus religionem.*
9 *Tex.inserti in decreto per Gratianũ nõ ꝓbãt, nisi vt ibi.*
10 *Pœnitentiæ sunt arbitrariæ.*
11 *Symonia mentalis sola intentione inducitur. Quæ sola pœnitentia absq; restitutione tollitur.*
Si vero interuenit pactum est vere symonia. Nec remittitur peccatum,nisi restituatur ablatum num. 12.
Quãdo aũt non interuenit pactũ,nec mẽs deprauata nulla est symonia in datione liberaliter facta remis.nu. 13. par.j.

Si dubium est, recurritur ad coniecturas.remis.nu.14.
15 *c.Ad aures de temp.ordin.limitatur duobus modis.*
16 *Regularis maiorem obedientiam prestare debet, cum abdicauerit à se velle, & nolle.*
17 *Prælatus regularis, licet possit impedire subditum suum ne ordinetur, ordinis tamen adepti exercitium prohibere nequaquam potest sine causa.*
18 *Turpius eicitur, quam non admittitur hospes.*
Multa impediuntur fienda, quæ iam facta impediri non possunt.num.19.
20 *Symoniacus in ordine est suspensus ipso iure.*
21 *Excommunicatus à iure, potest etiam excommunicari ab homine, ita & suspensus à iure.remis.*
22 *Pænitentia non debetur nisi pænitenti.*
23 *Pænitentia multos habet effectus.*

1 Ex tuæ. † Si ordinandus præsentatori suo aliqd dedit, simoniae9, est. non tamen deponitur, si
est occultum.h.d.secunda ibi, vnde.Nota primo, q
2 † quis non potest damnari ex confessione facta in
foro penitentiali, etiam si sit facta episcopo, vel Papæ; quia tunc etiam Papa scit vt Deus; non vt homo, vt.c.si sacerdos.de offi.ordi.& not.in.c.dilect9.
de exces.præla.Item posset intelligi tex. quando cō
3 fessio esset facta in præsentia solius iudicis; quia † iudici asserenti confessionem, vel negationem nō creditur.6.q.2.c.si tātum.&.c.placuit. Et ex prædictis,
4 & ex textu habes, q † ecclesia in foro contentioso
non iudicat de occultis; sed solum in penitentiali.
5 Secundo not.q † symonia committitur non solum
si datur pecunia conferenti ordinem, sed etiam si da
6 tur ministris, vt.c.1.s.eo.Tertio not. qd † per hanc
clausulā, moneas, & inducas.non datˉ potestas cōpellendi præcisè, vt probatur in.c.1.de testib. cogen.
7 Quarto.not.q † per ingressum religionis, symoniacus non habilitatur ad exercendum receptū per symoniā; quia licet per ingressum religionis tollatur
peccatum cōtractum sine vitio ingredientis, vt.c.1.
de fil. psby. non tamen tollitur delictum contractū
per eum, vt not.in.c.2. de aposta. & hoc etiam videtur voluisse gl.in.l.Deo nobis.C.de episco. & cle,
vbi videtur velle, q non tollatur ingratitudo commissa per filium in patrem. Guil.tamen ibi tenet cōtrarium, & facit qd ipse not.in.l.1.C.de sacrosanct.
8 eccle.vbi vult, q † filio illegitimo incapaci pōt pater relinquere si est ingressus in monasterium. Facit
d.c.1.facit etiam tex. in auth.de mona. in princ. &
hoc etiam tenet D.m.in.c.testimonium. de testi.per
c.penul.19.q.fin.vbi tex.vult, q tollatur ingratitudo. Sed posset dici, q.d.c.penul.non videtur probate probatione præcisa, nisi ostenderetur libellum
nouellarum, vnde fuit sumpta illa auctoritas, fuisse
9 approbatum; quia † text. inserti per Gratianum in
decreto non probant; nisi aliter de se probarent. Facit q not.Io.And.in.c.2.de rescrip. Vltimo not. ex
10 fine q † penitentiæ sunt arbitrariæ.ad idem.c.mensuram.de penit.dist.1.¶ Glo.fi.colligit, probat per
simile, oppo.& sol.In eadem ibi, sola intētio.dic, se-
11 cundum Host. q † sola intentio non inducit symoniam conuentionalē; sed mentalem, q̄ per solā penitentiā tollitur absq; restitutione, vt.c.penul.ī.eo.
12 Aut † interuenit pactum, & est symonia, nec dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatū.s.eo.de hoc.
13 Aut † non interuenit pactum nec mens deprauata;
sed aliquid liberaliter concessum est, & nō est symo
14 nia, vt.c.præced.Aut † sumus in dubio, & tunc recurrendum est ad coniecturas, & paucitas muneris est
vna coniectura, q non sit commissa symonia, vt.ī.
d.c.& si quæstiones. ¶ Glo.2.in princ. est literalis.
15 demum op. & sol.In fi.dic, ex hac glo. not. † duas
limitationes singulares ad.c.ad aures.de temp.ordi.
Prima, q illud procedit in regularibus; tex. noster
in secularibus, Inn.tamen in.d.c.ad aures.dubitat, an
superior secularis possit prohibere; nihil tamen firmat. sed dictum glo. placet hic D.m.per tex. 6.q.2.
c.si tantum.&.c.placuit.& facit.c.ex tenore. de tēp.
16 ordin.& ratio differentiæ est; quia † regularis maiorem obedientiam debet, cum abdicauerit à se velle,
& nolle.12.q.1.nollo.&.c.non dicatis. Secunda li-
17 mitatio est, q † licet prælatis regularis possit impedire subditum ne ordinetur, vt ibi; tamen sine causa
non potest impedire executionem ordinis adepti;
18 & ratio est, quia † Turpius eijcitur, quam non admittitur hospes, vt.c.quemadmodum. de iureiuran,
19 & quia † multa impediūt fienda, quæ nō impediunt
iam facta. s.qui clerici.c. rursus. & de cleri. egro.c.
20 1.&.2.¶ In fi.glo.in vers.coercere.dic, q † symoniacus in ordine, est suspensus ipso iure.32.distin.c.verum. Non obst.hoc.c.& similia. quia loquuntur de
correctione facti. Vel potest intelligi de suspensio-
21 ne facta ab homine; quia † sicut excōmunicatus à iure, potest ab homine excōmunicari, vt dixi in.c.ita
quorundam.ī.de Iudeis.Ita & suspensus à iure; & vide quę dixi in.c.accusatum.s.eod.Glo. fi.oppo.qd
22 † penitentia non debetur nisi pœnitenti; & allegat
iura, & sol.In fi.dic, secundum Hosti.q talis pœnitentia est potius monitoria, & consultoria; q salu-
23 tifera ad vitam ęternam; † habet tamen multos effectus de quibus in.§.fi.de penit.dist.3.dicam post gl.
in.c.qd quidam.ī.de penit.& remis.

CAP. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia non debet exigi pro exercendo ministerio ecclesiastico.& nu.2.*
3 *Ministerij, & misterij differentia.*
4 *Sacramenta vnde.*
5 *Symonia non solum cōmittitur in institutione beneficij, sed etiam si fit, vt quis deseruiat in ecclesia vt vicarius.*
6 *Pecunia p chrismate, aut pro ipso liquore exigi nō debet.*
7 *Exigere quid.*

1 Ad nostram. † Pro ministerio ecclesiastico exercēdo,
siue pro vicarijs assignandis, seu pro chrismate nullaten9 debet exigi pecunia.h.d. ¶ Noto primo regu
2 lā gńalē, † q pro exercēdo ecclesiastico ministerio,
non debet exigi pecunia; minus ergo p ipso myste-
3 rio, vt.c.nō satis.s.eo.Et no.† differentiā inter mini
steriū, & mysteriū.Ministeriū dicitˉ officium admini
strandi sacramēti; mysteriū verò ipsum sacramētū;
4 qa virtutē habet secretā. Vñ † sacramentum, quasi
sacræ

facræ tei signum.1.q.1.c. multi. & hanc differentiã
ponit tex. in.c.cum in cunctis.§.infetiota. de elect.
trad.in.c.1.de vita & honest.cleri. Secundo not.ibi
5 pro vicarijs,q† non solum committitur symonia in
institutione beneficij; sed etiam si fit vt quis deser-
uiat vt vicarius in ecclesia, bonus tex.in.c.licet.J.de
6 pęn. Tertio not.ibi,pro chrismate q†pro chrisma-
te concedendo, aut pro ipso liquore non debet exi-
gi pecunia, dixi in.c.ea quæ.S.eod. Vltimo not.ibi,
7 exigatis. q in talibus tãtum prohibetur † exactio;
quod verbum denotat ab inuito extorquere; vnde si
aliquid spontè offertur, non est symonia, vt dixi in
c.1.S.eo.Glo.dat concordantias,& benè.

CAP. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Dispensari potest cum symoniacè ordinato non tamen sy-
moniaco.*
2 *Questioni in genere formatæ certum rñsum dari non pôt.*
3 *Ex mutatione facti etiam breuissima, totũ ius mutatur.*
4 *A primordio tituli posterior formatur euentus.*
5 *Consultatio licet incerta, & generalis sit; tñ per certam
casuum possibiliũ distinctionẽ, certa tradi debet rñsio.*
6 *Symoniacè receptus non semper est symoniacus. Et ibi di-
stinguitur, qui sint symoniaci, & qui non.*
7 *Papa solus cum symoniaco dispensat; & ibi plures ponun
tur species symoniacorum.*
8 *Nemo debet alterius odio grauari.*
9 *Symoniacus in ordine prohibitur ministrare in quolibet
ordine.*
Fallit tñ si eo ignotante est commissa symonia. vt ibi.
*Non potest tamen promoueri ad maiores nisi dispensetur,
aliàs videretur promotus per saltum.num.10.*
11 *Symoniacus in beneficio potest dispensare, et ibi distinctio
nes variæ ponuntur.*
12 *Episcopus in dignitate nunquam dispensat.*
13 *Cum confesso spontè mitius agitur, quã cũ conuincto.*
14 *Symoniacus, & de symonia damnatus est infamis infa-
mia iuris, & cum eo Episcopus non dispensat nisi in cer-
tis casibus, vt ibi.*
15 *Episcopo non permittitur dispensatio in illo casu, in quo
quis commissit symoniam.*
16 *Episcopus in dignitate, vel beneficio curato ignoranter
etiam symoniacè acquisito non dispensat ad illud idem
sine noua vacatione.*
*An autem potest aliud beneficiũ obtinere, ex quo in cul-
pa nõ est.nu.17. Qđ tñ intellige de simplicibus bñficijs.*
*In beneficio verò simplici si spontè renuntiat, potest Epi-
scopus dispensare ad illudmet. Distingue tñ vt ibid.*
*Episcopus in casibus in quibus potest dispensare, intelli-
gendum est dũmodo ipse non sit, qui contulerit symoniã.*

1 De symoniace. † Cũ sy-
moniacè
ordina-
to; qui, symoniacus non est, dispensari pôt.h.d.No.
2 primo, q † qstioni in genere formatæ non pôt dari
certum rñsum; nisi deueniatur ad casum specificũ.
nã ex facto ius oritur, vt hic, & facit.l.si ex plagis.§.
in cliuo.ff.ad.l.Aquil.&.l.1.§.1.ff.ad Turpil. &.l.1.
3 in fi.ff.de exce. doli.†ex breuissima enim facti muta
tiõe, totũ ius mutat.ff.de excu.tu.l.si is. &.ff.de le.3,
l.hoc legatũ.&.l.fi ff.de cõtrahẽ.emp.cũ simil.vñ di
4 cimus q† à primordio tituli posterior format euen
tus,vt.l.1.C.de imponẽ. lucra. descrip.&.l cũ filius.
§.hęres.de.leg.2.&.l.si fili°.2.&.l.fi.C.ad Maced. Et
5 prędicta no.pro†proponendis causis in postulatio-
nibus,hoc est in aduocationibus fiendis,& pro con-
silijs;vt coneris,licet incerta,vel gñalis sit cõsultatio
per certã distinctionẽ casuũ possibilium, certũ tra-
dere responsum; licet Papa hoc non fecerit. Secũdo
6 not.†q non sequit,iste est symoniacè receptus; er-
go est symoniacus. vñ dic, q quidã sunt symoniacè
ordinati, non tñ sunt symoniaci; vt puta, si eis igno
rantibus data fuit pecunia pro ordine. Quidã verò
sunt symoniaci,aut symonicè ordinati;quia ipsis cõ
scijs pecunia data fuit. Quidã & tertio sunt symo-
niaci, & non symoniacè ordinati; vt puta, si fuit com
missa symonia solũ in bñficio,& nõ in ordine, vel si
dedit pecuniã pro alio ordinãdo,aut recepit. ¶ Gl.
vnica senrit duas op. & sol.& remittit. In eadẽ in fi.
dic,vt habeas plenè, & ordinatè hunc articulũ dispẽ
sationis in symonia, distingue ſm D. m.q aut fuit
cõmissa symonia in ordine,aut in bñficio. Primo ca
su,aut fuit cõmissa p eum, eo scienter consentien-
7 te tacitè,vel expressè.& † solus Papa dispensat, sed
nõ de facili.1.q.1.erga.&.J.eo.c.pẽ. Aut eo ignorã
te; & ratum non habente; & tunc ſm Laur. Tanc. &
Host.hic,& Io.Cald.in.c.post translationẽ.de renũ.
distingue, q aut delictum est manifestũ. & solus Pa-
pa dispensat,arg.c.ex tuæ.S.eo. Aut occultum, & ẽt
epũs dispensat. & idẽ cum igorante. per tex. nostrũ
qui simpliciter permittit dispensationem;ergò vide
tur episcopũ posse dispensare,arg.not.per Inno. in
c.dilectus.S.de temp.ot.probatur. 1.q.5.c.psentiũ.
vbi cum ignoranter symoniaco,qui postea sciens cõ
fitetur se ordinatũ per symoniã. & sic per consequẽs
non est delictum occultum dispensat epũs. Facit.J.
eo.c.de regularibus.Itẽ facit; quia iste non est symo
8 niacus,nec est in culpa,†nec debet alterius odio gra
uari,vt in reg.non debet.de reg.iur.lib.6. Non ob.
c.ex tuæ.S.eo. vbi vr̃ fieri differentia inter occultũ,
& manifestũ;quia ille tex.loquit in symoniaco,cum
quo solus Papa dispensat,vt ibi dixi.Itẽ illa differen
tia fit ibi ad aliũ finẽ,scilicet,ad hoc vt videat an pos
sit coerceri,vel prohiberi ab ordinis executione. Et
9 aduerte, quia † symoniacus in ordine non solum,p-
hibetur in illo ordine ministrare; sed in alijs etiam
1.q.1.c.reperiuntur.32.distin.c.verũ.sed si eo igno-
rante commissa est symonia solum est suspensus ab
10 illo, in quo fuit commissa.† Ad maiores vero nõ po
test promoueri,nisi dispenset; quia aliàs videret ,p-
motus per saltũ.52.dist.c.1.ſm Inno.& Io.And.hic
11 Secundo casu princ.qñ symonia fuit cõmissa in †be
neficio,distingue,q aut est curatũ,seu dignitas, aut
simplex. Primo casu, Io. Cal.i.d.c.post trãslationẽ.
distinguit,q aut iste fuit sciẽs,aut ignorans. si sciẽs,
& spontè renuntiat beneficio potest episcopus cum
eo dispenrare,vt habeat aliam ecclesiam. Item po-
test dispẽsare, vt habeat in illa ecclesia beneficiũ sim
plex,vt in illo ministret. probatur.1.q.5.in fi.Inno.
12 tñ hic videtur velle, q † in dignitate nunq̃ dispen-
sat episcopus, cum symoniaco, sed malè quia cõtra
d.c.1.vbi ,phibetur dispensatio in dignitate, seu ec-
clesia empta; secus ergo in alia. Si verò nõ renũriat,

sed expectat sententiam condemnatoriam. D.m. dicit se putare, q episcopus nō dispenset ēt ad aliud beneficium, per.c.oobis.ꝟ.eo.vbi tex.dicit, q talis non potest aliquam dispensationem habere. Facit etiam tex.in.d.c.1.1.q.5.vbi pmittitur dispensatio cum tali, si omninò dimiserit beneficium spontè; secus si sententiam expectauit. Et potest esse duplex ra
13 tio; prima, quia † cum spontè confesso mitius agitur, quam cum conuicto. 12.q.1.c.oolo.dixi.s.eo.
14 c.de hoc. Item† damnatus de symonia efficitur infamis, infamia iuris. & cum infame oon dispensat episcopus nisi in casibus exptessis in.c. cum te.de re iudi.& hoc facit pro opi.glo.pē.io.c.ex diligenti.s.eo.& contra id qđ ibi dicit D.m. Si verò symonia est commissa eo ignorante, distingue, q aut pecunia fuit data eo prohibente, seu in ipsius odium; puta à maleuolis suis; & non nocet sibi, vt.ꝟ.eo.c.nobis. & c.sicut. aut fuit data ab amicis suis; & tunc si spontè renuntiat, potest dispensari per episcopum, & ēt ex magna misericordia, si expectabit sententiam, secundum Host.& Cald. ex euidenti tamen vtilitate ecclesiæ. sed hoc ita simpliciter dictum non placet D. me.quia videtur contra.c.pē.de elect. in ver. quamuis.vbi tex.venit aduersatiuè ad præcedentia, & permittit dispensare in simplici beneficio, etiam quando spontè renuntiauit ergò à contrario secus videtur dicendum, vbi beneficium non est simplex, vel non spontè renuntiauit. pro quo etiam allegat tex.
15 in.d.c.1.in fi.1.q.5.vbi† non permittitur dispensatio episcopo, vt quis habeat illa dignitatem in qua commissa est symonia. Item facit quod not.in.d.c. cum dilectus.de tempo.ord.per Archi.in.c.licet ca-
16 non.de elect.lib.6.concludit ergo D.m.q† in dignitate, vel beneficio curato symoniacè aquisito etiam ignoranter, non dispensat episcopus ad illud idem
17 sine noua vacatiōe.† Alia verò bñficia pōt habere sine dispensatione, ex quo non fuit in culpa, vt.d.c. præsentium. vbi permittitur dispensatio dumtaxat
18 in simplici beneficio. Si† verò beneficium est simplex, & spontè renuntiat, potest episcopus etiam ad illud dispensare, vt.d.ver.quamuis. sed si non renuntiat spōtè, vel eo sciēte cōmissa est symonia; nō admittit dispensatio per episcopū, nisi ex euidēti vtilitate ecclesiæ, secundum Hosti.& Cald. sed non placet D.m.q dicit de scientia; quia ver. quamuis.permittit dispensationem in simplici duobus concurrentibus; scilicet, q spontè renuntiauerit, & q eo ignorante fuerit commissa symonia. secus si sciēter, vel si expectauit sententiam; quia non efficitur infamis per talem sententiam. Vel dic, q si distulit renuntiare donec fuerit certioratus de symonia, cum non posit dici in culpa dispensatur per episcopum; secus si certior factus de symonia, expectauit, sententiam, vt.c.si beneficia.de præben.lib.6. Item aduer-
19 te; † quia in omnibus casibus in quibus dixi episcopum posse dispensare, debes limitare; nisi sit episcopus qui commisit symooiam.

CAP. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Contradicens electo, qui postea propter pecuniam sibi de voluntate electi datam desistit à contradictione, si electus postea cōfirmatur est symoniacus, & tenetur beneficio renuntiare.*
2 *Sacerdos detegere potest peccatorem sibi confessum in pœnitentia, consentiente peccatore.*
3 *Pecuniam dans, pro habenda voce necessaria in electione, vel non, symoniacus est.*
4 *Voluntas turbata non excusat peccatum.*
5 *Sęculi huius breuis est fructus, & futuri ęternum supplicium.*
6 *Pecunia si datur contradicentib⁹ de facto, nō cōmittitur symonia.*
7 *Consilij verbum materiæ necessitanti iunctum, necessitatem, non consilium importat.*

1 Mattheus. † Si contradicens electo propter pecuniam postea de voluntate electi sibi traditā à contradictione destitit, electus postea confirmatus, symooiacus est, & tenetur beneficio renuntiare.h.d.communis diuisio.
2 Secunda ibi, quia igitur. Not.primo, q † sacerdos pōt detegere peccatorē sibi confessum in pęnitentia consentiente peccatore. Nā iste Cardinalis hoc sciuerat in pęnitentia; & ideò debet intelligi, q ex voluntate peccatoris detexerit. Nec ob.c.omnis vtriusq; sexus.ꝟ.de pęnit.& remis. Sed nunc insurgit dubium notab. Quid si confessus in tormentis delictum, quod non poterat aliter per officialem sciri, vel probari, an esset verum, vel non.& dubitabat illum condemnare, timens ne potius dolore tormentorum, quam ex alia causa esset confessus; an si dicat talis confessus officiali, Mittite pro tali sacerdote, cui confessus fui hoc delictum in pęnitentia, an sacerdotis illo volente in casu prædicto, debeat patefacere; & q non debeat, facit; quia efficeretur irregularis illo postea ad mortem condemnato, q autē debeat, facit ipse tex. & quia debet succurrere veritati. Cogitabis; quia nunc venit in mentem; & fortè dicam in.d.c.omnis. Secundo not. quòd † datio
3 pecuniæ pro habenda voce alicuius electoris, etiam non necessaria, quia post factam electionem, seu vt non contradicatur electioni, committitur symonia, forti⁹ ergò ꝓ habēda voce necessaria. Tertio nota,
4 quòd † voluntas turbata in peccato, non excusat peccatum, & potest in tex.nostro figurari exemplū; quia amico consulenti de tali contradictore, dixi, maledicatur ipse, da sibi pecuniam, vt sit secum in perditionem; vel fortè turbatus dixi amico, fac, qđ tibi videtur. Vltimo oota istum tex. in fi. qui alle-
5 gatur quotidiè, & ratio est; quia † istius seculi breuis est fructus; sed futuri ęternum supplicium. Glo. 2.sentit contrarium in tex. & sol.& concludit, & cō clusionem limita. In eadem ibi, & ita ius contradicendi habuerit, dic, ista gloi videtur velle limitare tex.vt habeat locum in contradictione iuridica, non
6 de facto, quasi dicat, q † si datur pecunia contradicentibus de facto, non committitur symonia; quia hoc casu electus videretur potius redimere vexationem, quam symoniam committere, vt.c.dilectus.ꝟ. eo.Inno.tenet contrarium; quia vbicunq; ante confirmationem datur pecunia, committitur symonia. & idem tenet* communiter Doct. & latius dicam in.d.c. Cōis op.

in.d.c.dilectus.In fi.glo.in verſi.conſulis.dic,not.ex
7 glo.quòd verbum conſilij,ſi iungitur materiæ neceſ
ſitanti,potius eſt neceſsitatis, quam conſilij. vide gl.
in cle.exiui de paradiſo.verſi.fi.

CAP. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Pretium pro abſolutione exigi non debet. & nu.4.quòd intellige vt ibi.*
2 *Debitor creditori non ſatisfaciens in actione perſonali ad petitionem creditoris excommunicatur.*
3 *Abſolutio poſt ſatisfactionem excommunicatis neceſſaria; ſuſpenſis vero non.*
5 *Excommunicatus, ſtatuto vel conſuetudine cauente, vt ſoluat quolibet menſe. 10. ſolid. an illi poſſint ſolui pro abſolutione obtinenda.*
6 *Vexato an liceat aliquid dare vexãti, ne vexetur remiſſ.*

1 Ad aures. Pro† abſolutione excõ
municati nõ debet exi
gi prætiũ.hoc dicit.pri
mo ponit̃ q̃rela.ſecũdo iudicis datio.ſecũda ibi,quo
2 niam igitur.¶ Not.primo,quòd† debitor non ſatis
faciens creditori poteſt excommunicari ad petitio
nem creditoris, & hoc fit communiter in perſonali
actione.de quo in.c. Odoardus. de ſolutio. in reali
verò fit miſsio in poſſeſsionem,vt.c.tuæ.vt lite nõ cõ
3 teſta.Secundo not.q† excommunicatus donec ſatis
fecerit,non eſt abſolutus ipſo facto licet ſatisfaciat;
ſed requiritur abſolutio;licet in ſuſpenſo donec ſa-
tisfaciat,nõ ſit neceſſaria abſolutio facta ſatisfactio
ne.ſed ſufficit ſola declaratio, ſecundum Inno.in.c.
bonæ.ſup.de ætat.& qualit. tenet glo. in ver.donec.
in clemen.1.de deci.Pau.tamen ibi tenet contrariũ.
de quo dic,vt ibi latiſsimè dixi.¶ Gl.1. in verbo ab
4 ſolutionis.in prin.quærit de ratione,†quare pro ab-
ſolutione nõ ſit danda pecunia,& ſoluit.deinde for-
mat aliam quæſtionem, & ſoluit. & declarat quid iu
ris in intereſſe partis,& iudicis. In eadem ibi, vexa-
tionem ſuam redimat.dic,Goff.& Inno. tenent con
trarium,videlicet, quòd ꝓ abſolutione non debeat
dari aliquid temporale; ſed debeat haberi recurſus
ad ſuperiorem, vt.c.nullus. de iure patro.& probat
text.noſter,vt ſtatim dicam in.c.ſeq.in glo.3. Idẽ te
nent Ala.Vinc.Philip & Ioan.And. quando non im
mineret aliquod periculum; ſecus ſi immineret peri
culum ex dilatione abſolutionis;vt puta;quia ſperat
eligi,vel finitur aduerſus eum præſcriptio, niſi cele-
riter agat,vel eſt alia cauſa indigens celeritate, quæ
opi.mihi placet vt magis æqua.In eadem ibi,refun-
dere debet.de hoc etiam in text.in.c. venerabilibus.
5 de ſentẽ.excom.lib.6.In.fi.gl.dic.Sed quæro† quid
ſi cauetur ſtatuto;vel conſuetudine,vt eſt in Francia
ſecundum Hoſt.quòd excommunicatus ſoluat decẽ
ſolidos quolibet menſe, quo ad ſteterit excõicatus,
vtrũ poſſint ſolui ꝓ abſolutione obtinẽda.Sol.Hoſt.
dicit q ſic;quia hoc caſu exiguntur ꝓ cõtumacia,nõ
ꝓ abſolutione;& ita dicit poſſe intelligi, q dicitur
de emẽdis,ſeu pęnis,de quibus in.c.dilectus.de offi.
ordi.&.c.ex parte.de verb.ſignifi.trad. in.c.1.de iu-
di.aliqui tamen dicunt, quòd petens abſolutionem
debet gratis abſolui,& demum cogi ſatisfacere, ſe-
cundum conſuetudinem,vel ſtatutum,vt.c.ad Apo-
ſtolicam.infra eo.dixi in.c.ſicut olim.ſupra de accu.
6 †An autẽ vexato liceat aliquid dare, ne vexetur, di
cam in.c.dilectus.ĩ.eo.

CAP. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Monachi per Symoniam recepti ſi ſunt ſymoniaci in arctiora monaſteria transferuntur. & num.2.*
3 *Intermiſſione ſine quid dicatur fieri.*
4 *Dictio ſemper aſſiduè indeſinenter, & die noctuq; & continuè quid importent.*
5 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum ſymoniaco ignoranter recepto poſt renuntiationem.*
Idem eſt in prælatis inferioribus exemptis. num.6. vbi tamen ponitur differentia.
7 *Ceſſio debet fieri in manu prælati.quòd intellige vt ibi.*

1 De regularibus. † Mo-
nachi
per ſy
moniam recepti,ſi ſunt ſymoniaci,in arctiora mona
ſteria transferuntur; alias poſt renunciationẽ in eiſ-
dem.vel alijs monaſterijs eiuſdem ordinis poterunt
collocari.hoc dicit.Primo narratur conſultatio.Se-
cundo bimembris reſpõſio.ibi,vnde cum.Noto pri
2 mo,quòd† ſymoniacus,& ſymoniacè receptus nõ ſo
lum eijcitur ab illò loco,ſed etiam debet agere pœ-
nitentiam de peccato, & debet in ſolitudine & in
arctius monaſterium includi.de quo latius. ĩ. in. c.
Quoniam.Secundo no.ibi,ſine intermiſsione.quòd
3 †illud dicitur fieri ſine intermiſsione;quòd fit horis
debitis;vt tenent Hoſti.& Ioan.Andr.vt.c. fi. de fri-
gid.&.c.nunquam.de conſe.diſt.5. & tamen illi tex.
loquuntur in alijs terminis.Tu vide glo.22.diſtinct.
c.ſacroſanta. quòd facit ad ſaluanda dicta teſtium,
qui dixerunt, quòd viderunt talem poſſidere tanto
tpe ſine intermiſsione, vel officialẽ tenuiſſe familiã
4 ſine intermiſsione.†Et idem dicendum de dictione,
ſemp; quia debet intelligi horis debitis.31.diſtin.c.
ſi laicus.&.c.ſacerdotibus.&.c.tenere.&.1.diſtinc. c.
ſi quis.Idem etiam de dictione,aſsiduè,vt dicit Ioã.
And.in proemio decre.&.d.Dom.in proemio.6. &
eſt tex.c.fi.de offi archipręsby.& glo.in.c.2.eo. tit.
idem de dictione indeſinenter.36.diſtinct.c. ſi quis.
Idem de dictione,die,noctuq;.gloſſ.21.q.3.hi,qui.
Idem de hac dictione, nunquam ceſſet ſic facere.de
conſecra.diſt.5.c.nunquam.Et idem de dictione,cõ
tinuè.& vide ad prædicta quæ dicit Barto.in.l. ſi ita.
5 ff.de conditio.& demonſt. Vltimo not.quòd † epi-
ſcopus poteſt diſpenſare cum ſymoniaco ignorãter
recepto poſt renuntiationem.Et pondera tex.qui ni
hil dicit an fuerit ſymoniacus occultus, vel maniſe-
ſtus.& ſic facit pro opi.D.m.contra Ioan.And.in.c.
de ſymoniacè.ſ.eo.titu.¶ Glo.3. in ver.demittant.
quærit,& arguit ad partem negatiuam. & ſolu. In ea
6 dem ibi,dic,quòd epiſcopi.dic,† idem in inferiori-
bus prælatis exemptis,argu.c.cum venerabilis. ſ.de
conſue. &. c.fi. de renun. ſecundum Hoſt.in hoc ta-
men eſt differentia;quia epiſcopi non poſſunt niſi in
mani-

manibus Papę;sed exempti possunt in manibus legati, vt. c. si Abbatem. de elect. lib.6. In eadem ibi,nihilominus cedant.dic,secundum Tanc.quòd imo recurrendum est ad superiorem superioris,vt supra,de regul.c.licet.§.si verò.&.ꝟ.de iure patro.c. nullus.& facit.c.præced.interim tamen debet abstinere a bonis ecclesiæ,secundum Inno.Host.& Ioã.And.In fi. glo.dic,not.ex hac glo.quæ ampliat materiam.c.admonet.&.c.quòd in dubijs.ꝟ.de renun. quæ iura volunt,quòd† cessio debeat fieri in manu prælati; quo
7 niam vult hæc glo.quòd illa habeant locum etiam si beneficium per symoniam,vel aliter iniustè obtinetur; quòd intellige, quando præcedit titulus per quem prima fronte videtur contractum matrimonium spirituale.

CAP. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Renuntians præbenda,quam fuerat per symoniam ignorãter adeptus,si postea de nouo assumatur ad eam , nil potest ex prima receptione habere.*

2 *Beneficio simplici ad quod symoniacè ignoranter fuerat assumptus renuntiãs,potest de nouo ex dispensatione ad illud assumi,nihil vendicando ex prima receptione . & num.6.*

3 *Minori. 14. ann. potest concedi præbenda qua requirat obsequij assiduitatem, secus si requireret consilij maturitatem.*

4 *Licet quis fuerit adeptus et ignoranter beneficium symoniacè,non tamen potest illud retinere.*

5 *Canonicus etiam non interueniente auctoritate superioris,potest renuntiare canonicatui in manibus capituli.*

7 *Vitiosa causa non accedit non vitiosæ, nec ècontra.*

8 *Ignorans symoniacè promotus an debeat puniri , nec ne.*

9 *Actio extincta non reuiuiscit.*

1 Ex insinuatione. † Renuntians præbendæ, quam fuerat per symoniam ignoranter adeptus;si postea de nouo assumatur ad illam,nõ potest ex prima receptione aliquid sibi vendicare. h.d.

2 Vel sic,& melius. † Renuntians beneficio simplici, ad quod per symoniam ignorãter fuerat assumptus, potest ex dispensatione in eadem vacatione de nouo ad illud assumi; nihil tamen ex prima receptione vendicabit.h.d.primo consultatio, secundo responsio ibi, respõdemus.Et in tex.ibi obtineres.&.ꝟ.dic sub isto infra antiquitus continebãtur hæc verba,cæterum quia a nobis humiliter requisisti, vtrum iuxta priorem receptionem valeas recuperare &c. secun-

3 dum Ioan.And.¶ Not.primo,† quòd minori.14.annis potest concedi præbenda, quæ requirit obsequij assiduitatem;secus autem si loqueremur de præbenda quę requireret consilij maturitatem; qnia illa nõ potest concedi puero,vt.c.indecorũ.de ętate & qualit.Ad illam quæ requirit obsequij assiduitatem excedens infantiam est idoneus,cum possit præbere obsequium,ratione ordinis.quem obtinet.Facit. c. vel non est compos.de tempo.ord.nam talis potest ordinari ad minores , vt probatur.28. dist.c.de his. &

77.dist.c.in singulis.& c quicunq. Secundo nota, q

4 † licet quis fuerit adeptus beneficiũ symoniacè ipso ignorante,non tamen potest illud retinere, concor

5 dat c.seq.Tertio not.quòd† canonicus potest renuntiare canonicatui in manibus capituli,etiam non interueniẽte superioris auctoritate.& hoc dicit Inno. procedere fortè in odium symonię,vel quia electio, & confirmatio spectabat ad capitulum ; quia si electio spectaret ad capitulum , & confirmatio ad episcopum ; tunc renuntiatio deberet fieri in manibus vtriusq;.19.distin.c.statuimus.ar.l.sicut.C.de act.&

6 oblig.Quarto nota,q† symonia cõmissa promoto ignorante non impedit quominus ex dispensatione episcopi etiam in eadem vacatione beneficij, possit symoniacè promotus data renuntiatione, illud obtinere,quòd intellige in beneficio simplici ; secus in electiuo,vt.c.sæpe.de quo dixi in.c. de symo-

7 niacè.ꝟ.co.Vltimo not.quòd† vitiosa causa non accedit non vitiosæ,nec ècontra.ff.de acqui.poss.l. Põponius §.fin.secundum Ioan. Andr. & Vinc. In fine glo.2.dic , quòd episcopus non posset dispensare ad illud,ad aliud posset,vt dixi.ꝟ.Gloss.in ver,resigna-

8 sti.oppo.quòd† iste non debeat puniri cum non sua culpa fuerit commissa symonia,& sol.In fi.glo. dic, item secundum Host.potest esse ratio,vt occurratur fraudibus;quia de facili interponeretur alius qui daret pecuniam.46.dist.c.sicut.vel secũdũ D.m.quòd iste propriè nõ punitur facto alterius,cogitur enim relaxare; quia ex quo fuit facta prouisio symoniaca, fuit acquisitum sibi ius vitiosum;& ideò talis prouisio debet retractari.Facit.c.seq.& quod ibi not.glo. Glo.4.in versi.clegerunt.sentit.2.opp. & sol. In eadem ibi,capitulum.dic,hoc fortè posset cõcedi simplici beneficio,cum capitulum est exemptum secundum Host.qui tamen concludit, quòd sibi plus pla-

9 cet quod sequitur in gl.¶ Glo.fi.arguit,quòd† actio extincta non reuiuiscit, & in sequenti arguit in contrarium,& remittit.In eadem ibi.l.liber homo. dic. ff.de decur.l.2.§.1.In eadem ibi,inter P.dic , ad idẽ facit.c.transmissa.eo.titu.In fi.gloss.dic,quòd ibi iurisdictio non erat extincta;sed suspensa ratione grauaminis,& appellationis ; & ideò cessante grauamine,& per consequens appellatione tollitur suspensio.hic verò per renuntiationem primum ius erat extinctum;sed fortius in contrarium facit. l.si chorus. §.fi.ff.de leg.3.de quo dic,vt ibi.

CAP. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Electio symoniaca est cassanda si propter hoc pecunia fuit promissa electoribus,quamuis electus ignoret,nisi factum sit in fraudem electi. Et cum electo per symonia vicium non dispensat episcopus.*

2 *Pecuniam vni tantum dans efficit electionem symoniacã.*

3 *Pecunia si vni tantum datur inficitur tota electio quod est mirabile.*

4 *Excommunicatus vnus interueniens electioni si ignoranter admissus sit,non vitiat totum actum.*

Fraus , & dolus quo pacto probetur. ibidem.

5 *Electio symoniaca in fraudem eius qui sperabatur eligi non vitiat electionem.*

6 *Episco-*

6 *Episcopus non dispensat cum electo per symoniam. quòd intellige, vt ibi.*
7 *Fraus, & prauitas aliorum non debent nocere illi qui aliàs debebat eligi. quòd declara vt ibi, vsque in finem.*
8 *Preces non inducunt symoniam.*

1 Nobis. † Electio symoniaca est cassanda, si propter hoc pecunia fuit promissa electoribus, quãuis electus ignoret; nisi factum sit in fraudem electi. Et cum electo reprobato per symoniæ vicium, non dispensat episcopus. h.d. primo bimembris consultatio. Secundo duplex respõsio. secunda, ibi; quia igitur. & secundum ibi, ad vltimum. & sub isto. &. §. dic, in quo continebatur secunda consultatio ad quã respondet; ibi; ad vltimum. ¶ Noto primo, quòd † electio dicitur symoniaca non solum si datur, vel promittitur multis pecunia; sed etiam si datur vni tantum. Et no. quòd † si datur vni, inficitur tota electio. quod videtur mirabile, secundum D.m. quia † interuentus vnius excommunicati ad electionem ignorãter admissi, non vitiat totum actum, vt.c.fi.de ,pcur. not.in.c.illa.de elect. sed põt esse ratio iudicio meo; quia actus vnius excommunicati non attribuitur in solidum electioni; sed actus symoniaci attribuitur in solidum electioni. ¶ Secundo not. † casum singularem, in quo nõ vitiatur electio per symoniam facta; si symonia fuit commissa in fraudem, vel odium illius, qui sperabatur eligi. Fraus autem probatur ex coniecturis, vt puta si illi erãt inimici, vel si erãt amici, prout videtur velle tex. noster. dic, quòd apparenter, non existenter secundum Ioan. And. & de probatione fraudis, & doli, qui probantur ex coniecturis, vide in. c. 2. de renun. lib. 6. & .l. dolum . C. de dolo, vel potest dici, quòd tex. appellat istos amicos ironice. Vltimo not. quòd † episcopus non potest dispensare cum electo per symoniam, quòd intelligitur secundum quosdam, nisi instante necessitate. 1.q.5.c. præsentium. Alij dicunt, quòd illud.c. corrigitur per istud. dic vt dixi, in.c. symoniacè. §. eo. tim. In glo. 1. ibi, noceret. dic, quamuis fuisset data frauduléter, secundum Alã. & Vinc. ¶ Glo. 2. colligit ex tex. a contrario, & illud coadiuuat per tria iura. & tenet cõtrarium per duos canones. In eadem ibi. §. vltimo. dic, vbi hoc videtur expressum. † non enim debet nocere prauitas, & factum alterius, postquam illi erant aliàs illum electuri. sicut dicimus in † prece, quæ non inducit symoniã vbi eligendus aliàs erat idoneus. de quo. in.c. tuam. §. de æta. & quali. & hoc probat hic Goff. per plura iura hic allegata. sed sequentem opi. glo. in versi. verius est. tenet Vinc. & Host. in.c. tãta. §. eo. & dicit, q Io. And. hic tenet secundam opi. quia intentio, quòd deberet eligere non potest probari, nisi p ipsum, cui est data pecunia. & sic deponeret vnus, & criminosus, & in facto proprio, & q a de facili posset dicere, qui accepit pecuniam, quòd erat aliàs electurus, nisi diceres, quòd imo posset probari per alios quibus dixerat se velle illum eligere. sed hoc non sufficit secundum Ioan. And. quia tunc falsum dicebat. Facit c. auditis. §. de elect. vel etiã si vere dixisset, potuit mutare opi. sed vt dicit Ioan. And. conclude, q si pecunia fuit data alteri, quam electori; tũc aut fuit data per episcopum, qui sperabatur eligi; & vitiatur electio, & si recipientes aliàs erant electuri eum. Facit. c. ad aures. §. eo. & .c. seq. Aut fuit data per alium; & tunc sit vera prima opi. quia cessant rationes, & absurditates Ioan. And. In fi. gl. fi. dic, vt dixi in.c. de symoniacè. §. eo.

CAP. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Pecuniam dans prælato ne ipsum in iure suo de facto molestet, illam repetit, si prælatus non stat promissis.*
2 *Prælatus pro iure quæsito conseruãdo pecuniam dare potest, nec committitur symonia.*
3 *Absolutionem iniustè deneganti potest licitè dari aliquid, vt obtineatur. remiss.*
4 *Iudicij euentus incertus est.*
5 *Spirituale ius vt quæratur, nil potest dari, sed pro quæsito conseruando sic. & nu. seq. vbi distinguit.*
Et quid in temporalibus & an recipiens teneatur restituere nu. 6.
7 *Pecuniam dans laico non habenti ius in electione, eam tamen impedienti, non videtur symoniam committere.*
8 *Datum, ne aliquid per calumniam fiat, potest repeti vsque; ad quadruplum, licet recipiens seruet fidem. quòd tamẽ procedit, vt ibi.*

Dilectus filius R.

1 Dans pecuniam prælato, ne ipsum in iure suo de facto molestet illam repetit, si prælatus non seruat promissa. h.d. secundum vnum intellectum, inhærendo literæ. Vel generalius secundum alium. dans pecuniam ne in iure suo de facto turbetur, potest illã repetere. h.d. primo ponit querelam, secundo dat iudicem. ibi, ideoq;. Noto primo, quòd † prælatus pro 2 iure quæsito conseruãdo põt dare pecuniã, ne iniustè molestet. & nõ est symonia ex parte dãtis cũ possit repetere, vt dicitur hic in prin. glo. quia si induceret symoniã, nõ posset repetere, vt.l.3. ff. de condict. ob turpem cau. & in regula in pari, de reg. iur. lib. 6. ¶ Gl. 1. colligit, q ex eo qd restituit pecunia &c. deinde distinguit, q aut vexãs hẽt ius, aut nõ. & in casu secundo ponit duas opi. & vltimã approbat. deinde oppo. de.c. decimas. & sol. tãdẽ infert ad q. q̃ sol. distinguẽdo. In eadẽ ibi, q dat, i. nullũ acqrit, sed dat, vt ius acquisitũ retineat. dic, hæc gl. sequit opin. quã 3 posuit in.c. ad aures. §. eo. videlicet, q † p absolutione iniustè denegata, possit licitè aliquid dari; dic, vt dixi in.d.c. ad aures. In eadẽ ibi, si vero iuste. dic, sed 4 qualiter poterit hoc sciri, cum † euẽtus iudicij incertus sit, vt.l.q debet. ff. de pec. §. de re. iur. c. cũ inter. C. de iudi. l. rẽ nõ nouã. &. l. 1. C. qñ imperator. vñ dicũt Host. & Io. An. q recurrẽdũ est ad cõsciẽtiã. §. eo. p tuas. 2. &. §. de acc. c. qualiter. In. fi. gl. dic fm 5 Host. q † pro iure spũali quærẽdo nõ licet aliqd dare; sed pro q̃sito cõseruãdo licet. D.m. dicit latius, q 6 in † tpalibus licet redimere vexatione ẽt pro iure q̃rẽdo, & q̃sito cõseruãdo; sed recipiẽs tenet restituere, vt.l. 1. &. l. generaliter. ff. de calũ. &. l. 4. ff. de condic. ob turpẽ cau. In spũalibus verò dic, q aut quæritur de iure quærendo, seu de eo qd restat ad ius iam acquisi-

18 C.de susp.tut.quæ vult, ꝙ † tutor pendente iudicio de suspecto debeat abstinere ab administratione;qa prælatus habet pinguius ius in prælatura, q̃ tutor in
19 tutela,vt sæpius dixi. ¶ Octauo not.ꝙ† quo ad effectum suspendendi prælatum ab administratione,ratione suspitionis, sufficit probare dilapidationem ex solis coniecturis, & est speciale in hoc crīe suspitionis,maximè quia non est magni præiudicij;regulariter verò probationes debent esse luce clariores.
20 2.q.8.c.sciant.&.l.fi.C.de ꝓba. ¶ Nono not.†vnū modum probandi, & per quem conuincitur prælatus de suspitione dilapidationis; videlicet,probādo ꝙ ecclesia erat diues,& nunc est pauper; seu ꝙ ecclesia non erat onerata debitis,& nunc est. Nec secundum Doct.excusaretur prælatus,qui diceret,ꝙ prætextu magnæ nobilitatis suæ fecisset expensas; quia expensæ sunt faciendæ fm facultates, & ita in administratione rerum pupilli consulitur tutori, vt.l.ius alimētorum §.in amplis.ff.vbi pup.edu.deb.¶ De-
21 cimo not.ibi,quasi de dilapidatione, ꝙ†ex consumptione rerum mobilium non dicitur propriè dilapi
22 datio,sed quasi dilapidatio. †propriè autem dilapidatio,est alienatio immobilium,vt.ff.de re.eo.&.C.
23 de præd.mino.per tot.¶ Vndecimo not.ꝙ † in crīe læsæ maiestatis admittuntur testes indifferenter etiā criminosi,dummodo non inimici.simile in crimine hæresis,fauore fidei,vt.c.filij.de hæreti.in fi. ¶ Duodecimo not.ꝙ licet crimen symoniæ, & læsæ maiestatis æquiparentur quò ad quędam, tamen in multis differunt. Et not.bonum modum tollēdi argm̄ à simili,videlicet,probando dissimilitudinem eius.de
24 quo quæritur. ¶ Vltimo not. ꝙ † facilius repellitur testis,q̃ accusator,& facilius iudex,q̃ testis . & ratio est,ratione maioris præiudicij, quia magnum præiudicium est in iudice,maius in teste, & magnum in accusatore.Et ideò ex leuissima causa accusatur iudex, de quo dic,vt dixi in.c.postremò.de appel. & vide q̃ dixi in.c.qualiter, & quando.2.in.5.q.prin.§.de accu.vbi formaliter iste tex. habetur pro magna parte.In fi.glo.super verbo notorijs, dic,ꝙ prædicta ꝓcedunt in notorijs facti permanentis.vide qđ tradit in iuribus in glo.allegat. vt dixi in.c.euidentia.§.de accu. In glo. in ver.inscriptio.dic,hæc glo.quærit,
25 an†in accusatione requiratur monitio, & sol.ꝙ nō, & limitat, & prosequitur quosdam casus,in quibus requiritur monitio,& in quibus non requiritur. In eadem ibi,de crimine ciuiliter.dic,hoc verum,quando ageretur ad commodum publicum per viam cuiusdam,quasi denuntiationis, vt scilicet prelatus remoueatur ab administratione, vt hic, iuncto.c.seq. in fi.de quo dic,vt dixi in.c.2.§.de accus. secus si ad priuatum commodum,arg.c.tuę.§.de procu. In ea. ibi,de sen.excom.c.sacro.dic de hoc,vt ibi dicam.&

huic glo.circa materiam monitionis, quasi similem habes.2.q.7.c.accusatio quoque. &.12.q.2.c.indignè.&.1.q.3.c.ex multis. In eadem ibi,in pecunia-
26 rijs causis.dic,secundum Io. And.ꝙ†etiam quādoq; in pecuniarijs non solum ex vrbanitate, sed ex necessitate requiritur monitio ; videlicet,quando dies non est apposita;quia tunc necessaria est interpellatio ad constituendum debitorem in mora,per.l.debitores.C.de pign. Tu verò distingue fm Inno.do. Ant.& Io.de Imo.in.c.significantes.de pig.&.D.m. hic,ꝙ aut dies non est apposita, & requiritur interpellatio, vt debitor constituatur in mora, vt statim
27 dixi.Probatur in.l.si ex legati.ff.de verbo.obl. Et†si creditor faceret citari debitorē in iudicio ante mōnitionem,teneretur ad expensas,& ad omne interesse, quòd singulariter not. qđ intellige illo confitente debitum.Hæc tamen interpellatio in iudicio constituit istum in mora;vt ipsi confitenti debitum,possit fieri præceptum de soluendo,fm formam.l.debitori.ff.de iudi.Aut dies est apposita obligationi,& so-
28 lutioni ab homine,vel tacitè inest à lege; & tunc†si actor,& reus sunt eiusdem fori, tenetur reus offerre sine alia interpellatione,vt.l.magnam. C.de cōtrah. & commit.stip.& dicit hic.D.m.ꝙ putat,ꝙ hoc casu reus citatus ad iudicium post euentum diei,teneatur ad expensas,& ad omne interesse actoris; qđ intellige,& si in prima citatione fuit confessus,quo ad id,qđ dixi in.d.c.2.§.de accusa.in fi Si verò sunt diuersi fori,seu domicilij,non tenetur ire reus ad formam actoris, sed actor debet ire ad reum,& ipsum interpellare , iuxta not. in.l.item illa. in princ.ff.de constit.pec. qđ intellige nisi aliter conuenerit inter partes.quæ notabis perpetuò. ¶ Glo.in versi.iudex, colligit,contra quod opponit dupliciter. primū nō soluit,& secundum sic.In ea.ibi,denuntiationis. dic
29 .s.euangelicæ,quę fit solum ad pniam.In fi.dic,idem Vinc.& Doct. quando litigatur cum iudice ratione suspitionis,vel iurisdictionis,vt.c.cum speciali.§.de appel.&.c.statutum.§.de rescrip.¶ Glo.in ver.iudicij formam . colligit,& declarat,qualiter iudex debet formare sententiam,secundum modum agendi. Deinde signat tria contraria . primum, & vltimum non soluit.de secundo remittit . In eadem,ibi.c.ex parte.dic,ꝙ Papa hic suppleuit ex officio. Vel dic, ꝙ ibi sic fuerat petitum,secundum alios. ex quo nō apparet quid petitum esset. In fi.glo.dic,aduerte,vt
30 intelligas hoc vltimum contrarium; quia†si vēditur res vitiosa vitio latenti contra venditorem duplex datur actio,videlicet,redhibitoria,& quanto minoris.Redhibitoria facit retractare emptionem in totum. Quanto minoris facit, vt restituatur totum illud pretium,qđ fuit solutum vltra iustum pretium, attento vitio si appareret.vnde in.l bouem . alleg.in glo.dicitur,ꝙ si emptor egit quanto minoris,iudex potest super redhibitoria sniare, quando res vendita nihil valet. & ideò totum pretium restituit, & sic habet snia effectum redhibitorię,cum totum ꝑtium sit superfluum. Et aduerte,quia licet in.c.qualiter.2. de accusa.ego promiserim me hic dicturum, qualiter sententia debeat esse conformis libello, tamen hic omittam ne sim prolixior. Aduerte tamen ad
31 vnum,quia†iudex sententiādo potest excedere modum petitionis,si sit Papa, vel habens supremam potestatem

testatem.not. Spec. in tit.de actio. & petitio. §.superest.versic.sed nunquid. & seq.& idem in arbitratore, secūdum Doct. in.c.constitutus. ꝫ.de reli.domi. &.c.nisi.ꝫ.de præb.tradit Bart. in.l.cum Aquiliana.ff.de transactio.& do.Ant.hic. Glo.in versi. ex officio nostro. quærit de quo officio loquitur text. deinde colligit opinionem,& solutionē. In fi.dic, sed aduerte; quia contra glosam facit; quia sicut ille repulsus fuit ex eo, quia præsumebatur inimicus; quia productus fuerat in testē, vel accusauerat, vt.d.
32 c.cum P. ita videtur dicendum in † denuntiatione, cum ex ea etiam videatur oriri inimicitia.do. Anto.
33 dicit,quòd fortè aliud est in denuntiatione; qa † illa fit ad correctionem; & accusatio ad pœnam; vnde regulariter prouocari non debet denuntiatus. Sed dicit D.m. quòd hoc non consideratur, an quis ad inimicitiam rationabiliter fuerit motus,vel non; sed an inimicitia subsit, vel non. de quo in.c.repellantur.&.c.meminimus.ꝫ.de accusa. dixi latius.sed denuntiatus communiter mouetur ad inimicitiam; igitur &c. Facit quòd not.in.c.primo,de testib.lib.
34 6. & quòd etiam dicimus de † aduocato, & procuratore causæ principalis qui non sunt idonei testes in appellatione; licet in illa non sint aduocatus, vel procurator,vt.c.fin.de testib.lib.6. item quia possent isti denuntiatores timere prælatum; si remaneret in administratione, arg. 16.q.2.c.primi. Facit quòd not. Inno. in.c.cum I. & A. ꝫ.de re iudic. vbi
35 vult, quòd etiam † ille qui conspirauit in bonum contra prælatum, non sit idoneus testis. vnde potes soluere aliter, secundum D.m. qđ Papa à principio admisit omnes testes, reseruando disputationem post publicationē. simile in.c.præsentium. de testi. lib.6.sed in fine talem exceptionem admisit, dum admisit exceptionem inimicitiæ. & hoc etiam sentit hic Io. And. ¶ Glo. in ver.de dilapidatione. in princip.sentit contrarium, ꝙ sit dandus coadiutor. quòd fatetur in casu suo. demum format.2.q.& sol. In eadem,ibi, interim dum cognoscitur de dilapidatione. dic, hæc glo. videtur contra tex. nostrum; tā in eo ꝙ dicit, ꝙ pendente iudicio de suspecto interdicitur denuntiato potestas alienandi, quam in eo qđ dicit; ꝙ datur coadiutor. nam ibi nihil dicitur de coadiutore, probata suspicione; licet non
36 plenè. Item † antequam probetur suspicio, saltem per coniecturas, non dicitur, ꝙ suspendatur, vel interdicatur potestas alienandi; sed potes dicere, qđ fortè glo.habuit respectum potius ad iura,quæ allegat,quam ad tex. nostrum; quia in hoc articulo vario modo loquitur, vt dicam. & ideò Doct. hic, & in alijs locis in hoc artic. variè loquuntur.Hosti.hic
37 dicit, qđ † si euidenter constat de suspicione dilapidationis,vel Papæ hoc visum fuerit suspenditur ab
38 administratione; quia † ad hoc sufficit leuis suspicio, secundum Inno. ff.de soln. l.quòd si fortè. Sola tamē pendentia accusationis, vel inquisitionis de suspecto non sufficit sine alia probatione, vt remoueatur. Et not.etiam hic Hosti.ꝙ ad inquisitionem pceditur per solam infamiam dilapidationis; licet non sit suspectus; sed non ad remotionem administrationis; & potest esse ratio,vt dicit hic Inno. quia maior suspicio requiritur, vt remoueatur ab administratione,quam ad inquisitionem. Item vult
39 Hosti.ꝙ † si propter administrationem impediretur inquisitio, suspenditur ab administratione, & alius subrogatur.3.q.2.c.quia. arg.l.eum quem. C.de suspec.tu.&.c.olim.ꝫ.de accus.& ita dicit intelligenda,no.in.c.venerabili.de offi.deleg.finaliter Host.videtur concludere, ꝙ si super dilapidatione fuerint duæ inquisitiones, vna summaria, in qua discutitur an sit suspectus de dilapidatione,quo cognito suspēditur ab administratione; & sit secunda inquisitio super veritate.ideò autem prima inquisitio fit summariè; quia timetur ne is contra quem est inquirendū, postea super veritate corrumpat officiales,vel subditos;& si perseueraret, impediat inquisitionem super veritate.& ideò suspendit ab administratione, cum apparet suspectus in dicta summaria cognitiōe,arg.
40 c.quia ea.3.q.2.secundum Gof.sicut & aliàs, † quandoq; propter pendentiam sit sequestratio possessionis,vt.l.impetratores.ff.de appel.2.q.6.c.quoties.Et sacerdos suspenditur ab executione ordinis.ꝫ.eo.c, accusatum.&.c.quoties.ꝫ.de purg cano.c.inter. solitudines.& sufficit,ꝙ fiat probatio per coniecturas
41 in hoc summario iudicio,vt dixi.ꝫ.in.9.not. & † fit suspensio ab administratione temporalium;non aūt à spiritualibus. vnde prelatus remanet, vt.d.c.venerabili.& in spiritualibus potest administrare, vt ibi, &.12.q.2.c.nobis.&.c. Volateranæ.8.q.4.c.nonne. 15.q.fin.vt lite pend.per to.secundū Gof.ꝙ intelligit Io.And.nisi etiam timeretur de malitia,aut impedimento ratione potestatis administrandi spiritualia; vt quia astringeret canonicos,monachos,vel alios clericos,qui veritatem sciunt, ne deponerent contra eum,vel alio modo corrumperet,vel minaretur,vt.ꝫ.de testi.c.tā literis.&.c.constitutis. in prin. & ideò in dicto casu posset suspendi, & ab administratione spiritualium. Facit.c.tāta.ꝫ. de exces.prela. & maximè;quia si remaneret prælatus,adhuc pos
42 sent subditi iustè timere,cum † ipsius iudicio, & voluntate possint supprimi, & exaltari. Facit.16.q.2. c.visis.& quòd no.in.c.olim. &.c.cum P.ꝫ.de accus.
43 † facta verò dicta inquisitiōe summaria super suspicione, fiet inquisitio super veritate, non summariè; sed plenariè. & cum constiterit de dilapidatione,ex toto remouetur ab administratione , & priuabitur prælatura,vt.c.qualiter.2.ꝫ.de accus.non tamen remouebitur ab ordine, ex quo ciuiliter agebatur, Dicit tū Hosti. ꝙ non habebit ordinis executionem, cum per sententiam remaneat infamatus, ꝙ procedit quando per dolum,vt hic dicit glo. & statim dicam.Itē quia eius delictū est effectū notoriū iuris,vt
44 c.vestra.&.c.fi.ꝫ.de cohabi.cle.& mulie.sed † noto-
45 riè criminosus nō celebrat,vt.c.fi.ꝫ.de tēp.ordi.† Si verò veritas dilapidationis nō probaretur ; tunc indicetur purgatio, vt not. in.c.cum P.&.c.veniēs.ꝫ. de accu.& in hoc residet hic Io.An. &.do. Ant. Alij volūt,ꝙ.c.vobis. &.c.Volateranæ. &.c.quia ea. sint hodiè correcta per iura noua. Sed aduerte; quia per pdicta non vident tolli contraria.ꝫ.formata.Archi. in.d.c.Volateranæ.cōcludit, ꝙ in coacta inqsitione sup dilapidatiōe interdicit ois potestas alienandi, per.c.fi.ꝫ.de accu.& postea procedit sup suspiciōe; & si constiterit de ea, daē coadiutor,vt no.in.c.venerabili.ꝫ.de offi. deleg. & fiet inqsitio super veritate, qua probata remouebitur in totum ab administra-

 tione.

tione. Idem tamen Archi.aliter videtur loqui,& mi
nus benè,in.d.c.quia ea.& dicit D.m.hic, ꝙ etiã cõ
tra prædic.opi. Archi.facit tex.noster; quia hic non
fuit datus coadiutor, nec à princ. interdicta pote-
stas alienandi. Sed aduerte, ad id qđ de interdicta
46 potestate alienandi dixi, nã vt nosti, feci tibi† lon-
gam differentiam, vtrum quæramus, an sit interdicta
potestas alienandi propter pendentiam iudicij, an
administrandi & in primo casu tenui, ꝙ sit interdi-
cta ipso iure, per tex.in.d.c.fi.de quo dic, vt ibi dixi.
& coniunge cum his quæ ibi dicuntur. Et aduerte ad
articulum nostrum; quia tanta varietas est, vt dixi,
ꝓpter tex.in hoc variè loquentes. nã tex. quia ea.3.
q.2.&.12.q.2.c.vobis.&.c.Volateranæ.vident velle,
ꝙ remoueaƚ ab administratione tẽporalium. Tex.in
c.venerabili.s̄.de offi.deleg.vult, ꝙ deƚ coadiutor.
Tex.in.c.fi.videtur velle, ꝙ interdicaƚ alienatio.tex.
vero noster, ꝙ suspendatur ab administratione. Vñ
D.m.dicit, difficile esse posse reducere ad concor-
diam hos tex.nisi suppleatur. Vnde pro concordia,
dic, propter varios modos procedendi traditos à iu
47 re, ꝙ † hæc materia est relinquẽda arbitrio iudicis, q
arbitrabitur quam viam velit eligere, vel debeat, vt
not.in simili.in.c. frequenter.in fi s̄.vt lite non cõ-
test. vnde considerata qualitate denuntiantium, &
denuntiati, seu inquisiti, alijsq; circunstantijs, quã-
doq; interdicet potestatem alienandi, vt factum fuit
in.d.c.fi.de acc. Item quandoq; suspendet ab admi-
stratione, vt hic; quandoq; verò dabit coadiutorem,
vt.d.c.venerabili. & de potestate vtriusq;, quando
48 esset datus coadiutor, dic, vt Oldra.consi.44.† pro-
Cõis opi. bata tamẽ veritate dilapidationis, *communis om-
nium est sententia, & benè, ꝙ remoueatur ab admi-
49 nistratione, vt.s̄.dictum est. Aduerte; quia† in hoc
crimine dilapidationis tria sunt specialia, secun-
dum Io.An. Primum, ꝙ absens condemnatur etiam
lite non contestata, vt.l.ne din. C.de pœnis. contra
not.s̄.vt lite non contest.per to. Secundum, ꝙ ad-
mittitur probatio suspicionis per solas coniecturas,
vt inquisitus suspendatur ab administratione, vt hic,
contra tit.vt lit. pend. & contra.c.sciant cuncti.2.q.
7.Tertium, ꝙ quilibet auditur accusans. non enim
debet gaudere priuilegio, qui suos contubernales
affligit, vt.l.1.C. vbi de cri. agi. op. Aduerte; quia
primo sunt admittendi illi quorum interest.16.q.
7.c.filijs. 2.q.4.c.qua propter.12.q.2.c. non liceat.
& de hoc vltimo vide glo. in.d.c.quia ea. In eadem
glo.ibi, infamis efficitur.dic, idem dicit glo.in.d.c.
quia ea.3.q.2.& ex hoc sequitur, ꝙ iste taliter infa-
matus non habeat ordinis exequutionem, vt dixi, se
50 cundum Hosti.quia† infamia nõ solum impedit ho
noris acquisitionem; sed etiam adimit acquisitum,
vt trad. in reg.infamibus. de reg. iur. libr.6. & ideò
ea cautela est, ꝙ iste renuntiet ante sententiam, ꝓut
hic fecit iste Abbas. &.c.seq.in fi. Facit quòd not.
Bar.in.l.si reus.ff.de procur. vbi dat consilium, qđ
51 † qui potest soluere, si dubitat condemnari senten-
tia infamante, debet prius soluere, vt inde absolua-
tur. In fi.gl.dic, glo.in.d c.qđ sicut.s̄.de elect. duas
52 ponit opi.quidam tenent, ꝙ † si prælatus promittit
seruare ecclesiã indemnẽ, euadat pęnam illius tex.&
idem tenet glo.12.q.2.c.apostolicos. & videtur te-
nere glo.17.q.4.c.1.& hanc opi tenet. Tanc. & Phil.

& Archi.in.d.c.ea, quæ.&.d.c. Volteranæ. per.c.de
Syracusanæ.27.distin. Contrarium tenet Bernar.in
d.c.quòd sicut.& Gof. hic,& Io.An.& Hosti.& *cõ Cõis op.
muniter Moderniores.& tenet glo.in.d.c.quia ea. &
d.c.quòd sicut. qui tex. non obstat quia loquitur, ꝙ
ęquanimiter potest tolerari; & sic procedit ex tole-
rantia, & quasi ex quadam dispensatione; & sic po-
test responderi ad.c.si quis qualibet. 12.q.2. Non
obst.c.de Syracusanæ.quia ibi non apparebat de di-
lapidatione; sed timebatur futura; & ideò prouide-
tur per præstationem cautionis secundum Goff. &
hoc maximè procedit in episcopo, qui iurauit non
alienare; quia alienando efficitur periurus, vt.c.su-
per.de reb.ec.non alie.&.c.2.de feu. & idem in alijs
prælatis ita iurantibus. & pro dicta opi. facit.l.qui
ea mente. ff.de furt. &.l.1.§.si rem à seruo depositã.
ff.depositi. Item facit; quia siue per dolum, siue per
negligentiam dilapidauerit; præstatio cautionis nõ
videtur dolum, vel negligentiam remouere. Et præ-
53 dicta faciunt ad sol.q.vtrum † emphyteuta, vel feu-
datarius qui alienauit emphyteusim, vel feudum ir-
requisito domino, possit sibi prouidere ne amittat,
redimendo emphyteusim. Nam secundum primam
opi.videtur ꝙ sic. Secundum verò secundam ꝙ nõ;
pro qua est tex.in.c.1.qd iur.si post alien.feu. vasal.
id recup. & tenet Bar.in.l.sequitur. §.item labeo.ff.
54 de vsucap.¶ Glo.in vers.indifferenter.tangit de† cõ
paratione criminis symoniæ ad crimen lęsæ maiesta
tis,& hęresis. In eadem ibi, accusationem.dic, ꝙ ẽt
quo ad prædicta in multis differũt, vt probatur hic,
&.c.seq.vide gl.in.d.c.sanè.& Archi.1.q.1. In eadẽ
ibi, multo fortius.dic, hæc glo. non benè dicit; quia
in hęresi admittuntur omnes criminosi, & excom-
municati non habita distinctione, an agatur contra
regularem, vel secularem, an sint alia adminicula, vel
non, vt.c.in fidei.de hęre.lib.6.quæ distinctio habe-
tur in symonia. Nec etiam admittendi sunt excom-
municati secundum D.m. quia illi indistinctè repel
luntur; nisi in casibus expressis in .c.decernimus. de
sent.excom.lib.6.Nec obst. c.eos.1.q.1.ꝙ vult, qđ
55 † crimen symoniæ sit maius hęresi. ꝓpter quòd mo
uetur glo.nostra; quia illud debet intelligi in symo-
niaco, qui credit gratiam Spiritus sancti posse ven-
di, vel emi; & symoniam nõ esse peccatum. nam per
hoc iste efficitur hęreticus. Facit quòd dixi.s̄.in
rub. & ita accipiendo glo.benè diceret; quia tunc
magis admitterẽtur propter hęresim, quam propter
56 symoniam. ¶ Glo.in ver.alia pœna.quærit,† quæ sit
differentia in imponenda pœna in crimine lęsæ ma
iestatis,& crimine symoniæ, dic, vt in ea. In glo.in
ver. distinguendum. dic, vt dixi.s̄.in vltimo not.
¶ Extra glo.tangit hic do.Ant.& D.m.q.quotidia-
nam. Pone, episcopus instat contra subditum bene
ficiatum vt ostendat titulum beneficij sui, ille respõ
det petendo sibi libellum offerri, cum sit in pacifica
possessione beneficij; episcopus replicat se intende
re procedere per viam inquisitionis; quia beneficiũ
est deuolutum ad eius collationem; ille triplicat, ꝙ
habet eum magis suspectum; quia videtur velle pro
cedere ad proprium commodum; quæritur quid iu-
ris? sed quia nõ est materia nostra; dic vt per eos ibi.
& dixi in.c.qualiter.2.in.4.q.princip.s̄.de accus.

CAP. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Iura,eius eſt interpretari,cuius fuit condere.*
2 *Verbum credimus prolatum à legislatore, inducit iuris diſpoſitionem.*
Idem de verbo videtur.nu.3.
4 *Iudex in cauſa criminali multa conſiderare debet, tam circa perſonam teſtium, quàm aliarum rerum. de quibus ibi.*
5 *Symonia dicitur hæreſis. & eſt crimen grauius cæteris.*
Et in ea dantur gradus.& nu.28.
6 *Teſtes criminoſi,an admittantur, & habilitentur contra ſymoniacum.*
Et an faciant plenam fidem.nu.7.
8 *Teſtis non debet admitti ad probandum illud,quod probatum nihil prodeſt.*
9 *Differentia inter crimen ſymoniæ, & læſæ maieſtatis.*
Quòd intellige vt ibi.
10 *Inimicitia qualis debeat eſſe, ad hoc vt repellat quem à teſtimonio.*
11 *Actio,vt quis remoueatur à beneficio, non dicitur criminalis. ſed ciuilis.& nu.31.*
12 *Criminoſus in criminibus exceptis,etiam emendatus,non eſt idoneus teſtis.*
13 *Ordo iuris,in regularibus non ſolum in parte remittitur, ſed etiam fit aliqualis remiſsio iuſtitiæ.*
Et ex cauſis leuioribus ipſi regulares remouentur. nume.14.
15 *Dubitans, ſententiam expectare non debet,vt ſit abſolutoria ratione ceſſionis,vel ſolutionis.*
16 *Omnes qui repelluntur in crimine ſymoniæ,non repelluntur in aliis criminibus exceptis.*
17 *Abbas dicitur habere dignitatem excellentem, licet ſecundum Inno.ſit nomen oneris,non honoris.*
Epiſcopus verò non ſolum habet dignitatem, ſed dignitatum culmen.nu.18.
19 *Aequalitas dicitur ſeruari, licet ſeruetur inæqualitas, data inæqualitate perſonarum.*
21 *Criminoſi in crimine ſymoniæ contra ſecularem, non admittuntur,niſi emendati ſint.remiſſiuè.*
22 *Conſpirantes,etiam in bonum,dicuntur inimici,remiſſ.*
23 *Periurus quantumcunque emendatus, non admittitur in teſtem,niſi vt ibi.*
24 *Dictio præſertim,quid importet.& nu.33.& vt ibi.*
Et quid in ſtatutis,maximè in exorbitantibus. nu.33.
Verba enim ſtatutorum propriè ſunt intelligenda. nume.26.
27 *Talis admittitur contra regularem, qui nō admitteretur contra ſecularem.*
28 *Impropriationes ſunt fugiendæ.*
29 *Criminoſus emendatus in quolibet crimine admittitur.*
In crimine autem ſymoniæ ſecundum Vinc. admittitur etiam perſeuerans criminoſus. nu.32.
30 *Intellectus ad dictionem præſertim.*
34 *Iudex debet conſiderare per quam viam agi debeat. Et ibi,quæ attendi debeant.*
36 *Teſtes debent admitti in crimine ſymoniæ concurrētibus qualitatibus.c.per tuas.de ſymo.*
Quæ verò fides ipſis ſit adhibenda, relinquitur iudicis arbitrio.ibidem.
36 *Fine adepto ceſſat omnia ad finem facientia.*
37 *Inquiſitores an poterint procedere cōtra Abbatem promotum ad Epiſcopatum pendente inquiſitione.*
An autem ſi eligatur ſubditus agi debeat tanquam contra membrum,an verò tanquam contra caput. ſub nume.38.
39 *Inquiſitione impetrata contra caput, & membra, an mortuo capite poſſint canonici eligere.remiſſiuè.*

Per tuas. Hoc cap. fuit editum ad
declarationem præceden
tis. & ſic eſt glo. præce-
dentis.& idem intendit. Pet.& Abb.pro ſummario
hic ponunt duos verſus Rodo.Hiſpani epiſcopi Pa-
letini, videlicet, Qualiter,& qualem, per quos,quæ
culpa probetur. Adde modum zeli, ſic intelligas,li-
cet Hely. Diuiditur primum in duas partes. In pri-
ma conſultatio. in ſecunda,reſponſio ibi,noueris.
Quæ ſecunda ſubdiuiditur in quatuor.Prima,ponit
multiplicem diſtinctionem. Secunda,illam coada-
ptat propoſito ſuo repetens factum,& declarans in-
terlocutoriam præcedentis decret. ibi, hęc omnia.
In tertia,reſumendo concludit ibi,tales. In quarta
recitat ceſſionem abbatis,ibi,vnde. In tex.ibi,quā-
uis ad abolendam. dic,vt hic dicit glo. quia hæc de-
cre. olim habebatur in ſecunda compilatione huius
tit.in fi.in cuius decret.fine dicebatur,cum tanta ſit
labes huius criminis, ſicut in canone continetur, ꝙ
ad ferendum in ea teſtimonium quilibet admitta-
tur,&c.quæ fuit Clementis.iij. & in tex.ibi,iuris ri-
gorem. dic,ideſt aliquo proſequente inquiſitionem
vt.c.cum oporteat.§.de accuſa. & quòd ſequitur ſe-
cundum temperantiam æquitatis. Intellige nemine
proſequente, ſed iudice ex puro officio proceden-
te,ſecundum Ioan.And.& Hoſtien. ¶ Not.primo,
1 ꝙ†ad illum pertinet iurium declaratio. ad quē per-
tinet editio.concordat.l.fi.C.de legi.&.c.fi.de con-
2 ceſſ.præb. ¶ Secundo not.ibi,credimus,ꝙ†verbum
credimus, prolatum à legislatore, inducit iuris di-
ſpoſitionem,vt.c.nuper.de ſen.excom. quid autem
in teſte,vide quòd traditur in.l.teſtium. &.l.ſola.C.
3 qui accu.non poſſ.Et†idem de verbo,videtur. quod
prolatum à legislatore,inducit iuris diſpoſitionem,
vt.c.de quarta deſcriptione.&.c.præterea.de appell.
&.c.2.de fi.inſtru.& ibi dixi.& quid in teſte,vide in
c.1.de iudi.&.c.perpendimus de ſen.excom.&.c.cū
4 apud.de ſponſ. ¶ Tertio not.plura,†quæ in iudicio
criminali ſunt per iudicem conſideranda, tam circa
modum agendi,quàm circa perſonam rei, & perſo-
nas teſtium,& atteſtationum, & aliarum probatio-
5 num.de quibus.ĵ.dicam. ¶ Quarto not. ꝙ†ſymo-
nia dicitur hęreſis, vt dixi.§.in rub. & quòd cętera
crimina pro nihilo habentur in comparationem
ipſius.& ad vtrunque concordat.c.patet. 1.quęſt.7.
6 ¶ Quinto not.ꝙ†contra ſymoniacum habilitantur
teſtes criminoſi concurrentibus qualitatibus tex.no
ſtri. Secus ergo videtur in excommunicatis, arg.c.
decernimus.de ſen.excom.lib.6.nec ex eo quòd hic
ſunt habilitati criminoſi, intelliguntur habilitati
excommunicati,cum ad habilitandum tales videa-
tur requiri ſpecialis expreſsio,arg.c.in fidei.de hęre.
lib.6.Facit quòd ſtatim dicam in glo. ¶ Sexto not.
7 ꝙ†licet criminoſi in crimine ſymoniæ, & per con-

sequens,& in alijs criminibus exceptis admittantur concurrentibus qualitatibus tex.nostri, non tamen admittuntur vt faciant plenam fidem, nisi coniun-
8 ctis alijs adminiculis. ¶ Septimo not.ꝙ†non debet quis admitti ad probandum illud, quod probatum non releuat. Probatur de off.dele.c.cum contingat. qui si.fint leg.c.peruenit.&.l.ad probationem.C.de
9 proba. ¶ Octauo not.†arg.à contrario sensu,quòd cum agitur etiam de crimine symoniæ criminaliter non admittuntur testes criminosi. & sic habes vnam differentiam inter crimen læsæ maiestatis, & symoniç.nam in crimine lęsę maiestatis admittuntur criminosi,etiam criminaliter,& infames, vt.c.præced. hoc tamen intellige, nisi de symonia ageretur tanquam de hæresi,vt dixi in.c.præced. ¶ Nono not.ꝙ
10 ad†hoc,vt inimicitia repellat testem, requiritur ꝙ sit capitalis,vt dixi in.c.repellantur.de accu. ¶ De-
11 cimo not.ꝙ†licet agatur cōtra beneficiatum de crimine,vt remoueatur ab administratione; non tamē dicitur agi criminaliter, sed ciuiliter. nec talis propriè dicitur accusari.Et ideò non sequitur agitur de crimine,non ad commodum proprium, sed publicum,ergo dicitur agi criminaliter, quādo agitur ad publicam vindictam.cum hoc ꝙ pœna veniat imponenda condigna delicto. Sed priuatio beneficij non est pena condigna delicto; licet.n.tendat ad bonum publicum,ne immeritus,& criminosus presit ecclesię,non tamen dicitur quęstio criminalis. Intellige tamen ſm ea, quæ dixi in.c.super his.§.de accus. Et prędicta faciunt ad limitationem,& declarationem eorum,quæ dicit Bart.in.l.Agraria.ff.de termi.mo.
12 ¶ Vndecimo not.ibi,præsertim emēdati.arg.ꝙ†in criminibus non exceptis, criminosus emendatus nō est idoneus testis.de quo.§.dicam in glo. ¶ Duode-
13 cimo not.ꝙ†in regularibus non solum in parte remittitur ordo iuris,sed etiam fit remissio iustitię ali
14 qualis.ipsi enim†ex leuioribus causis remouentur,
15 vt.c.qualiter.2.§.de accus. ¶ Vltimo not.†bonum consilium,vt quando quis dubitat,prius cedat, quā sententiam expectet,vt sententia sit absolutoria ratione cessionis,vel solutionis,vt Institu.de perpe. & temp.act.§.fi. ¶ Glo.1.ponit casum,& adaptat literam,& ponit duas lecturas ad tex.de quibus videbimus in verbo pręsertim,in glo.admittendos.In fine glo.in ver.de symoniaca prauitate.dic, aduerte quia licet Doct.transeant cum glo. tamen ipsa debet intelligi affirmatiuè; videlicet,hi qui admittūtur hic, admittuntur etiam in alijs non exceptis,sed non ne-
16 gatiuè, quia†non omnes qui repelluntur in crimine symoniæ,repelluntur in alijs criminibus exceptis,vt .c.præced.in crimine lęsę maiestatis, & in hæresi, & in.c.in fidei.vnde dic,ꝙ non omnia excepta quò ad hoc,ambulant pari passu; sed vnum est magis priuilegiatum alio. In glo.in ver.excellentioris.ibi,epi-
17 scopus regularis.dic,not.ex hac glo. ꝙ†abbas dicitur habere excellentem dignitatem.& dicit Inno.in c.tua.de ęta.& quali. ꝙ est nomen oneris,non hono
18 ris. vide quòd dixi in cle.1.de rescrip.†Episcopatus verò non solum est dignitas,sed dignitatum culmē,
19 vt not.glo.in.c.2.de præb.lib.6.In fi.glo.dic,ꝙ†dicitur seruari æqualitas,etiam si seruatur inequalitas, data inequalitate personarum,qua data non diceretur seruari ęqualitas, si non seruaretur inęqualitas,

sicut data inęqualitate,non diceretur seruari ęqualitas,si seruaretur inęqualitas.tradit.D.m.in.c.de multa.de præben.post.B.Thom.alleg.89.dist.in.ad hæc. In fi.glo.in versi,minora.dic,vt hodiè, melius habet in.c.1.de testib.lib.6. In fi.glo.in parua. dic, sentit ergo glo. ꝙ possunt obijci maiora crimina in casu nostro.Sed in contrarium videtur tex.noster. &.d.c.
20 patet.r.q.fi.vbi dicitur, ꝙ†cętera crimina in comparatione symonię pro nihilo reputantur,&c. Sol. Ioan.And.luc super tex.dicit, ꝙ in casu nostro non consideratur hoc,an parua,vel maiora sint,quia non reperitur maius symonia.sed tex.in hoc intendit dare regulam generalem. Vel potest solui,ꝙ etiam in symonia sunt gradus,& potest dari maius, & minus vt si ageretur de actu symoniaco, quia prohibito,& exciperetur de actu prohibito; quia symoniaco. secundum nor.in.c.ex parte.de off.deleg. & quòd dixi.§.in rub. Et dicit.D.m.ꝙ licet Doct.teneant simpliciter,ꝙ symonia sit maius crimen alijs, si est prohibitum,quia symoniacum, tamen hoc non credit verum,nisi symonia haberet in se hęresim.Sed aduerte; quia videtur mihi, ꝙ iste intellectus.D.m. non possit sustineri. nam hic tex. in casu nostro dicit,ꝙ cętera crimina in comparatione symoniæ pro nihilo reputantur.& loquitur de symonia,de qua agitur non tanquam contra hæreticum;quia si tanquā contra hęreticum,non fieret ista distinctio in admittendis testibus,nisi diceres, ꝙ erat crimen sapiens hæresim,sed agebatur vt de symonia,non autem vt de hæresi.Vnde attenditur modus agendi. ¶ Glo.in versi. distinguenda.quęrit de intellectu literæ,& soluit. & in fi.sol.contrarium de.c.tanta. In eadem,ibi,con-
21 tra secularem prelatum, dic, videtur velle glo.ꝙ†in crimine symoniæ contra secularem non admittantur criminosi,nisi emendati sint. dic, vt dicam in gl.
22 in ver.taliter.In fi.glo.conspirationes. dic,ꝙ†etiam conspirantes in bonum,quia videntur inimici, non sunt idonei testes. dixi in.c.cum I.& A. de re iudi. ¶ Glo.in ver.capitales.quærit quare tex.requirat,ꝙ inimicitiæ sint capitales. dic,vt dixi plenè in.c.repellantur.de accu. ¶ Glo.in ver.adulteri.in prin.declarat.deinde quærit,& soluit. In fi.dic,not.benè hanc
23 glo.ex qua habes,ꝙ†sub generali dispositione, per quam habilitantur testes,aliàs criminosi, nunquam debet admitti periurus in testem, nisi de eo admittendo specialiter caueatur.facit.d.c.testimonium. ¶ Glo.in ver.debilitarent. declarat tex. ponendo vnum intellectum. & in fi.colligit argm̄. In eadem, ibi,licet sit emendatus. dic,hæc glo.sentit,ꝙ emendatus non probet,nisi cum alijs adminiculis. cōtra quòd est tex.in.c.testimonium.de testi. de quo dic, vt dicam in glo.magna. ¶ Glo.in versi.ex toto.prosequitur intellectum Lau. de quo in glo. præced. & dicam in glo.magna. ¶ Glo.in ver.præsertim.sentit duos princip.intellectus ad tex.nostrum. de quibus dicā in glo.magna. & dum glo.stat propriè.dic,hoc est comparatiuè,vt videbimus in glo. magna in opi.
24 Tancr.& Io. & sic not.ꝙ†dictio præsertim,ponitur propriè,quando ponitur comparatiuè.& sic præsupponit idem in sensu contrario,& in suo positiuo. Secus si stat taxatiuè, qa tunc cessat argm̄ à contrario. ꝙ qā sit,vide qđ dixi in cle.1.in ver.restringimus.de iudi.aliquid dixi in.c.sicut olim.de accu. &.c.significan-

25 ficante.de appella. Et sic not. q† in statutis maximè
exorbitantibus dictio, præsertim. ponitur compara
26 tiue, cum† verba statutorum debeant intelligi pro-
priè,& non impropriè, vt.l.3.§. hæc verba.ff.de neg.
ge.&.l.qcquid.ff.de verb.obl.¶ Glo.magna in prin.
quærit de intellectu literæ, & ponit duas lect. vnam
Lau.& aliam Vinc.& Io.qui variant in distinctione
circa personas testium, quia secundũ Lau. soli emen
dati admittuntur, secundum Vin.& alios admittun-
tur etiam non emendati. & adaptat glo. verba tex.
secundum præfatas lect.& in versi.ergo à contrario.
infert arg.à contrario. deinde, quia vtraque lect.di-
stinguit, circa considerandam qualitatem inquisiti,
27 q† talis sit admittendus contra regularem, qui non
admittitur contra secularem. glo.ad hoc signat cō-
trarium de.c.in primis. 2.q.1.& rñdet, q loquitur
in accusatione.deinde glo.in ver.& sic patet. conclu
dendo lect.Lau.op.de.c.testimonium.quia si secun-
dum Lau.requirerentur testes emendati, nulla esset
specialitas in symonia.glo.primo ponit vnam solu.
quam reprobat.deinde opp.contra opi.Lau.de tex.
nostro, quia secundum Lau. distinctiones, & consi-
derationes tex.viderentur quasi superfluæ, præter il-
lam de modo agendi,& qualitate testiũ.& acquie
scit glo. obiectioni.deinde in vers.vel dic.ponit aliā
opin.Vinc.per quam respondetur ad.c.testimoniū.
quod loquitur in criminibus non exceptis,& emen-
datis testibus.hic verò in exceptis,& testibus non e-
mendatis.& ad vtranque lec.glo.adaptat tex. in ver.
præsertim.diuersimodè exponendo. & finaliter vi-
detur concludere cum opi.Io.¶ In eadem ibi, secun
dum alios.dic, scilicet, Vin.Tan.& Io. In fi.glo.dic,
conclusiuè habes ex glo.duas lect. Vnam, quæ fuit
Lau.quæ vult, q testes criminosi admittuntur solum
Cõis lec. si sint emendati. hæc lect. communiter* reprobatur.
28 Primo, quia impropriatur dictio præsertim. &† im-
propriationes sunt fugiendæ, vt.c.intelligentia.&.c.
præterea.de verb.signi.&.l.non aliter. in princ. ff.de
lega.3.Secundo, quia tex. iste nullam specialitatem
induceret in symonia, qui tamen videt sentire con-
trarium.& etiam.c.præced. Tertio, quia hodie quasi
29 de nihilo seruiret iste tex.cum† in quolibet crimine
admittatur criminosus emendatus, si ciuiliter agi-
tur, vt in.d.c.testimonium. quòd esset cōtra.l.quòd
Labeo.ff.de Carbo.edi.&.c.commissa.de elect.&.c.
si Papa.de priuileg.lib.6. & maximè cum hoc.c. &
præced. fuerint edita cum tanta solennitate. Et præ-
terea non essent necessaria alia adminicula, sed fidē
per se facerēt plenam. Sed aduerte; quia licet hę re-
probationes mihi placeant,& plus placeat opi. Vin.
30 de qua statim dicam. tamen† intelligendo dictionē
præsertim, pro tantum, posset responderi ad omnia
alia contraria, dando vnum pulcherrimum intelle-
ctum, videlicet, q agitur criminaliter.& non est du-
bium, q criminosi emendati, non admittuntur. Aut
ciuiliter de crimine, ita q commodum sit peruentu
rum solum ad ipsum agentem, nec aliter sit futura
emendatio, aut priuatio eius, contra quem agitur
ratione publici interesse. & hoc casu indifferenter
31 admittuntur emendatus, vt.d.c.testimonium. Sed† si
ageretur ad aliud commodum, quàm bursale; vt pu-
ta ad publicam vindictam, sed non ad naturalem pę
nam delicti, ad aliqualem tamen pœnam, vt priua-
tionis beneficij, aut remotionis ab administratione,
tunc non admittitur regulariter emendatus; nisi in
criminibus exceptis, vt symonia,& simi. habitis cō-
siderationibus tex. nostri. Secunda princ. lect. posita
32 hic, fuit Vinc.T.& Io.qui voluerunt, q† in crimine
symoniæ admittantur testes criminosi, etiam in cri-
mine perseuerantes, cum sit de criminibus exceptis,
dummodo considerentur aliæ qualitates, de quibus
in litera. Non obst.d.c.testimonium.quod videtur
requirere, q sint emendati, quia debet intelligi re-
33 gulariter.& secundum hunc intellectum dictio† pręe
sertim, stat propriè. Host.hic dicit op.q quamquam
multa dicantur, & in plurimis iudices instruantur;
hoc tamen tenendum est finaliter, q ista materia sit
arbitraria. Et ideò Papa non descendit hic specificè
ad species; sed posuit considerationes in genere ad
instructionem iudicum. Vnde vult ipse post Inno.
34 q† iudex debet considerare, an agatur per viam de-
nuntiationis,& adm ittitur omnes testes, mulieres,
infames,& criminosi, dummodo emendati. & hoc
tam ad denuntiandum, quàm ad testificādum in ea.
Si verò agatur per viam inquisitionis, & crimen sit
exceptum, tunc etiam admittuntur mulieres, & cri-
minosi, non secundum iuris rigorem, sed secundum
temperantiam æquitatis, quia habebit multa consi-
derare. Primo, circa modum agendi, vt facilius ad-
mittat in inquisitione, quàm in accusatione. Secun-
do, circa personam, contra quam agitur, vt facilius
admittat contra regulares, quàm contra seculares.&
facilius si sint gradus inferioris, & facilius si sint in-
famati, & facilius si sine scandalo possint remoue-
ri. Tertio, circa personas testium, vt facilius hone-
stos, quàm criminosos; facilius emēdatos, quàm cri
minosos perseuerantes, & facilius qui ex zelo iusti-
tiæ, quàm ex odio admittantur. Quarto, circa crimi
na testium, vt facilius admittat, si minora, vel paria,
quàm si maiora. Quinto, an subsint alia adminicula,
vt facilius admittat testes alijs adminiculis existen-
tibus, quam cessantibus. Ipse tamen Inno. cum qui-
busdam alijs videtur recedere ab hac opinio. Hosti.
& tenere, q in casu nostro, postquam ius expressè
disponit, quid agendum sit, q hoc non sit relinquen
dum arbitrio iudicis.arg.not.in.c.fi.de transac. Sed
Host.dicit, q licet hæc sint expressa, non tamen sunt
expressa specificè, sed generaliter.& hoc communi-
ter* sequuntur Doct. Sed.D.m.dicit, q opin.Inno.
35 posset defendi, vt dicamus, q† in crimine symoniæ Cõis opi.
concurrentibus qualitatibus tex. nostri; iudex velit,
nolit, teneatur testes admittere; sed quanta fides sit
adhibenda, hoc relinquitur arbitrio iudicis, qui hoc
colliget ex considerationibus tex. nostri. sed si defi-
ceret aliquod de prædictis, non putat ipse testes ad-
mittendos; quia cum hoc sit correctiuum regulæ iu-
ris communis, secundum quam regulam criminosus
non emendatus, non debet admitti, debet restringi,
vt in iurib. vulga. maximè quando symonia esset ta-
liter commissa, q non transiret in hæresim. Conclu-
dit, q in hoc crimine symoniæ, & in alijs exceptis
admittuntur testes criminosi concurrentibus quali-
tatibus. s. expressis hic in tex. ¶ Glo. fi. format duas
quæstiones,& ad secundam arguit pro vtraque par-
te. In eadem ibi, non habebit aliquod priuilegium.
dic de hoc, vt dixi in.c.de hoc.s.eod. In fine glo.
dic,

dic, secundum Host. ꝙ hæc glo. est vera, cum ille esset paratus pœnitentiam agere; aliàs contra. 2. q. 1. si peccauerit. &. j. de collu. c. 2. & dummodo intersit alicuius ratioue expensarum, vel fructuum, vel vt sciatur à quo, vel de quo sit ecclesiæ prouidendum; quia in his casibus etiam post mortem accusatoris proceditur, vt. C. si pen. ap. per to. &. C. si re. vel accu. mor. fue. per to. &. c. 1. &. 2. vt lit. pen. lib. 6. D. m. dicit, ꝙ considerandus est finis agendi, cui si per renuntiationem, vel cessionem, vel per similes actus satisfactum est, sufficit; nec debet iudex se vlterius im-
36 pedire; quia † adepto fine cessant omnia, quæ sunt ad finem, vt est apud Philosophos, vt dixi in. c. euidentia. s. de accu. Secus si non esset satisfactum fini agendi; vt puta, si non ageretur simpliciter ad remotionem, sed ad pœnam etiam. Sed quæro circa prædi-
37 cta, † quid si pendente inquisitione contra Abbatem Abbas promoueatur in Episcopum, an inquisitores poterunt procedere. & videtur ꝙ non. 3. q. 2. c. fina. Pet. & Abba. videntur tenere contrarium; quia possunt animaduertere vt pœnitentiam agat, non vt ab episcopatu remoueatur. & dicunt, ꝙ talis pendente iudicio non poterit promoueri, vt. c. tantis. 81. dist. dic vt dixi in. c. omnipotens. de accusa. Sed quo ad primum posset distingui, vt dixi in præceden. q. videlicet, an sit satisfactum fini agendi, vel non, &c.
38 ¶ Quid autem, si † pendente inquisitione in ecclesia promouetur subditus, an procedat inquisitio contra istum promotum, vt in membro, an in capite: dic vt dixi in. c. qualiter. 2. in. 15 q. s. de accusa. Item
39 tangunt hic Doct. si est † impetrata inquisitio, tam in capite, quàm in membris, an mortuo capite, canonici possint eligere. de quo dic, vt hic per eos dixi in d. c. qualiter. 2. in. 18. q. princ.

CAP. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Prælato confirmato nō imputatur, si pro confirmatione ipsius, eo prohibente fuit data pecunia.*
2 *Monacus potest promoueri in rectorem ecclesiæ secularis. quod intellige vt ibi.*
3 *Confirmatio electi in Abbatem spectat ad Episcopum, in cuius diœcesi est Abbatia.*
4 *Mortuus, dicitur de medio sublatus.*
5 *Vita nostra dicitur medium inter cœlum, & infernum.*
6 *Monacus habetur loco filij, Abbas loco patris.*
7 *Facere dicitur qui non facit.*
8 *Ecclesia cathedrali vacante Archiepiscopus succedit in potestate concedendæ administrationis prælato inferiori electo.*
9 *Verba hæc, prohibeo sub anathematis interminatione, videntur ferre sententiam. & nu. 15.*
Et an talem sententiam possit Episcopus reuocare. nume. 17.
10 *Differentia inter tacere, & contradicere.*
11 *Symonia commissa à patre, vel ab alio, licet promoto ignorante impedit administrationem.*
12 *Gestum nomine meo me contradicente, uel ignorante possum habere ratum. & nu. 24.*
13 *Ecclesia non iudicat de occultis.*
14 *Symoniam committens nomine alterius, puniendus est, & ibi ratio. & pœnas symoniacorum.*
16 *Excommunicatio est iurisdictionis.*
18 *Ignorans, nec verè, nec fictè dicitur consentire.*
19 *Contradicens confirmandus, si propter pecuniā confirmatur, dicitur symoniacè facta confirmatio.*
20 *Ignorantia non excusat à dimissione beneficij, si pecunia data sit pro paruulis, vel pro ignorantibus.*
21 *Ignorans contradicens non est in culpa.*
22 *Contradicens expreßè, æquiparatur illi, in cuius fraudem data fuit pecunia.*
23 *Confirmatione maius ius quæritur.*
24 *Soluens pecuniam post contradictionem, & ius sibi plenè acquisitum, non committit symoniam. & ibi quære.*
26 *Donationem pecuniæ suo nomine factam ratam habens, non dicitur committere symoniam.*
27 *Contradicens verberationi clerici suo nomine facta, & postea ratum habens, non est excommunicatus.*

1 Sicut tuis. † Non imputatur electo confirmato, si eo prohibente pro ipsius confirmatione fuit data pecunia. h. d. Diuiditur in duas partes. Primo, cōsultatio ponitur. secundo, responsio ibi, quamuis. Prima subdiuiditur in sex, sicut sex narrat. Primo, narrat quęrentis electionem. Secundo, ipsius administrationem ibi, & episcopū. Tertio, confirmationis derogationem, ibi, certum. Quarto electi inhibitionem, ibi, verum. Quinto, inhibitionis transgressionem, ibi, sed quidam. Sexto, electi confirmationem, ibi, & sic ab episcopo. Secunda pars principalis subdiuiditur in quatuor. Primo soluit obstaculum. Secundo, respondet consultationi, ibi, taliter. Tertio, responsionem specificat, ibi, alioquin. Quarto, protestatur contra illos, seu determinat cōtra illos, qui pecuniam dederunt. ibi,
2 illos autem. ¶ Not. primo arg. ꝙ † monachus potest promoueri in rectorem ecclesiæ secularis. quòd intelligebant hic Vinc. Io. & Lau. quando præcessit postulatio. Tu dic de hoc, an monachus possit promoueri ad ecclesiam secularem, vt dixi in cle. 1. de elec. & tradit. D. m. in. c. quòd Dei. s. de sta. regula. ¶ Se-
3 cundo not. ꝙ † confirmatio electi in abbatem pertinet ad Episcopum, in cuius diœcesi est abbatia. 18.
4 q. 2. c. 1. ¶ Tertio not. ꝙ † sublatus de medio dicitur, qui diem suum clausit extremum, vt in proęmio cle-
5 men. † dicitur enim hæc vita nostra quoddam medium, quia inter cœlum, & infernum sumus positi.
6 ¶ Quarto not. ꝙ † monachus habetur loco filij, & abbas loco patris. & facit ad materiam. c. in præsentia. de proba. ¶ Quinto not. ibi, verum cum hæc, sm
7 Host. ꝙ † qui non facit dicitur facere. Probatur. s. eo. c. nemo. 36. distin. c. fi. & c. 1. de vsur. lib. 6. ¶ Se-
8 xto not. ꝙ † vacante ecclesia cathedrali, Archiepiscopus succedit in potestate concedendę administrationis inferiori pręlato electo, vt administret, non autem confirmandi, de quo in glo. 2. ¶ Septimo no.
9 ꝙ † per hęc verba prohibeo sub anathematis interminatione, videtur ferri sententia, de quo in glo. 3. ¶ Octauo not. ꝙ licet taciturnitas quandoq; habeatur pro contradictione, tamen inspecta veritate, lon-
10 ga † est differentia inter tacere, & contradicere, vt in reg. qui tacet. & in reg. is qui tacet. de reg. iur. lib. 6.
11 ¶ Nono not. ꝙ † symonia commissa à patre, vel ab alio,

alio,licet promoto ignorante, impedit adminiſtra-
12 tionem.Decimo not.quòd† geſtũ nomine meo me
ignorante,vel contradicente poſſum ratum habere.
13 Vndecimo no.quòd†eccleſia non iudicat de occul-
14 tis,concord.ſunt in glo.Vltimo no.quòd † commit
tens ſymoniam.etiam in fauorem alterius,puniẽdus
eſt.nam hic dicitur, quòd tales ſunt puniẽdi canoni
ca pœna,quæ in his eſt depoſitionis, cum nota infa-
miæ.1.q.2.c.fi.&.§.eo.c.1.igitur &c.quòd procedit
ſecundum Ioan.And.poſt Hoſt.etiam ſi per inquiſi-
tionem actum eſſet.de quo in.c.quoniam ſ.eo.dixi
c.qualiter.2.de accu.in.15.q.¶ Gl.2.in ver.ad Colo
nienſem,contra oppoſitionem arguit, & fatetur op
poſitionem. & reſpondet tex.noſtro. In eadem,ibi,
vbi de hoc.dic,& in.c.1.de inſt.lib.6.In.fi.dic,vel ſe
cundum Inno.poteſt dici, quòd eccleſia Coloniẽſis
contulit poteſtatem adminiſtrãdi; quia habebat ius
patronatus in hoc monaſterio.vnde dicebat Hoſt.ꝙ
non eſt imputandum illi, qui adminiſtrat iudicis au
ctoritate. ſed dic,quòd prædicta opi. Inno. & Hoſt.
hodiè non poteſt ſuſtineri,per. c. auaritiæ. de elect.
lib.6.¶ Glo.3.in ver.anathematis.colligit, ꝙ confir
15 matus poteſt excommunicare. deinde colligit,† an
per hæc verba,præcipio ſub interminatione anathe-
matis,inducatur excommunicatio.In eadem,ibi, cõ
firmatus,dic nondum benedictus, ſecundum T. Sed
aduerte,ſecũdum Hoſt.quia hoc arg. non colligitur
hic;quia iſte non erat confirmatus;ſed potes dicere,
defendendo glo.quòd gl.arguit a fortiori.nam ſi ad
miniſtrator hoc poteſt;ergo fortius confirmatus. vt
c.is cui.de elect.li.6.& eſt clarum quod dicit glo. cũ
16 †excommunicare ſit iuriſdictionis; & confirmatus
poſſit exercere iuriſdictionalia,vt.c.tranſmiſſam de
elect.lib.6.In eadẽ ibi,Salonitanæ. vbi habes de hoc
per glo.& Archi.& glo.in.c.2.de matri.contrac.cõ-
tra interdic.ec.&.c.1.ſ.de ſagit.& ibi videbimus de
17 hoc.Sed quærit hic Hoſt.quid† ſi epiſcopus reuoca-
ret hanc ſententiam,vel comminationem, vtrum te
neat;& reſpondet quod ſic, licet hoc ſit indecens &
iniuſtus, vt c.cũ ab eccleſiarum,&.c.ad reprimẽdã.
§.de offi.ord.& ſequitur Ioan. And.& benè.iudicio
meo.Gloſſ.in verſiculo,nõ præbere.colligit duo ge
neralia de tacẽte, qui quandoq; videtur conſentire,
& quandoq; contradicere;& ad vtrãq; opp. de regu
la,qui tacet in fine.& dic de hoc articulo vt traditur
in dicta regula in.6.& per Bart.in.l. quæ dotis. ff.ſo-
lu.ma.vide quæ dixi,poſt D.m.in.c.nõne,de præſump.
Aduerte tamen;quia hoc c.nõ loquitur de præſente,
ſed de abſente,& ignorante.& longe diuerſa ſunt ta-
18 cere,& præſens eſſe,& ignorare. nam† ille qui igno-
rat,nec verè,nec fictè poteſt dici conſentire,aut con
tradicere.Facit.l.ſi per errorem.ff.de iur.om.iu. Gl.
in verſiculo,imputari.ponit lect. Vinc. diſtinguen-
tis inter electionem,& confirmationem. In fine dic,
& hanc opinionem videtur ſequi hic Inno. Sed ad-
uerte;quia licet hęc opinio faciat differentiã quo ad
caſum. c. noſtri inter electionem & confirmationẽ;
tamen clarè non aperit vtrum confirmatio fuerit in
ualida propter commiſſam ſymoniam.Ioan.Phil. &
Hoſt.expreſſè volunt,quòd licet electio taliter facta
non valeat;tamen valet confirmatio.Goffr.verò te-
net contrarium,quòd confirmatio non teneat cum
ſit ſymoniaca, & ad text.noſtrum dum dicit, quòd
nihil debet imputari,reſpondet, quod debet intel-
ligi quo ad infirmandam electionem prius factã de
eo,pro qua opinione allegat Ioan.And.quia electus
ex confirmatione tractat de iure quærendo; & ideò
videtur acquiſiuiſſe ius mediante ſymonia; licet cõ-
miſſa per alium. Sed ꝓ prima opinione facit textus
noſter, qui facit differentiam inter ignorantem, &
expreſſè contradicentem.Sed ſi opinio Goff.eſſet ve
ra,nõ eſſet aliqua differẽtia,nec eſſet plus iuris,in cõ
tra dicente,quam ignorante.Ioan.And.dicit,ꝙ pri-
ma opinio habet locum in expreſsè contradicente,
opi.Goff.in ignorante.D.Ant. ſequitur opin.Goff.
19 quia†licet quis expreſſè contradixerit;nõ tñ poteſt
negari,quin cõfirmatio ſit facta per ſymoniam. Qui
dam alij volunt,quòd etiam ſi data eſſet pecunia ex-
preſſè contradicente confirmando,& etiam in frau-
dem ſuam,quòd nihilominus confirmatio non tene
ret,& ad textum noſtrum,dum dicit,quòd nihil de-
bet imputari;reſpondent.ſ.quo ad pęnam, vel facili
tatem diſpenſandi.quæ rigoroſitas non placet D.m.
& benè. Vnde tenet ipſe primã opinio. volẽs quòd
etiam ſi ſine fraude ſit data pecunia; dummodo con
tradicente confirmando non vitietur confirmatio.
Mouetur,per verſic.quamuis. qui venit aduerſatiuè
20 ad ſequentia,qui vult† quòd quamuis pro paruulis,
vel pro ignorantibus ſit data pecunia;ignorantia nõ
excuſat, quoniam tenentur dimittere beneficium.
tamen quia longè diuerſum eſt ignorare,& expreſſè
contradicere,non debet imputari contradicenti ad
pœnam;ergo cum in pręcedenti dicatur de dimiſſio
ne beneficij,& annullatione actus in ignorãte; ergo
in contradicente hoc non poteſt intelligi propter
aduerſatiuam,& ſic confirmatio tenebit, aliàs autẽ
iſta aduerſatiua parui eſſet effectus. cũ certum ſit, ꝙ
21 etiam†ignorans non contradicens non eſt in culpa,
nec tenetur ad pœnam præter dimiſſionem benefi-
cij.& iura debent intelligi, vt aliquem effectum ꝓ-
ducant. Nec obſt.quòd iſta dicatur ſymoniaca con-
firmatio; quia factum damnabile dantis pecuniam,
non debet præiudicare confirmato, expreſſè contra
dicenti,qui fortè erat idoneus.& ſine pecunia fuiſſet
22 confirmatus.Preterea†contradicens expreſſè vide-
tur æquiparari illi in cuius fraudem fuit data pecu-
nia.ſed ſi data eſſet pecunia per fraudem in odiũ cõ-
firmati, talis confirmatio teneret. vt probatur in.c.
nobis.§.eod. ergo &c. Ex quibus infert D. m.poſſe
attentari, quòd etiam electio prædicto modo facta
23 non annulletur;maximè cum†maius ius quæratur p
confirmationem,vt no.in.c.ſuper his.de accuſ.& eſ-
ſet hoc ſatis notabile dubium.¶ Glo.in verſi. cõſen
ſeris.quærit vtrum ſi iſte conſenſiſſet, diceretur com
miſiſſe ſymoniam.& ponit duas opinio.In eadẽ ibi,
quidam dicunt vt.T.dic,idem tenet Vinc.In eadem
ibi.c.proximo,dic,ſecundum Ioan.And.quòd pro,
& contra facit.c.cum quis de ſent.excõ.lib.6.D.m.
24 dicit,quòd aut quæritur,† vtrũ de iure canonico poſ
ſum habere ratum quod meo nomine geſtũ non eſt.
& dicendũ ꝙ non,ita vt ſit vera ratihabitio,& retro-
trahatur,vt.d.c.cum quis.& in reg.ratum, de re. iur.
25 lib.6.Et ex hoc infert,quòd† ſoluens pecuniam poſt
contradictionẽ,& ius plenè ſibi acquiſitũ ꝓpriè nõ
cõmittit ſymoniã;qa aliud eſt emere,vel vendere.&
aliud vẽditioni,vel emptioni cõſentire.vt.l.aliud.ff.
de re

26 de re indi. Vnde† ratam habens dationem pecuniæ
non suo nomine factam, non dicetur committere sy
moniã; licet grauiter peccet, vt. d. c. cum quis. & sub-
dit, q hoc casu iste teneretur dimittere beneficiũ, vel
posset priuari habita consideratione ad symoniam
prius cõmissã cum peccato postea subsequuto, per
tex. nostrum. in versi. nisi postea cõsenseris, quia aliàs
non esset bona exceptio. & aduerte, quia arbitror q
D. m. intellexit, quando quis contradixit ne daretur
pecunia, & quando pecunia non fuit data suo nomi-
ne; aliàs dictum suum nõ haberet dubium. Et aduer
te; quia in contrarium videtur consuluisse Do. Ioan.
de Paiare, de Senis. qui, licet quasi stultus fuerit; tamẽ
omnium singularium memoriam habebat, vt refert
27 Fede. consil. 231. vbi concludit, q si† aliquis sciẽs cle
ricũ verberari suo nomine, & contradicẽs, & postea
ratum habuit, nõ est excõmunicatus. vide do. Dom.
post Abb. in. d. c. cum quis. in pẽ. q. sed nõ habet ob.
quia licet non sit excommunicatus; tamen in casu
nostro; quia fuit commissa symonia, & grauè sit
peccatum, quod sequitur ,ppter ratificationem, vel
consensum; hæc duo faciunt, vt teneatur dimittere
beneficium, arg. tex. nostri in versi. nisi.

CAP. XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Clericus conferens bona sua in ecclesia, vt in illa recipia-
tur in canonicum, et illa retinet pro præbenda, est Symo
niacus. Secus si sine pacto.*
2 *Preces pro obtinendo beneficio spirituali emissę non indu
cunt symoniam.*
3 *Præbenda potest consistere in rebus temporalibus tantũ.*
4 *Ius canoniæ est ius spirituale.*
5 *Pactio, vt detur temporale pro spirituali, vt causat symo
niam cõuentionalem; ita mens recipiendi, vel dandi cau
sat symoniam mentalem.*
6 *Donantes munuscula Cardinalibus, vel alijs prælatis, &
rogant pro beneficijs consequendis, non committunt sy-
moniam, si intentione ea nõ dant; ut per ea consequãtur
beneficia.*
7 *Beneficij receptionis tempore potest aliquid dari nõ præ
cedente pacto.*
8 *Licita sunt quædã ante, quæ nõ sunt licita post, & ècõtra.*
4 *Intentio sola in prohibitis inducit symoniam.
Quod intellige vt num. 10.*
11 *Differentia inter symoniam mentalem, & conuentionalẽ.*
12 *Dans pecuniam Iudici, vel testi, vt eum corrumpat an
symoniam committat.*

1 Tua nos. † Si clericus confert bona
sua ecclesię cum pacto, vt
in illa recipiatur in cano
nicum, & illa retineat sibi ,p præbenda; cõmittitur sy
monia. secus si sine pacto. h. d. Primo, decisa cõsulta
tio. secundo responsio. secunda, ibi, deuotioni. Quæ
secunda subdiuiditur in duas partes, sicut duo prose
quitur membra. secunda ibi, si verò. cui submittitur
2 limitatio, ibi, licet autem. ¶ Noto primo, q† pręces
emissę pro obtinendo beneficio spirituali non indu
cunt symoniam. de quo in glo. in verbo, rogans. Se-
3 cundo no. quòd† prębenda potest consistere in re-
bus temporalibus tantum; & hæc potest confer-
ri etiam layco, vt. c. cum M. de constit. dummodo nõ
conferatur in titulo; sed in stipendium. Tertio nota,
4 quòd† ius canoniæ est ius spirituale. & ideò non ca
dit in laycum, vt. c. 2. de instit. & ideò pro tali cano-
nia non possunt dari temporalia. Vltimo nota, quòd
5 † sicut pactio, vt detur temporale pro spirituali cau-
sat symoniam conuentionalem; ita & mens dãdi, vel
recipiendi causat symoniam mentalem, inter quę lõ
ga est differentia, vt. ĩ. dicam latius. In. fi. gl. 2. dic, &
ibi vide gl. ordinariam in. d. c. tua. quæ distinguit. &
vide. c. per inquisitionem. de elect, & gl. 2. q. 1. ordi-
nationes. &. 1. q. 1. quibusdam. & dicit hic. D. m. q
6 iste tex. facit pro illis, † qui donãt aliqua munuscula
Cardinalibus, vel alijs prælatis, rogãtes de aliquo be
neficio consequendo, quòd non committunt symo-
niam si danẽ principali intentione, vt pro illis adipĩ
scantur spiritualia; quanquam secundario habeãt ta
lem spem; quia, secundum Inno. & Host. hic vix pos-
sũt talia fieri sine spe secũdaria. Facit q no. 41. dist.
qui proderit. 21. q. 1. sunt nõnulli. &. d. c. tuam. s̃. de
ætate & quali. & ad prædicta vide Ioan. de Imol. in
c. significatum. de præb. versi. & ex prædictis. in versi.
7 purè consentiant. ¶ Glo. not. quòd† tempore rece-
ptionis possit aliquid dari non præcedente pacto.
deinde op. & sol. In eadem ibi, sed contra. dic & hoc
etiam tenet Laur. & videtur esse honestum secũdum
Host. In eadem ibi, post modum. dic, & ibi vide. In
eadem ibi, sed verum est. dic, idem T. Vinc. Inno.
Host. & Ioan. Andr. in. c. quoniam. ĩ. eo. In eadẽ ibi,
8 siue postea. dic, quòd† interdum licet ante, quod nõ
licet post. & contra, vt. d. c. quampio. 2. q. 1. Gloss. fi.
quærit, an isti dicantur symoniaci, qui intentionem
habere videntur recipiendi, vel tradendi spiritualia
pro temporalibus, & an sit illis imponenda pęna. In
eadem ibi, sola, intentio. dic, voluerunt quidam, se-
9 cundum Inno. & Host. quòd† sola intentio inducat
symoniam in prohibitis; quia simoniaca. in simonia
cis verò quòd ,phibita, volunt, q requiratur pactio,
de quo in. c. ex parte. de offi. dele. sed dicunt tenen-
10 dum quòd, † sola intentio nunquam inducit symo-
niam; nisi mentalem. & seq. Ioan. Andr. & hoc etiam
11 intellige, vt dixi. s̃. in rub. & † est inter ista differẽtia;
quia in conuentionali non sufficit pœnitere. in men
tali sic. de quo in. c. fi. ĩ. eo. Extra gl. quærit hic Host.
12 † vtrum dans pecuniam iudici, vel testi corrumpen-
do, committat symoniam. & concludit quòd non, si
causa est merè temporalis; si spiritualis committi-
tur simonia. vel quasi propter connexitatem cum
spiritualibus, argu. nemo. & c. 1. & c. cum essent. s̃.
eo. & s̃. de iure patr. c. de iure. & ff. de rei vend. l. quę
religiosis.

CAP. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem quis non debet recipere ab eo, quem credit sy-
moniacum; potest tamẽ prius acceptos ab eo ministrare.*
2 *Symoniacus non potest conferre ordinis executionem, eo
quia est suspensus. & num. 13.*
3 *Nemo dat quòd non habet.*

4 *Dicta*

4 *Dicta aliorum vana, non debent operari, vt conſcientia in præiudicium alterius formetur.& nu.12.*
Et quid ſi formata ſit.nu.5.
Et quid ſit agendum, ſi deponi non poteſt.nu.6.
Quæ ſi ſcrupuloſa ſit cum animi virtute poteſt operari bonum; Secus in vilitate animi.nu.7.
Et vnuſquiſque poteſt conſcientiam ſuam in rebus indifferentibus ſequi.nu.8.
Quicquid agunt homines intentio iudicat omnes. nu.9.
10 *Gehenna quid ſit.*
Et vnde dicta.ibidem.
11 *Infernus vbi,& quotuplex.*
14 *Symoniacus in ordine,an ſit ſuſpenſus ipſo facto.*
15 *Ex ſeparatis non fit illatio.*
16 *Ordines,licet ſint plures, tamen vnum eſt ordinis ſacramentum.*
Et peccans ſymoniacè in vno omnes vulnerat. ibidem.
17 *Symoniacus in ordine conferendo,an ſit ſuſpenſus.*
18 *Ratio differentiæ inter accipientem,& conferentem.*
19 *Sacramenta,quæ poſſint recipi à ſymoniaco ſuſpenſo.*
20 *Diuina officia debent miniſtrari peccatori occulto.*
21 *Beneficium ſymoniacè acquirens reſpectu ipſius ſuſpenſus eſt ab omnibus ordinibus. Et Epiſcopus qui emit epiſcopatum non poteſt ordinare; ordinatus autem ab eo non habet ordinis executionem.& ibi ratio.ibidem.*
22 *Ignorans licet quando non eſt doctus, non peccet non intelligendo canonem,qui eſt de iure poſitiuo, tamen poſteaquàm fuit inſtitutus per ſuperiorem grauiter peccat,non credendo,& deponendo errorem.*
Et l. vel canonem poſitiui iuris ignorare non eſt peccatum.ſub nu.23.
Quod intellige vt ibi.& eſt ratio,vt nu.ſeq.
25 *Nemo debet contra nimis ſcrupuloſam conſcientiam erroneam recipere ordines,nec ſuſceptos miniſtrare.quòd intellige vt ibi.*
26 *Multa impediunt fienda,quæ facta non frangunt.*
27 *Symoniacus, ſuſpenſus, depoſitus, & excommunicatus, æquiparantur quo ad collationem executionis ordinum.*
28 *A prælato notoriè criminoſo,an recedere poſſit.*

1 Per tuas. †Non debet quis ordinem recipere ab eo,quẽ credit ſymoniacum, ſed miniſtrare poteſt in illis,quos prius ab illo recepit. hoc.d. Communis diuiſio. ſecunda ibi,nos igitur.
2 ¶ Not.primo,ꝙ † ſymoniacus non poteſt conferre
3 ordinis executionem;quia videtur ſuſpenſus. † non enim poteſt dare quod non habet. de hoc in glo.fi. ¶ Secundo,colligit Hoſt.quinque ex tex. ¶ Primo,
4 ꝙ † ex vanis dictis aliorum in alterius præiudicium
5 non eſt conſcientia formanda. ¶ Secundo,ꝙ†ſi aliter eſt informata,debet ad conſilium prælati depo-
6 ni.¶ Tertio,ꝙ†ſi deponi non poteſt; quia non ſuadet conſilium prælati, in omnibus ſequenda eſt.
7 ¶ Quarto,ꝙ†animi virtus,& conſcientia ſcrupuloſa pōt bona operari;ſed vilitas animi non. ¶ Quin-
8 to, ꝙ † in indifferentibus, hoc eſt,in his, in quibus credere,vel non credere;agere,vel non agere non eſt peccatum,poteſt quis conſcientiam ſuam variè informare,& illam ſequi, licet erroneam. Et ſecun-
9 dum hoc intellige illud. †Quicquid agũt homines intentio iudicat omnes. & adde quæ dixi in.c.& ſi quæſtiones.ſ.eodem. & talis, qui in talibus contra conſcientiam agit,peccat, & ædificat ſibi ad gehen-
10 nam,vt hic.Dicitur autem†gehenna, ſecundum Iſido.quem ſequitur Archidiaco.4.diſtin. c. denique. locus ignis,& ſulphuris,quem appellari putat à valle idolis conſecrata,quæ eſt propè muros Hieruſalem, impleta olim cadaueribus mortuorum; quia ibi olim Hebræi filios ſuos immolabãt combuſtos. quæ vallis Genon appellatur.Vel dic ſecundum eos, quòd dicitur à ge, quod eſt terra, & enos habitare.
11 inde gehenna habitatio terræ; quia † infernus dicitur, ſecundum aliquos, eſſe in centro terræ. & iſto modo eſt duplex,ſcilicet,ignis, & frigoris. ¶ Glo. prima colligit,arguit,& opponit. In fine dic,quòd
12 in † præiudicium alterius non debet quis de facili credere.alias ſecus.dic,vt dixi in.c.licet hely.ſ.eod.
13 ¶ Glo.2. poteſt recitari in princ. per quæſt. an†ſymoniacus conferat ordinis executionem. & hoc dependet ab illo articulo, an ſymoniacus ſit ſuſpenſus ipſo facto. In fi.glo. dic pro examinatione articuli glo.& declaratione tex.noſtri,diſtingue ſecundum.D.m. quòd aut quis eſt ſymoniacus in ordine recipiendo, aut in ordine conferendo, aut in
14 beneficio. ¶ †Primo caſu dic, quòd eſt ſuſpenſus ipſo facto, non ſolum ab ordine ſymoniacè recepto,ſed etiam ab alijs licitè receptis,& ſuſpenſus eſt ab adminiſtratione beneficiorum ſuorum. Et ſi tu diceres,quòd propter illicitè receptos, non debent
15 impediri licitè recepti, cum † ex ſeparatis non fiat
16 illatio.reſpondeo, quòd†licet ordines ſint plures, tamen vnum eſt ordinis ſacramentum, & committens ſymoniam in vno,vulnerat totum ſacramentũ. Facit.l.vulgaris.ff.de furt. canonizata. de pœniten. diſtin.1.c.vulgaris. Et ideò ſuſpenſus ab executione omnium;& per conſequens ab adminiſtratione beneficiorum,ſecundum Inno.hic,&.c.tanta.ſ.eo.Facit.32.diſt.§.verum.&.1.q.1.reperiuntur.81.diſt.c. eos.& quòd not.glo.in ſimili in verſi.ſuſpenſi.in cle. ſi.de pœ. Prædicta tamen limita in eo,qui committit ſymoniam. ſecus ſi ignoranter recipit ordinem, quia talis non eſt ſuſpenſus,niſi ab ordine per ſymoniam recepto. Ab alijs verò,& à beneficijs licitè receptis non eſt ſuſpenſus,vt.ſ.c.de ſymoniacè. Aduerte tamen; quia ratio præcedens videtur concludere contrarium in hoc caſu.Cogitabis. ¶ Secundo caſu,videlicet,in ſymoniaco in ordine conferendo.
17 Goffr. voluit, ꝙ † talis non ſit ſuſpenſus,nec quo ad ſe,nec quo ad alios. Et idem videtur tenere hic Inn. qui dicit,ꝙ non videtur ſuſpenſus, niſi per bienniũ.
18 ratio†differentiæ ſit inter recipientem,& conferentem;quia recipiens habet ordinem vitioſum,conferens non;licet grauiter peccet indignè conferendo. Idem tamen Inno.in.c.pen.ſ.eo. tenet contrarium. Et hoc plus placet hic.D.m.qui concludit,ꝙ talis ſit ſuſpenſus ab omnibus ordinibus,per tex. iũcta glo. 1.q.1.c.ſi qui.& per tex.noſtrum. &.32.diſt.§.verũ.
19 & ibi glo.& ideò†à tali ſymoniaco nõ debet recipi aliquod ſacramentum, ſicut nec à ſuſpenſo,excõicato,vel depoſito;niſi baptiſmi,& corporis Chriſti, & hoc in neceſſitate tñ.vt.d.§.verum.& not.in.c.3. de hæreti.quãquam ipſis ſuſpenſis,excommunicatis, & depoſitis ſacramenta petentibus dari debeant. de conſe.diſt.2.non ꝓhibeat.&.1.q.1.Chriſtus. ꝗa nec in pu-

in publico sint vitandi, vt traditur. ĩ.de sen.excom.
cum nō ab homine.&.s̃.de off.ord.si sacerdos. imò,
20 secundum Inno.†etiam peccatori occulto, quamuis
excommunicato, teneremur ministrare diuina offi-
cia, sicut alijs, vt not.in.d.c.si sacerdos. &.c.omnis.
§.caueat. ĩ.de pœni. & remis. de quo dic vt in dictis
iuribus.¶ Tertio, & vltimo casu, quando quis est sy-
moniacus in beneficio, distingue, ꝙ aut est notori⁹;
& est suspensus ipso iure, vt not.in.d.§.verum.Inno.
hic, &.s̃.c.tanta. dicit, ꝙ aut est occultus, & tunc nō
est suspensus ipso iure, arg.1.q.3.c.1.&.2. Subdit tñ
21 Inno.ꝙ†respectu beneficij, ꝙ quis symoniacè acqui
siuit, suspēsus est ab omnibus ordinibus. Ex quo in-
fert, ꝙ ille, qui emit episcopatum, non potest ordi-
nare, licet non emerit ordinem. Et ideò ordinatus
ab eo, nō habet ordinis executionem; quia collatio
procedit ab illa emptione beneficij. 1.q.3.§.ea quæ.
Ex quibus infertur ad intellectum, & declarationē
tex.nostri, & gl. ꝙ potest intelligi, ꝙ iste monachus
errabat in iure, ex eo, quia credebat symoniacum oc-
cultum in beneficio, ad conferendum ordines esse
suspēsum; & ideò Papa dicit hunc esse in errore. Sed
22 hoc non placet Innoc. quia† licet antequàm quis sit
doctus non peccet, vbi non benè intelligit canonē,
qui est de iure positiuo, tamen postq̃ instructus est
per superiorē, grauiter peccat, non credendo, & de-
ponendo errorem. 18.dist.c.nulli. Et not.sing.hoc
23 dictum Inno.ꝙ quotidiè allegatur, ꝙ†malè intelli-
gere legem, vel canonem iuris positiui, non est pec-
catum. qđ intellige, nisi propter hoc committat ali
24 quod delictum; quia†ignorantia non excusat in de-
lictis. de pęni. dist.2.c.sciendum.&. ĩ.eo.c.per tuas.
& vide Old.consi.76. Secundo modo potest intelli-
gi, ꝙ iste errabat in facto, quia credebat ex aliqua
præsumptione illum epm symoniacum in ordine.
Vnde videtur, ꝙ cum de hoc non esset certus, non
habebat conscientiam nimis scrupulosam. Nec ob-
25 stat sm Inno. ꝙ†sicut iste non debebat contra con-
scientiam erroneam, nimis scrupulosam ordines re-
cipere; ita nec debebat in susceptis ministrare. cuius
contrarium hic innuitur; quia respondetur, ꝙ ordi-
nes suscipere est liberum; sed in susceptis ministrare
est necessarium, vt.c.quærit.de æta. & quali. Et ideò
iste monachus quò ad susceptos, debuit conscientiā
informare secundum ius; sed in suscipiendis non de-
buit compelli. Præterea secundum Hostien. facilius
frangitur consciētia in susceptis, quàm in suscipien-
26 dis; quia† multa impediunt fienda &c.vt.c.quemad-
modum.de iureiur. Vel tertio dic, secundum Inno,
ꝙ Papa cum isto dispensauit in susceptis, quia igno-
ranter suscepit, vt.d.c.si qui à symoniacis. 1.q.1. hoc
videtur sensisse glo.magna in fi. quæ ex prædictis de-
claratur. nam in casibus, in quibus recipiens sciret
ordinatorem symoniacum, procedit decisio glo. in
ver.& not.in casu verò quo ignoret secus est, vel de
iure, vel ex dispensatione, vt dixi. Sed si dubitaret il-
lum symoniacum, nō debet recipere ordines, vt hic;
& sic recipiens non habet executionem per tex. no-
27 strum.&†quæ dicta sunt de symoniaco, dicit Inno.
ꝓcedere in suspenso, deposito, & excommunicato.
vnde vult, ꝙ isti quantumcunque occulti non confe
rant executionem ordinum, nec ab eis sint recipien-
da sacramēta, excepto baptismo, & corpore Christi,
in casu de quo.s̃.dixi. Et ex prædictis deciditur alia
28 q.quam tangunt Doct. videlicet, †vtrum liceat rece
dere à prælato notoriè criminoso, qui concludunt
ꝙ sic, si est notorius fornicator, vel symoniacus in
ordine, vt.d.§.verum. & idē dicit hic Inno. in quoli-
bet peccato, quod impediat ordinis executionem
post peractam pœnitentiam, vt homicidio, & simi.
de quibus in.c.nisi.s̃.de renun. & de hoc dic, vt tra-
ditur in.c.cum non liceat.de præscrip.

CAP. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Pro chrismate, vel ecclesiarum inuestitura nil exigi de-*
bet, nec consuetudo, aut variatio excusat. & ibi ratio
pulchrè.nu.4.
2 *Peccatum vnum aliud generat.*
3 *Variatio temporis in soluendo pecuniam pro re spiritua-*
li, non tollit symoniam, licet sit distincta.
5 *Nominibus non est curandum, vbi constat de intentione,*
& qualitate contractus.
6 *Venditio fortius declaratur per dationem prætij præce-*
dentem traditionem rei, quàm contra. & ratio ibi scitè.
7 *Gratia gratis concedi debet.*
8 *Subditorum culpa redundat in pœnam prælatorum, non*
corrigentium.
9 *Archiepiscopus suffraganeorum suorum excessus corri-*
gere potest.
10 *Archiepiscopus prauam consuetudinem prouincia sua*
tollere potest.
11 *Inuestitura in beneficio ad Archidiaconum pertinet.*
12 *Pecunia, & rei cuiusque temporalis pro re spirituali tra*
ditio, symoniam inducit.
13 *Venditor potest cauere de re tradenda, si prætium solua-*
tur sibi intra certum tempus.

1 Intantum. †Pro chrismate, vel ec-
clesiarum inuestitura
nihil exigi debet, nec
excusat consuetudo, aut nominis variatio.h.d. Pri-
mo, decisum proœmium. secūdo, narrat factum, ibi,
sanè. tertio, prouidet circa duo. ibi, cum verò, & se-
2 cundum, ibi, prauam etiam illam.¶ Not.primo, †ꝙ
peccatum vnum facit oriri alia peccata; quoniam
peccata de facili inducunt peccatorem ad peccan-
dum. & ratio est, quia peccatum diuidit nos à gratia
Dei. 11.q.3.c.illud.&.c.audi denique. & sic Angelus
bonus minus potest in peccatore, & malus plus po-
3 test. ¶ Secundo not. ꝙ†variatio temporis in soluen
do pecuniam pro re spirituali, nō tollit symoniam;
licet enim sit distinctio, & separatio in tēpore; quia
tamen connexa est fini spiritualitatis habendæ, dici-
4 tur committi symonia.¶ Tertio not. ꝙ†mutatio no
minis non excusat contractum, aliàs illicitum; quia
5 non†est curādum de nominibus, vbi constat de in-
tentione, & natura contractus, seu finali effectu, ad
quem partes intendunt. dixi in.c.ea quæ.s̃.eo. facit
6 C.plus val.quod agit.per tot. ¶ Quarto not. †quòd
fortius declaratur venditio per dationem pretij præ
cedētem traditionem rei, quàm contra. Et ideò est,
quia pretij traditio videtur habere se quasi ad solam
vēditionem; sed traditio rei pōt se habere ad plures
alios

alios contractus,vt dona.permut.& ſimi. ¶ Quinto
7 not.ꝙ†gratia gratis concedi debet.1.q.1.c.1.¶ Se-
8 xto not. ꝙ† culpa ſubditorum redundat in pœnam
prælatorum non corrigentium,vt dixi in.c.licet he-
9 ly.§.eo. ¶ Septimo not.ſingulariter, ꝙ† Archiepi-
ſcopus poteſt corrigere exceſſus ſuffraganeorũ ſuo-
rum.de quo in.c.vt litigantes. de off. ordi. lib.6. &
etiam officialium ſuffraganeorum. quòd intelligit
Goff. not.propter negligẽtiam ſuffraganeorum,vel
propter connexitatem. Hoſt.verò dicit hoc proce-
dere,in quantum ipſi officiales delinquerent, vt of-
ficiales.aliàs ſecus,vt.c.1.de off.vica. lib.6. in glo.3.
quòd facit ad materiam ſindicatus officialium, vt
poteſtas non teneatur pro familia ſua, niſi delin-
quant circa officia commiſſa.vide Bal.in.l.2.§.pro-
ficiſci.de off.proconſul.in.2.q. ¶ Octauo not.quòd
10 †Archiepiſcopus poteſt tollere prauam conſuetu-
dinem prouinciæ ſuæ, vt.c.ex frequentibus.§.de in-
ſtitu.Nec obſtat,quòd ipſe non habeat iuriſdictio-
nem in ſubditos ſuffraganeorum,vt.c.paſtoralis. de
off.ord.quia licet hoc ſit verum; tamen ideò poteſt
tollere dictam conſuetudinem,quia concernit pro-
uinciam.Item quia ſi eſt praua,videtur delictum no
torium;& ſic poteſt corrigere,vt.c.Romana.§.noto
11 ria.de cenſi.lib.6. ¶ Nono not.ꝙ†inueſtitura in be
neficio pertinet ad Archidiaconum. quòd intellige
de inueſtitura facti,non iuris,vt.c.ad hoc. de off.ar-
12 chid. ¶ Decimo not.ꝙ† non ſolum datio pecuniæ
numeratæ pro re ſpirituali, inducit ſymoniam. ſed
etiam traditio cuiuſcunque rei temporalis. In gl.3.
ibi,non prodeſt.dic, ꝙ aliquãdo prodeſt ſecundum
Goffre.vt.c.tua.de ſponſa. Item prodeſt ſecundum
not.in.c.gemma.de ſponſa.&.l.mulier. cum.l.fin. &
quòd ibi dicit Bal.C.de ſponſ.In eadem ibi,in frau
dem.dic de hoc,vt in.c.dilecti.de arbit. In fi.glo.4.
13 dic,vel ſecundum Hoſt.ꝙ†poterit cauere venditor
de re tradẽda,ſi prætium ſoluatur ſibi intra certum
tempus. ff.de edil.edic.l.ediles.§.fina. cum.l.ſeq. &
.l.ſi traditio.de actio.empti.

CAP. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus in ſubdiaconum,qui præſentatori ſuo promiſe-ſerat nil ab eo petiturum non poteſt in ſuſcepto ordine abſque diſpenſatione miniſtrare, nec ad ſuperiores ordines tolli, licet crediderit ſe non peccare.*
2 *Ad ſubdiaconatus ordinem quis ſine titulo non poteſt promoueri.*
3 *Expoſitio ad.c.epiſcopus.de præben.*
4 *Clerici debent habere tantum,quantum ad vitæ ſuſtentationem ſufficit, non autem tanta portio, vt videatur facta diuiſio beneficij.*
5 *Limitatio ad.c.conquerente.de cle.non reſid.*
6 *Symonia ita committitur ex datione temporalis pro ſpirituali, quemadmodum ex remiſſione temporalis quod debetur.*
7 *Remittere eſt donare.*
8 *Iuris ignorantia non excuſat à delictis. Quòd intellige, vt ibi.*
9 *Symonia commiſſa circa aliquid ordini connexum, quid operetur.*
10 *Iura ſcire regulariter,quilibet præſumitur.*
11 *Naturali motu vnuſquiſque ſcire deſiderat.*
12 *Epiſcopus poteſt diſpenſare, vbi diſpenſatio non reſeruatur Papæ.*
13 *Symoniacus in ordine eſt ſuſpenſus ſolum ab illo ordine, in quo ſymoniacè receptus eſt, ſecundum tex. in.c.per tuas.de ſymo. licet regulariter ſit ſuſpẽſus ab omnibus.*

1 Per tuas. †Ordinatus in ſubdiaconum, qui prius præſentatori ſuo promiſit, qđ nil
ab eo peteret,in ſuſcepto ordine miniſtrare, vel ad
ſuperiores ordines aſcendere, ſine diſpenſatione nõ
poteſt,etiam ſi peccare non crediderit.h.d. ſecunda
2 ibi,nos. ¶ Not.primo,ꝙ† etiam ad ordinem ſub-
diaconatus non eſt quis promouendus ſine titulo.&
ideò tali ordinato tenetur Epiſcopus prouidere ſe-
cundum formam.c.epiſcopus. &.c.cum ſecundum.
de præben.¶ Secundo not.ſecundum Io. And.quòd
3 non† ſolum abbates,& inferiores prælati, ſed etiam
rectores eccleſiarum poſſunt ordinandis conſtitue-
re beneficium in eccleſijs eorum, & ad eccleſias illas
præſentare quaſi patroni, etiam ſi illæ eccleſiæ ſunt
patronatæ. Per hoc tamen non præiudicatur patro-
nis,vt.c.pen.de iure patro.& ſic habes vnam declara
tionem ad.c.epiſcopus.de præben.vbi dicitur,ꝙ qs
non poteſt ordinari ſine titulo beneficij,quia intel-
ligitur proprio,vel alterius. & ex hac tituli conſtitu
tione cõſequitur,vt debeat habere neceſſaria ad ſu-
ſtentationem, quaſi cenſeatur conſtitutum benefi-
4 cium in redditibus illius eccleſiæ. Et not.ꝙ†debet
habere tantum,ꝙ vitæ ſufficiat;non autem debet ha
bere tantam portionem,vt videatur facta diuiſio be
neficij,per.c.maioribus.&.c.tuæ. de præben. Facit
c.propoſuit.de fi.preſby.& ſi facultates non ſuffice-
rent vtrique,vel talis non reſideret,poſſet priuari il-
5 lo titulo,per.c.conquerente.de cler.non reſid.† Vel
dic ſecundum Ioan. And. ꝙ illud.c.non loquitur in
præſentantibus,quia eſt quid illis imputetur.ſed lo-
quitur in ſucceſſore præſentantis, qui non fuit in
culpa aliqua. & ſic habes vnam bonam limitationẽ
6 ad.d.c.conquerẽte. ¶ Tertio not.ꝙ† ſicut ex datio-
ne temporalis pro ſpirituali committitur ſymonia,
7 ita ex remiſſione temporalis,quod deberetur,† quia
remittere eſt donare,vt.c.veniens.de reſtib. In mul-
tis enim prohibetur remiſſio, & non donatio, vt.c.
ſtatutum.de reſcrip.lib.6. not. in reg. peccatum.de
8 reg.iur.lib.6.¶ Quarto not. ꝙ† iuris ignorantia nõ
non excuſat à delictis.quòd intellige, ſi ſunt delicta
iuris naturalis. ſecus ſi iuris poſitiui, & eſt talis, in
quo admitteretur ignorãtia iuris.minus tamen pec-
cat,qui peccat per ignorantiam, quàm qui peccat ꝑ
dolum.de pœniten.diſt.2.ſciendum.¶ Vltimo not.
9 ꝙ† ſymonia commiſſa circa aliquid connexum or-
dini in promotione ordinis, non ſolum operatur
quo ad ipſum connexum, ſed etiam quo ad ipſum
ordinem.& ſic not. iſtum tex.qui videtur facere cõ-
tra id,quod dicit.D.m.in.c.inquiſitionis. in prin.de
accuſa. ſed hic recipiebatur beneficium, & ordo ſi-
mul,& vnum connexum ad alterum. Sed.D.m.lo-
quitur quando prius recepiſſet ordinem, & poſtea
beneficium. In fi.glo.1.dic,& ratio poteſt eſſe du-
10 plex. primo, quia † regulariter quilibet præſumitur
ſcire

ſcire iura.ſecundo,& ſi in veritate ignoret,debet ab
11 alijs quærere, vt dicit glo. ex † naturali enim motu
quilibet ſcire deſiderat,vt Philoſ.in princ.Metha.&
Bal.in.l.iuris.C.qui admit.ad bon.poſſ. vide tamen
Bart.qui aliter videtur velle in ſimili.in.l.bonorum.
C.eo.tit.vel dic,& melius, vt dixi in quarto notab.
¶ Glo.2.allegat,colligit,opponit, & ſoluit.& finaliter format duas.qq.& remittit.In fi.dic,ſecundum
Inno.ꝙ ſolus Papa poſſit cum iſto diſpenſare. & ſequitur hic do.Ant.& Doct.* communiter. D.m.hic
(Cōis opi.) tenet, ꝙ etiam Epiſcopus poſſit,per not. in.c.cum
12 dilectus.de tempo.ordi.vbi probatur,ꝙ † Epiſcopus
poteſt diſpenſare,vbi diſpenſatio non reſeruatur Papæ.Facit.s̄.eo.c.nobis.&.j̄.de ſent.excom.c.nuper.
Nec obſt.ſecundum eum,ꝙ per illa iura cauetur, ꝙ
ſolus Papa diſpenſat in ordine. de quo dixi.s̄.c.de
ſymoniacè. Nam hic non committitur ſymonia ꝓpriè in ordine, quia præſentatori nil acquiritur, &
præſentato nil deperit; quia ſi nō fuiſſet præſentatus
nullum ius habuiſſet aduerſus præſentatorem. Et
ideò non mirum,ſi cum iſto mitius agitur. * Facit
(Hac oia vſq; ad.c. audiuim' deſūt in im̄pſſo.) 13 c.pen.j̄.eo. & ex hoc ſequitur arg.tex.noſtri,† quare iſte ſymoniacus in ordine non eſt ſuſpenſus, niſi
ab illo ordine, in quo ſymoniacè eſt receptus, & nō
ab alijs,licet regulariter ſymoniacus in ordine ſit ſuſpenſus ab omnibus, vt dixi in.c.per tuas.2.s̄.eo.
¶ Glo.3. ſuper verbo miniſtrare, fortificat tex. triplici ex cauſa.In fi.dic,ſed videt̃, ꝙ nulla interuenerit ſymonia,quia non minus ab obſequio; quia hic
nullum fuit impenſum beneficium indebitè;nec minus à lingua,vt ſordidæ preces, cum iuſtas iſte emiſerit,nec munus à manu cum nihil temporale tradiderit,nec aliquam remiſit obligationem de præſentati.Sol.licet de præſenti non eſſet orta obligatio, tamen immediatè poſt præſentationem debebat oriri,quia præſentator tenebatur ad ſuſtentationem de
fructibus beneficij. Vnde ille ordinandus videtur
remittere,vt recipiat ſpirituale ꝓ temporali, & talis remiſſio ſapit ſymoniam, quia ſapit donationē,
vt dixi in notab.s̄.allegatis.

C A P. XXXVIII.

S V M M A R I V M.

1 *Symoniam committit,qui pro vicariatu, vel pro habenda alia adminiſtratione rerum eccleſiaſticarum pecuniam dant.*
Et tam dantes, quàm recipientes, ſunt ab illa eccleſia eijciendi.
2 *Symoniam committens dicitur inferre contumeliam, ſeu iniuriam,ob quam commiſit ſymoniam.*
3 *Symonia non ſolum committitur in beneficio ſpirituali obtinendo, ſed etiam in qualibet adminiſtratione eccleſiarum.*
4 *Adminiſtrationis appellatione,quid comprehendatur.*
5 *Quæ ſint incorporalia ex ſpiritualibus.*
Quæ corporalia.nu.ſeq.
Quæ ſpiritualia per cauſam.nu.7.
Quæ propter ſtatum.nu.8.
Quæ ratione dependentiæ.nu.ſeq.
Et quæ ratione officij.nu.10.
Et quæ ratione connexitatis.nu.13.
Et quæ ratione vſus.nu.14.& .15.
11 *Campanas pulſare non eſt officium ordinis. Ideò poteſt accipi pecunia pro earum pulſatione.*
12 *Symoniacum non eſt pecuniam dare pro Gaſtaldaria, licet ſit turpe.*
16 *Symonia,an committatur pro benedictione calicis,& veſtium.*
17 *Perſeuerantia voluntatis efficit peccatum.*
18 *Primi motus non ſunt in poteſtate noſtra.*
19 *Symonia pacto interueniente dicitur conuentionalis, ſine pacto mentalis, quæ eſt minus deteſtabilis.*
Et vna tollitur per pœnitentiam, altera verò nequaquam.nu.20.

1 Conſulere. † Symoniā committunt,qui pro vicariatu, vel ꝓ
habenda alia adminiſtratione rerū eccleſiaſticarum
pecuniam dant,& tam dantes,q̃ recipientes ſunt ab
2 illa eccleſia eijciēdi.h.d. ¶ Not.primo,ꝙ † committens ſymoniam, dicitur inferre contumeliam, ſeu
iniuriam,ob quam commiſit ſymoniam. dixi.s̄.eo.
c.de hoc.facit.j̄.eod.c.audiuimus. ¶ Vltimo not.
3 ꝙ † ſymonia non ſolum committitur in beneficio
ſpirituali obtinendo,ſed etiam in qualibet adminiſtratione eccleſiarum,pro talibus tamen dare pecuniam dicitur ſymoniacum,quia prohibitum, de his
4 latius in glo.1. ¶ Glo.1.quærit,quid † comprehendatur hic appellatione adminiſtrationis.In fi.dic, ꝓ
intellectu glo.& tex.noſtri,& multorum, diſtingue
ſecundum Ioã.And.ꝙ quædam ſunt ſpiritualia, ſm̃
veram eſſentiam. Horum autem quædam incorpo-
5 ralia,quædam corporalia.† Incorporalia nullo modo poſſunt emi,aut vendi etiam de facto; quia non
cadunt ſub pretio,vel extimatione, vt ſunt dona, &
virtutes Dei,& de his.1.q.1.c.1.&.c.iudices. &.3.q.
6 ſaluator.† Corporalia verò, qualia ſunt reliquiæ ſanctorum de facto vendi poſſunt, ſed non ſine peccato,vel vitio ſymoniæ.s̄.de relig.& vene.ſanc.c.2. &
7 not.1.q.1 qui ſtudet.† Quædam verò ſunt ſpiritualia per cauſam, vt ſunt ſacramenta ſtrictè, vel largè
ſumpta,quæ ſunt cauſa gratiæ. Hæc de facto cadunt
ſub pretio,in quantum corporalia ſunt, ſed non ſine
ſymonia, vt.c.ſeq.&.1.q.1.dictum. &.s̄.eod.c.non
8 ſatis.&.c.cum in eccleſiæ.† Quædam ſunt ſpiritualia
propter ſtatum,vt eſt religio, & de iſtis dicendum.
&.s̄.eo.c.veniens &.c.de regularibus. &.c.dilectus.
9 &.j̄.eo.c.quoniam. † Quædam ſunt ſpiritualia,&
dependent à poteſtate ſpirituali. & de his in.c.ad au
10 res.s̄.eo.&.c.audiuimus.j̄.eo. † Quædam ſunt ſpiritualia ratione officij eccleſiaſtici, vt hic,&.s̄.eod.c.
ad noſtram. & etiam non poteſt interuenire aliqua
venditio. Vnde quicquid competit clerico,vel ratione ordinis, vt pulſare campanas, claudere hoſtia
eccleſiæ, vel ſimi. Vel ſi eſt adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum vendi non poteſt, quia talia habent
dependentiam à ſpiritualibus, vt hic, & in iuribus
allegatis in glo.Et not.glo.j̄.15.q.2.c.1. ¶ Sed aduerte,quia licet Docto.in hoc ſimpliciter hic tranſeant, tamen Hug.1.q.1.in princ.& Archid.ibi,vo-
11 lunt,ꝙ † pulſare campanas non ſit officium ordinis,
& ideò poteſt recipi ſalarium pro pulſatione campanarum. Vide not.ꝑ glo.in ver.iudicem.in.d.c.ſaluator.

uator.&.t.q.t.si quis eps. Inno.in.c.t.ʒ.ne præl.vi.
12 suas.vbi dicit,q† dare pecuniam pro gastaldaria nõ est symoniacum,licet sit turpe lucrũ, & turpis quæstus. Sed potes dicere,q inquantum ista sunt merè temporalia,& possunt committi merè,laicis nõ cõmittitur symonia. sed inquãtum conceduntur rõne ordinis,ita q non habenti ordinem nõ competeret illud officium,tunc committitur symonia. Vel dici posset,q q̃uis ista non sint spũalia, vel annexa spũalibus; tñ quia concernunt administrationem ecclesiasticarum;& sic quasi spũalia dñr rõne administrationis,vel officij, dicitur committi symonia. & ita
13 debet intelligi glo. † Quędam autem spũalia,quia sunt annexa,vel dependentia in spũalibus, vt pbẽda
14 beneficium,& ius decimarum.¶ † Quędam verò spiritualia,quæ sunt annexa,& deputata ad vsum spũalium,vt vasa sacra,vestes sacerdotales,& simi.Et hæc vendi non possunt,vt.c.ad hæc.de relig. do. de con-
15 sec.dist.1.c.ligna.&.c.vestimenta. † Idem dicendũ de iure patronatus,qđ est connexum spũalitati, qa non potest vẽdi,nec emi,vt.c.mater.de iur.pat.transit tñ cum vniuersitate seculari, vt.c.ex literis.de iu. pat.Et not.singulariter prædicta,quę sequunt cõiter
Cõis opi. 16 Doct.* Et ex prædictis deciditur quæstio,† an p calice,& vestibus benedicendis si recipitur pecuniam, committatur symonia,quidam q non; quia non reperitur prohibitum.Contrarium tenet Gof.in sum. eo.ti. ver.nunquid symonia.in.c.ad nostram.ʒ.eod. ¶ Glo. nostra colligit argũ,q declarat,qualiter intelligendum sit. In eadem ibi,licet aliàs peccet,dic,
17 hoc verum, † si in voluntate pseuerauit;secus si fuit primus motus voluntatis, quem subito compressit,
18 quia† primi motus non sunt in ptãte nostra. & ideò non imputantur ad peccatum. de pœni.dist.1.c.cogitationis. In eadem,ibi,processum fuit ad actum,
19 dic,& si† interuenit pactum conuentionalis,si sine
20 pacto ex intentione dicitur† mentalis symonia,quæ minus est detestabilis. quod patet, quia prima non tollitur per pœnitentiam.secunda sic,vt.ʒ.

CAP. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacum est aliquid pro consecratione Episcoporum, benedictionibus Abbatum, ordinationibus clericorum accipere;nec excusat consuetudo.*

2 *Columbas vendere in templo, significat gratiam Spiritus sancti.*

3 *Christi miraculum vendentes in templo eijciendi fuit maius resurrectione Lazari, Cæci illuminatione, & alijs miraculis.*

4 *Episcopus dicitur consecrari, Abbas benedici, clericus verò ordinari.*
Et dicitur ordinari etiam Eps. & ibi quare.nu.5.
Et in quo differat ordo presbyteralis ab Episcopali. nu.seq.remissiuè.

7 *Pecunia quemadmodum non potest recipi pro collatione ordinis quando confertur,ita nec postquã collatus est; nec consuetudo in contrarium excusat.*

8 *Census potest portari ex consuetudine Episcopo tempore chrismatis.*

9 *Consuetudo laudabilis, q ordinandus aliquid daret ordinatori pro sustentatione pauperum,vel quid simile.debet attendi, licet in ordinatione nil possit exigi.*

10 *Symonia vocatur hæresis Neophita.*

11 *Expensæ factæ ab Episcopo pro electione consideranda, possunt peti.*

1 Sicut. † Symoniacum est aliquid p consecratione Eporum, benedictionib⁹ Abbatũ,ordinationibus clericorũ accipere,nec excusat cõsuetudo.h.d. Primo, narrat excessum,& ipsius executionẽ.Secundo,execrationem reprobat,& excessum phibet, & pœnam
2 addit.secunda ibi,tantum agitur. ¶ Not.primo,† q vendere columbas in templo significat gratiã Spũs sancti vendere,& spũalia. Et habetur hæc authoritas Math.c.21. & dicit hic Io.And. q Hieronymus ibi
3 multum extollit hoc miraculum, sic dicens;† Suscitatione Lazari,illuminatione cęci, & cæteris miraculis hoc vr̃ mirabilius, q vnus homo illo tpe contemptibilis,& tantum vilis, vt postea crucifigeretur Scribis,& Pharisęis contra sese tuentibus, & videntibus destrui sua lucra ad vnius flagelli verbera tantam multitudinem mẽsas,& capsas,& cathedras eijceret,quę infinitus nõ fecisset exercitus.¶ Secundo
4 no.q† Eps dicitur consecrari, Abbas bñdici, & cle-
5 ricus ordinari. Aduerte,quia etiam† Eps dicitur ordinari,quia ẽt Epatus est ordo,vt tractatur in ph.6. &.c.post translationem.ʒ.de renun. & est tex.in.c.
6 aqua.ʒ.de conse.ec.vel alt.† Et in quo differat ordo presbyteralis ab Epali,vide Io.Mo. in.c.1.de sentẽ. exc.lib.6. Archid.90.dist.c.leguntur. ¶ Vltimo no,
7 q† sicut p collatione ordinis non põt recipi pecunia,qñ confert; ita nec postq̃ collatus est,nec valet consuetudo in contrarium,vt dicit hic Host.q concilium voluit paliationem quorundam tollere, qui exigebant ex post facto.In glo.1.ibi, pro consuetu-
8 dine,dic,Vin.voluit,q† si esset consuetudo, q cẽsus alias debitus Epo portaret tpe chrismatis, q nõ eẽt absurdum,quia prælati dãt chrisma subditis,& subditi censum prælatis,vt.ʒ.de censi.c.omnis.nec talis dicitur dari simpliciter pro chrismate.plus etiã vo-
9 luit Host.quòd† si esset laudabili cõsuetudine,quòd ordinandus aliquid daret conuertendum in fabricã ecclesiæ,vel cultum diuinum, aut sustentationẽ pauperum sacerdotum,quòd licet ordo sit liberè concedendus; tamen cogitur quis ad obseruantiam talis consuetudinis.de quo in.c.ad apostolicam.ʒ.eo. In gl.fi.ibi Giezitę,dic,vt dixi.ʒ.in rub. In eadem ibi,
10 symonię,dic,qui fortè fuit Neophitus. & ideò† symonia vocat hęresis Neophita.1.q.t.qsquis. In eadem ibi,testõ,dic vt habetur Act.aposto.c.8. Extra
11 gl.opp.de.c.vt præteritæ.ʒ.de elect. vbi† possunt peti expensæ factæ ab Epo pro electione considerãda Sol.fm Host.& Io.An.ibi, loquitur de expensis factis ab electo,vel ordinato,ad quos tenentur contribuere,quas res tangit hic tex. loquitur de eo,qui exigit rõne collationis,ordinis consecrationis, vel sacramenti à consecratore,vel etiam ministris.

CAP. XL.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi precio recepti, vnà cum recipientibus de mona-*

monasterio expellitur. Et in arctioribus monasterijs ad pœnitentiam peragendam detruduntur. Si verò recepti fuerint ante concilium ad aliud monasterium eiusdem ordinis deputantur; dummodo multitudo non sit in causa, quia tunc renuntiata prima receptione, remanent in eodem, & de nouo debent recipi.

2 *Monialium appellatione venit Abbatissa, Priorissa, vel prælata.*

3 *Monialium receptio pertinet ad prælatum, & moniales.*

4 *Monialium appellatione non veniunt monachi.*

5 *Masculinum concipit fœmininum, nonècontra.*

6 *Fœmininum promiscui generis, comprehendit vtrunque genus.*

7 *Fœmininum appellatiuum comprehẽdit utrunq;; substantiuum verò non. & vt ibi.*

8 *Symonia sub palio iustæ, & honestæ causæ non debet committi.*

9 *Constitutio, antiqui iuris declaratoria, addens nouam pœnam, non extenditur ad præterita, respectu pœnæ. & ibi ratio.*

10 *Monachi, & moniales, excusantur à iuris ignorantia.*
Et mulieres generaliter. nu. 11.
Quid in monachis claustrum exeuntibus. nu. 12.
Et quid de clericis sæcularibus. nu. 13.

14 *Depositio fortius operatur, quàm simplex suspensio.*

15 *Symonia non impedit monachatum, licet impediat locum in monasterio.*

1 Quoniam. † Religiosi prætio recepti vna cũ recipientibus de monasterio expelluntur. & in arctioribus monasterijs ad agendam pœnitentiam detruduntur. Sed recepti ante istud concilium ad monasterium aliud eiusdem ordinis collocantur, nisi multitudo sit causa, in quo casu remanent in primo, dummodo renuntient primæ receptioni, & de nouo recipiantur. h. d. Diuiditur in quatuor partes. Prima, prouidet circa futura. Secunda, circa præterita, ibi, de his. Tertia, prorogat, ibi, hoc etiam. Quarta, publicationem fieri mandat, ibi, verum.
2 Not. primo, ꝙ † appellatione monialium compre-
henduntur Abbatissa, Priorissa, vel prælata simili nomine nuncupata. Facit. c. fina. ꝗ. eo. ¶ Secundo not.
3 ꝙ † receptio monialium pertinet ad prælatum, &
moniales. de quo in. c. fin. de reg. iur. lib. 6. ¶ Tertio
4 not. ꝙ † appellatioue monialium non veniunt mo-
5 naci. & ratio est, quia licet de sui † natura masculi-
num concipiat fœmininum. Non tamen ècontra fœmininum concipit masculinum, vt est tex. in. l. si ita scriptis. ff. de lega. 2. Vide glo. in. l. 1. ff. de verbo. obliga. Ego verò aliter distinguo, ꝙ aut loquimur
6 de † fœminino promiscui generis, & tunc compre-
henditur masculinum, & fœmininum in ꝓpria significatione, vt aquila, & simili dictione. & hoc denotat genus promiscui. Facit qđ not. Bal. in. l. quicunque. C. de ser. fug. hoc tamen non videtur ꝓpè genus fœmininum, sed distinctum. Aut loquimur in fœminino simplici, & subdistingue, ꝙ aut est appellatiuum,
7 aut substitutarium. † Primò casu comprehenditur
vtrunque genus: Exemplum in verbo persona, probatur in. c. mulieres. ꝗ. de sen. excom. & in. l. iura non singulis. ff quòd me. cau. Secundo casu non comprehenditur masculinum ex secunda significatione, vel ex vi conceptionis, sed per extensionem; quandoq; propter identitatem rationis, vt hic in tex. nostro. & not. Io. de Imo. in. d. l. si ita scriptum. Vide per prædicta quæ dixi in cle. 1. in glo. super verbo homines. de
8 electio. ¶ Quarto not. ꝙ † sub palio iustę, & honestę
causę symonia non est committenda, nec etiam præ
9 textu paupertatis. ¶ Quinto not. ꝙ † constitutio an-
tiqui iuris declaratoria, addens nouam pœnam, non extenditur ad præterita, respectu pœnæ, sed censetur noua, quia licet ante concilium symonia committeretur ex tali receptione ante hanc constitutionem. Ista tñ pœna non erat taliter statuta, & ideò mitius puniuntur recepti, vide quę dñr in. c. cum tu. de vsu.
10 tradit Inno. in. c. fi. de consti. ¶ Vltimo not. ꝙ † mo-
nachi, moniales, & alij regulares excusantur à iuris
11 ignorantia; de monialibus non est dubium, quia † ẽt
alię mulieres excusanẽ, vt. l. cum de indebito. de ꝓb. &. l. si emancipata. C. de iur. & fac. igno. Vide. 1. q. 1. notãdum. Vnde fortius excusantur moniales, q̃ non exeunt claustrum. vt. c. 1. de sta. reg. lib. 6. Sed in monachis videtur hic etiam tex. hoc simpliciter ꝓbare.
12 ¶ Sed Host. dicit hoc verum in monacis, q nõ exeũt
claustrum. Cum verò exeũt, de facili nõ indulgetur ignorantia. & intellige de ignorantia positiui iuris.
13 De † clericis autem sęcularibus, dic, ꝙ non excusan-
tur; quia ad studia literarum inuitantur, vt. c. cum ex eo. de elect. lib. 6. Nec obst. ꝙ miles armatæ militiæ excusetur, vt. l. 1. C. de iur. & fac. igno. & clericus tanquam miles cœlestis militiæ gaudet priuilegio militari, vt not. glo. in. l. miles. ff de reg. iur. quia illa iura loquũtur de alio priuilegio, in quo eadem est rõ. Sed in casu nostro, diuersa est ratio, quia vt dixi, clerici debent vacare literis, milites verò armis, & saluti. R. P. ¶ Glo. 1. fortificat tex. deinde determinat, & declarat tex. & vltimo consulit. In eadem, ibi, peccatum operari. Dic de hac materia, vt dicam in. c. quã sit. ꝗ. de iudæ. In fi. glo. dic de hoc, vt dixi in. c non satis. ꝗ. eod. in glo. 1. ¶ Glo. 2. opp. de c. dilectus. ꝗ. eo. &. c. inquisitionis. ꝗ. de accu. & soluit. deinde format. q. quam sol. & remittit. deinde ponit aliam. q. quam dupliciter soluit. In eadẽ ibi, credo, ꝙ hodiè dic. Inno. & Host. tenẽt primam lect. & distinguatur modus agendi, ſm. c. dilectus. qđ placet. D. m. in monachis. Nec obst. qđ dicit glo. ꝙ in effectu videntur deponi, ex quo detrudũtur sine ordinis executione; quia hoc esset verum in monacho, non clerico, de
14 quo intelligunt Doct. † Fortius operatur depositio,
q̃ simplex suspensio; saltem dispensationis obtinendæ. Facit qđ not. in. c. ex tuę. de cler. non resid. sed in monialibus, quæ non habent ordinem; secus esse videtur. nam tenet ipse. D. m. indistinctè tex. nostrum. Tu dic, vt dixi in. c. inquisitionis. &. c. qualiter. 2. de accu. & vt dixi in. d. c. dilectus. In fi. glo. dic, vel ſm Host. detrudetur in ergastulo. ꝗ. septa monasterii, & ibi vitam aget duriorem cęteris, arg. 50. dist. c. studeat. Et not. tex. iuncta glo. ſm. D. m. maximè ibi, ne damnabiliter in seculo euagentur. probatur enim,
15 ꝙ † symonia non impediat monachatum, licet impe-
diat locum in illo monasterio. Nam si symonia impediret monachatum, posset redire ad seculum. de quo dixi in. c. veniens. ꝗ. eo.

Cap.

CAP. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopi nil exigere debent pro permiſſione inſtituendi rectores eccleſijs ſibi ſubiectis, monachos profitendi, uel mortuos ſepeliendi: alioquin exacta reſtituuntur duplicata.*
2 *Rectoris in eccleſia inſtitutio eſt quid ſpirituale.*
3 *Iniuria dicitur fieri illi eccleſiæ, de cuius inſtitutione tractatur, ſi pro ea commiſſa ſit ſymonia.*
4 *Symoniacè recepta, quando in duplum reſtituantur.*

1 Audiuimus. †Epiſcopi nihil exigere debẽt, vt permittãt, in eccleſijs ſibi ſubiectis rectores inſtitui, monachos profiteri, vel mortuos ſepeliri; alioquin exacta reſtituuntur duplicata. h.d. Primo, factum narrat. ſecundo, prohibet, ibi, cum igitur. tertio, pęnam im
2 ponit ibi, q ſi quis, ¶ Not. primo, q† inſtitutio rectoris in eccleſia ęſt ius ſpirituale. & ideò ꝓ ea non debet aliquid exigi; aliàs committitur ſymonia. Et intellige, q eſt ius ſpirituale, ſi eſt inſtitutio iuris, nõ inueſtitura ſolius facti; licet pro illa nõ liceat etiam aliquid exigere propter connexitatem, quam habet ad ius ſpirituale, vt ſtatim dicam. ¶ Secundo not. tex. in verſi. cum igitur. concordantes ponit glo.
3 ¶ Tertio not. q† iniuria dicitur fieri illi eccleſiæ, de cuius prouiſione, vel inſtitutione tractatur, ſi pro ea committitur ſymonia. probatur etiã. ſ. eo. c. de hoc.
4 ¶ Vltimo not. caſum, in quo † propter ſymoniacè receptum, reſtituitur duplicatum. Qđ procedit in exacto per ſuperiorem, & per quandam quaſi concuſſionem, ratione ſuperioritatis. facit. 1. q. 1. c. iubemus. & c. concuſſionis. & ſ. de cenſi. c. prohibemus. ſecus ſi ex pacto, vel ex ſponte concedente reciperetur, ceſſante omni metu; ita loquũtur omnia alia infinita iura, quę volunt ſimplum, non duplum reſtitui. In foro autem cõſcientiæ dicit hic D.m. q non tenetur reſtituere, niſi ſimplum, per not. per glo. ſing. 12. q. 2. fraternitas. Et ſequitur ibi Archid. vbi vult, q pœna non poteſt ſolui in foro conſcientiæ, licet Goffre. teneat contrarium in ſum. in titu. de arbit. ¶ Glo. 1. quærit, ſoluit, & remittit. In eadem ibi, qa redimit ius ſuum: dic, hæc glo. non benè dicit, ſiue loquamur de inſtitutione, quæ eſt iuris, pro qua non debuit dari pecunia; quia cum tractetur de iure quęrendo, & ſpirituali, non eſt dubium, q committitur ſymonia. Nec dicetur quis redimere vexationem ꝑ c. dilectus. 2. ſ. eod. Et licet talis inſtitutio indebitè denegetur, tamen nõ debet pecunia dari; ſed debet adiri ſuperior. facit. c. nullus. de iure patro. Si verò capitur inſtitutio pro inſtallatione, ſeu inueſtitura, de qua. ſ. eo. c. in tantum. in fi. & c. ad hæc. & c. vt noſtrum. de of. archid. adhuc non licet dare pecuniam, vide rationes in. d. c. dilectus. 2.

CAP. XLII.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta ſunt liberè conferẽda. Ordinarius tamen poteſt cogere vt obſeruentur laudabiles conſuetudines. & nume. 8*
2 *Symonia inducitur per receptionem pecuniæ in exequijs mortuorum.*
Et exequiæ dicuntur quid ſpirituale, vel quaſi. nu. 3.
Et idem de benedictione nubentium. ibidem.
4 *Temporale aliquid poſſit ne dari pro collatione ſacramenti. & nu. ſeq. & nu. 15. Et ibi, ſi eſt laudabilis conſuetudo, an ſeruari, & quando debeat.*
6 *Cautio, pro ſacramentis, vel promiſſio exigi non debet.*
7 *Conſuetudinis declaratio, an ſit laudabilis, pertinet ad Epiſcopum.*
9 *Cereus in exequijs; in benedictionibus nubentium, panis, & vinum; & in conſecrationibus manutergium datur.*
10 *Laici abutuntur priuilegijs ab eccleſia illis conceſſis gratioſè.*
11 *Munuſculum poteſt dari pro pœnitentia, non tamen nolens dare, poteſt compelli.*
12 *Conſuetudo in his, quæ ſunt meræ facultatis, non inducitur.*
Nec poteſt allegari titulus, aut obligatio. nume. 13. vbi ratio.
14 *Conſuetudo Venetorum, & Britannorum in ſoluendis decimis.*
Et talis conſuetudo ſeruanda eſt. nu. 18.
16 *Applicanda vſui cultus diuini poſſunt exigi, & dari licitè.*
Secus ſi applicantur priuatæ burſæ. & ibi ratio. nu. 17.
18 *Conſuetudo vt aliquid ex poſt facto detur, ceſſante fraude valet. & nu. 21.*
19 *Cauda à capite ſegregari non debet.*
20 *Conſuetudo ut tempore ſacramenti aliquid exigatur, non valet.*
22 *Conſuetudo, quòd de oblationibus vnam partem habeat conſecrator, alteram clericus, valet.*
Et an valeat conſuetudo vt detur certa quantitas argenti. nu. 23. & vt ibi.
24 *Clericis non licet negare Epiſcopo obſequium conſuetum, licet Epiſcopus neget conſuetam partem oblationum. Et ſi negarent poſſet agere contra ipſos nomine eccleſiæ petitorio, & poſſeſſorio. Et ècontra, poſſent agere clerici pro obſeruatione talis conſuetudinis.*
Si autem conſuetudo ſolum reſpiceret Epiſcopum, poſſent agere ad abſolutionem, ſi Epiſcopus pro parte ſua non ſeruet illam. nu. ſeq.
26 *Facilius perditur priuilegium, quàm ius cauſæ, vel conſuetudinarium.*

Ad Apoſtolicam.

1 †Sacramenta ſunt liberè conferenda. Cogit tamen ordinarius obſeruare laudabiles conſuetudines. h.d. Primo ponit laicorum, & clericorũ exceſſum. Secundo, prouidet contra vtrunq;, ibi, quapropter. ¶ No.
2 primo, q† receptio pecunię ꝓ exequijs mortuorum
3 inducit ſymoniam. Et ſic† exequiæ dicũtur quid ſpirituale, vel quaſi. Et idẽ de benedictione nubentiũ. hoc etiam probatur in. c. non ſatis. & c. cum in eccle
4 ſiæ. ſ. eo. ¶ Secundo not. q† licet tpe collationis ſacramenti non poſſit aliquid tpalitatis exigi; non tamen negatur, quin liberè poſſit concedi; dummo-

do nnn concedatur pro sacramento, nec propter
hoc dicuntur vendi sacramenta. Facit.c.dilectus.2.
5 §.eod.¶ Tertio not.ibi,liberè. ꝙ†etiam vbi subest
consuetudo aliquid dandi, nihilominus sacramenta
6 sunt liberè conferenda.&†sic non potest prius exigi
aliqua cautio, vel etiam promissio. ¶ Vltimo not.
7 ibi,per episcopum loci.ꝙ†declaratio huius consue
tudinis,an sit laudabilis,pertinet ad episcopum. Et
8 sic†habes casum, in quo Episcopus potest compel-
lere laicos ad obseruantiam consuetudinis laudabi-
lis fauore ecclesiæ introductæ;quia si non seruarent,
delinquerent in ecclesiam, & sic efficerentur de iu-
risdictione ecclesiæ,vt.c.cum sit generale.de fo.cõp.
Ratio autem quare ad episcopum pertineat cogno-
scere,an sit laudabilis consuetudo, est, vt probatur
ibi,veritate cognita. quia hoc est fundamentum suæ
iurisdictionis. & ista regula,ꝙ iudex potest cogno-
scere an sua sit iurisdictio,vt.c.1.de rescrip.lib.6. &
c.statutum.eo.tit.& lib.¶ Glo.fin.in princ.colligit,
deinde ponit duas lec.ad fi.tex. & primas approbat.
In eadem ibi,cogi possunt. dic,secundum Hosti. ꝙ
habent ius petendi,saltem per viam denuntiationis,
de qua in.c.nouit.de iudi. In eadem ibi, ex pietate
introducta est.dic,ꝙ potest figurari exemplum, sm
9 Host.†in exequijs, in quibus cõsuetudo est,vt detur
cereus,& in benedictionibus nubētium, vt detur pa
nis,vel vinum.In consecrationibus manutergium,&
simi. In fi.glo.dic,hæc secunda lect. non placet glo.
10 & bene, quia non congruit literæ, quæ loquitur†de
consuetudine introducta per laicos in fauorem ec-
clesiæ;sed ꝙ laicus præsentet, vel consentiat electio-
ni,non fuit introductum ex cõsuetudine laicorum,
nec principaliter tendit in fauorem ecclesiarum,sed
patronorum ex gratiosa concessione ecclesiæ, vt.c.
quoniam.§.de iure pat.& per prædicta reprobantur
etiam plura alia exempla;videlicet Ioã.qui dixit de
patrono paupere,qui vult vsurpare bona ecclesiæ,cū
solum debeat pasci. & Innoc.qui posuit exemplum
in laicis,qui volunt prædicare contra id,quod habet
in.c.ex iniuncto.§.de hæreti. vel volunt lites dirime
re,ecclesias defendere, & iurisdictionem vsurpare,
contra not.in.c.ecclesia.de consti.vel fingunt se pur
gare terram malis hominibus; ideò ante degrada-
tionem puniunt clericos, vel sepulturas vendunt,&
simi. & ideò plus placet præced.lect.glo.q̃ est sing.
& non probatur alibi,secundum.D.m.vt scilicet in-
telligatur de consuetudine, qua laici liberaliter cõ-
sueuerunt offerre aliquid temporale, quando perci-
piebant talia sacramenta . & hoc idem tenet glo.in
c.suam.§.eo.per istum tex. Sed hæc lect.non placet
Innoc.qui vult, quòd tex. solum procedat in laicis,
qui volunt mutare antiquas consuetudines, solici-
tando quod mihi detur pro sepultura, & simi. vnde
11 vult,ꝙ†licet pro pœnitentia consuetum sit dari ali-
quod munusculum,tamen non potest quis compel-
li ad illud soluendum. Mouet,quia aut inuitus com
pellitur soluere,& est symoniacum,& contra ius di-
uinum,& sic inscriptibile, vt.c.fi.de consuetu. Aut
sponte soluat,& non potest compelli vt soluat, quia
12 †non videtur inducta consuetudo, cum sit meræ fa-
13 cultatis, †nec potest allegari titulus,aut obligatio,
secundum formam.l.cum de in rem verso.ff.de vsur.
quia talis obligatio,& titulus à principio est prohi-
bitus.vult tamen Inno.ꝙ si post collationem sacra-
14 mentorum esset consuetum aliquid solui, vt est† Ve
nentijs,vbi homines in vita non soluunt aliquid pro
decimis, & in morte datur decima omnium mobi-
lium.vel vt est in Britannia, vbi in morte datur ter-
tia pars omnium bonorum conuertēda in opus ec-
15 clesiæ,& sustentationem pauperum;nam†tales con-
suetudines sunt seruandæ, secundum eum.11.dist.c.
in his.12.dist.c.illud.&.c.consuetudo. Host.tamen
ibi vr̄ tenere contrariū.vnde do.Ant.hic distinguit,
16 ꝙ aut†illud ꝙ datur venit applicãdum cultui diui-
no,vel ad religionem,vt cereus,vel candelæ. & hoc
date, vel exigere est licitum, vt hic,&.§.co.c.Iaco-
bus. & idem si habet aliam iustam causam; vt quia
datur loco decimarum, census,vel iuris cathedrati-
17 ci,vt not.§.c.sicut. Aut venit†applicandum priuatæ
bursæ,& datur tempore collationis sacramētorum,
& non licet,ex quo non apparet iusta causa, nisi esset
aliquid leue,quòd non posset mouere animum.Si ta
men esset consuetudo liberalis oblationis,laici non
18 possent illam destruere,vt hic.†Si verò esset consue-
tudo, vt aliquid daretur ex post facto cessante frau-
de,& ex causa,valeret. Idem si causa non adesset ex-
pressa;quia tunc præsumitur ex tempore. D.m.hic
dicit,ꝙ tex. debet intelligi de eo, quod liberè con-
sueuit dari, vel tempore collationis, vel etiam
ex post facto, ita tamen quòd tempore collatio-
nis sacramenti non fiat aliqua compulsio , vel exa-
ctio.& ꝙ consuetudo non sit inducta ex præcedente
exactione,sed ex pia deuotione fidelium,vt dicit li-
tera. Mouetur etiam,quia in principio dicit de cle-
ricis exigentibus pro sacramentis, & statim subijcit
de laicis volentibus mutare laudabilem consuetudi
19 nem. Vt ergo† cauda non segregetur à capite,vt.c.
maiores.de bapt. debet tex.intelligi de consuetudi-
ne laudabili aliquid dandi præcedentibus sacramen
tis.& videtur probari ex tex.quòd loquitur de con-
suetudine dandi tempore collationis, dum litera
dicit, ꝙ Papa elegit quandam mediam viam.s.vt sa-
cramenta liberè conferantur ; & Episcopus faciat
obseruare talem consuetudinem. Concludit ergo
20 D.m.primo, ꝙ non valet† consuetudo vt tempore
sacramenti aliquid exigatur ab initio. Secundo,ꝙ
non potest consuetudo introduci, vt aliquid detur
pro sacramentis,vbi præcessit pactio,conuentio,aut
21 exactio,quia initium fuisset vitiosum. Tertio,ꝙ†va
let consuetudo, vt aliquid detur tempore collatio-
nis, vel ex post facto, dummodo fuerit inducta ex
mera liberalitate. Nec obstat ꝙ in his,quæ sunt me-
re facultatis &c.quia ad hoc respond.vt dixi.§.co.c.
suam nobis.Si tamen nolet dare, debet nihilominus
dari liberè sacramētum,ne videatur vendi,& postea
poterit peti compulsio ad obseruandum talem cõ-
suetudinem.& hæc opin.plus mihi placet. Vltimo
22 tractat hic Inno. an†valeat consuetudo, ꝙ de obla-
tionibus,q̃ fiunt in consecratione, consecrator ha-
beat certam partem,& clerici aliam partem.& dicit
ꝙ sic, & ꝙ agi põt ad illud petitorio,& possessorio.
10.q.3.nec numerus. &.18.q.2.Eleutherius.&.c.ser
uitium.& idē dicit de sepulturis mortuorū. Subdit
23 tñ,ꝙ†si esset consuetudo,ꝙ ꝓ cõsecratione haberet
certam quantitatem argenti,ꝙ illa consuetudo non
valeret,licet consecrator possit recipere expensas ꝓ
se,&

se,& socijs suis,quas potest petere a loco,in quo fit
consecratio,si modo talis locus possit, aliàs tenetur
suis expensis consecrare.1 1.q.3.cauendum. & volũt
24 Io.An.& Host.ℽ.eo.c.Iacobus. ꝙ† non liceat cleri-
cis negare Epõ obsequium consuetum,licet Eps ne-
get consuetam partem oblationum; & si negarent,
posset Eps agere contra ipsos noĩe ecclesiæ petito-
rio, & possessorio. & ècontra possent clerici agere
contra Epm nomine ecclesiæ petitorio, & possesso-
25 rio,vt obseruaret dicta consuetudo. Vel si talis con-
suetudo fuisset inducta solum in fauorem Epi, pos-
sent agere vt absoluerentur ab illa, si Eps pro parte
sua non seruaret illam, qa priuilegium meretur &c.
26 1 1.q.3. hoc tamen non placet Innoc.quia† facilius
perditur priuilegium,quàm ius causæ,vel consuetu-
dinarium, vnde vult, ꝙ possunt agere quandiu Epi-
scopus non seruat consuetum, vt & ipsi non teneãn-
tur seruare consuetudinem.

CAP. XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Cistercienses non sunt exempti à iurisdictione Episcopi.*
2 *Exemptio probanda.*
3 *Cistercienses abbates recipiunt possessionem per installa-
tionem in choro, sed minus solemnem.*
4 *Papæ creditur.*
5 *Cistercienses abbates recognoscunt Diœcesanum in domi-
num,patrem, & iudicem.*
6 *Papæ illicitum præcipienti,vel contra votum professio-
nis,non obediendum: & multo minus Epo,nu.7.*
8 *Acquisitio possessionis,licet post adeptum plenum ius sit
meri facti;non tamen temporale pro ea dandum est.*

Ne Dei. Primò prohibet abbates
Cistercienses solenniter
installari. Secundo,ponit
formam obedientiæ, quam promittunt suis episco-
1 pis.h.d.¶ Not.primo,ꝙ† de iure cõmuni licet mo-
nachi etiam Cistercienses habeant plura priuilegia,
vt.c.cum ordinem.de rescrip. non tamen sunt exem
pti à iurisdictione Episcopi, qui fundat intẽtionem
suam de iure communi super omnes ecclesias,& cle
ricos,& religiosos suæ diœcesis, vt.c.cum venerabi-
lis.de relig.domi.&.c.1.de off.ordi.&.c.cum episco
pus.eo.ti.lib.6.16.q.7.c.omnes.18.q.2.c.1.& quasi
2 per totum. asserentes † ergo se exemptos debent
probare,vt.c.cum personæ.de priuileg.lib.6. ¶ Se-
3 cundo not.ꝙ abbates etiam Cistercienses recipiunt
possessionem per installationem, per quam confir-
matus inducitur in stallum in choro abbati depnta-
tum,licet solennitates non requirantur,vt hic. & an
per talem installationem prælatus acquirat pos-
sessionem aliarum rerum, vide Doct. in.c.in literis.
4 de restit.spol. ¶ Tertio not.ꝙ† creditur Papæ,licet
non ostendat originale. Secus in inferiore, secun-
dum Goffre.per nota. in authen.si quis in aliquo.C.
C.de eden.de quo dic, vt dixi latissimè in clemẽ.1.
de proba. ¶ Quarto not.formam promissionis,quã
faciunt abbates Cistercienses diœcesanis. & dic, ꝙ
5 per† verbum subiectionem, positum in tex. dicitur
recognoscere diœcesanum in dominum. per ver-
bum reuerentiam,in patrem. per verbum obedien-
6 tiam,in iudicem. ¶ Vltimo not.quòd† etiam Papæ
non est obediendum si mandat illicitum, vel ꝙ sit
voto professionis contrariũ. Facit.ℽ.de sta.mo.c.cũ
ad monasterium. sm Innocẽ. de quo dic, vt ibi tra-
ditur.&.c.1.de voto.& per Io. And.in mercur.semel
7 Deo.de regu iur.lib.6. † Multo ergo minus debet
obediri Episcopo in talibus. & licet Papa ponatur
posterior in ordine, tamen in obedientia debet esse
prior.11.q.3.c.qui resistit.&.9.q.3.c.cuncta p mun
dum.& sic probat iste tex.ꝙ non valet semper argu-
mentum ab ordine literæ. ¶ Glo.1. ponit casum,
per quem tollitur contrarium, quòd potuisset for-
mari, ꝙ decretalis non faceret ad titulum contra
not. in proœm.6. In fi.glo. dic,not. singulariter ex
8 ista glo.coniuncto tex.ꝙ† licet acquisitio possessio-
nis,post adeptum plenum ius sit meri facti, non ta-
men licet pro ea aliquid dare temporale. de quo di-
xi in.c.dilectus.2.&.c.ad aures.ℽ.eo.In fi.glo.2.dic,
vult ergo glo. quòd requiratur installatio, sed non
solennis.& ideò Goff. reprehendit Vincen. qui vo-
luit,ꝙ non requireretur.dicit Hostien. ꝙ talis instal
latio poterat fieri per monachos qui elegerunt. Io.
And.dicit standum esse consuetudini.D.m.putat,ꝙ
cessante consuetudine pertineat ad Archidiaconũ,
per.c.vt nostrum.de off.archid nec tex. noster tollit
sibi hanc potestatem,sed solennitatem.

CAP. XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudinis prætextu non debet exigi prandium à ca-
nonico de nouo recepto.*
2 *Lapus latè exposuit decretalem hanc,ex eo quòd ipse ap-
pellabatur Iacobus, & erat Florentinus, vbi Iacobus
vocatur Lapus.*
3 *Auctor dum audiret præceptorem suum legentem.c.Ni-
colao. de appella. vidit vnum D.Nicolaum, qui vole-
bat Doctorem percutere; eo quia parum solemnizas-
set.d.c.*
4 *Canonicus duarum ecclesiarum quis potest esse. Intelli-
ge tamen vt ibi.*
5 *Canonico vltra præbendam debentur alij reditus.*
6 *Consuetudo non operatur,vt aliquid possit exigi à rece-
pto in canonicum.*
7 *Consuetudinis prætextu possunt clerici etiam ad ventris
repletionem aliquid accipere à laicis.*
Et plures assignantur rationes.nu.8. & 9.
10 *Temporale pro spirituali,etiam in recompensationem nõ
potest accipi.*
*Nec si veniret conuertendum in vsum diuinum. ibi-
dem.*
11 *Statuto, vel consuetudine non extante pro præbenda,nil
debet exigi. & vt ibi.*
*Statuto autem exigente, si onus imponitur super præben
da,valet in fauorem cultus diuini.nu.12.*
Si verò onus impositum recepto,nihil valet.nu.13.
*Extante verò consuetudine, si à laicis debet dari, remit-
tit ad not.in.c.ad apostolicam.supra eo.si à clericis nõ,
nisi vt ibi.nu.14.*
Et ratio quare valeat in laicis.nu.fin.

1 Iacobus. †Prætextu consuetudinis non debet exigi prãdium à canonico de nouo recepto.h.d. secundum Ioan.
And.Primo,ponit querelam. secundo,dat iudicem.
2 ibi,quo circa. Subdit hic Io.And. ꝙ† Lap.abb. qui
fuit scholaris suus, commentauit latè hanc decret.
quia incipit Iacobus. & hoc in honorem sui nominis,quia Florentinus erat, & Florentiæ Iacobus vocabatur Lapus cõiter,sicut Bononiæ,& hic,Ioannes
3 Nannes.& ego vidi dum audirem†.D.m.legentem.
c.Nicolao.de appel.ꝙ ex eo,ꝙ parum solennizasset
illud.c.quidam.do.Nicol. de Basilea voluit ipsum
4 percutere in facie. ¶ Not.primo ex tex.ꝙ† quis potest esse canonicus in duabus ecclesijs. quòd intellige de iure speciali;de iure communi dic,vt traditur
in.c.literas.de conces.præb.70.dist.sanctorum.& vide quæ dixi in clem.pen.de rescrip.& hoc colligitur
5 hic in tex.dum dicit Aprutin.¶ Secundo not.ꝙ†canonico vltra prebendam debentur alij reditus.intellige tñ de redditibus cõibus, qui in quibusdã eccle-
6 sijs appellatur mensa grossa. ¶ Vltimo not.ꝙ†nec
receptus,nec recipiendus in canonicum potest compelli dare aliquid temporale rõne receptionis, etiã
si hoc haberet consuetudo.qđ intelligit Host.si modo qđ reciperetur,tenderet ad ventris repletionem,
seu ad commodum bursale. secus si ad cultum diuinum;quia tũc põt recipi,& potest peti cautio à prin-
7 cipio,vt.c.significasti.de elec.Subdit tñ Host.ꝙ†clerici possunt aliquid exigere à laicis,prætextu cõsuetudinis,etiam ad vẽtris repletionem, vt.c.ad apostolicam.s̃.eo.rõnes aũt diuersitatis,quare magis à laicis,q̃ à clericis exigi possit,ponit ipse Hosti. plures,
8 Prima,quia† qñ clerici petũt à clericis, vr̃ magis priuatæ vtilitatis.sed cum clerici petunt à laicis,vr̃ publicę vtilitatis.l.1.in fi.ff.de iust.& iu.&.1.distin.ius
publicum.sed publica vtilitas præfertur priuatæ. igi-
9 tur &c. Secunda rõ, quia† laici sunt cõiter clericis
infesti.2.q.7.laicos.fiat ergo repręsentatio,maximè
cum pręiudicetur saluti aĩæ. facit de deci.c.cũ sint.
& ponit plures alias rõnes,de quibus vide cum prę-
10 dictis opi.D.m.de.c.ex nudis.propè fi.1.q.3.vbi† ꝑ
spũali pręcipitur non recipi aliquid temporale,etiã
in recompensationem,& etiam si illud veniret conuertẽdum in cultum diuinum,vel in pauperes,vel in
fabricam ecclesię.facit.c.veniens. &.c.quanto.s̃.eo.
11 horum timore.D.m.distinguit,ꝙ † aut nullũ subest
statutum,vel consuetudo,& nihil debet exigi.etiam
conuertendum in diuinum vsum,vt in contrarijs. licet.n.cuilibet canonicorum possit imponi onus,fauore piæ causæ, vt.c.fi.s̃.de his quæ fi.à ma.par.cap.
tñ recipiendo non põt aliquid exigi in recompensationem spũalium. Aut subest statutum,& tunc aut
12 †hoc onus imponitur pręhendę,& valet in fauorem
cultus diuini,vt.c.significasti.de pręb.&.c.1.s̃.vt ec.
13 benefi.&.c.si pp.de rescrip.lib.6.Aut†per statutum
imponitur onus recepto,ꝙ teneatur aliquid dare ꝓ
receptione,pro ornamento ecclesiæ,vel cultu diuino.& fortè non valet, secũdum eum,per.d.c.ex mul-
14 tis.Aut imponitur† per consuetudinem,& tunc si illud est dandum à laicis clericis, serua qđ dixi in.c.
ad apostolicam.s̃.eo. sed si à clericis,non valet si ad
priuatã vtilitatem; secus si ad diuinum cultũ,dum-
15 modo non ꝓcedat exactio; quia† laici ex quo longo
tpe liberè soluerũt,vñr se ad hoc obligasse sub noie
cuiusdam oblationis, quam sunt soliti facere clericis,tempore spũalium,vel post;vt dixi in.d.c.ad apostolicam.facit de conse.dist.1.c.omnis Christianus.
In canonicis verò tempore receptionis non videtur
esse hæc ratio, cum huiusmodi oblationes communiter non fiant,vt.c.nouum genus.de decimis.

CAP. XLV.

SVMMARIVM.

1 *Symoniacè ordinem conferens, suspenditur à collatione ordinum,accipiens verò ab administratione.& nu.8.*
2 *Papa solus cum symoniaco in ordine dispensat.*
3 *Abbatis Siculi, quem auctor Dom. suum vocat,opinio reprobata in.c.per tuas.3.de symo.*
4 *Verbũ inquietare,quid denotet. Et quid oriatur per verbum non possit inquietare.*
5 *Transactio super alimentis futuris absq; auctoritate prætoris fieri non potest.*
6 *Beneficio recepto in ordinatione,quemadmodum quis potest renuntiare,ita potest etiam renuntiare obligatione succedente loco beneficij.*
7 *Promissio ante ordinationem, interueniente iuramento facta, quòd ordinatus non possit aliquid petere contra iuramentum, tale iuramentum potest seruare, in ordinato verò secus.& ibi rationes.*
9 *Pœna commensuranda est delicto.*

Si quis. Non summatur, quia seipsum
1 summat. ¶ Not.primo,quòd
†conferẽs ordinem symoniacè,est suspensus à collatione ordinum,quòd intelligit Goff.de ordinibus,quos sic contulit.Hosti.verò
de omnibus ordinibus, vide quæ dixi in.c.p tuas.2.
s̃.eo. Ordinatus verò est suspensus ab ordine,dun-
2 taxat symoniacè recepto.¶ Secundo not.ꝙ† cum symoniaco in ordine solus Papa dispensat, dic vt dixi
3 in.c.de symoniacè.s̃.eo. Et aduerte,quia† per istum
tex. expressè reprobatur opin.D.m. quam posui in
c.per tuas.3.s̃.eo. vbi voluit,ꝙ cum quasi symoniaco posset dispensare episcopus.nam hic est,quasi ille idem casus; & tamen dicitur, ꝙ reseruatur Papæ
dispensatio. vnde licet ibi tenuerim ipsam opinio.
D.m.nunc tamen mihi non placet. ¶ Tertio not.ex
tex.ibi,non inquireret.iunctis dictis Goffr. & Ioan.
4 And.ꝙ†verbum,inquietare, quandoq; denotat inquietationem extraiudicialem, vt.l.diuus.ff.de peti.
hæred.quandoq; præiudicialem, vt.l.amplius.&.l.
quo enim.ff.rem ra.hab.quæ iura nihil probant. Tu
vide Bart.in.l.is qui.§.Sabinus.ff.de cess.bo. q vult,
ꝙ per hoc verbum non possit inquietari, oritur ius
opponendæ dilatoriæ. quòd not.ad statuta, & promissiones,in quibus poneretur hoc verbum inquietare. ¶ Glo.1.querit,quale non teneat tale pactum,
vel iurm.Sol.deinde colligit,& opp.de.c.debitores.
In eadem ibi, nullam inducit obligationem. dicit
D.m.ꝙ de hoc,ꝙ tangit glo. ꝙ promissio nõ valet,
etiam si interuenit iuramentum,non tãgitur in tex.
& debet intelligi ſm eũ, si fiat ante ordinationẽ, vel
in ipsa ordinatione,qa cõmitteretur symonia. secus
si post,

si post,vt not.glo.in.c.si episcopus.de præben.lib.6.
In glo.fi.tennit id Bartho.Brix.q.73. Facit qd' dici-
5 mus,q † transactio super alimentis futuris non po-
test fieri sine prætoris authoritate;sed super preteri-
tis potest,vt.l.cum hi ff.de transac. Item facit,quia
6 †sicut potest quis renuntiare beneficio recepto in
ordinatione,ita debet posse huic obligationi renun
tiari,quæ succedit in loco beneficij.7.q.1.quam pe-
7 riculosum. Dicit tamen.D.m.q†si ante ordinatio-
nem fieret promisfio, & interueniret iuramentum,
q ordinatus non posset aliquid petere contra tale iu
ramentum præstitum, q tale iuramentum posset ser
uare sine interitu salutis æternæ, arg.d.c.debitores.
Sed ordinato non potest sine peccato virtute obliga
tionis,vel remissionis desistere quominus ꝓuideat,
quia quo ad Deum, non potest seruari promissio si-
ne interitu salutis æternę; quia hanc obligationem
symoniacè acquisiuit. & sic non potest pęnitere,nisi
prius renuntiet, vt.c.de hoc.s.eo. Et aduerte,quia
contra hoc facit, nam si ista obligatio est inducta in
fauorem publicum, ꝓut vr̄ probari in.c.episcopus.
de præben.&.c.si episcopus. de præben.lib.6. & vr̄
sentire glo.hic,dum allegat.c.si diligenti. & glo.fin.
in.d.c.si episcopus. videtur q opin.D.m.non sit ve-
ra,etiam ex parte ordinati propter regulam, non est
obligatorium.de reg.iur.lib.6. Glo.2.oppo.q de-
poni debeat talis symoniacus,& soluit. & cõtra sol.
oppo.& in fi ponit alium intellectum, per quem po
test responderi ad contrarium. In fi.dic,ex hac glo.
habes duas lect.Prima est,q ideò hic solum suspen-
ditur per triennium;quia propriè non fuit cõmissa
symonia. Secunda ponitur in vet.& hoc intellige,q
tex.noster procedat, quando delictum est occultũ;
secus si manifestũ.& hanc tenet hic Host.& Archid.
33.dist.§.verum.super gl. & tenuit primo Inno. sed
finaliter tenuit primam lect. glo.vult.n.q hic non
fuit commissa symonia in ordine, sed in cõsecutiuo
ad ordinem; nam & ordinator volebat ordinare,&
8 ordinatus ordinari,nullo dato.Sed† si symonia com
mitteretur propriè in ordine, ordinator esset perpe
tuò suspensus à collatione ordinum,& ordinatus nõ
solum ab ordine symoniacè recepto; sed etiam ab
omnibus alijs.1.q.1.c.reperiuntur. dixi.s.eo.c.per
tuas.2.& hoc etiam placet.D.m. Mouetur,quia or-
dinator potuisset abstinere ab ordinatione, si vo-
luisset; ergo non videtur motus aliqua cupiditate,
sed videtur solum euitare voluisse damnum, qd' po-
tuisset sibi contingere ex tali ordinatione. Item nec
ordinatus intendebat emere,sed conseruare indem-
nem suum ordinatorem.vnde mitius debet puniri;
9 quia†pœna commensuranda est delicto, vt.24.dist.
non differamus. &.s.de his q fi.a ma.par.cap.c.quæ
sunt. & hæc faciunt ad ea, quæ dixi secundum.D.m.
in.c.per tuas.3.s.eo.Sed.s.reprobaui opin.suam. &
per prædicta respondetur ad.c.veniens.s.de testib.
vbi remittitur qd' nõdum debebatur;quia licet obli
gatio nondum esset orta ibi inter præsentandum, &
parochianos,vt voluit Io.And.hic.istud est respectu
præsentandi,sed respectu ecclesię iam erat orta.nam
parochiani illi tenebantur soluere illos barilos vini
illi ecclesiæ, à quibus voluerant liberari. vnde non
solum voluerunt seruari indemnes, sed quòd remit-
teretur debitum illi ecclesiæ ex illa præsentatione.

CAP. XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Monachorum appellatione venit Abbas.*
Et quare.nu.2.& nu.9.& nu.12.
Idem in scholarium Rectore.nu.3.
Contrarium verò nu.seq.
Et quando debeat hoc ampliari, & quando restringi. nu.5.& 6.

7 *Dispensatio est stricti iuris, & odiosa quo ad illos, cum quibus dispensatur.*
Et regulariter in dispensatione fit stricta interpretatio. nu.seq.

10 *Appellatione ecclesiæ parochialis in materia stricta non venit parochialis collegiata.*

11 *Abbas non posset eligi,nisi esset monachus.*

13 *Appellatione monachorum si tractetur de salute animæ, venit Abbas.*

14 *Statutum exorbitans in fauorem animæ, latè interpretandum est.*

15 *Voluntas licet secuta receptione efficiat vsuram,non tamen efficit symoniam, ita quòd teneatur ad restitutionem.*
Et ratio subditur.nu.16.

57 *Symonia non committitur de iure diuino in beneficio.*

18 *Soluenti vsuras fit restitutio.*
Et ratio.nu.seq.

20 *Symonia fit in præiudicium ecclesiæ,de cuius bonis committitur. quod procedit vt ibi.*

21 *Vsura proprium quid.*
Symoniæ quid proprium.nu.22.

23 *Sperare aliquid in mutuo est contra charitatem. & ibi ratio.*

24 *Ordo charitatis vnde originem trahat.*

25 *Differentiæ plures inter symoniam,& vsuram.*
Et impugnantur.nu.seq.

27 *In symonia potest esse, vt mens deprauata tantum sit in vna parte.*

28 *Vsuræ præstatio est contra ius diuinum, & humanum.*
Symonia verò contra humanum tantum.

29 *Giezi primus symoniacus in veteri testamento.*

30 *Iudas an commiserit symoniam vendendo dominum nostrum Iesum Christum.*

Mandato. Non summatur pp eius breuitatem, & lecturarum varieta
tem.& habet duo dicta. secunda ibi,& ad resignatio
1 nes. ¶ Not.primo, quòd appellatione monachorũ
venit Abbas.& ad hoc allegatur iste tex.quotidiè.&
2 facit cle.1.de rescrip.Et ideò est,quia per abbatiam
quis non desinit esse monachus. Facit quòd not.Io.
3 An.in ꝓemio.6.vbi dicit,quòd† appellatione scho-
larium venit rector,qa licet sit rector, tñ est schola-
4 ris.Sed contra opp de.c.fi.de præben.lib.6. vbi† ap-
pellatione beneficij non veniunt rectorię,& alię di-
gnitates.tñ non desinunt esse beneficia. & ad idẽ.c.
sedes.de rescript. vbi expressis inferioribus adiecta
clausula gñali non veniunt superiores.Sol.contraria
5 loquũtur† in materia odiosa,& aliàs præiudiciali. &
ideò fit stricta interp̄tatio.hic verò in materia fauo-

rabili, quia agitur de salote monachorum. ideò fit
larga ioterpretatio, secundum Inno. Facit reg. odia.
de reg. iur. lib. 6. Host. dicit, ꝙ in vtroque casu pon-
deranda est intentso scribentis, vt. c. intelligentia. de
verb. sig. vnde ideò hic fit extensio, quia non paratur
6 alteri præiudiciom. † In cõtrarijs verò fit restrictio,
ne paretur alteri præiudiciom. Sed dicit do. Ant ꝙ
dictæ solu. non videntur bonę; quia & hic loquimur
in materia, quę de sui natura est strictè interpretan-
da, qualis est dispensatio, vt. c. qđ dilectio. de consan
gui. & aff. & c. fi. de fil. presby. lib. 6. Ideò Io. An. dat
7 aliam solutionem, dicens, ꝙ † dispensatio est stricti
iuris, & odiosa quò ad illos, cum quibus dispẽsatur;
sed quo ad illum, cui conceditur facultas dispensan-
di non expressis personis, largè est interpretanda. vn
de hic non fuit facta mentio de personis, cum quib⁹
debebat fieri dispensatio, latè interpretabitur. hæc
est notab. solutio. pro qua facit. c. si cui. de præben.
lib. 6. D. Ant. hic dat aliam solutionem, videlicet, ꝙ
8 in † dispẽsatione regulariter fit stricta interpretatio,
Et ideò in ea appellatione monachorum non veni-
ret Abbas. Sed ideò hic venit, quia Papa retulit se ad
dispensationem generalis consilij, vt. c. quoniam. ꝭ.
eo. vnde illud loquatur tã de prælatis, quàm de sub-
iectis. & hoc mãdatum cũ sit illius iuris executoriũ,
debet recipere interpretationes ab illo iure. Facit
qđ not. in auth. de fil. ante dota. instru. na. & vide iu-
ra, quæ allegabo in. c. cum tu. de vsur. D. m. hic dicit,
ꝙ licet hoc dictum sit verum in se, tamen sol. nõ est
bona; quia Papa hic se retulit ad constitutionem ge
neralis concilij. c. quoniam. non vt dispensaret cum
omnibus hic contentis, sed dispensaret circa illam
constitutionem respectu mutationis locorum. Tu
9 conclude circa istum artic. † an appellatione mona-
chorum &c. post. D. m. ꝙ aut materia est odiosa, &
appellatione monachorum non venit Abbas; quia
ex propria significatione non comprehenditur, sed
per extensiooem, vt hic. facit. c. statutum. coniuncto
10 . c. licet canon. de elect. lib. 6. vbi † appellatione pa-
rochialis ecclesiæ in materia stricta non venit paro-
chialis collegiata, & tamen non est dubium, ꝙ colle
giata parochialis, parochialis est. & boc propter qua
11 litatem, quam habet vltra. vnde licet Abbas sit † mo-
nachus, qđ patet, quia aliter non possit eligi in Ab-
batem, vt. c. cum in magistrum. ꝭ. de electio lib. 6. &
eod. titu. c. nullus. & c. indemnitatibus; quia tamen
habet qualitatem sopra omnes monachos. aliàs non
veoit appellatione monachi. Ad quod etiam allego,
12 quia † aliud est habere iura monachatus, & aliud est
habere iura abbatiæ, vt. c. fi. ꝭ. de relig. domi. & idem
dicendum de rectore, ꝙ propriè non veniat appel-
latione scholarium, postquã habet qualitatem adie-
ctam. & hoc in materia stricta. Aut materia non est
stricta, sed fauorabilis; & tunc si prouisio est fienda
per Abbatem, vt quia mandatur, ꝙ possit absoluere
monachos suos, & ooo venit Abbas, oot. Io, de Lig.
in cle. 2. de sta. mona. Facit. c. fi. de instit. aut manda-
tum, vel commissio est expedienda per alium; & tũc
fit extensio ad monachos. quod intellige quando est
eadem ratio. Facit qđ not. in. d. c. statutum. & proba
tur in tex. nostro, quia hic agebatur de salute animæ.
& eadem ratio erat in Abbate. & hoc tenet Io. And.
13 post Archid. in. c. 1. de sta. mo. lib. 6. vbi dicit, ꝙ † ap-
pellatione monachorum, vbi tractatur de salute aĩæ,
venit & Abbas, per tex. nostrum. & ꝑ hoc etiã alleg.
not. dictum Io. An. in. c. pro humani. de homi. lib. 6.
14 & c. 1. ꝭ. qui fil. sint legi. vbi vult, ꝙ † statutum etiam
exorbitans in fauorem animæ, est latè interpretan-
dum. facit etiam gl. in. c. 1. de postu. prela. & adde q̃
dixi in. c. ita quorundam. & c. significauit. ȷ̃. de iudę.
& vide ad materiam Fed. de Sen. consi. 5. & cons. 19.
Glo. 1. in prio. figurat casum, deinde colligit duo ar
gumẽ. & ad vltimum opp. de materia. vide iura, quę
allegat glo. & quæ dixi in notab. Glo. 2. colligit, ꝙ
15 † voluntas, vel affectus, licet faciat vsuram, sequuta
receptione, ita ꝙ tenetur ad restitutionem, non tñ
facit symoniam. Subdit tamen, ꝙ talis affectus in sy-
monia puniendus est. In eadem, ibi, vsuram. vr̃ indu-
cere. dic vt dicam io. c. consuluit. de vsur. Et aduer-
te, quia hęc gl. non ponit rõnem: quia vsurarius men
talis teneatur restituere, & non symoniacus. vnde di-
16 cit Hosti. ꝙ rõ est, quia † vsura prohibita est vtroque
testamento, nec Papa põt dispensare, vt. c. super eo.
ȷ̃. de vsur. Sed symonia in beneficio est prohibita so
lum ex dispositione ecclesiæ. Vnde est syoioniacum,
quia prohibitum, & ideò Papa dispensat. & not. hoc
17 dictum Host. quia † io beneficio non committĩ sy-
monia de iure diuino. de quo dic, vt dixi in. c. 1. ꝭ. e.
Sed dicit. D. m. ꝙ hæc opi. multum restringit tex. no
strum, vt oon videatur procedere in symonia prohi
bita de iure diuino. & tex. vr̃ loq generaliter, vel po-
test dici, ꝙ ideò hic noo fuit restitutio, qoia mona-
chus fuit ille, qui dedit, qui noo potest habere pro-
prium. Ideò si fieret sibi restitutio, frustra fieret; qa
acquireretur monasterio, vt. c. 2. & c. ad monasteriũ.
18 de sta. mo. Sed † solueoti vsuras fit restitutio, quia po
test babere proprium. Sed ista ratio mihi nõ placet,
ouia idem esset dicendum in conuentionali. vnde
19 Abb. in. c. consuluit. de vsur. dicit, ꝙ ratio est, qa † in
vsura fit solum præiudicium illi, qui eã recepit, ideò
20 tenetur eam restituere; sed symonia posset fieri in
præiudicium ecclesiæ, de cuius bonis fienda esset, si
non haberet aliunde. hæc sol. non placet Io. And. qa
dicendum esset idem in symonia conuentionali. vñ
21 idem Abb. dat aliam rationem, videlicet, ꝙ † ꝓpriũ
vsuræ est, ꝙ committatur ex aĩo, iuxta illud mutuum
22 dantes nihil inde sperantes. Sed † symonia respicit fa
ctum propriè, vt. s. vendatur, vel ematur spũale. Sed
dicit Io. And. ꝙ per hanc rationem non tollitur du-
bium, quare magis animus obliget in vsura, q̃ in sy-
23 monia. Ideò dicit posse dici, ꝙ † sperare lucrum in
mutuo est magis contra charitatem; quia in mutuo
tu teneris reddere tãtundẽ, sed in beneficio tu conse
queris vtilitatem sine alia restitutione. Item qa ma-
gis qs obligatur ad mutuum, q̃ ad beneficium conce
dendum, quia minus lęditur ex primo, q̃ ex secũdo.
24 & † ordo charitatis post Deum incipit à dilectione
soi ipsius. & ideò ęquum est, ꝙ minus liceat sperare,
vbi plus astringitur, & minus lęditur. Item io vsura
25 durior fit interpretatio, qa † in illa vnus tñ lęditur. s.
recipiens, hic duo. s. dans, & recipiens. Item spes sy-
moniæ põt esse ex parte vtriusque, in vsura ex parte
alterius tantum. Sed prædictę rationes, si recte aduer
tautur, non astringunt, & faciliter possunt impugna
26 ri. nam primæ ratiooes militarent, † vbi quis confer
ret beneficium de suo; quia tunc magis grauaretur
donan-

donando, q̃ mutuando. Item in spũalibus sacramenti, & simi. ad quæ quis teneretur ex debito officij; nam grauatur in aliquo, sed mutuans grauatur mu-
27 tuando, ppriam pecuniam. Præterea etiam† in symonia pôt contingere, vt non sit mẽs deprauata, nisi ex parte alterius tñ. D. Ant. dat aliam rõnem, ꝙ illud,
28 ꝙ† qs esset recepturus in vsura, tenet contra ius diuinũ, & humanũ; sed in symonia tenet cõtra ius humanum, qđ phibet actualem venditionem spũalium, non mentalem. Quæ tñ vr̃ incidere in ratione Host.
29 Sed dicit. D. m. ꝙ hæc ratio non vr̃ bona. nam† Giezi, qui primo commisit symoniã in veteri testamento, nullum peccatum expresse fecit precedente conuentione, sed ex sola animi instigatione, & tñ fuit lepra pcussus. 1. q. 1. cito turpem. Præterea, sicut dicitur, mutuum dantes &c. ꝙ gratis dãdum est; ita & gratia est gratis danda. Vnde concludit. D. m. ꝙ male potest reddi ratio diuersitatis, nisi dicamus, ꝙ illud fuit inductum in odium vsurariorum, vt tollatur via fraudibus. Facit qđ not. in cle. 1. de vsur. Vel debet intelligi tex. in symonia prohibita ex constitutione ecclesiæ, vel ex affectione, & spe secundaria, nõ primaria. & hoc dicit tutius tenendum. & prædicta pcedunt retenta opin. ꝙ vsurarius teneatur restituere. Aliqui tenent contrariam sententiam, & sic cessaret ista difficultas, vt dicam in. d. c. consuluit. s̃. de vsur. ¶ Vltimo, vt finem notab. huic materiæ symo-
30 niæ imponamus, quæro, † vtrum Iudas commiserit symoniam vendendo Christum. glo. 1. q. 1. q studet. dicit, ꝙ commisit plagium, & symoniam. Alij dicũt contra. ꝙ licet venderet Deum, non tamen vendidit ob aliquam gratiam conferendam, tunc dicit committi symoniam, quando quis vendit sacramentum, vt sit gratia collatiuum, arg. 1. q. 1. quicquid. dicunt tamen, ꝙ fuit sacrilegium. Vgut. tamen tenet, quòd commisit symoniam; & magis placet Archid. & mihi per tex. in. d. c. qui studet. vbi ad probandum ꝙ ibi dicitur symonia, inducitur exemplum de Iuda. Præterea illud idem corpus fuit venditum, ꝙ nec in altari offertur, & est sacramentum corporis, & vnitatis ecclesiæ. Et idem tenet Archid. 10. q. 3. c. abijt. vbi idem dicit de vendente sacerdotem. & idem tenet. 23. q. 4. quid ergo. & mihi placet, quia non potuit esse maior venditio spiritualis. & sic nullum maius, nullum acceptius, nullum prætiosius donum reperiri posset illo, quod fecit Pontius Pilatus de corpore Iesu Christi Ioseph, q Christus nos custodiat, & clericos à labe symoniæ mundet. Amen.

Ne prælati vices suas, vel eccle. sub ann. cen. cõce.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatus siue maior, siue minor, non potest vices suas vendere, vel pro pecunia concedere.*
2 *Rubrica negatiuè concepta, & habens sensum perfectum, potest sicut nigrum, allegari ad decisionem.*



Ontinuatur hæc Rub. ad præcedentes hoc ordine. Supra visum fuit de symonia in genere, ideò nunc submittit de quadã eius specie, quam prohibet. s. ne prælati vices suas &c.
1 In qua notandum est, † ꝙ non licet alicui prælato maiori, vel minori vices suas. i. iurisdictionem vendere, vel concedere pro pecunia, vt in rub. & in. c. 1. s̃. eo. cum simi. & habetur materia huius rubt. 1. q. 3. per totum. 89. dist. c. decenter. & 21. q. 2. c. si. & not.
2 ꝙ† hæc rubt. potest allegari ad decisionem, sicuti & nigrum, cum incipiat negatiuè, & habeat sensum pfectum, secundum not. in rub. C. ne fideiuss. do. dentur. & s̃. vt eccle. benef. traditur latè per Io. de Imo. in rub. ff. de verbo. obliga. dixi latius in rub. de sum. trini. in clemen.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

1 *Iurisdictionem episcopalem exercere est quid spirituale. Et si aliquid temporale pro ea exercenda daretur, committeretur symonia. & ibidem ꝙ duplex est Episcopi iurisdictio.*
Et an liceat eam vendere. nu. 2.
3 *Iurisdictio est res inæstimabilis.*
Patria potestas inæstimabilis res est. ibidem.
4 *Constitutio antiqui iuris declaratoria, ad qua extendatur.*
5 *Pœna vendentium iurisdictionem episcopalem, quæ sit.*
6 *Obuentiones licitè vendi possunt. & nu. 12.*
7 *Verbum futuri temporis, non importat canonem latæ sententiæ.*
8 *Archipræsbyterorum duo genera.*
9 *Assessori licitè constituitur salarium.*
15 *Aduocatus licitè vendit patrocinium.*
11 *Pœna pecuniaria imponi non debet, vbi personalia imponenda est.*

Præterea. Qui dat pecuniam, vt episcopalem, vel aliam iurisdictionẽ exerceat, officio suo priuatur. & sic conferens, illud amplius conferre non poterit, & canonicè punietur. h. d. Primo, ponit excessum. Secundo, illum pnnit. secunda
1 ibi, præsenti. ¶ Not. primo, ꝙ† exercere iurisdictionem episcopalem est quid spirituale. & ideò pro illa exercenda non potest dari aliquid temporale, qa committeretur symonia, vt. c. decernimus. s̃. de iudi. & intellige vt dixi, de iurisdictione spirituali. In temporali verò dic, ꝙ aut habet aliquam dependentiam ab officio ecclesiastico, & non licet illam vendere. ita debet intelligi glo. in. c. seq. in versi. pręcio. ibi, maximè. Facit qđ dixi in. c. consulere. s̃. titu. 1. Aut est merè temporalis, & hoc casu non sit licitum illam vendere, ne subditi grauentur, vt anth. de man. princi. §. illud. & facit. c. seq. illam vendens, grauiter peccat, & turpe est lucrum. Facit. c. nemo. s̃. tit. 1. tamen non committitur symonia, secundum Inno. & Host.

& Host. Et aduerte, quia prædicta intelligenda sunt
de venditione exercitij iurisdictionis temporalis.
Vtrum† autem liceat vendere ipsam iurisdictionẽ,
2 tex. videtur velle ꝙ non, in. §. fi. de pac. iura. fir. & ibi
3 not. Bal. tum quia† res inęstimabiles, sicut patria po
testas, vt. l. filiæ. C. de colla. tum quia eius rei non vi-
detur esse commercium; ergo non potest vendi, vt. l.
inter stipulantem §. sacram. ff. de verb obl. & l. apud
Iulianum. §. si ff. de lega. 1. ꝙ Bar. vr singulariter limi
tasse consi. 175. qđ incipit, ꝙ nouit an iurisdictio. si
modo venderetur extraneo, vel personæ prohibitæ;
secus si consorti, aut alicui de collegio, ꝑ not. in. l. 1.
ff. de off. consul. & l. 1. C. si imperia. lib. 10. ¶ Secun-
4 do not. ibi, de cætero, †ꝙ constitutio etiam antiqui
iuris declaratoria, non extenditur ad præterita, sed
solum respicit futura, quando adijcitur noua pœna.
Facit qđ dixi in. c. quoniam. s̄. tit. 1. dicam etiam in
c. cum tu. j̄. de vsur. quia ibi melius adaptatur. & ibi
de hoc artic. tangam latius. ¶ Vltimo not. pœnam,
5 quà† sunt puniendi transgredientes hanc constitu-
tionem, sed contra hoc oppo. de. c. seq. vbi pœna ma
ior imponitur. Sol duplex datur secundum Goffre.
prima, ꝙ tex. noster loquitur, quando venduntũ ob-
uentiones iurisdictionis. ille verò quando venditur
iurisdictio. D. m. dicit, ꝙ hæc solutio non est bona,
6 quia† obuentiones licitè venduntur, vt. c. fi. j̄. eo. &
in glo. fin. ergo non meretur pœnam, vt. l. Gracchus.
C. de adul. hæc reprehensio simpliciteř nõ est bona;
quia licet fructus ecclesiæ licitè vendantur, tamen
fructus iurisdictionis, habenti exercere iurisdictio-
nem, non possunt vendi. Mihi tamen non placet hæc
sol. quia tex. loquitur indistinctè etiam de vendente
exercitium iurisdictionis. Secunda sol. est, ꝙ tex. no
ster loquitur de pœna, quæ imponitur ipso iure. c. ve
rò seq. de illa pœna, quæ imponitur per viam accusa
tionis. Sed hæc non est bona, quia tex. noster loqui-
7 tur per† verbum, priuetur. & sic futuri temporis; er-
go non latæ sententiæ, vt dixi latius in. c. iudęi. 2. j̄.
de iudę. Tertio soluit Host. & meli⁹, videlicet, ꝙ iste
tex. suppletur per seq. vnde debet exponi, priuetur
officio suo. hoc est, remoueatur à clero. s. per deposi
tionem. & sic perdet omne officium ecclesiasticum.
& in fi. dum tex. dicit potestatem amittat, supple, &
canonicè puniatur, vt. c. prox. ¶ Glo. 1. quęrit, & sol
8 uit. In fi. dic, ꝙ† quidam est Archipresbyter Ciuita-
tensis, de quo in. c. officium. s̄. de off. archid. quidam
ruralis, de quo in iuribus in glo. allega. & c. fi. de off.
archiep. ¶ Glo. 2. quærit de intellectu literæ, & expo
nit. deinde oppo. & non soluit; dictum colligit, &
non oppo. & adaptat hanc decret. ad rubrum, illud
exponendo. In eadem ibi, constituere salarium. dic,
ꝙ hoc licet, quia non debet quis suis sumptibus mi-
9 litare, vt. c. cum ex officij. s̄. de ꝑscrip. & † assessori li-
citè constituitur salarium, vt. c. statutum. §. assessorẽ.
10 de rescrip. lib. 6. & † aduocatus licitè vendit patroci
nium. 14. q. 5. c. non sanè. Sed in casu præced. & tex.
nostri, episcopo non licet recipere pecuniam ab of-
ficiali suo, vendendo sibi iurisdictionem; quia hoc
tenderet in grauamen subditorum, vt. c. seq. & offi-
cialis de facili induceretur ad extorquendum pecu-
11 nias per fas, & nefas; & quandoq; imponeret† pœnã
pecuniariam, vbi esset pœna personalis imponenda.
Facit quod not. in auth. de manda. princi. §. oportet.
Item secundum Hosti. quandoq, Episcopus remitte
ret, iste verò paruam culpam magnam faceret. Et
intellige, quando Episcopus diceret, vendo tibi iu-
risdictionem meam pro centum vsque ad annum,
vel quid simile. & totum lucrum sit tuum; Secus si da
ret salarium ipsi officiali, & lucrum seruaretur ipsi
Episcopo. Facit qđ traditur in. d. auth. de man. prin.
§. coges. Et ex prædictis infero, ꝙ etiam non est lici-
tum per eandem rationem subsistentem, Episcopo
dare certam partem lucri, per quotas prouenientes
ex iurisdictione. In eadem ibi, cum ab ecclesiarum.
dic de hoc artic. vt ibi traditur. & 11. q. 1. c. experien
tiæ. & s̄. de elect. c. cum in cunctis. §. inferiora. & vo-
lentes tenere, ꝙ iste habeat iurisdictionem, dicunt,
ꝙ habet suam, non autem episcopalem. In fi. gl. dic.
Facit. c. index. cum duobus seq. de off. delega. lib. 6.
¶ Glo. fi. colligit, infert, opp. & soluit. In fi. glo. dic,
12 ꝙ† quis potest vendere obuentiones iurisdictionis,
tãquam fructus. quòd verum dicit Inno. dummodo
non vendantur exercenti iurisdictionem; quia pro-
pter connexitatem videretur vendere ipsam iurisdi-
ctionem. 1. q. 3. c. si quis obiecerit. Item quia non
cessat ratio prohibitionis. Alij verò fructus possunt
vendi cuicunque, secundum Host.

C A P. I I.

S V M M A R I V M.

1 *Locatio, et venditio iurisdictionis tẽdunt in præiudicium subditorum.*

2 *Episcopus subditorum excessus dissimulare non debet. & quare. Et an puniri possit. ibidem.*

3 *Episcopus, iurisdictionem quare locare non possit.*

4 *Iurisdictionem ordinariam, quibus in casibus episcopus dare possit.*

5 *Census nouus ecclesijs imponi non debet, nec antiquus augeri.*

6 *Episcopus, vel alter inferior à Principe, an, & quando possit dare iurisdictionem. remissiuè.*

Quoniam. Summatum est in
præceden. cap Pri
mo, ponit exces-
sum, quem expressa causa prohibet. Secundo, addit
1 pœnam. ibi, ꝙ si quis. ¶ Not. primo, ꝙ† locatio, ven
ditio iurisdictionis tendunt ad præiudicium subdi-
2 torum. ¶ Vltimo not. ꝙ † Episcopus non debet dis-
simulare excessus subditorum; imo si dissimulat, de-
bet puniri. & ratio est, quia dissimulando videtur
consentire. 43. dist. c. Ephesijs. & hanc dissimulatio-
nem faciunt prælati, vendentes talia, vt possint reci-
pere pensionem, aut promissum pretium; & ob eam
causam non audiunt subditorum clamores. Immo ꝙ
peius est, secundum Host. quandoq; fauent, & excu-
sant officiales, cõtra not. 86. dist. c. 1. ¶ Glo. 1. quę-
3 rit de causa, † quare Episcopus non possit locare iu-
risdictionem, & soluit in effectu, ponendo tres ra-
tiones. In eadem, ibi, maximè cum iurisdictio sit spi
ritualis. dic, sentit ergo glo. ꝙ idem est, si iurisdictio
sit temporalis. qđ intellige, dummodo sit annexa
spirituali, vt dixi in. c. præced. Glo. 2. quærit, & sol-
4 uit. In fi. dic, secundum Hosti. ꝙ† Episcopus in duo-
bus ca-

bus caſibus dat iuriſdictionem ordinariam. Primus
eſt,quando perpetuò conſtituit generalem officia-
lem,vel ad placitum ſuum. Nec eſt curandum de no
mine,an appelletur vicarius,vel officialis,vel vicedo
minus.& ꝙ talis habeat ordinariam, probatur in.c.
ſuam.de off.vic.&.c.pen.eo.tit.lib.6. &.c.perlectis.
25.diſt.Secundus,quando confirmatur, vel inſtituit
prælatum habentem iuriſdictionem,vt.c.dudum.2.
5 ·s·.de elect quo caſu, licet†concedi non debeat ſub
nouo cenſu,vel augmentatione veteris; poteſt tamē
concedi ſub antiquo non diminuto, vt.c.prohibe-
mus.de cenſi. Poſſet tamen dici,ꝙ in talibus non eſt
Epiſcopus,qui dat iuriſdictionem; ſed ipſa lex inter
6 ueniente facto epiſcopi. Et de materia,†an,& quan
do Epiſcopus, vel alter inferior à Principe, poſſit
dare iuriſdictionem, vide in.d.c.cum ab eccleſiarū.
·s·.de off.ordi.& Bart.& legiſtas in.l.& quia.ff.de io-
riſdic.om.iud.In glo.fina.in fi.dic,ſecundum Ioan.
An.quòd eſt pęna depoſitionis, cum oota infamiæ.
1.q.3.c.fina. & talis perdit poteſtatem cooferendi
officium,vt.c.præceden.

C A P. III.

S V M M A R I V M.

1 *Eccleſiæ regimen ſub annuo cenſu committi non debet.*
2 *Venditio rei ſpiritualis,quare prohibita.*
3 *Sacerdotes,qui currunt ad diuitem vſurarium mortuum, pauperem verò vilipendunt,reprehenduntur.*
4 *Rector quando vices ſuas alteri committere poteſt.*
5 *Sacerdoti,an liceat locare operas ſuas ad diuina officia. remiſſiuè.*

Quoniam. Regimen eccleſiæ
ſub annuo cenſu
concedi non de-
bet. h.d. Primo,
narrat conſuetudinem, quam. Secundo, prohibet
ibi,ne id. Tertiò,cauſam reddit,ibi,quia ſub annuo.
1 ¶ Noto primo, quòd†commiſſio regiminis eccle-
ſiæ non debet fieri ſub annuo cēſu. ¶ Vltimo oot.
2 ex fine,vnam rationem, quare prohibetur venalitas
3 ſpiritualitatis; quia † ſacerdos in regimine eccleſiæ
debet dirigere intentionem, & conſiderationem
ſuam ad præmium æternæ ſalutis,non ad lucra tem
poralia.ratio eſt,quia quod natum eſt ex ſpiritu,de-
bet eſſe ſpiritus; quòd ex carne caro, vt habetur Io,
3 c.3. Et ideò Hoſtien. † reprehendit ſacerdotes il-
los, qui ad vſurarium diuitem mortuum currunt,
pauperem verò vilipendunt. ¶ Glo. 1. aſſignat ra-
4 tionem,& ſoluit quæſtio. Io ſi. dic, quòd†ſi rector
eſt abſuturus ad modicum tempus, poteſt ipſe ſibi
vicarium conſtituere, vt not. 21. quæſt. 2. c. præcipi-
mus.& facit quòd oot.glo.in.c.vnico.·s·.de offi.pri-
mice. Aut impedimentum eſt futurum longum, &
debet inſtituere cum conſenſu Epiſcopi, vt.c.cum
ex eo.de electio. lib.6. & de appella.c.peruenit. Si
verò impedimentum eſt perpetuum, conſtituendus
eſt perpetuus vicarius, ſimiliter cum conſenſu Epi-
ſcopi, vt.c.extirpandæ. §:qui verò.·s·.de præben. de
quo dic,vt in dictis iuribus.& io clemen.1.de exceſ.
4 prælat. ¶ Vltimo quæro,†an liceat ſacerdoti locare
operas ad diuina officia. & dic, vt traditur in.c.ſi-
gnificatum.·s·.de præben. & aliquid dixi in.c.ſuam.
·s·.tit.1.traditur.21.q.2.c.præcipimus.

C A P. IIII.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatus ad quod tempus fructus eccleſiæ ſuæ locare poteſt.*
2 *Locator conductori, quando dicitur moleſtiam inferre. & nu. 3.*
4 *Moleſtiæ prohibitio intelligitur de ea, quæ non venit ex natura contractus.*
5 *Moleſtare non dicitur hæres petens à legatario fieri inuentarium,& ſatiſdari de vtendo arbitrio boni viri.*
6 *Moleſtare non dicitur,niſi malo animo fiat.*
7 *Moleſtare quando quis dicatur.remiſſ.*
8 *Locator, an præciſè compelli poſſit ad obſeruationem contractus.*
9 *Contractus à principio voluntatis,ex poſt neceſſitatis.*
10 *Locator obligatur ad patientiam præſtandam. & ſic ad factum.*
11 *Non patiens tenetur ad intereſſe.& ſeq.*
13 *Iuramentum aſſumit naturam contractus,uel rei,quibus adijcitur.*
14 *Iudex & ſi debeat condemnare, vt locator permittat conductorem vti re locata, non tamen ex hoc præciſè compellit.*
15 *Intereſſe ad quod locator tenetur conductori continet, et damnum emergens,& lucrum ceſſans.*
16 *Condemnatus ad factum præciſè poteſt compelli ad illud adimplendum.*
17 *Guarentigiatum inſtrumentum factū cōtinet,præciſè ad factum adimplendum aſtringit.*
18 *In obligationibus facti deſcendentibus ex decreto, vel ſnīa iudicis,an,& qū ſuccedat obligatio ad intereſſe.*
19 *Iudex,vel arbiter ſi mandant ſub certa pœna rem locare,an ſit eis ſatisfactum ſi locata fuerit, verum non permittatur vti re locata.*
20 *Succeſſor an teneatur ſtare colono. & nu.25. Limitatur ſub nu.29.*
21 *Succeſſor, an teneatur ſtare ſolutioni factæ prædeceſſori.*
22 *Locatione ad longum tempus, transfertur vtile dominium.*
23 *Eccleſiæ læſæ per locationem ſui prælati, datur reſtitutio in integrum.*
24 *Tempus longum,vel non modicum dicitur decennium.*
25 *Succeſſor beneficiato non habenti adminiſtrationem, vt canonico non tenetur ſtare colono. Limit.nu.29.*
26 *Vſufructuarius non tenetur ſtare locationi.*
27 *Succedens per viam tranſmiſſionis alteri, non tenetur ſtare colono.*
28 *Canonicus non eſt adminiſtrator eccleſiæ, nec dominus præbendæ.*
29 *Præbendarius in præbenda,non habet plenum ius.*
30 *Succedens clerico habēti adminiſtrationem, vt prælatus, & ſimiles,an,& quando teneatur ſtare colono.*
31 *Eccleſia non moritur.*
32 *Succeſſor fiſci,& econtra. Fiſcus ſuccedens,an,& quando teneatur ſtare colono.*

33 Fi-

33 *Fiscus succedens priuato, iure vtitur priuati.*

34 *Successor vniuscuius alterius, an, & quando teneatur stare colono. Quando locatio ad longum tempus. Quando ad modicum.nu.35.& nu.40. Quando ad libitum, vel locatoris, vel conductoris.nu.36.& nu.65.*

37 *Conductor succedens in conductione, tenetur vtili actione ad mercedem succedenti in locatione.*

39 *Locator potest cogi ad cedendum actionem contra conductorem singulariter ei succedenti.*

40 *Heredes vniuersales ex parte locantis, & ex parte conducentis, an ad inuicem stare teneantur. & nu.62. Limit. duob⁹ modis.nu.46.& nu.50.& nu.51.& nu.52.et nu.53.& nu.54.& nu.56.*

Limit. in colono partiario cui heres nō tenetur stare. nume.41.

Limit. dummodo heres adiuerit hęreditatem nu.42.

43 *Successor per viam transmissionis, an, & qn̄ stet colono.*

44 *Pupillus succedens tutori, vel maior curatori in administratione tenetur stare locationi factæ per eos.*

45 *Emptor, locator, & similes non tenētur stare locationi.*

46 *Successor fisci tenetur stare colono. Quid si expelleret, an priuaretur iure suo.nu.48.*

47 *Conductori loci publici datur vtilis actio in rem.*

48 *L.Cognonim⁹. C.de mācip.et col.patri.fund.declaratur.*

49 *Ecclesia, & fiscus an ęquiparentur, & nu.50.& seq.*

55 *Hypothecharia, quando agi possit contra tertium possessorem non facta prius excussione principalis.*

57 *Colonus, siue conductor, an teneantur stare singulari successori.*

Limit. duobus modis.nu.58.& nu.59.

60 *Missus in possessionem ex primo decreto, ex causa rei seruandæ, vel ex secundo decreto tenetur stare colono.*

61 *Iudex nunquā præsumitur per suā sententiā præiudicare, ad iudicium non vocato.*

63 *Vxor est quodammodo in dote vniuersalis successor.*

64 *Legis est nemini velle præiudicare.*

66 *Locatio, quando morte finiatur.*

67 *Facultas arbitrandi, seu declarādi voluntatis contrahentium, an transeat in successorem singularem, & nu.69.*

68 *Quid in arbitro, & arbitratore successoribus.*

69 *Facultas adhærens personæ ex contractu, non transit in successorem.*

70 *Potentia operari plus non debet, quam q in actu est.*

71 *Locatio ad vitam, an valeat, & transferat ius in rem, necne?*

72 *Solutio facta pro tēpore futuro, an præiudicet successori.*

73 *Prædia ecclesiæ non solum locari possunt, verum & obuentiones ecclesiasticæ.*

74 *Prædia ecclesiæ, & obuentiones, an, & quando laico locari possint.*

Quærelam. Fructus ecclesiarū possunt cōcedi sub annuo cēsu.h.d.diuiditur, primo conductoris quærelam; secundo dat ei iudicē. secūda, ibi, ideòq;. & in textu ibi, ecclesiā. dic.i. ecclesiasticas obuentiones. & ibi, G.persona, dic.i. rector ecclesiæ. ita n. sumitur verbum persona in.c.ex parte. de rescrip. in.c.personas. &.c.bone.de appellatio. & inde personatus. c cum accessissent. de constit. Item & in tex. ibi, ipse tenuisset. dic, scilicet, conductor conquerens. & habet materiam
1 vtilem, & praticabilē. ¶ Nota primo, q † rector ec
clesiæ potest locare fructus ecclesiæ suæ vsq; ad septenium absq; auctoritate superioris. & in tali locatione non requiritur solennitas, quæ requiritur in locatione ad longum tempus, vel in alienatione, vt dixi in clem.1. de rebus eccle. non alie. Secundo
2 not. q † locator qui promisit conductori nullam inferre molestiam, dicitur illam inferre, si non permittit conductorem vti re locata. Aduerte tamen, secūdum Ioan. Andr. qd̄ si conductor aliquid faceret, propter quod posset expelli; vt quia cessauit in solutione, vt.l.quæro. §.inter.ff.locati. posset locator ipsum expellere, etiam si iurasset non molestare; quia propter hoc non diceretur molestare; quoniam
3 iuramentum † recipit conditionem. secundum naturam contractus, vt dicit Inno. in.c.quemmadmodum.de iureiuran. dixi in.c.veniens. eod.tit. & ideò idem arbitror in omnibus simili. casibus, in quibus de iure regulariter licitum est locatori expellere cōductorem. de quibus in.l.edē.C.de loca.& in.c.propter sterilitatem. ṡ.de locat. contrario est; quia prohi-
4 bitio † molestiæ intelligitur de molestia, quæ non venit secundum naturam contractus, vt not. Bald.
5 in.l.1. C.de vsufruct. & ideò si testator † mandat hæredi, ne aliquo modo de iure, vel de facto, molestet vxorem quam reliquit vsufructuariam, non intelligitur heres illam molestare; licet petat satisdationem de vtendo arbitrio boni viri, & inuentarij confectionem. & vide Bald. in.l.1.C.de his quæ
6 pen.no.in.2.q. vbi dicit, qd̄ si testator † mandauit heredi, ne molestaret vxorem, intelligitur, qd̄
7 non molestet malo animo. & quando quis † dicatur alium molestare. vide Inno. in.c.bone.circa princ. & Ioan. And. in.c.1.de statu mona.& Ioan.Cald. in c.in nostra, de rescript. traditur in.l.1.C.nundi. & l.1.C. de thesaur.lib. 10.&.l.die sabbato.C.de iudi.
8 Tertio not. sm D.m. q † locator pōt præcise cōpelli ad stāndum contractui locationis; quia contra-
9 ctus † a principio sunt voluntatis, & ex postfacto necessitatis, vt.l.sicut initio.C.de actio.& obli. sed hoc
10 mihi non placet; quia locator † obligatur ad præstandam patientiam, & sic ad factum; ergo si non
11 patitur † succēdit obligatio ad interesse, no.in.l.si fundo. C de locat. & l.si in lege. §.colonus. &.l.si fundum.ff.locat.tenet glo. in.l.conductorem.C.eo. Host. in summa eod. tit. §.quæ actiones. versic. videamus. & do. Ant. ibi; videtur sentire, qd̄ hoc sit verum; quia hic præcise compellitur ratione iuramenti. & ad hoc à multis allegatur iste tex. pro qua opi. facit glo.parua in.l.si pecuniam. ff.de. condict. ob.causam. Facit.c. ex rescripto. ṡ.de iureiuran. & qd̄ not. glo. in clem.2.de re iu. do. Anto.& D.m.in c.veniens.de iureiuran. Sed aduerte; quia hæc opin.
12 non vr̄ vera; quia, vt dixi, regulariter † de natura cōtractus est, vt in obligationibus facti succedat obligatio, & interesse; vt.l.si quis ab alio. in fi.ff.de re iudi.& in locato.probant iura. ṡ.allegata. Iuramen-
13 tum verò † assumit naturam rei, vel contractus cui adijcitur, vt dixi, & latius in clem.1.de iureiur. Facit etiam qd̄ not.do. Ant.in.c.per tuas.de arbi.& ideò licet iuré aliquid facere, satis dicor implere, si soluo interesse, cum illud veniat ex natura rei; quia intelligitur. Iuro facere, vel soluere interesse, vt latius dixi in.c.veniens.de iureiur. Nō obst, tex.noster, per quē

mouen-

monentur Doct. quia etiã poſito, quòd iſte iuraſſet,
quod tamen hic non appareret, non tamen tex. pro-
14 bat; quia non ſequitur † iudex debet condemnare,
vt locator permittat cõductorem vti re locata vſque
ad terminum conſtitutum; ergo præciſe compelli-
tur; quia etiam in caſu prædicto videtur ſufficere
præſtatio intereſſe, vt ſtatim dicam. & quia iſta non
eſt materia noſtra, vide in dictis iuribus & per Bart.
in. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verborũ ob-
15 ligatio. & aduerte quia intereſſe † ad quod locator
tenetur continet non ſolum damnum emergens; ſed
etiam lucrum ceſſans, vt. d. l. ſi fundum. & dicto. §. co
lonus. tenet Hoſt. in. d. c. videamus. ¶ Vltimo nota-
16 tur ſingulariter ex textu quòd † ille qui condemna-
tur ad factum, poteſt præciſe cõpelli ad illud adim-
plendum. facit quòd ſingulariter dicit Bald. l. 1. C.
de ſent. quod pro eo quod inter. profer. vbi vult qđ
ſi de obligatione facti confectum ſit inſtrumentum
17 † garantigiatum, poteſt quis pręciſe compelli ad fa-
ctum; quia tale inſtrumentum habet peractam exe-
cutionem. facit. l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. facit
etiam quod notat Angelus in. l. ſtipulationes non
18 diuiduntur vbi vult, quod in obligationibus † facti,
deſcendentibus ex decreto vel ſententia prætoris,
non ſuccedat obligatio ad intereſſe per. l. ſi prætor.
ff. de indi. aduerte tamen quia hæc opinio mihi non
placet per. l. miles. §. decem. ff. de re iud. Non ob. alle
gata in contrarium, quia opinio Angeli procederet
in factis, qui merè deſcendunt ex officio iudicis. ſe-
cus vbi prius factum erat in obligatione ex diſpoſi-
tione contrahentium, & poſtea quis ad illud con-
demnatur, vt dicto. §. decem. Non ob. dictum Bald.
quia illud non probatur iure. & l. qui reſtituere. lo-
quitur in obligatione rem reſtitui, non facti in qua
longa eſt differentia. Non ob. text. noſter; quia
hic non dicitur, quod ratione ſententiæ iſte poſſit
præciſe compelli; nec hic negatur quòd ſi locator
vellet pręſtare intereſſe quod nõ poſſet, & quod poſ
ſit pręciſe compelli. Nec ob. quod iſte iudex ita iu-
dicare teneatur; quia hoc ideò eſt; quia ad hoc ſolum
agebat conductor, & ſolum oriebatur dubium de va
liditate contractus. non autem an poſſet pręſtare in-
tereſſe. & ideò arbitror quòd etiam in caſu noſtro li
19 beratus eſſet iſte locator præſtando intereſſe. An † an
tem ſi iudex, vel arbiter mandauit locare ſub certa
pœna dicatur ſatisfactum, ſi pars locauit, ſed poſtea
non permittit conductorem vti re locata. & vt quę-
ſtio etiam ſi maioris effectus pone quod arbiter mã
dauit ſub magna pœna, ille locauit & promiſſit ſer-
uare locationem ſub parua pœna; deinde non dimit
tit conductorem vti re locata, vel alteri vendit. an
incidat in pœnam laudi, vel contractus locationis
videtur dicendum, quod incidat in pœnam laudi,
per. l. fundi partem. in prin. ff. de contrahen. emptio.
vbi dicitur quod agi poteſt ex primo contractu. con
trarium tamen conſuluit Barto. conſi. 128. quod
incipit, præcepit arbiter. vbi concludit quod ſublata
eſt obligatio ex laudo, & noua naſcitur ex contractu
locationis. in. l. in numerationibus. ff. de ſolu. vbi di-
cit eſſe caſum. &. l. Stichus. §. heres. ff. de ſtatu. liber.
notat gloſſa magna in fine in. l. 1. C. de pac. Non ob.
l. fundi partem, quia ibi verba contractus volebant
quod ex certo tempore teneretur conductori. quæ
verba non poſſunt vno momento expediri, ſed re-
quirunt perſeuerantiam. ſecus quando ſolum fuiſſet
damnatus locator. quia eo ipſo quod locatum eſt vi
detur ſatisfactum mandato; vt notat glo. in. d. l. 1. &
eodem modo poteſt reſponderi ad. l. inter caſtellia-
num licet Bald. ibi in locato teneat contrarium ad
materiam vide Bart. & latius Moder. in. l. permiſce-
ri. §. ſpecies ff. de acqui. poſſeſſ. & prædicta nota per-
petuo. Glo. 1. quęrit & ſol. in. fi. dic, not. bene hanc
gloſſam & idem dicitur in iuribus per eam allegatis
vide. D. m. in. c. ad aures. ṽ. quòd me. cau. Archi. 22.
q. 5. c. iuramenti. Glo. 2. quærit & ſol. diſtinguendo.
& in. fi. incidenter decidit vnam. q. in fine gloſſ. dic,
quod hęc materia eſt vtilis, & quotidiana & hic prin
cipaliter traditur per doctores ideò pro clara ipſius
intelligentia illam examinabo per. 2. q. principales.
20 prima † vtrum ſucceſſor teneatur ſtare colono. Secũ-
da an teneat ſtare ſolutioni factę prędeceſſori. Cir-
ca primam facio principaliter tria membra. Primũ
quid iuris in ſucceſſore in eccleſia, vel beneficio. Se-
21 cundum, † quid iuris in ſucceſſore fiſcali. Tertium,
quid iuris aliquolibet ſucceſſore. Circa primum mẽ
brum diſtingue quod aut rector vel prælatus locant
ad non modicum tempus. Aut ad modicum tẽpus.
Primo caſu dic, quòd ſucceſſor ita demum tenetur
ſtare colono; ſi facta fuit locatio in caſibus in qui-
bus permittuntur alienationes; de quibus. 12. q. 2.
in ſumma, & ſi ſeruata ſolennitas requiſita in aliena
tione rei eccleſiaſticę. de qua. 12. q. 2. in. c. ſine. &. c.
22 abbatibus &. c. placuit. & ratio eſt; quia † in tali loca-
tione ad longum tempus transfertur vtile dominiũ,
& ius in rem, vt. l. 1. §. qui perpetuum. ff. ſi ager vecti-
gal. vel emphy. pet. in clem. de re. ec. non alie. facit
quod no. in. c. nulli. de reb. eccle. non alie. Aduerte
23 tamen quod etiam in caſu prædicto ſi eccleſia † eſſet
lęſa poſſet peti in integrum reſtitutio aduerſus con
tractum; vt. c. 1. de integ. reſti. & c. ad noſtram. de re-
24 bus ec. non alie. Tempus † autem longum, vel nõ mo
dicum dicitur decennium, vt. d. cle. 2. & ibi per glo.
Si verò prædicta non fuerint ſeruata, nedum quòd
ſucceſſor non teneatur ſtare; ſed ipſe locator. vt di-
cta clem. Secundo caſu quando locatio eſt facta ad
modicum tempus, quod eſt minus decennio, vt di-
25 cta cle. 1. ſubdiſtingue quòd aut loquimur † in cleri-
co beneficiato non habente adminiſtrationem, put
eſt canonicus; aut in habente adminiſtrationem. Pri
mo caſu dic, quòd ſucceſſor non tenetur ſtare loca-
tioni. facit primo quia talis æquiparatur vſufructua-
rio, vt not. glo. in. c. præſenti. de offi. ord. lib. 6. &. c.
ſi. de pecu. D. m. latius in repe. c. cum eſſes. de teſta.
26 ſed vſufructuarius † qui ſuccedit titulo ſingulari in
vſufructu, nõ tenet ſtare locationi, vt. l. arbores. §. 1.
ff. de vſufruct. Item nec colono fructuarij tenetur
ſucceſſor ſtare, vt. l. ſi quis domum. §. huic ſubiungi.
ff. locat. & ſtatim dicam. Secundo probatur quia ſuc
27 cedẽs † in ius alterius non per viam transmiſſionis;
ſed per viã priuationis non tenetur ſtare colono, vt
d. §. huic ſubiungi. ſed talis eſt canonicus, igitur &c.
Tertio, quia huiuſmodi actio eſt perſonalis; ergo
non datur contra alium canonicum ſingularem ſuc
ceſſorem, vt. l. fi. C. de here. act. l. 1. §. hæres. ff. ad Tre-
28 bel. Quarto probatur quia canonicus † non contra-
hit nomine eccleſiæ; quia nõ adminiſtrator; nec no-
mine

mine præbendæ, quia illius non est dominus. ergo contrahit nomine proprio; ergo successorem non obligat, vt statim dicam. & probatur in l. fin. in fi. ff.
29 de contrah. empt. Quinto, quia† talis non habet plenum ius, & datur sibi præbenda, vt inde viuat. 2. q. 1. §. fi. 44. dist. §. 1. vbi Hiero. dicit, Tibi, o clerice, de altaris reditibus viuere licet, nõ luxuriari. ergo vltra tempus suum non debet posse obligare. & hæc est communis* Doct. conclusio. Bal. & Cy. in l. emptori. C. loca. & l. si filio. §. si vir. ff. sol. mat. & Domi. de Rota. decis. 225. vbi dicunt hoc procedere, nisi causa rationabili fieret, & authoritas Episcopi interueniret. & sentit hic etiam Innoc. Secundo casu, quan-

Côis opi.

30 do† est clericus hñs administrationem, vt prælatus, vel simi. & subdistingue, q aut ipse locauit nomine proprio, & non tenetur, vt. c. veniens. de transac. Aut locauit nomine ecclesiæ, vel dignitatis. & subdistingue, q aut locauit ad certum tempus, aut ad voluntatem suam quandiu voluerit, vel ad voluntatẽ conductoris. Primo casu dic, q aut locauit in vtilitatem ecclesiæ, & successor tenetur stare; cum potuerit ex licito contractu ecclesiam obligare, vt. c. 1. de solu. Aut non fuit facta in vtilitatem ecclesiæ, & tunc, aut fuit seruata forma, & solemnitas requisita in alienatione, & successor tenetur stare; Alias secus, arg. c. 2. de precar. & c. 2. de rer. permuta. & c. 2. de dona. & sentit hic glo. & sequuntur communiter* Docto. Sed do. Zabarel. tenet hic, quòd successor tenetur stare contractui, licet rector solus locauerit, ex quo habet administrationem. Vult tamen, quòd si conductor soluit vltra tempus illius, quòd non præiudicet successori. de quo dicam in. 2. q. princ. D. m. hic vult concordare dictas opiniones, dicens, quòd aut contractus apparenter fuit initus in damnum ecclesiæ, & non teneatur stare successor. & ita procedat prima opin. quia non habet potestatem præiudicandi ecclesiæ, vt. c. 2. de donatio. Aut contractus apparenter videtur initus in vtilitatem ecclesiæ, & tenet. Sed prætextu læsionis, si nũc aliqua appareret posset peti restitutio, vt. c. 1. de restitu. in integ. Sed idem. D. m. in disputatione sua, quæ incipit, Sempronius. in. 5. dubio. simpliciter tenet, q contractus teneat. Posset tamen peti restitutio ratione læsionis. Hæc opin. de iuris rigore videtur verior, postquàm ille habet potestatem administrandi, nec concedit ius aliquod in re. Præcedens tamen videtur æquior. Nec obst. prædictis. l. emptorẽ. C. loca. vbi successor non tenetur stare colono; quia illa loquitur in successore singulari; & in eo, qui non succedit in administratione respectu successoris. Item locatio in casu

Côis opi.

31 nostro fuit facta nomine ecclesiæ, & † ecclesia nõ moritur vnquam, vt. c. si gratiosè. de rescrip. lib. 6. Et ad declarationem prædictorum, vide etiam quę dicuntur in sequentibus.

¶ Circa secundum membrum principale, quid iu-
32 ris in fisco, subdistingue, q † aut quærimus, vtrum fiscus successor teneatur stare colono. ¶ Primo casu, dicunt quidam, q speciale est in fisco, q non teneatur, per. l. si fundus. in princ. ff. loca. Tu dic, quòd in hoc casu idem iuris debet esse in eo, q in priuato. Nam si est successor vniuersalis, vt quia capit omnia bona ex vniuersali publicatione, vel est hæres vniuersalis, & tenetur stare colono; nam ex antecedenti-
33 bus contractibus fiscus† succedens dicto modo priuato, vtitur iure priuati, vt. l. fiscus qui. ff. de iur. fisc. & l. cum quidam. §. fiscus. de vsur. Non obstat. d. l. si fundus. quia loquitur in fisco, qui esset successor singularis, vel ex publicatione rei singularis, vt ibi dicit glo. 1. & ideò non mirum si non tenetur, quia nec priuatus teneretur, vt dicam. ¶. Secundo casu dic, q licet quis sit successor fisci singularis, & voluntarius, nihilominus tenetur stare colono, vt statim dicam in sequen.

¶ Circa tertium principale membrum distingue
34 tria membra. † Primum est, quando quis locauit ad
35 lõgum tempus. Secundum, † quando ad modicum.
36 Tertium, † quando locauit, donec voluerit locator, aut conductor voluerit. Primo membro dic, q successor tenetur stare colono, qualiscunque sit successor. Et ratio est, quia conductori si quæsitum ius in re, vt dixi in primo membro. & probatur in l. 1. §. q superficiem. ff. de superfic. & §. quod autem. ff. de cõtrahen. empt. l. si aquæ. ff. de serui. rusti. prædio. l. per quem locum. & ff. de aqua plu arcen. l. in concedendo. hoc tenet glo. Cyn. Butrig. Bar. & Bal. in d. l. emptorem. C. de locat. facit qđ dixi in primo mem-
37 bro. Et colonus† huic successori tenetur vtili actione ex locato, vel actione in factum, vel officio iudicis ad futuram mercedem soluendam; nam ex
38 quo successor cogit illi stare, ergo & colonus † tenetur mercedem soluere, vt. l. diuortio. ff. sol. matr. l. solutum. ff. de pigno. act. §. vnde si domum. & not ff. vsufruc. quem ad. cau. l. si vsusfructus. Et potest etiam
39 conueniri dominus locator, † vt cedat iura contra conductorem, vt ff. loca. l. cum in plures. §. messem. & ff. de act. empt. l. creditor. §. si inter. & traditur per Bal. & Doct. in d. l. emptorem. & l. si rem. ff. de euict.
40 In secundo membro, videlicet, † in locatione ad modicum tempus, subdistingue, q aut loquimur in successore vniuersali, aut in singulari. Primo casu dic, q tenetur stare colono, & colonus hæredi locatoris, & locator hæredi coloni, vt. l. hæredem. & l. in his. §. non debet. ff. de regu. iur. & l. ei cui. ff. de libe. lega. & l. veteres. ff de contrah. stipu. & l. viam. C. de loca. Instit. eo. §. fi. nam & fiscus tenetur, vt supra di-
41 xi. hoc tamen fallit in colono partiario, † cui hæres stare non tenetur, vt. l. si merces. §. vis maior. ff. loca. Et ratio est, quia inter locatorem, & cõductorem videtur contracta societas, vt. l. idemq. ff. pro soc. quæ societas finitur morte, vt. l. nemo. ff. pro soc. Institu.
42 eo. §. soluitur. Item qđ dixi, q conductoris† hæres tenetur stare locatori; intellige vbi hæres à colono institutus eius hæreditatem audiuit. Secus si hæreditatem repudiauerit; quoniam tunc liberè conceditur locatori, & eius successori ipsam rem alteri locare; licet heres qui repudiauit, restitutus sit ad adeundam hæreditatem; quia licet adeat, non tamen recuperat ius insistendi in re conducta; casus est singularis in. l. si vno. §. fi. ff. loca. Et ratio est, quia ista restitutio non trahitur retro in præiudicium tertij. Facit c. quamuis. de rescrip. lib. 6. & l. in integrum. ff. de mino. Secundo casu, cum loquimur in successore particulari, dic, aut est successor per viam priuationis, aut per viam transmissionis. Primo casu dic, q non tenetur stare colono, vt. l. si quis domum. §. huic subiungi. ff. loca. Exemplum potest poni in vsufructuario,

43 rio,qui locauit. & ratio eſt,quia† vſusfructus redin-
tegratur cum proprietate; & ſic eſt potius ſucceſſor
ex priuatione,quàm ex tranſmiſſione. Secundo ca-
ſu,quando eſt ſucceſſor per viam trãſmiſſionis, ſub-
diſtingue, ꝙ aut eſt ſucceſſor per viam adminiſtra-
tionis,ſeu officij, aut per viam tranſmiſſionis iuris.
Primo caſu,dic,ꝙ tenetur ſtare colono; dummodo
prædeceſſor qui locauit,habuerit plenum ius locan-
di;& locatio ſit ritè facta,ſecũdum Doct.ibi. &.d.l.
emptorem.C.loca. Facit qđ dixi.ſ.in prælato, &
44 rectore eccleſiæ. vnde† pupillus,qui ſucceſſit tutori,
vel maior qui ſucceſſit curatori in adminiſtratione
tenetur ſtare locationi factæ per tutorem, vel cura-
torem,vt.l.ſi tutelæ.ff.de admin.tut. Secundo caſu,
quando per viam tranſmiſſionis iuris,ſubdiſtingue,
ꝙ aut loquimur in ſucceſſore voluntario, aut neceſ-
Primo caſu ſubdiſtingue, ꝙ aut habet plenum ius in
re,aut non. Primo caſu dic,ꝙ regulariter non tene-
45 tur ſtare colono.vnde† emptor,& donatarius rei lo-
catæ,& ſimi.non tenentur ſtare locationi,vt.d.l.em-
ptori. &.ff.de lega.1.l.nihil.§.fi.ff.de vſufruc.l.arbo
res.§.1.hoc tamen fallit in pluribus caſibus. Primo,
45 in† ſucceſſore fiſci, quoniam ille tenetur ſtare colo-
no fiſcali,vt.l.fi.ff.de iur.fiſc.& ratio poteſt eſſe,quia
contractus fiſcales obtinent vicem legis, vt.l.dona-
tiones quas. C.de dona.inter vir.& vx.&.l.Cæſar.ff.
de public. vnde debent intelligi procedere ſine iniu
ria tertij,ſicut facit lex, vt.l.meminerint.C.vnde vi.
&.4.diſt.c.erit autem. & hoc ſtatutum fuit etiam in
fauorem fiſci, ne teneatur conductori ad intereſſe.
Facit.l.bene a Zenone.C.de quadrien.præſcri. Item
47 ſecundum Nico.Math.ratio eſt,quia cõductori† lo
ci publici datur vtilis in rem, vt.l.1.ff.de loco pub.
fruen. Et aduerte, quia do.Ludo.Ponta.in.l.ſi filio.
48 §.ſi vir.dicit in hoc caſu, ꝙ† ſi ſucceſſor talem con-
ductorem expelleret, eſſet priuatus omni iure quæ-
ſito ſibi in rem à fiſco,& ipſo iure. & hoc dicit ſin-
49 gulariter probari in.l.cognouimus.† C.de mancip.
& colo.patri.fund. Ex quo infert,idem eſſe dicen-
dum in ſucceſſore ſingulari eccleſiæ; quia regulari-
ter eccleſia,& fiſcus æquiparantur, vt.l.fi.C.de ſacro
ſan.eccle.quæ opin.mihi non placet.Primo,quia il-
la.l.cognouimus.loquitur in colono ad lõgum tem
pus,qui ex natura ſui acquiſiuit ius in rem;quòd pa-
tet ex tex.ibi,dum dicit antiquiſſimas, & ex fi.rubr.
dum dicit,emphyteuticorum fundorum. Nec obſt.
ſi diceres, ꝙ quilibet colonus fiſci videtur habere
ius in re,ſecundum quod dicit Nico. Mat. quia hoc
non videtur mihi verum,& eſſet contra priuilegium
fiſci regulariter. Præterea,poſito ꝙ ita eſſet,tamen
potentius ius eſt in re in cõductore ad longum tem-
pus;quia habet ius in re ex iure cõmuni, & iure ſpe-
ciali,ſi eſt fiſcalis.& ratio.l.cognouimus. non debet
ad ſimplicem caſum extendi,quando eſſet ad modi-
cum tempus facta locatio. & maximè,quia ius illud
eſt pœnale,& ſic reſtringendum, vt in reg.in pœnis.
de reg.iur.lib.6.Eſt ergo ſolum ſpeciale in.l.cogno
uimus. in colono fiſcali, ꝙ ſi ſucceſſor expellit il'ũ,
& ille ſit antiquiſſimus colonus, ꝙ debet expulſor
priuari iure quod habuit &c. Item non placet in eo,
ꝙ dicit do.Ludo. ꝙ tales ſint priuati ipſo iure,quia
tex.ibi loquitur per verbum futuri temporis, quod
eſt,priuabis.ergo neceſſaria eſt ſententia,vt.l.in cri-
minali.ff.de iuriſdi.om.iudi. dicam in.c.iudæi.ĩ.de
iudę. Item ſatis dubito, in eo quod dicit de eccleſia.
per nota.in.d.l.fi.& auth.quas actiones.C.de ſacroſ.
eccle.& maximè quia apparet,ꝙ in caſu noſtro non
50 ſit bona † æquiparatio fiſci ad eccleſiam.nam quili-
bet ſucceſſor fiſci tenetur ſtare; non autem quilibet
ſucceſſor eccleſiæ tenetur ſtare,vt dixi in primo mẽ-
bro.eſt tamen dicta opin.maximi effectus,& memo
riæ reponenda. Secundo fallit,ſi ius coloni per præ-
ceſſorem fuerit reſeruatum,vt.l.ſi merces.§.qui fun
dum.ff.loca. &.l.ſi mercedem.§.habitatoribus.ff.de
actio.emp. tenent Cyn.& Docto.in.d.l.emptorem.
C.de loca.& Docto.hic,& Matheſ.in.d.l.arbores.ff.
51 vſufruc. Tertio fallit, † ſi locator reſeruauit ius ſuc-
ceſſori exigendæ penſionis pro tempore anteceden
ti,& futuro; quia tunc tacitè videtur cõueniſſe cum
ſucceſſore,vt teneatur ſtare colono,tex.eſt in.d.l.ar
bores.§ 1.2.reſpon.ff.de vſufruct. Quarto fallit in
52 vſuario,† qui tenetur ſtare colono. tex. ſingularis in
.l.ſi habitatio §.ſi vſus. ff.de vſu & habi. & ibi notat
53 Bal. Quinto fallit, † ſi colonus fecerit impenſas in
fundo; quia ſucceſſor tenetur illi ſtare,donec condu
ctor illas recuperet, vt.l.colonus.ff.de vi & vi arma.
Facit.l.ſi neceſſarias.ff.de pig.act. &.l.ſi in area.ff.de
condic.indeb.&.l.ſi iniuriæ.§.fi.ff.de furt.Sexto fal-
54 lit,ſi locator† in contractu locationis obligauit cõ-
ductori omnia bona; quia tunc conductor poteſt
vti retentione rei,ratione obligationis ſibi factæ de
re conducta.quæ cum adhęreat rei,tranſit etiam cõ-
tra tertium poſſeſſorem, vt.C.de pign.l.debitorem.
C.de remiſſ.pign.l.res pignori. C.de diſtrac.pigno.
l.ſi debitor.ff.de pigno.act.l.ſi conuenerit. §.ſi fun-
dum.& hoc ideò eſt,quia cum ipſe locator principa
lis eſſet obligatus ex locatione ad præſtandam pa-
tientiam.& ad hoc acceſſit hypotheca bonorum, &
propter non pręſtitam patientiam ſuccedat obliga
tio ad intereſſe,vt dixi,poteſt ratione ipſius intereſ-
ſe ipſam rem retinere,donec ſibi illud ſoluatur.Hoc
voluit Bart. ſingulariter, qui hoc pluries obtinuit in
practica in.d.l.emptorem. & ſequitur Bal. & D.m.
hic.& idem tenet Bart.in.d.l.1.§.quòd autem.ff.de
ſuperfic.Ex quibus inſero caſum ſingularem,ꝙ licet
55 contra tertium poſſeſſorem† non poſſit per viam a-
ctionis hypothecariæ agi regulariter, niſi facta ex-
cuſſione;tamen cõtra tertium dominum, & poſſeſ-
ſorem ex dicto iure tranſmiſſo, poteſt conductor,q
illi locatori,& eius ſucceſſori poſſidet, retinere rem
nõ facta alia diſcuſſione.vide qđ dixi in rub.de cau.
poſſ.tract.primo.A.5.q.9.verſi.ſexto impeditur.fal
56 len.5. Vltimo fallit,† in colono partiario,ſecũdum
Butrig.qui dicit do.Lamber.de Rampo. ita conſul-
uiſſe,quia inter eos,vt.ſ.dixi,contracta eſt ſocietas.
quod verum dicit Bal.in.d.l.emptorem.pro illo an-
no,quo laborauit fundum,& fecit ſumptus.Sed ego
non video, ſi prima opin. eſt vera; iſta limitatio
Bal. qualiter poſſit eſſe vera, ſi locatio erat facta ad
longum tempus. Sed iuxta prædicta quæro; vtrum
57 † colonus,ſeu conductor teneatur ſtare ſingulari ſuc
ceſſori. Sol.dic ꝙ non.tex.in.l.qui fundum.ff.loca.
& ratio eſt,quia reſpectu locatoris, nihil intereſt, ꝙ
ipſe conductor velit ſtare ſingulari ſucceſſori. Et
ideò non poteſt ammodo locator expellere condu
ctorem,per not.in.l.qui autem.§.illud.cum ibi not.

ff.ſi quis

ff.si quis cau. Successor verò singularis non potest
illum compellere, quia ius agendi, quòd compete-
bat locatori, regulariter non transfertur in singula-
rem successorem, vt patet ex prædictis. & probatur
.l.omnes.§.si hæres.ff.vsufruct.quemad.cauea. Hæc
tamen sol.recipit duas limitationes. Primo,nisi lo-
58 cator† transferat in singularem successorem ius exi-
gendæ pensionis pro tempore futuro; quia hoc casu
hæc translatio operatur, vt colonus teneatur stare
singulariter successori,& ibi not.Bar.Secundo limi-
59 tatur,nisi locator † in singularem successorem, non
solum transtulerit ipsam rem,sed etiam ipsam actio
nem sibi competentem contra conductorem; tunc
enim conductor tenetur stare singulari successori,
cum intersit locantis propter cessam actionem. Fa-
cit.l.si nomen.ff.de hæred.vel act.ven. Si verò habet
plenum ius in re, tūc successor singularis tenetur sta
re colono,vt.l.in venditione.§.1.ff.de bo.auth.iud.
60 poss.Vnde missus† in possessionem ex primo decre-
to,vel causa rei seruandæ, vel etiam ex secundo de-
creto,tenetur stare colono. ratio est,quia ex senten-
tia iudicis res transfertur in successorem,sed nō ple-
61 nè.& ratio rationis est;quia iudex † nunquam præ-
sumitur velle ex sententia sua præiudicare, seu aufer
re ius illi,qui ad iudicium non fuit vocatus, vt.l.in
integrum.ff.de mino.&.l.fi.C.si per vim vel alio mo
do.notat Inno.in.c.quoniam frequenter. vt lit.non
contest.hoc tenet hic.D.m.& Bar.in.d.§.1.& Doct.
in.d.l.emptorem. Secundo casu,videlicet in succes-
62 sore singulari† necessario, distingue,φ aut quis suc-
cedit non habenti plenum ius in re locata, respectu
dominij,qualis est vsufructuarius;& non tenet stare
colono,vt.d.l.si quis domum.§.huic subiungi.ff.lo-
ca.&.ff.de pigno.l.vectigali. &.s̄.tactum fuit in alio
casu. Aut loquimur in successore eius,qui tempore,
quo locatur,habebat plenum ius, etiam respectu p-
sonæ eius,cui postea restituit tem locatam. Exem-
plum in marito,respectu rei dotalis, & talis tenetur
stare colono,vt.l.si filio.§.si vir.ff.sol.mat.&.l.2.§.fi.
ff.de dote præle.ratio est, secundum Bal.in.d.l.em-
63 ptorem. quia vxor† est quodāmodo vniuersalis suc-
cessor quia titulus dotis est vniuersalis, vt.l.qđ di-
citur.ff.de impen.in re.do.fac. Item quia mulier vi-
detur dedisse potestatem marito,& maritus quodā-
modo videtur procurator vxoris. & sic non videtur
agi de successore; sed videtur ipsa quasi antecessor,
& quæ locauit. Hanc rationem ponit Bal.in.l.1.§.
cumq;.C.de rei vxo.act. Vel dic,secundum do.Lu-
do. φ ratio est,quia ista rei translatio,quæ fit in vxo
64 rem,fit† ex legum dispositione, quæ teseruat ius co-
lono; quia de eius natura est, vt operet effectus suos
sine iniuria alterius, vt.l.meminerint. C.vnde vi. &
.l.1.C.qui veni.æta.imped. ¶ Circa tertium mem-
65 brum princ. quando esset facta locatio† ad volunta-
tem locatoris,distingue,φ aut loquimur in successo
re vniuersali,& non tenetur stare colono,vt.l.4.ff.lo
ca.& ratio est,quia voluntas illa morte finitur, vt.c.
si gratiosè.de rescrip.lib.6.&.l.si sic.§.illi si volet.ff.
de lega.1.&.l.si expressérim. ff.de cond.& demonst.
&.l.centesimis.ff.de verb.obliga. Et idem ego arbi-
tror in successore colonī propter eandem rationem
si facta fuit conductio, donec conductor voluerit.
Aut loquimur in successore singulari. & Bart.vt ha-
betur in quibusdam lect.vult,φ teneatur stare colo-
no.Mouetur,quia cum hæc voluntas finiatur morte,
videtur facta locatio ad longum tempus. & sic vide-
tur acquisitum ius colono in re. & sic quicunque suc
cessor tenetur stare, vt dixi.s̄.in primo casu tertij
membri princ. Sed do.Ludo.dicit,φ hoc est erro-
neum,nec credit hoc fuisse de mente Bar. Mouetur,
66 quia licet verū sit,φ in casu prædicto locatio† mor-
te finiatur; tamen illud est verum, quando locator
durauit in ea voluntate vsque ad mortem. si tamen
vellet eum expellere ante mortē,posset. vnde dicit,
φ hęc locatio trāsiuit in successorem cum hac quali
67 tate,quia facultas† arbitrandi, seu declarandę volun
tatis, quā alter ex contrahentibus, habet ex forma
contractus,vel obligationis, transit in successorem
etiam singularē ex dispositione hominis. Casus est
not.fm Iac.de Are.& Bal.in.l.si sic.de lega.§ si.ff.de
lega.1.q̄nis non transeat ex dispositione legis, vt est
tex.in.l.si stipulatus.&.l.si.in prin.ff.de verb.obl. q̄-
68 uis aliud sit in arbitro,& arbitratore,cuius ptās arbi
trandi non transit in successorem,vt.l.fin.C.de con-
trah.empt.&.l.si quis arbitratu. cū sua materia.ff.de
verb.obl.& sic patet,φ iste successor tenebitur stare.
Hæc opi.mihi magis vr̄ erronea,q̄ opi.Bar.licet neu
69 tra mihi placeat.nec est verum, φ† facultas adhærēs
psonę ex contractu,transeat in successorem. Non
obst.l.si sic legatum.§.si.qa ille tex.loquitur in lega-
tario,q in re legata hr̄ loco hęredis, vt.l ad tēpus.
§.1.ff.de vsucap.& ideò nō est mirum,si facultas ad-
hærens personæ respectu rerum transeat in legatariū
illarum rerum.secus si p viam contractus, vt.d.l.si sti
pulat' fuerit.&.d.l.fi.in prin.Præterea,posito φ hæc
facultas transitet, non tñ debet successor obligatus
70 stare colono;quia†non debet plus operari id.qđ est
in potentia,q̄ illud qđ est in actu.Sed si tp̄s esset de-
terminatum,& declaratum successor singularis, non
tenetur stare,nisi vt.s̄.dixi.igitur &c. & ideò plus vr̄
facere ratio Bart.quia si hęc facultas transiret, & vi-
deretur ius acquisitum in re,non est dubium,φ tene
tetur stare colono. Vnde solum insurgit dubitatio,
an videatur tenere locatio, ita φ sit acquisitum ius
in re. circa qđ recurre ad ea,quę dixi in cle.1.de re.
ecc.non alie.post Math.& Io.de Imo.vbi tractatur,
71 an locatio† ad vitam valeat, & transferat ius in rem,
vel non. Et prædictis clare habes expeditam hanc
vtilem materiam quo ad validitatem contractus lo-
cationis, & obligationē qualiter successor teneatur
stare colono,vel econtra.¶ Circa secundam princi-
72 palem quæst. an solutio † facta pro tempore futuro
præiudicet successori, dic vt latè traditur per.D.m.
in disput.quæ incipit,Sempronius.in vltimo dubio,
quæ etiam satis deciditur ex præcedentibus. Glo.fi.
in prin.opp.& sol. ponendo sex significationes ver-
bi ecclesiæ.Secundo quærit opponendo,& sol. Ter-
tio q̄rit de rōne differentiæ. In ea.ibi,obuentiones
73 ecclesiasticę.dic,not.ergo ex glo.iuncto tex.φ† non
solum pdia ecclesię possunt locari; sed etiā obuen-
74 tiones ecclesiasticę. & dicit hic Host.φ † laico non
pn̄t locari,arg.c.1.&.2.ꝭ.ne cle.vel mo. sed tandem
remittit ad not.p eum,in sum.huius tit. vbi ipse te-
net cōtrariū, dūmodo laicus ponat ibi clericū loco
sui, p illis recipiendis ne fortè cōtingat aliqđ attin
gere de spūalibus.In ea.ibi,ponitur ne videatur.dic,
& sic

& sic patet ex his quę dicit glo.& ex superioribus, q c.1.&.2.faciunt ad primam partem.c.3.ad secundã hoc.c.vlt.ad tollendum dubium, ne quis fortè credidisset, propter praecedentia, q tales obuentiones non possunt locari ad annuum censum.

De magistris, & ne aliquid exig.pro licen.docen.Rub.

SVMMARIVM.

1 *Magister vnde dicitur, & eiusdem orthographia.*
2 *Magister quis dicatur. & vnde magistratus; & quibus competat.D.N.I.Christus dicitur magister.*
3 *Doctores non debent dedignari vocari magister.*
4 *Doctores legum, seu canonum, item medicinæ quomodo vocitentur, & apud Italos, & penes Vltramontanos.*



Ontinuatur hæc Rub. ad præcedentes hoc modo. visum fuit.s̄.qualiter spirituali pecunia vendi, aut recipi prohibentur; ideò superest videre de his, quæ instar spiritualium se habent, vt de magisterio, & licentia docẽdi.Ideò subnectitur hæc rubrica, de magistris. Pro cuius decla-
1 rõne quæro † vñ dicatur magister. Sol. dic, q dicitĩ magister ex maior, & steron. q est status siue statio; quasi in statione maior. debet enim scribi media prædicti nominis per duo.ij.vnũ cõsonans, & aliud vocale, vt dicatur maijster; sed quia i, consonans assumit g. sonat. Ideo ex vitio idiotarum iam consuetudo inoleuit vt etiã apud pronectos scribatur per g. & hæc secundum Catholicon. Sed contrarium vult Gasparinus Pergamensis, q scilicet per g, scribatur. Quæro quis dicatur magister. Sol.dic, q ille
2 † qui alicuius rei præ ceteris curam gerit. vnde & magistratus vocantur deriuationem habentes à magistro. Item præceptor cuiuslibet disciplinæ porest dici magister à monendo, seu monstrãdo, vt glo.in c.1.&.l.hi quibus.ff.de verb.sig. & sic vr̃ competere hoc nomen quibuslibet docentibus, pictoribus, &
3 carpentarijs. & ideò fortè doctores † dedignantur appellari magistri, q facere non debent; quia hoc nomine Apostoli Iesum Christum appellauerunt
4 apud† nos doctores nos legũ, seu canonũ Dñi appellantur. doctores verò medicinæ magistri apud añt. Vltramontanos oẽs magistri appellant. vide gl.sing. in cle.2.in gl.in vers.doctoratus.eo.tit. & de prima parte huius rubricæ tradit.37.dist.c.maximè.&.c. quibusdã.61.dist.missũ.&.c.statuimus.86.dist.c.cũ multa.&.c.dudum.8.q.1.c.oportet.ad secundã vero partem facit.1.q.3.c.vendentes.cũ.c.sequentibus.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Cathedralis ecclesia prouidere debet magistro de beneficio, vt clericos ecclesiæ, & alios pauperes gratis doceat; Vendens autem licentiam docendi, aut interdicens idoneum ad docendum beneficio puniatur.*
2 *Parentes filijs etiam spurijs alimenta præstare tenentur.*
3 *Pater filio literis operam danti, an, quando, & quomodo subuenire debet.*
4 *Legendi verbum etiam ad scholares extenditur.*
5 *Scholaris legere non debet, nisi proficiat.*
6 *Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res augusta domi. Diuitiæ ad fœlicitatem pertinent.*
7 *Licentia non obtenta nemo legere debet.*
8 *Doctores à scholaribus primo legentibus pactum petere non debent.*
9 *Docendi licentia idoneo deneganda non est.*
10 *Beneficium dicitur fructus laboris.*
11 *Quasi, improprietatis nota.*
12 *Qualitates in idoneo ad docendum requisitæ.*
13 *Scolaris, an, & quando possit legere.*
14 *Scholaris asserens se doctorem, an, & quando teneatur pœna falsi.*
15 *Scholaris tempore approbationis reputatus habitis, si efficiatur in vtilis potest à doctoratu degradari.*
16 *Statuto prohibente ne Rector possit reprobari, vt est senis, doctores non possunt dicere, q nollunt approbare.*

Quoniam. Totus iste titulus sũmatur per Io. Andr. vno cõtextu hoc modo. Ecclesia cathedralis, & qualibet collegiata, quæ ad hoc sufficit; debet assignare competens beneficium, seu reditus alicuius præbendæ magistro grammaticę, qui clericos illius ecclesiæ, & alios pauperes scholares gratis doceat.& hic eligitĩ à p̃lato cũ capitulo, vel à maiore parte capituli quorũ negligẽtiam supplebit ordinarius loci. Metropolitana ecclesia ẽt debet habere theologũ, cui fructus vnius p̃bendæ, q̃diu docuerit, ministrari debeat; nõ tñ erit canonicus. & si p̃bẽda, nõ sufficit vtriq; magistro, puidere debet grãmatico ĩ aliqua ecclesia ciuitatis, vel diœcesis suæ.& vt possit habere copiã theologorũ, p̃lati, & capitulũ mittere debẽt p̃sonas dociles ad studiũ, quibus si proprij reditus non sufficiũt, expensas per quinquennium ministrabunt. doctores vero q̃diu docuerint, & studentes p quinquenniũ recipiunt integros fructus p̃bendarũ non obstante consuetudine, vel statuto in cõtrariũ dispõnẽtib'.& hoc quo ad primã partem rubricę. Intendit.c.nostrũ.in prima parte,&.c.seq.in secunda,&.c.pẽ.& fi.q pro licentia docẽdi ẽt prætextu cõsuetudinis, nihil debet exigi, vel promitti.& ob hoc promissum remittit, & solutum restituit; & idonei legere volentes nõ debẽt impediri in facultate, & licẽtia obtinẽda.& cõtrafacientes bñficijs, & dignitatibus priuant.h.d.quo ad secundã partem in rubricę. c.nost.in secunda parte,&.c.seq. in prima parte,&.c.3.do. Anto. summat quamlibet decre. de per se. & mihi placet, vt singulę clarius intelligantur. vnde hęc prima.h.d.Cathedralis ec-
1 clesia† prouidere debet magistro de beneficio, qui clericos ecclesiæ, & alios pauperes gratis doceat; & vendens licentiam docendi, vel interdicens idoneum ad docendo beneficio priuatur. h.d. diuiditur in tres. Primo mãdat prouideri de magistro. secundo factũ reprehensibile p̃hibet ibi, pro licẽtia. tertio pęnãm imponit, & cãm reddit ibi, qui autẽ.

¶Nota primo ibi, qui parentum opibus, ꝙ propriè
pauperes non dicuntur, qui parentum opibus iuuari
2 possunt. tenētur † enim parentes filij necessaria mi-
nistrare, vt.l.si à liberis.ff.de.libe.agnos. etiam si sint
spurij, vt.c.cum haberet.ꝫ.de eo qui duxit in ma.
quam pol. per adul. & qualiter diuersimodè acci-
piatur verbum, pauper.dixi in.c.1.de accus. Secun-
3 do not.ex eisdem verbis,arg. qd' † filius potest com
pellere patrem, vt subueniat sibi in studio, si modo
pater possit. qd' intellige, quando esset idoneus, &
operam daret studio; non autem si esset scholaris no
mine tantum. & debet subuenire secundum digni-
tatē personę, & facultatum quantitatem, & loci cō-
suetudinem. Facit gl.in vers. beneficium.in fin. Ter-
4 tio not. ibi, legendi. qd' † verbum legendi, potest
referri etiam ad scholares. nam legere dicuntur dū
studēt. concordat. c.cum magnopere. cum.c.fi. ne
cler.vel mona.& hoc facit ad.q.vtrum habilitatus vt
possit studere in aliqua facultate, possit in illa do-
ctorari, & legere, vide latè Io. Andr.in Mercur. de
reg.iur.lib.6.c.cum quid. Quarto not. ibi, & pro-
5 ficiendi. ꝙ † non sufficit legere nisi quis proficiat.
Vnde Host.ponderat istum tex.contra scholares nō
proficientes qui melius facerent, si parentes inani-
bus sumptibus non vexarent, & vide eum latius in
c.1.de offi.prim. Quinto not.ibi, opportunitas sub-
6 trahatur, ꝙ vt inquit Iuuenalis, Haud† facile emer-
gunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi.
Vnde non mirum si Philosophus inquit, ꝙ diuitię
7 ad fęlicitatem pertinent. Sexto not. ꝙ † nemo de-
bet legere nisi obtenta licentia, ꝙ facit, secundum
Abba.& Io.And. contra scholares, qui publicant re
petitiones non petita licentia. Septimo not.ibi, cō-
suetudinis, secundum Abba.& Io. And. argm̄ con-
8 tra †doctores, qui à scholaribus primo legentibus
pastum petunt. Octauo not.ibi, nec docere. ꝙ ideò
9 † non est deneganda licentia docendi. qd' verum, se
cundum Inno.& Doct. nisi causa subsistente, vt pu-
ta; quia magna esset copia doctorum, & vnus alium
impediret, vt.c.cum dilectus. de accusatio. Vltimo
10 not. ex fi.text. singulare quotidiè allegatum; qd' †
beneficium dicitur fructus laboris. nam ex quo
seruit ecclesiæ debet ab illa habere fructus, vt.c.cū
secundum.de præben. & hunc fructum licitè potest
recipere etiam diues; dummodo ad hoc non indu-
catur per auaritiam, vt not. Inno.in.c.si episcopus.
de præben. In fi.glo in vers. consuetudinis.dic, not.
ex hac glo. ꝙ strictè, & propriè sumpto vocabulo
iste non dicitur committere symoniam. & ita po-
test intelligi, ꝙ not. Vinc.in.c.seq. sed largo sumpto
vocabulo benè dr̄ cōmittere symoniā, & ita ponit
Inno.in.c.3.ꝫ.eo.& hoc denotat dictio, quasi, posi-
11 ta in glo. hic quæ † regulariter est nota improprie-
tatis, vt.l.3.§.fin.ff.de vi & vi & ar. & traditur in.c.2,
de præben.lib.6. Glo.penul. colligit duo notabi-
lia ex text. secundum à contrario literæ.& dat ratio-
nes. & in fi. ponit quæ sit pęna iniustè denegantis.
12 In fine dic, pro intellectu gl.& tex. quòd ad hoc† vt
quis dicatur idoneus, plures requirūtur qualitates.
primo vt habeat peritiam docendi. secundo facun-
diam. tertio interpretandi subtilitatem. quarto co-
piam differendi. quinto vt sit approbatus ab haben-
te potestatem, vt probatur in.l.1. C.de profes. qui in
vrbæ Constantin. libr.12. iuncta.l.magistros. C.de
profes. & medi.lib.11. debet etiam non solum esse
scientia doctus; sed etiam moribus ornatus, & ordi-
nem docendi tenere.8.q.1.c.oportet. Et ex his in-
13 fert D.m. qd' scholaris † non potest legere. qd' ve-
rum, vt.s.præsit cathedræ; sed benè potest, vt discat,
vt quotidiè seruatur; quia docendo quis docetur.
vide glo.C.de execu. artif. libr.10.&.l.1.& vide Io.
And.in.d.Mercur.c.cum quid. Et subdit hic D.m.
14 ꝙ scholaris † q diceret se doctorē tenet pęna falsi.
tu dic hoc verum si diceret se doctorem, & exerce-
ret se vt doctorem, vt.d.l.eos. quia quando simpli-
citer dicit se doctorem punitur arbitrio iudicis,
arg.l.si quis.C.de acqueduc. libr.xj. secundum Bal.
qui hoc tradit in.l. qui sub prætextu. C.de sacrosan.
eccle. not. glos. in versi. nomine. in.c.quanto. de
iureiuran.Bal.in repet.l.data opera.C.qui accu. nō
15 pos. Item subdit D.m. ꝙ licet quis † tempore ap-
probationis habuerit qualitates.de quibus.ꝫ.dictū
est, si postea effectus sit inutilis; potest degradari
à doctoratu, vt.d.l.grammaticos. &.l.vt gradatim.
§.reprobari.ff.de mune.& bono. vide D.m. post Io.
And.in.c.cum secundum. de præben. Et not. singu-
16 lariter, ꝙ sit statutum † diceret, ꝙ rector non possit
reprobari, vt est in statuto Senensi, ꝙ doctores non
possunt dicere, ꝙ nolunt approbare; licet semel fue
rit practicatum contrarium.facit gl. in vers. nequi-
uerint.in clem.1.de foro compe.& in regula.c.cum
quid.de reg.iur.lib.6.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Docendi gratia nihil debet exigi; exactum restituitur.*
Promissum relaxatur; negligente prælato in prouiden
do de magistro supplet superior.
2 *Docere magister debet esse prouidus, & discretus.*
3 *Episcopus supplet negligentiam prælatorum.*
4 *Scholaris nō pōt se obligare ad intrandū cū certo doctore.*
5 *Exigens à clerico volente ire studiatum pro licentia obti-*
nenda an committat symoniam.
Declaratur.nu.6.
6 *Vsura an sit mutuare pecuniam scholari ad hoc, vt ipsum*
audiendi intret in scholis.
7 *Tēpus infra ꝙ prælatus debet instituere magistrum.*
8 *Negligentia conuincatur admonitionem requirit.*
9 *An requiratur iudicialis.*

1 Prohibeas. Pro licentia † docē-
di nihil debet exigi,
vel promitti, & exa-
ctum debet restitui, & promissum relaxari, & negli-
gentiam prælati circa prouisionē magistri superior
debet supplere. duo ponit dicta; secundum ibi, sanè.
2 ¶ Nota primo, ꝙ † magister debet esse prouidus,
& discretus de quo dixi in.c. præcedenti. Secundo
not.ibi sciens, ꝙ stipulatum est concordantes po-
3 nit gl. Vltimo not. ꝙ† episcopus supplet negligen-
tiam prælatorum, nedum in conferendis beneficijs,
sed etiā in alijs omnibus quæ ad inferiores prælatos
pertinerent, puta, in instituendis magistris, & idem
puto in omnibus, quæ ad inferiores prælatos per-
4 tinent. ¶ Primo quæro, vtrum scholaris possit se
obligare

obligare ad intrandum cum certo doctore. Vincen.
& communiter * Doct.qđ non;quia est turpis pro-
missio.ff.de var.& extraor.l.1 §.,pinde.&. ff.de cō-
di.& demon.l.Titio.§.2.&.ff.de libe homi. exhibē.
l.2.quod not. tu scholaris,vt scias facere schinca-
moram doctoribus. Secundo quæro, vtrum exigens.
5 † pecuniam à clerico volente ire ad studiū pro tra-
denda licentia committat symoniam Inno.; dicit qđ
non;licet malè faciat. Hosti. contra per not. in.c.;
pen.ⴺ.eo.dic,vt dixi in.c.præcedenti. Vltimo quæ-
6 ro,vtrum mutua ns † pecuniam scholari, vt intret se
cum committat vsuram. & dic, vt dicam in.c.naui-
gāti.ⴺ.de vsur. ¶ In fi.gl.1.dic, gl.oppo.& dat duas
sol.In fi.dic, idem dicit Inno. dummodo ille qui so
luit sit idoneus.Tanc.dicit,ꝙ ex parte recipientis vī
commissum crimen concussionis, ex eo quia ꝑpter
superioritatem videtur exegisse pecuniam, quasi ab
inuito.1.q.1.iubemus.&.c.cōcussionis. dicit tamē,
ꝙ non committitur symonia. Inno.tamen vult,qđ
committatur. & hoc mihi plus placet, intelligendo
de licentia obtinenda à prælatis ecclesiasticis, secū-
dum ꝙ loquitur tit. noster limitan. etiā vt dixi in.c.
ꝑced secus si diceret de licentia docendi, quæ obti-
nenda est à laicis. Gl. in vers.remitti. colligit nota-
bile dictū.Glo.fi.colligit in ead.ibi,de concess. præ-
ben.c.nulla.dic.ex hac allegatione glo.glos. videtur
7 sentire, ꝙ prælato † detur semestre ad instituēdum
magistrum; quo elapso potestas deuoluatur ad su-
periorem,vt in beneficialibus.Sed Io.And.& Doct.
dicunt esse arbitrarium ; & ꝙ ad hoc procedere de-
bet. Facit ꝙ not.glo.in.c.apostolicæ.de re indi. lib.
6.& not.in.c.ex parte Astensis.de concess.præben.in
8 quibus probatur,ꝙ ad † cōuincendam negligentiā,
per quam potestas id agendi deuoluēda est ad aliū,
debet præcedere admonitio,ꝙ intellige, quando ad
illud expediendum non est appositum determinatū
tempus,aliàs secus,arg.not.in.d.iuribus.vide Bal.in
l.3.C.qui accusare non possunt; & an requiratur iu-
9 dicialis † monitio,vide Ang in authen.de hęredi.&
fal.§ si quis non autem non implens.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Doctor pro licentia docendi pecuniā exigere non debet, et si esset cōsuetudo.*

2 *Decret.quanto de magist.impetrata fuit contra cancellerium, Pariensem, & quare.*

3 *Doctoratus an dignitas.*

4 *Doctores nobilissimi appellantur. & nu.27.*

5 *Doctores legentes habent ordinariam iurisdictionem in scholares.maximè legentes per.20.annos. & nu.26.*

Et dicuntur Vicarij Principis, & Illustres. & Marian. Socin.tum legerat Decret.per. 16.annos.

6 *Doctores præferendi militibus. & quare, & quando; & quid si decretorum, quid theologiæ, & simi. & nu.25. & nu.seq.quam plurimis.*

7 *Omne rarum pretiosum.*

8 *Imperator præfertur Papę in temporalibus.*

9 *Dominus directi dominij, in his quæ pertinent ad dominium directum, præfertur habenti vtile, & ecōuersò.*

10 *In exercitio sibi commissa, præfertur vnusquisq; alteri cuiuis, etiam superiori.*

Scholaris disputaturus, præfertur illo in actu etiam doctoribus.

11 *Nobilior est qui melioribus, & dignioribus præest. Et maior dicitur.nu.30.*

12 *Nobilior est committens, siue mandās, quam exequens.*

Nobilior est committens exequutionem alicuius actus, quam ille qui exequitur.

Militare ministerium, est exequutio legistalis, & canonistalis.ibid.

14 *Nobilior est regens, quam qui regitur.*

15 *Nobilior est proprietarius iustitiæ, quam ipsius minister.*

16 *Doctor est effect⁹ proprietarius iustitiæ, insigniorum traditione; & ibid. traduntur insigniorum significationes.*

17 *Aequiperatorū eadem debet esse natura, & ꝙ in vno est dispositum, in altero quoq; obseruandum est.*

Aduocatus, & miles ęquiparantur.

Doctor pręcedit simplicem aduocatum.

18 *Meritum magis meretur, qui bonum aliquod operatur in se, & in alium, quam qui in se tantū, vel in aliū tantū.*

19 *Iustitia est omnium virtutum clarissima.*

20 *Superlatiuis non est dari superius.*

Nobilissimum scientia facit hominem.

21 *Nobilius inæstimabile, quā ęstimabile est.*

22 *Scientia iuris ciuilis, & canonica est inæstimabilis.*

Militia potest æstimari.

23 *Doctoris est, vt docet iuris scientiam; vnde prouinciæ doctis scholaribus traditæ gubernandæ conseruentur.*

24 *Honorandus, quem Imperator præ ceteris honorat.*

25 *Excellentia graduum, maioritatē temporis desiderat.*

26 *Doctor non potest effici minor.17.annorum.*

Miles potest effici impubes, & infans.

27 *Maiorum ratio prius habenda.*

Doctores dicuntur reuerendissimi; & Philosophiam sequi dicuntur.

28 *Doctor iuris canonici, siue sacræ paginæ præfertur doctoribus iuris ciuilis.*

Doctor iuris ciuilis, & canonici præfertur medicis. vbi supra.

29 *Subiectum facit nobiliorem scientiam.*

31 *Subiectum theologiæ, est Deus omniū nobilissimus, perfectissimus, & optimus.*

32 *Subiectum iuris canonici est homo.*

33 *Subiectum iuris ciuilis, est bonum commune.*

34 *Subiectus medicinæ, est homo ęgrotus.*

35 *Doctor iuris canonici, præferēdus secundo doctori iuris ciuilis. tertio doctori medicinæ. Limit.nu.38.*

36 *Doctor in vtroq; iure præferendus simplici canonistæ. Limit.nu.37.*

40 *Doctor præferendus, qui approbatus à superiori, & digniori.*

42 *Doctor prius licentiatus, & post alium doctoratus, an præcedere debeat eum qui postea fuit doctoratus.*

43 *Studium vbicumq;, etiam si non sit regia ciuitas, constitui potest.*

44 *Spoliare, hoc verbum, ponitur & in malam, & in bonā partem.*

45 *Inuidia extirpanda.*

46 *Doctorem collegam habere expedit, etiam si quis per se sit idoneus.*

1 Quanto. Pro licētia † docendi pecunia exigi non debet, ēt si hoc haberet consuetudo. h.d. Primo narrat factum rephensibile, ꝙ præuia rōne improbat. Secundo, pęnā imponit ibi, si qui ve-
2 rò. Et dicit hic Vinc. ꝙ hęc † decre. fuit impetrata contra cancellariū Parisiensem, qui à quolibet docente, pro licentia docendi marcam argenti exigebat.
3 ¶ Nota primo. ibi, dignitatē assumūt. ꝙ † doctoratus est dignitas, tex. in proe. C. ibi magisteria dignitate &c. & ibi hoc voluit Iac. Butr. qui dicit per illum tex. ꝙ excōicatus, & infamis, & Iudęus doctorari non possunt, per reg. infamibus. de reg. iur. lib. 6. de Iudæo dicā in. c. 1. ꝟ. de Iudæis. idem voluit Bar. in. l. fi. C. de Iudęis. & sentit in. d. ꝓhem. C. & ff. Cōtrarium tñ tenuit ipse Bar. in. l. ex eo. ff. de mili. testa. vbi concludit etiam, ꝙ militia nou sit dignitas. Bal. in. d. proe. dicit, ꝙ propriè loquendo doctoratus non est dignitas. Volens tenere hāc opinionē, posses rñdere ad tex. nostrum, ꝙ hic nō loquitur de doctoribus, sed de magistris scholarium, qui in ecclesiis consequūtur hoc officium docendi, & in illis reputatur dignitas. Facit tex. dum dicit de vestris ecclesijs. Ad tex. verò in pri. consti. C. potest rñderi, vt dicit Bal. ibi, ꝙ loquitur de illo qui alias erat ibi, in dignitate non tanq̄ magister legum; sed tanquam princeps agentium in rebus. Sed pro prima opinione, quę magis doctoribus placere debet, allego, q d'
4 † tales doctores nobilissimi appellantur, vt. l. diximus. in fi. de excus. tut. & l. prouidendum. C. de postu. Facit ꝙ no. gl. penul. in. c. penul. de postula. in gl. 2. & clem. 1. & c. penul. de præben. ꝙ adiectiuum cōuenit Comiti, vt. c. grandi. de supplen. negli. pręla. & Vicecomiti, vt. c. accedens. vt lite non contest. & Marchioni, vt. c. constitutus. 2. de testib. & Duci, vt c. venerabilem. de elec. iunct. suprascrip. D. m. hic di-
5 cit, ꝙ saltem possumus dicere, ꝙ † doctores legentes dicantur habere dignitatem, cum habeant ordinariam iurisdictionem in scholares, vt authen. habita. ne fi. pro patre. maximè si continuarunt lecturam, per. xx. annos. Et non est mirum; quia efficiuntur vicarij principis, & illustres, vt. l. 1. C. de ꝓfes. qui in vrbę Constantin. & ad hanc dignitatem adipiscendam sum proximus per quadriennium. Et
6 ex prædictis infert D. m. † doctorē militi præferendum, cum ille nou dicatur habere dignitatem, vt voluit Bar. in. d. l. ex eo. & hoc maximè si legit p. xx. annos. & maximè si sint docto. legum; & melius si decretorum. & sanctius, si theologiæ. & maximè militibus hodiernis, qui non ob virtutes, sed potius propter corruptelas, & propter diuitias efficiuntur milites, vt dicit Cyn. in. l. 1. C. de iur. & facti igno. qui ēt dicit, ꝙ solū habent priuilegiū prius bibendi, & præcedendi in funeribus. Quidam dicunt, ꝙ vbi est copia docto. & paucitas militum, ꝙ miles præcedet, vt Senis contingit; licet olim esset contrarium, & è conuerso. pro hac opinione. facit. 93. dist. c. legimus. vbi dicit, ꝙ turba sacerdotū, qui venerādi sunt,
7 facit eos contemptibiles. & subdit ibi; quia † omne rarum pretiosum. 2. q. 7. sancta. Facit ꝙ no. in auth. de cōsuli. §. si verò. col. 6. Tu dic, sm dñm Sign. Medio. ꝙ aut loqmur in actu, qui conuenit doctori, & sibi adaptat, aut in his, q̄ pertinent ad ipsius exercitiū, & doctor ꝑferendus est. Aut in actu, & exercitio militari, & miles ꝑferendus. hæc probant in. l. 1. C. de offic. vica. vñ delegatus principis in delegatione sibi facta maior est quolibet ordinario, vt. c. sanè. de offi. deleg. Itē probatur, quia in his, q̄ sunt tēporalia
8 Imperator † ꝑfertur Papæ. 96. dist. c. cum ad verū. & x. dist. c. qm̄. Probatur tertio; qa in his, quæ pertinēt ad directū dñm; præfertur vtili. & è contra, & in his q̄ pertinent ad vtile, habens vtile ꝑfertur habenti directū, vt. l. 1. cum seq. ff. si ager. vect. vel emphy. peta. & l. 1. ff. de superfi. per tot. in. l. in cāæ. §. fi. ff. de pro-
10 cur. Itē quia in exercitio † sibi cōmisso vnusquisq; debet præferri, ēt aliàs superiori, vt. l. si in aliqua. §. fi. cū seq. ff. de offi. proc. & lega. ꝓ ꝑdictis facit ꝙ no. in. l. 1. ff. de bo. pos. ex testa. militis. ex quibus infert, ꝙ laudabilis consuetudo est quam seruam⁹. s. ꝙ ille qui disputaturus est, ꝑponatur ēt Doct. in illo dūtaxat actu. Aut loquimur in actu, seu exercitio indifferenti non magis cōuenienti doctori, quam militi; & dicit ipse, ꝙ doctor præferendus est. Mouetur pluribus rōnibus, & argumentis; primo, quia tanto quis
11 est nobilior, † & dignior q̄to melioribus, & dignioribus præest, vt in auth. de defenso. ciuita. §. proinde. & l. fi. C. de peda. iudi. & l. 3. §. si quis. ff. ne quis eum. Facit ꝙ not. gl. in. l. si seruus. in princip. ff. de leg. 3. & l. vrbana. ff. de verb. sig. & l. si qui. §. fi. ff. de ędil. edic. sed scientia legalis, & canonica est huiusmodi, arg. not. in. l. 2. ff. de leg. igitur &c. Secundo probatur; qa
12 minus nobilis † est executio alicuius actus, quam sit illud cuius aliquid est executio, vt probatur in. l. iustitia. ff. de iustitia & iure. iuncta glo. & l. si vt proponis. & l. executorem. C. de execu. rei iudi. Sed militare ministerium, est executio legistalis, & canonistalis, vt. l. qui restituere. ff. de rei vendi. & l. 3. ff. ne vis fiat ei. & l. si quis in hoc genus. C. de epi, & cle.
13 Ad ꝙ etiā facit, quia disponens † est nobilius eo, ꝙ dispositum implet; cum in implemento non dicatur oriri principaliter effectus, vt. l. si ita. & l. cum enim. ff. de nouatio. sed lex disponit oēs res diuinas, & humanas, vt. l. 1. C. de vete. iur. enuclean. & talium dispositionum executionem, & implementū faciunt arma, vt. d. l. qui restituere. & C. de iustinia. codice. compo. in princ. igitur &c. Tertio probatur, quia no-
14 bilius est regens, † & de eo prior ratio habenda est quam eius, ꝙ regit, vt. l. in conditionibus. in princ. ff. de cōdi. & demon. C. de bo. q̄ libe. l. cum multa. & l. iubemus. C. de epi. & cle. sed ministerium legale regit ministerium militare, vt. l. 2. C. de legi. auth. habita. C. ne fili. pro patr. igitur &c. Quarto probatur;
15 quia prior ratio, seu † consideratio habenda est illi⁹, qui iustitiæ est proprietarius, q̄ illius qui non est, sed dumtaxat est minister, vel executor, vt in. l. in bello. §. si qui. ff. de capti. & l. sed si vn⁹. §. si quis seruū. ff. de iureiur. & l. qui vsu. ff. si vsufruc. petat. cū not. in. l. 1. eo. tit. not. in. l. iudiciū solui. ff. de iudi. cū sim. Sed
31 ſed animaduerti.ff.de pē.vbi tex.vult,ꝙ† iudex mo
rituro non poſsit dare, vt eligat quam mortem velit
facere.fortius ergo dicendum eſt non omninò mo-
rituro.& illum tex.ad hoc ſingulariter allegat Bald.
32 in.l.1.C.quibus ad liber.procla.non licet. Aut vna
eſt corpus afflictiua,non tamen mortis;alia verò pę
cuniaria, & tunc poteſt eligere quam vult. Qđ for-
tè limitandum eſt, vt etiam tetigi in præced. caſu,
quando per electionem ſuam pœna non eluderetur,
vel annihilaretur. & poteſt figurari exemplum in
manu arida amputanda, vt dixi; quia ſi vellet illam
eligere,quæ arida eſt,non eſſet admittendus,arg.no.
per Bal.in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fug. vbi di-
cit Cyn.ꝙ qñ imponitur pœna amputationis alicu-
ius manus dextræ,ſcilicet,vel ſiniſtræ, & illa ſit ex to
to arida, ꝙ iudex debet amputare aliam viridem, p
tex.in.c.ſicut vrgeri.1.q.1. Ille tamen tex.probat cō
33 trarium.dicit enim,ꝙ licet manus arida† ſit ſine ſan
guine;tñ verum eſt membrum. & arbitror Bal. ha-
buiſſe hanc.q.à Bar.Brix.in.d.c.ſicut vrgeri.qui tex.
vt dixi facit contra Bald. Nec ob.arg. Bal.quia ſatis
dicitur delictum punitum, licet amputetur manus
34 †arida;quia eius amputatio infert corporis defor-
mitatem.& hanc ſententiam contra Bal. tenet Ang.
arg.l.3.§.pē.ff.arbo.fur.cęſ.vbi probatur, ꝙ appella
tione arboris continetur etiam arbor ſicca, donec
35 ſuccidatur à ſolo, quæ† ſucciſa non dicitur amplius
arbor,ſed lignum. Saluarem tamen dictum Bald. ſi
manus non ſolum eſſet arida, ſed etiam eſſet talis,
quam magis expediret non habere, quam habere.
vt ſi eſſet cançroſa, & talis quæ viſu terrorem indu-
ceret; adeò ꝙ ad ſaluandum reliquū corporis opus
eſſet illam imputare; quia tunc arbitror,ꝙ non poſ-
ſet illius amputationem eligere, cum non cederet
ſibi ad pœnam, ſed ad maximum commodum ſani
tatis corporis. Maximè ſi commiſiſſet delictum ea
36 intentione,vt manus amputaretur,cum† quis nō de
beat,ex malitia ſua,& ex delicto ſuo,commodum re
portaret,vt.c.intelleximus.in fi.ꝰ.de iudi.Quid aūt
37 iuris ſi non†haberet illam manum? arbitror ꝙ ſolū
teneretur pœna pecuniaria; primo quia ſi perit vnū
ex alternatiuè debitis reliquum eſt in obligatione.
ſecunda,quia, vt.ꝰ.dictum eſt, in caſu noſtro amo-
38 do non cadit electio. Quid autem ſi ſtatutum† dice
ret,ſi quis tale quid commiſerit ſoluat pœnam, aut
amputationis manus dextræ,aut ſiniſtræ,& talis nul
lam haberet manum?& hoc caſu videtur dicendum,
ꝙ cum non ſit capax pœnę, ꝙ non ſit aliqua pœna
puniendus,per not.in.c.ſi fortè.de elec.lib.6.in ver.
euidentem. Tu dic contrarium,per not.in.c.ſi com-
promiſſarius.eo.tit.lib.6.erit enim in arbitrio iudi
cis aliam pœnam ſibi imponere.probatur.12.q.2.§.
liberto.& per gl.2.in ver.accuſatus.in.c.nullus.ꝰ.de
ſer.non ordi. & quòd traditur in.c.de multa.ꝰ.de
præbē.&.c.ēa noſcitur.ꝭ.de ſent.excom.& per not.
per Bart.in auth. ſed nouo iure.C.de ſer. fug.&.l.2.
C.vt intra cert.tem.cri.accuſ.ter.vt ſemel contingit
Bononiæ; qa dum legerent condemnationes dāna-
ti in abſciſionem aurium,damnatus circunſtantibus
dicebat, e ci ſaranno delli aradegati. qui ductus ad
locum iuſtitiæ repertus fuit ſine auribus, deinde re-
ductus ad officialem fuit furca ſuſpenſus; ex eo quia
inuentus fuit, ꝙ aures fuerāt ſibi abſciſæ pp ſecun-
dum furtum, vt fuit confeſſus, & ſic fuit ipſe aradi-
gatus,prout ipſe primitus dixerat. Secundo mēbro
39 principali, quando † verba diriguntur ad iudicem,
ſimiliter diſtingue,ꝙ aut vtraq; pęna eſt pecuniaria;
& tunc electio eſt iudicis. ꝙ procedit ſiue loquamur
in rebus, in quibus cadit affectio, ſiue in pecunia nu
merata,in qua non cadit affectio; eſt enim circa pe-
cuniam numeratam in hoc diuerſa cauſa à membro
40 pręced. quia † in ſummis alternatiuè debitis electio
eſt debitoris,ſecundum verba prolata; vt eſt regula-
riter, ꝙ min⁹ eſt in obligatione,vt.ꝰ.dixi.ſecus quā
do ad creditorem pertineret electio; vt puta, dabo
tibi.x.aut.xx.qđ malueris; quia tunc.xx.ſunt in ob-
ligatione. Aut vtraq; pęna eſt corporalis, & ſi inter
ipſas nō ſit magna diſcrepantia, electio erit iudicis.
Si verò magna diſcrepantia puta amiſsionis pedis,
vel alterius membri,vel mortis; & tunc arbitror, ꝙ
iudex non poſſet eligere maiorem pœnam; quia cū
41 videatur eſſe in arbitrio ſuo, debet ipſe arbitrari† in
benigniorem partem, vt.l.interpretatione. ff.de pē.
& in reg.in pœnis.de reg.iur.lib.6.Bald.in auth. ſed
nouo iure.C.de ſer.fug. & ſi eligeret maiorem, poſ-
ſet appellari,vt.l.ſi qua pęna.&.l.aliud.§.1.ff.de ver-
bo.ſign.quòd tamen arbitror limitandum,niſi cauſa
cognita, id faceret ex aliqua iuſta cauſa; vt puta, vt
42 †multis craſſantibus locus ſit exemplo aliorum,per
l.aut facta.§.nonnunquam. ff.de pœn. & quòd tra-
ditur in.l.quid ergo.§.pœna grauior. ff.de infami-
bus.&.l.ſi ſeuerior.C,eod.tit. Aut & tertio, vna eſt
corporalis, & alia pecuniaria; & tunc ſi pecuniaria
nō diſcrepat multum à corporali, pōt iudex elige-
re quam vult licet dicatur, ꝙ quælibet pęna corpo-
ralis, ſit maior qualibet pęcuniaria, vt.l.in ſeruorū.
§.fin. ff.de pœn. tamen poſſet eſſe tanta bonorum
amiſsio, vt equipararetur corporali reſpectu quali-
tatis perſonarum,vt ibi,traditur.&.ff.de excu. tuto.
l.& propter litem.& inſtl.eo.§.item propter litē. Si
verò eſſet diſcrepantia; vt puta, condemnet in cen-
tum, aut in amputationem manus; arbitror, ꝙ tunc
deberet eligere pecuniariam, qđ declara, & limita
43 vt dixi in præced. caſu Tertio caſu principali,quan-
do verba ſimpliciter proferuntur, idem per omnia
arbitror dicendum,quòd dixi in præced. membro;
licet Bart.diſtinguat, an vtraque ſit corporalis, vel
vtraq; pecuniaria. Moueor primo,p.l.fugitiui. & ꝙ
ibi tradit̃.C.de ſer.fu.ſecūdo moueor,p tex.in.l.aut
damnum §.2.ff.de pęn.vbi tex.vult, ꝙ ſi imponatur
pęna alternatiua furcarum, aut capitis, non debet
iudex dare electionem reo. Tertio moueor; quia,vt
44 dictum eſt, pęna in dubio imponenda eſt per iudi-
cem,vt.c.conquæſtione.ꝰ.de reſti.ſpol.33.q.2.c.ſi-
par.j.

ue de.§.in hoc. &.l.aliud.§.1.&.l.si qua pœna. ff.de
ver.sig.& traditur hic in gl.in verb.potestatis. Quar
45 to, & vltimo membro principali, qñ vna pęna alter
natiua refertur ad partem, alia ad iudicem.verbi gra
tia, soluat centum, vel iudex amputet sibi manum.&
isto casu arbitror, quòd siue vtraq; esset pecuniaria,
siue vtraq; corporalis. Aut vna pecuniaria, & alia
corporalis,ꝙ cum hic non cadat propriè electio;qa
alternatiua tota nõ dirigitur ad vnum solum, ꝙ de-
beamus dicere,ꝙ reo non soluente pęnã ad eum di-
rectam,succedat pęna directa ad iudicem,vel maior
pęna, si maior alternatiua posita referetur ad partẽ;
licet hæc videretur simplex, & inepta loquutio.ver-
bi gratia,si quis tale quid fecerit; soluat manus am-
putationem, aut iudex condemnet eum in centum;
quia debemus à minore ad maiorem ascendere. vn-
de talis alternatiua videtur esse quodammodo con-
ditionalis,videlicet,si non soluerit centum ampute-
tur sibi manus.de qua materia vide Bal.in repet.l.da
ta opera.C.qui ac.non pos. & hoc casu illo existente
in mora soluendi,succedat obligatio corporalis,vel
46 alia maior pęna. Et not.ꝙ si vna esset pecuniaria† pu
ta, soluat centum, & alia corporalis; puta,vel iudex
amputet sibi manũ.habito respectu ad id quod eue-
nire potest,dicitur potius corporalis,quam pecunia
47 ria;Vnde stante statuto, † ꝙ vbi est pęna pecuniaria
reus posit relaxari,datis fideiussoribus.secus si esset
corporalis; quia in casu prædicto, talis non videreť
relaxandus.de quo vide Bal.in.d.repet.l.data opera,
48 col.8. Sed vsq; adquantũ † tẽpus posit iste reus sol-
uere pęnam,vt non dicatur in mora,vide Bar.in.l.1.
ff.de penu. leg. & traditur in.l.item veniunt.§.fi.ff.
de peti.hęredi.Bal.in.d.l.quicunq;.C.de ser.fu.No-
ta etiam circa prædicta, ꝙ licet transiuerit tempus
49 intra quod ille damnatus debuerit soluere pœnam
pecuniariam, & sic in eius defectum succesit corpo
ralis,ꝙ tamẽ potest compelli per fiscum ad soluen-
dum pecuniariam. Hoc tenet sing.Bart.in.l.cũ duo-
bus.§.idem respondit.ff.pro socio & Ang.in repe.l.
si in insulam.ff.de verb.oblig.in fi.q.vbi, dicit de fa
cto ita consuluisse,per.d.§.idem respõdit.ff.pro soc.
Sed quæro iuxta prædicta, quid si statutum diceret;
50 †puniatur tali pęna,vel alia,quæ iudicãti videbitur,
vel simili qualiter sit hoc intelligendum. Sol.dic,ꝙ
debet intelligi de simili pęna specialiter expresè. &
51 ideo si pęna expressa in statuto esset† pęcuniaria,iu-
dex non posset imponere corporalem virtute illius
alternatiuæ; quia non esset similis expresè. Idem
ecõuerso dicendum; quia si in statuto exprimeretur
pœna corporalis, non posset imponi pecuniaria.
Hoc singulariter probat tex.cum gl.in verbo, pęna
in.d.l.si fugitiui. & hoc idem tenet ibi Bald.sing. ad
hoc propositum ponderans illam gl.pro quo addu-
co etiam quòd dicit Bart.in.l.1.in fi. ff.si famil.furt.
fecis.dic.& quòd not.in.c.sedes.ꝫ.pe rescrip. & qđ
not.D.m.in.c.sacris.de sepul.& quòd not. in.l.qui-
52 dam.ff.de reb.dub.in quibus traditur,ꝙ† dictio aliꝰ,
est implicatiua antecedentis qualitatis. & idem di-
cit Ang.in.d.l.si fugitiui. si statutum diceret, punia-
53 tur in centum,vel plus, † vel minus; prout iudici vi-
debitur.nam per istud arbitrium non potest iudex
alternare pœnam pecuniariam in corporalem. sed
prædicta arbitror limitanda; nisi iudex hoc facerit
causa cognita. nã,& video ꝙ vbi pęna est determina
ta potest iudex illa alterare causam cognita, vt.d.l.
quid ergo.§.pœna grauior. & ibi latissimè per Bal.
in repe.ff.de infami.Bal.in.l.hodiè.ff.de pęn. &.d.l.
etsi seuerior.ff. de infami.vide etiam qđ not.2.q.3.
§.notanbum.&.ꝫ.de rapt.in.c.archiepiscopatu.Po-
54 stremò circa prædicta † not. qđ vna pœna electa
non potest iudex,vel pars ad aliam transire, vt dicit
D.m.in.c.2.de coha.cle.& mu. Bart. in.l.1.ff.vi bo.
rap.per.l.prætor edixit.§.1.ff.de iniur. & prædicta
not.perpetuò quia quotidiana. Quid autem si pro
eodem delicto sint impositæ diuersæ pęnæ, †non ta
men alternatiuè,cuius sit electio; an vna per aliam
tollatur, nolo insistere. vide Spec.in tit.de contum.
§.nunc dicamus.ver.sed pone,iudex.In fi.gl. antep.
&.l.numq̃ plura.ff.de priuat. del. & Bal.in.d.l.data
opera. vide Io. Andr. in.c.fęlicis.§.fi.de pęn. lib.6.
55 vbi ponit,quid† si vna imponitur per legem,alia per
canonem. & vide etiam glo. in.c.gaudemus. de di-
uor.per Hosti.in.c.de his,de accu.de offi. deleg.c.1.
per gl. pẽ.in.c.fi.de temp.ordi.& per glo.49.di.c.1.
56 In quibus traditur, quid si vna pęna† est fori pœni-
tẽtialis,& alia iudicialis de quo tetigi in.d.c.de his.
ꝫ.de accu.vide Cyn. in.l.nõ dubiũ.in fi. C.de legib.
per glo.& Bar.in.l.sanctio legum.ff.de pęn.Insti. de
pęn.teme.litig.in fin.Io.An.in addi.Spec.in rub.de
57 furt.& Bar.in.l.1.ff.vi bono. rap.in qbus vide qd† si
vna est lagalis, & alia statutaria. dicam fortè in.c.1.
58 ꝫ.de pœn.Habes igitur† ex prædictis vnum intelle-
ctum ad tex.nostrum in fi, secundum glo. vt dictio,
aut, stet pro opposita hic inter diuersas pęnas,& stet
propriè cum tribuat electionem iudici alium, tamẽ
intellectum ponit hic Hosti. quem refert Io. Andr.
secundum quem cessat decisio gl. & altercatio præ-
dicta,videlicet,vt intelligamus tex.ꝙ faciens contra
prædicta patiatur periculum officij,& honoris,si qñ.
est talis qui sit in officio,& honore constitutus.Si ve
rò non esset talis, vt quia simplex laicus, tunc habet
locum secunda pars alternatiuè,vt excommnicetur,
& sic est locus electioni. sed primus intellectus glo.
plus placet D.m.& mihi.

CAP. X.

SVMMARIVM.

1 *Prædicãtes paganis penès eos, possũt recipe cibos ab eis.*
2 *Paganerũ dapibus versci non licet Christianis, & quare num.6.*
3 *Priuilegiati sociꝰ gaudet priuilegio socij, et ibi quomodo.*
4 *Prędicatũ ad paganos,nec religiosi,nec alij clerici possũt ire sine licentia superioris, & quare. nu.13.& nu.19.*
5 *Prædicandi munus tantummodo idoneis concedendum.*
8 *Excõicati magis quã infideles vitandi,& quare num.9.*
9 *Familiaritas maior in conuiuijs, quã in colloquio.*
Conuiuium la tauola è vna meza corda.
10 *Conuiuijs sacerdotum debet omnisceri lectio sacrarũ scripturarum.*
11 *Origenes nec somnũ, nec cibum aßumebat sine lectione.*
12 *Plinius patruus secundi vbiq; locorum semper volebat sibi aliquid legi.*
14 *Prædicare est officium curæ quare non competit, curam non habentibus animarum.*
15 *Fratres mendicantes de iure non poßunt prædicare, nisi ex priuilegio, prout & audire confeßiones.*

16 *Præ-*

16 *Prædicare infidelibus, an hodie abſq; licentia ſuperioris liceat.*
17 *Regulam ſtrictiorem volens intrare ſatis eſt, ꝙ petat, & ſi non obtineat licentiam à ſuperiori.*
18 *Prædicandi munus, & tranſitus ad aliam religionem habent ſe tanquã excedentia, & exceſſa, & in quo ratione petenda licentia differũt. nu. 19.*

Quam ſit. Ponit duas indulgentias illorum, qui paganis prædicant. ſecun-
1 da ibi in ſuper. ¶ Nota primo, ꝙ † exiſtentes apud
paganos prædicandi cauſa, poſſunt recipere cibos
ab eis, & etiam eorum ſocij. & hoc ex ſpeciali priui-
legio conceſſo. ex quo infertur, ꝙ regulariter non
2 licet † veſci dapibus, quæ ab infidelibus apponeren-
tur; cum hoc ſit ſpecialiter conceſſum, in contrariũ
tñ eſt ius commune, vt. l. 1. in fi. ff. ad munici. Facit
c. 2. ꝭ. de côiug. lep. & l. ex fola. C. de primipi. li. 12.
3 Secundo infertur, ꝙ ſocius priuilegiati etiam gau-
det priuilegio priuilegiati, vbi alias priuilegiũ prin
cipalis eſſet inutile; ad ſocios extenderetur, de quo
vide Docto. in. c. licet. de priuil. lib. 6. Secundo not.
4 ꝙ † religioſi, & alij clerici non poſſunt ire ad præ-
dicandum, etiam infidelibus, ſine licentia proprij
prælati, & apoſtolica auctoritate. quibus obtentis
poſſunt, prædicare, & inuito prælato, iu cuius diœce
ſi prædicarent. & hoc vult tex. ibi dum dicit, abſque
5 côtradictione qualibet. ¶ Vltimo not. ꝙ † officium
prædicandi non eſt concendendum, niſi idoneis ad
denuntiandam euangelicam veritatem. Glo. 1. quæ-
rit, quæ ſint iſta tempora, & ſol. dic, vt in ea. Gloſ.
6 2. aſſignat rationem in principio, † quare vti liceat
cibis infidelium prædicationis cauſa, demum for-
mat contrariũ, & illud ſoluit. Et in fine format vnã
q̃ſtionẽ quã ſol. In ead. ibi, exẽplo Dñi. dic, vt tra-
ditur Lucæ. c. 5. & fin. In ead. ibi, ad menſam. dic, &
7 ibi; etiam not. quare magis vitamus † excommuni-
catos, quam infideles. In ead. ibi, cibos noſtros. dic,
vt tradit Deuteron. c. 14. In ead. ibi, ſed hodiè dic,
fortè hoc contingit poſt Macometum. In ead. ibi,
ait ſenatus. dic, vbi dicit̃, quòd edictum de partibus
caducis, intelligitur, & de aſſe. Not. igitur glo. & ex
8 iuribus in ea allegatis, qđ cum plures ſint † infide-
les, qui non diſtingunt cibos ſuos à cibis Chriſtiano
rum, vt ſunt Tartari, & Indi. ꝙ tunc liceret Chriſtia-
nis vti cibis eorum. In ead. in fine dic, gl. in. d. c. oẽs.
28. q. 1. reddit aliam rationem, quam ſequitur hic
9 Io. An. videlicet; † quia maior familiaritas côtra-
hitur in conuiuio, quàm in coloquio. Item quia fa-
cilius quis decipitur inter epulas, quàm in ſimplici
loquutione. 22. q. 4. c. vnuſquiſq;. vnde eſt commu-
ne prouerbrũ iſtorũ officialiũ. Che la tauola è vna
meza corda. Facit etiam ad prædicta. 44. diſt. c. pro
reuerentia. de conſe. diſt. 5. c. in omnibus. in quibus
10 traditur, † ꝙ in côuiuio ſacerdotali lectio diuinarũ
ſcripturarum debet immiſceri; qa per talem lectio-
nem prohibentur fabulæ ocioſæ, quæ ſolent in hu-
iuſmodi menſis interponi, & quia per talem lectio-
nem animæ ędificantur ad bonum, & fabulæ non ne
ceſſariæ prohibentur. hinc not. Inquit diuus Hiero.
11 ad Marcellinam, ꝙ Origines † nec cibum ſumebat,
nec ſomnum inchoabat ſine tali lectione. & vide
aurea verba Plinij. 2. epiſt. 49. ad Seuerum, vbi ipſe
12 dicit de Plinio † patruo ſuo, ꝙ ſiue eſſet in prandio,
ſiue in coena, ſiue tonderet̃, ſiue balnearetur, ſemper
ſibi liber legebatur. imo & ſi ambulabat, erat cum li-
bro continuo; quoniam perire, & omne tempus arbi
trabatur, ꝙ ſtudijs non impertiretur. Glo. pen. for-
mat contrarium, & ſol. dic, vt in ea. Glo. fi. quærit,
13 quare ſit † neceſſarium petere, & obtinere licentiã
prædicandi à ſuo prælato, & ſol. In eadem ibi, offi-
14 cio ſibi commiſſo. dic, & ratio eſt, quia † prædica-
re eſt officium curæ; & ideò non competit illis, qui
non habent curam animarum, vt dicit gl. not. in cle.
15 1. de reg. Vnde fratres † mendicantes de iure prædi
care non poſſunt cum non habeant curam animarũ.
vtuntur igitur officio prædicandi ex priuilegio ſpe-
ciali, & etiam audiunt confeſsiones, vt cle. dudum.
de ſepul. Sed quæro iuxta prædicta, an hodiè ſit con
16 ceſſum à iure officiũ † prædicandi infidelibus, abſq;
eo ꝙ ſit neceſſarium denuò petere licentiam Papæ
ꝑꝑ rationem, quam ponit glo. 2. & dicit Io. And. ꝙ
Inno. dicebat etiam communicare paganis olim li-
cuiſſe, hodiè verò non; ꝑꝑ rationem, quam ponit
glo. 2. ſed mihi plus placet opinio Laud. In ea. ibi,
C. duę dic, ꝙ ille tex. facit pro, &. 2. In. ead. ibi. l. 2.
17 dic vbi dicitur, ꝙ † volẽti intrare ſtrictorem regulã
ſufficit petere licentiam à ſuperiore; licet eam non
obtineat. & ſic facit in contrarium; & ideò literæ
glo. debet potius dicere, arg. contra; licet non ha-
beat illud contra. ſed pro ſol. dicti contrarij dicit
18 Gof. ꝙ officiũ prædicandi, † & profeſsio, ſeu tranſi-
tus ad aliã religionẽ, habent ſe, vt excedentia, & ex-
ceſſa; quia in primo ſufficit petere licentiã; in ſecun
do nõ ſufficit niſi obtineat̃. ꝭ. de ſta. mo. c. ꝙ Dei, &
19 tõ † eſt quia in prædicatione ſubeſt periculũ, ne cor
rũpat, vel inficiat ꝓximum; vt probant iura p̃ceden
tia. qui timor ceſſat in tranſeunte ad ſtrictiorẽ regu-
lam. In eadẽ gl. in fi. dic, ꝙ in. c. cũ olim. ille ligabat̃
ex forma arbitrij ſolũ ad petendũ conciliũ, & nõ cõ
ſenſum; ſed hic requirit̃, ꝙ obtineat conſenſum. vi-
de Bar. latè in repe. 52. §. ſi plures. ff. de exerci.

CAP. XI.

SVMMARIVM.

1 *Infidelium ad terras pro redimendis captiuis licet ire, dummodo euntes iurent prius, ꝙ nihil ad eos ſubſidij portabunt, vel mittent extra dictam cauſam redimendi captiuos etiam poſt factam treguam. nu. 3.*
Sed an res prohibitas poſſit portare, pro redẽptione captiuorum ſub. nu. 8.
2 *Pacis appellatione non venit tregua. nu. 8. & nu. 17.*
4 *Redimi poſſunt Chriſtiani ẽt durãte guerra ab infidelib⁹.*
5 *Tregua nõ dicitur eẽ finitũ bellũ. Quid ſit tregua. nu. 16.*
Quare prohibitus portare ad infideles tempore belli vetita, vtiq; & tempore treguæ prohibeatur.
6 *Mandans comprehenditur in diſpoſitione perſonaliter loquente concernente actum, nedum faciens per ſe.*
7 *Mandant, an, & quando comprehendatur in ſtatuto punient e facientem quid.*
9 *Captiuis pro redimẽdis, an ſolũ nõ prohibitas, an verò, et ꝓhibitas res poſſit quis ad infideles tranſportare opin. Inno nu. 10. Io. An. nu. 11. Abb. nu. 12. Socin. nu. 14.*
13 *Cõpenſatio vnde maius mali, quã boni reſultat reꝓbatur.*
15 *Ratihabitio etiam in pœnalibus retrotrahitur.*

19 *Iurans non ire cum mercibus, nisi facta pace, si vadit facta treuga, an incidat in pœnam excommunicationis, & periurij.*

20 *Alternatiuorum est, vt alterum verificetur.*

1 Significauit. † Pro redimendis captiuis licet ire Alexandriam, seu ad partes infidelium; dummodo euntes prius iurent, quòd nihil subsidij portabunt, extra redemptionis causam; & portantes, vel mittantes merces prohibitas, etiã postfactã treugã, sunt excómunicati. &

2 † pacis appellatione non venit treuga. h.d. Tres sunt partes, secunda ibi, illi quoq;. tertia ibi, ad vltimum. In tex. ibi, significauit. dic. i. significando quæsiuit, secundum Io. And. & in text. ibi, quomodo, dic, hoc est, vtrum hoc fieri posŝit aliquo modo, vel non; & sic benè sequitur responsio, arbitra-

3 mur. Nota primo, ꝙ † durante tempore guerræ inter nos, & infideles nõ est licitum portare aliquas merces ex quibus ipsi valeant consequi aliquod auxilium, vel commodum; vnde non solum prohibentur deferre merces prohibitas, de quib⁹ in.c. ita quorundam. s. eo. & in.c. ad liberandum. j. eo. sed etiam omnes alias merces, ex quibus infideles possent habere commodum. de quo dicam aliquid in gl. 1. & clari⁹ in.c. seq. hoc tamen notabile limitatur in tex. nisi portarent redemptiones causa; sed vtrum tunc posŝint portari merces prohibitæ, dicetur in glo. 1.

4 Secundo not. ꝙ † licet redimere Christianos ab infidelibus etiam durante guerra; licet ex ipsa redemptione ipsi consequantur aliquod subsidium. Tertio

5 not. ex secunda parte, ꝙ † pœna imposita portantibus merces infidelibus tempore guerræ, extenditur ex identitate rationis etiam ad tempus treugæ; pro quo facit; quia per treugam nõ dicuntur finita guerra, vt in versi. se. & sic habes qđ ius pœnale extenditur ex identitate rationis; sic potes dicere, ꝙ communis fauor totius Christianitatis, & fidei hoc operatur, vt dixi in.d.c. ita quorundam. in glo. 2. s. eod.

6 Quarto not. ꝙ † dispositio etiam personaliter loquens, concernens actum, comprehendit non solũ facientem per se, sed etiam mandantem, & fieri facientem; licet cõstitutio sit penalis. Nam.c. ita quorumdã. puniebat portantes, & subministrantes merces prohibitas &c. & hic extendit etiam ad illos, qui per alios mittunt, vel subministrant. & potest esse ratio, fidei fauor, vt dixi in præced. not. Facit ꝙ not. in c. mulieres. s. de sent. excom. & qđ not. 17. q. 4. c. si quis suadente. Vtrum autem hoc sit simpliciter ve-

7 rum, † ꝙ statutum puniens facientem actum, extendatur ad mandantem, vide Bart. in. l. aut qui. ff. ꝙ vi aut clam. & l. denuntiasse. §. hæc verba. ff. de adult. Ego de hoc plenè dicam in. d. c. mulieres. Vltimo

8 not. ꝙ † appellatione pacis, non venit treuga; & ideò qui iurauit, vel promisit non ire, vel aliquid facere nisi facta pace non facit contra iuramentum, vel ꝓmisŝionem, si vadit tempore treugæ. Glos. 1. in principio est literalis, deinde format vnam quæstionem, & sol. In eadem ibi, ita quorundam. dic, secundum D. m. ꝙ glo. ex hac allegatione videtur restringere tex. vt procedat solum in portante prohibitas

9 † merces; & videtur velle, ꝙ licet quis portet tẽpore guerræ alias merces, quã ꝓhibitas non incurrat in pœnam excommunicationis. Sed aduerte; quia si iste fuit intellectus glo. videtur sibi ipsi contrariari; sequeretur enim, ꝙ redemptionis causa, liceret portare arma, & merces prohibitas cuius contrarium dicit glo. nostra. sed dic, ꝙ alius fuit intellectus gl. vnde dic, vt dixi. s. in primo not. & facit. c. se. In fi. glo. dic, idem tenet Goff. Inno. verò & Hosti. tenent contrarium, volentes, ꝙ licitum sit deferre etiã merces prohibitas, pro redemptione captiuorum, arg. l. sancimus. C. de sacrosanc. eccle. & c. 1. s. de pigno. vbi vasa quæ alias regulariter prohibentur vendi, ꝓ redimendis captiuis distrahi possunt. 12. q. 2. c. aurum. Facit vers. seq. ibi causa lucrandi. & loquitur de mercibus prohibitis. ergo à contrario possunt deferri merces prohibitæ redemptionis causa. Facit etiã ꝙ aliæ merces portari possunt, dummodo non sit guerra, vt in. c. proximo. seq. prædicta tamen dicit

10 vera Inno. † nisi quis venderet merces prohibitas in ipso articulo exercitij prælij; quia tunc viderentur contra Christianos vendere; quia tunc tenerentur pœna huius. c. aliàs secus. Nam licet per arma, & ligna causa redemptionis portata, Christiani posŝint offendi; non tamen est hoc directè contra Christia-

11 nos. Io. Andr. dicit, † qđ ante factum esset tenenda opinio. glo. maximè, quia Sarraceni videntes has merces posse portari, hac de causa nolent reddere captiuos, nisi pro talibus mercibus prohibitis. Item Christiani volentes fraudem committere haberent hoc velamen; quia semper dicerent hoc fecisse pro redimendis captiuis, & sic tenderet ad maximum præiudicium Christianitatis, post factũ verò, dicit, ꝙ tenẽda esset opi. Inno. & Hosti. quasi redemptionis necesŝitas, illos excuset à pœna, arg. c. consilium. s. de obser. ieiu. xj. q. 3. c. quoniam. de sent. excom. c. inter. Facit etiam. c. verum. s. de iureiur. & cũ hac

12 op. transit hic do. Ant. D. m. tenet indistinctè † opi. glo. vt non liceat tales merces. prohibitas portare ẽt redemptionis causa, nec excusetur talis etiam ex postfacto; quia ex tali delatione armorum christiani venirent impugnandi. & ideò non debet tale consilium impendi ad malum committendum, propter

13 bonum captiuationis. Talis enim † cõpensatio à iure reprobatur, vt. c. super eo. j. de vsu. & 1. q. 1. non est putanda. & text. cum glo. in. c. non magno. s. ne clerici, vel mo. vide plures remisŝiones in gl. Mouet etiam per tex. s. eo. c. ita quorundam. vbi quo ad pœnam, & malitiam equiperantur portantes tales merces prohibitas, & subministrantes corporaliter regimen, curam, vel gubernationem ad expugnandos Christianos; pro quo ẽt facit glo. ibid. in ver. tempore pacis. & sic vtraq; opi. est satis sustentabilis. Concludit D. m. ꝙ durante tempore guerræ habeat locũ opin. glo. tempore vero pacis habeat locum opin. Io. An. & sic vtræq; opiniones sint sustentabiles; ta-

14 men mihi † videtur magis ęqua & secura opi. glos. pro qua ẽt adduco, quoniam fauor publicus præferendus est priuato. vnde cum talis prohibitio respiciat publicum fauorẽ, & redemptio respiciat priuatum; vr̃ ꝙ etiam redemptionis causa nullo modo liceat. Glo. 2. opponit, & dupliciter soluit. Gl. in vers. excommunicationis. quærit de ratione, & sol. In eadem ibi, non tamen pax. dic, idem dicit glo. penul. & fi.

& fi.In fi.glo.dic,hæc glo.sentit claré secundum D. meum, quòd tempore pacis licitum sit deferre ad infideles, etiam merces prohibitas, Contrarium tamen tenet Inno.in.c.seq.& ibi dicam latius.posset tamen aliter intelligi, dum dicit de mercibus prohibitis;scilicet,tempore guerræ,& sic cóprehendantur ét merces non prohibitæ tépore pacis.¶ Gl.in verf. per nuncios.quærit de ratione, & solut.In.fi.gl.dic, de hac materia, vt dicam in. d.c. mulieres. & idem voluit Ala.hic, vt etiam incideret in excommunica
15 tionem,qui haberet ratam† delationem talium mercium, quia ratihabitio retrotrahitur, vt. e. rati. de reg. iur.lib.6.de quo latius tractatur in.c.cum quis de senten.excom.lib.6.ego dicam in.d.c.mulieres.Glo.penul.quærit,quid sit treuga,& sol.& bené.
16 Est† enim tregua securitas præstita personis,& rebus ad tempus aliquod,bello nondum finito.Glo.fi.quærit, an talis absoluatur a periurio.& sol.In fi.gl.dic, in contrarium tamen facit,tex.24.q.3. in.c. illi qui,
17 vbi tex.vult,quòd pax† quandoq; appelletur treuga; sed dic,ꝙ illud accipit impropriè.Not.igitur gl. ex qua habes vnum intellectū, videlicet,quòd ille,qui
18 iurauit† non ire cum mercibus;nisi facta pace, si vadit facta treuga incidit in pœnam excommunicationis,& periurij,vt dixi in.3. notabili. Secundum intellectum ponit hic Ioan. Andr. & Doct. post eum,
19 videlicet,quòd ille iurauit† non ire cum mercibus, nisi facta pace,vel treuga; si vadit tempore treugæ cum mercibus prohibitis;non est periurus;sed bené incidit in excommunicationem. ratio primi quare non sit periurus,est, quia ad veritatem alternatiuæ, sufficit alteram partem adimplere, vt.l. plerunq; ff. de iure.dot.&.l.si is qui ducentas.§.vtrum. ff.de reb. dub.Ratio secundi quare incidat in excommunicationé,é;quia manet causa prohibitionis.c.nostri.cũ adhuc non sit facta pax.Pro hoc intellectu facit tex. noster in. fi. qui solum facit mentionem de excommunicatione;non autem de periurio. & hic intellectus colligitur ex illis verbis Papæ;dum dicit,conditio illa de pace,aut de treuga. vterq; intellectus est bonus,& verus in se,& adaptabilis literæ.

CAP. XII.

SVMMARIVM.

1 *Sarracenis, qui tempore guerræ subsidium præstát vel cum eis commercium habent,excommunicati sunt.*
2 *Sarracenis quasuis merces , aut alio modo consilium durante bello inter eosdem præstantes,excommunicati sunt.Et quid factis pace. & nu.3.5.6.et.7.*
4 *Argumentum à contrario sensu non procedit,quando sequitur absonus intellectus,vel legum correctio, et quando respectu totius , & quando respectu partis,prout totum,& pars est.*
8 *Sarracenis tempore belli portantes prohibita;an duplici excommunicatione puniendi.*
9 *Pœna a diuersis constitutionibus si imponatur ipso facto, delinquens vtraq; tenetur.*
10 *Pœnæ diuersæ si pro uno delicto impetrantur,non alternatiuè,an vna tollatur per aliam.*
11 *Excommunicatus ab homine, ab homine absoluendus.*
12 *Papa, bis in anno excommunicat portantes ad infideles, prohibita.*

1 Quod olim. Excommunicati † sunt,qui cũ Sarracenis tempore guerræ commercium aliquod contrahunt, aut aliquod ęs eis in subsidium præstant.h.d.Primo,excómunicat.Secundo hortatur,illos,quibus scribit,ibi, vestræ igitur.Not.primo,ibi, mercimonium. & ibi, quocunq; alio ingenio.& ibi,aliqua rerum subsidia,
2 quòd † durante bello inter Christianos, & infideles non solum excommunicati sunt deferentes merces prohibitas,de quibus in.d.c.Ita quorundam.ꝫ.eod. &c.ad liberandam.ꝫ.eod.sed etiam quascunq; aliàs merces,& quicunq; alio modo consilium,vel auxilium præstiterunt,non solum si realiter, vel persona liter; sed etiam cũ ingenio,vel per alium talia præstiterint.Host tamen hic dicit,quòd iste intellectus ita generalis,est satis periculosus,& quòd indigeret declaratione.Sed Inno.& Goff.& plures alij tenét præ dictum intellectum;indistinctè volentes, quòd durante bello prohibiro sit generalis, sed facta pace, cesset prohibitio quantum ad merces non prohibitas,quantum verò ad prohibitas adhuc duret. Sed pro intellectu Host.qui vult,quòd facta pace nó du-
3 ret prohibitio in aliquo,etiam in mercibus prohibitis,facit tex.noster.dum dicit,quandiu guerra durauerit;ergo a contrario sensu, finita guerra sicut durante guerra prohibitio erat generalis,ita & facta pace relaxatio sit generalis;nec duret prohibitio.Item pro eius opin. facit text. in.d.c.ita.ibi dum dicit,ad impugnandos Christianos; ergo secus a contrario. Sed mihi plus placet opinio.Inno.& Goffred. vt statim dicam.Nec obstat argumentum a contrario sensu;quia non sumitur hic arg.a contrario sensu generaliter;sed in parte.videlicet,vt tempore pacis liceat portare merces non prohibitas; sed in alia parte, quòd liceat etiam portare prohibitas, non sumitur arg.a contrario;quia resultaret absonus intellectus; quia contra iura, quæ volunt, quòd tempore pacis non liceat portare merces prohibitas,vt.d.c.ita quorundam.&.d.c.ad liberandam.& statim dicam. Et
4 sic nota singulariter,quòd† sicut vacat argum.a contrario in totum,quando resultaret absonus intellectus,vel iurium correctio,vt.l.2.C.de condit.insert. & ita etiam vacat argum.a contrario sensu in parte; quando in illa parte,si sumeretur,resultaret absonus intellectus,vt hic.quòd perpetuo not. Non obstat. c.ita quorundam.quia,vt ibi dixi in glo. 2. ille text. intelligitur etiam de deferentibus absq; intentione, vt Christiani impugnarentur. Vnde ille text.facit ꝓ opinione Inno.& Goffr.pro qua etiam adduco tex. in.d.c.ad liberandam.vbi tex. nihil dicit de tempore guerræ.& tamé prohibet deferri merces prohibitas.Facit etiam pro.d. opinione; quia aliàs infideles possent facere pacem fraudulenter, vt interim sibi prouiderent de dictis mercibus prohibitis, sibi ne-
5 cessarijs. Sed.D.m.† hic dicit,ꝙ ante factum tenéda est opin.Innoc.& Goffred. sed post factum conseruaretur quis à pœna; quia text. in. d. c.præalleg. ita
6 dicit ad impugnandos Christianos;tamé plus † placet

cet opin.Inno.tam de iuris rigore, quam de æquita-
te propter fauorem fidei,& Christianitatis; fortè ta
7 men† illas merces prohibitas portans tempore pa-
cis excusaretur a pęna propter varietatem opin.árg.
eorum quæ not.Inno. in.c. fraternitatis.s̄. de frigi.
malefic.in gloss.magistra circa medium. Ioan.And.
in.c.alma.de sent.excomm.lib.6.In.fi.gloss.D.Ant.
in.c.ex literis. s̄. de spon. per Zenzel. & Paul. in
clem.ne Romani de elect.per glo.Inst de obli. quæ
ex quasi delict. nascunt. in prin. per Guiel. in cle.
statutum de elect.& ibi ego plenè dixi post gloss.su-
per ver.consuetudinem. ¶ Gloss.2.in ver. supponi-
8 mus.in princ.sentit q.an† isti sint duplici excommu
catione excommunicati. deinde format aliam. q.&
sol.In eadem gloss.ibi, duplici excommunicatione
sunt ligati,dic not.benè hanc gloss.secundum.D.m.
9 ex qua colligitur, quòd si pro† eodem delicto a di-
uersis constitutionibus imponitur pœna ipso facto,
delinquens vtraq; pœna tenetur;licet vtraque impo
natur pro eodem delicto. & licet prædictæ constitu
tiones non concernant interesse priuatum, de quo
satis dubitat D.m. per not.per Ioan. Andr.in.c.feli-
cis.de pœnis.lib.6. Bart. in.l.1.ff. vi bonorum rapt.
quæstio.incidit in illam quæstionem, vtrum si pro
10 eodem delicto sint impositæ† diuersæ pœnæ non al-
ternatiuè,vna tollatur per aliam. de qua.q.vide re- Cõis opi.
mis.copiosè in.c.sicut Iudæi.s̄.eodem.si quis tamen
vellet tenere contrarium,eius quòd dicit glo.posset
dicere secundum. D.m. quòd Papa excommunica-
uit hic prorogando constitutionem. c. ita quorun-
dam. quæ loquitur de mercibus prohibitis. etiam
ad merces non prohibitas;sed contra faciens incidit
solum in vnam excommunicationem, pro qua opi.
facit tex.noster in fi.dum dicit,in excommunicatio
nem illam.vnde ponderandum est, quòd dicit excõ
municationem,non autem excommunicationes.itẽ
ponderandum est verbum illam,& sic se refert ad d.
c.ita quorũdam. & iste intellectus plus mihi placet,
quam opinio glo. quia per ipsum nulla sequitur ab-
surditas. In eadem ibi potest dici. dic, idem tenet
11 Host.vbicunq;† excommunicatio non est lata ab ho
mine;quia a tali non absoluitur; nisi qui excommu-
nicauit,vel eius superior, vt.c.ad reprimẽdum.s̄.de
offi.ord.& c.pastoralis.§.præterea.s̄.de offi. deleg.
&.c.nuper.de sent.excomm.& subdit hic Ioã. And.
12 quòd Papa temporibus† quibus solet facere genera
les processus.s.saltem ter in anno,tales portãtes mer
ces excommunicat; & sic ligãtur sententia hominis.
vnde non absoluerẽtur hodiè ab alio, quam a Papa.
imo,secundum eum,Papa illos absoluit cum magna
difficultate.vide ipsum Ioan.And. in.c.excommuni
camus.§. sanè.j̄. de hæret.

CAP. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudęi nutrices, vel seruientes Christianos habere non debent aliàs commercium Christianorum eis interdicitur. Et solum in domo habere nutrices prohibentur. nu. 14.*
2 *Iudæi propter eorum delictum, et culpam Christianorum sunt serui; sustinentur tamen in eorum ceremonijs, & alijs ob pietatem sibi concessis.*
3 *Ingratus beneficij recepti, quis esse non debet.*
4 *Ingratitudo est ventus vrens fontem misericordiæ, & rorem pietatis exsiccans, & vnde proueniat. ibid.*
5 *Ingratus est qui beneficium non reddit, ingratior qui dissimulat, ingratissimus omnium qui obliuiscitur.*
6 *Familiaritas quandoq; contemptum parit. Quòd tamen intellige. vt nu.seq.*
8 *Prouerbia vulgaria, possunt loco iurium allegari.*
9 *Prouerbium quid.*
10 *Familiaris inimicus, ingratitudinem retribuit.*
11 *Familiari inimico, nulla pestis efficacior.*
12 *Communio sumenda est in die resurrectionis Dominicæ.*
13 *Indignatio diuina præsumitur contra eos, qui aliquid turpe, & in vituperium fidei Christianæ fieri patiuntur.*
15 *Infidelis excommunicatio per viam indirectam.*
16 *Excommunicationis effectus quis sit.*
17 *Christiani cum Iudæis quando commercium licitè contrahere possint.*
18 *Hominum carere commercio, & esse inter homines, non modica est pœn.*
19 *Priuatio præsupponit habitum.*

1 Etsi Iudęos. Iudæi † nutrices,
vel seruiẽtes Chri
stianos habere nõ
habẽt, & cõtrafacientibus interdicitur Christiano-
rũ cõmerciũ h.d. Diuidit principaliter in quatuor
partes.Primo,ponit exordũ.Secundo,facti narratio
nẽ.Tertio, ꝓhibet.Quarto, pęnã mãdat imponi.se-
cũda ibi,accipim⁹. tertia ibi,inhibemus.quarta ibi,
si verò.& est tex.notabilis habẽs aurea verba.¶ No.
2 primo,quòd† Iudæi sunt Christianorum serui pro-
pter eorum delictum, & culpam; sustinentur tamen
in eorum ceremonijs,& alijs libertatibus eisdem cõ
cessis,propter pietatem Christianorum; & vt ad fi-
dem facilius alliciantur, & propter spem de eorum
conuersione.45.dist.c.qui syncera. & tetigi in. c. si-
cut Iudæi in gl.super verb. bonos.s̄.eo.Secundo no
3 ta,quòd† quis non debet esse ingratus recepti bene-
ficij.Ad quòd memoriæ commendabis aurea verba.
4 S Bernardi dicentis,ingratitudo † est vẽtus vrẽs fon
tem misericordiæ,& rorem siccans pietatis; vitium
vt plurimũ proueniens a superbia; quia credit reci-
piens, debitum recepisse. Et Seneca eodem lib. quẽ
5 de beneficijs scripsit sic inquit, † ingratus est qui nõ
reddit,ingratior qui dissimulat,ingratissimus oĩum
qui obliuiscitur. Et Cicero inquit,immemorem be-
neficij omnes odere. Tertio not. ibi, familiaritate
6 contemptum. quòd† familiaritas quandoq; parit cõ
temptum. Vnde dicit Valerius lib.2.c.1.in.fi. Qui-
quid in excelso fastigio positum est,quo sit venerabi
lius.humili,& trita cõsuetudine vacuum esse debet.
Idem colligit gl.nostra in verbo familiaritate. & al
legat iura probantia. & vide 81.dist. quando. Sed
Ioan.glossator ibi dicit se audiuisse ab Azone,quòd
7 verum erat quòd† familiaritas pareret contemptum
s.inter rusticos,& malè intelligentes; secus inter pru
dentes,inter quos non contemptum, sed beneficiũ,
beniuolentiam,affectionem, & amicitiam parit. Et
Aristo. 8. Ethic. consimilatio inducit, & conseruat
amicitiam.& consuetudo auget affectionem. proba
tur in.l.3.ff.de peculio Quarto not.ibi,iuxta vulga-
8 re prouerbium, quòd † vulgaria prouerbia possunt
loco

loco iurium allegari. Idem dicit Ioan. Andr. in.c. inter corporalia. ī. de transl. prælat. Facit de consec. dist. 5. capit. ne talis. de iureiur. c. quemadmodum. & ff. de offi. procons. l. solent. §. fin. ff. de leg. 3. si chorus secundum Host. & Ioan. Andr. Et vide Cicer. 2. Re-
9 thor. † prouerbium est quasi probatum verbum dicit, enim quod prouerbium est scientia generalis, cui consuetudo fidem tribuit, opinio communis ad sensum accommodat, incorrupta veritas, & integritas aquiescit. Quinto not. ibi, hospitibus exhibere,
10 tex. contra familiarem † inimicum, qui propriè retributionem illam facit, de qua hic in textu. ergo cauēdum est ab inimico occulto; quoniam vt inquit Boe-
11 tius de cōsol. philis. Nulla est † efficacior pestis, q̄ familiaris inimicus. & ratio est quia quis nō timet de eo, nec præcauet. Vnde Hieron. scribit ad Papiniā, & Marsiliam, læuius est professum inimicum cauere quam hostem latētem, sub amici nomine, sustinere, Iacula. n. præuisa minus lædere solent. Sexto not.
12 ibi, resurrectionis Dominicæ. † communionem sumendam esse in die resurrectionis domini. & sic per talem assumptionem debet esse satisfactum constitutioni. c. omnes. ī. de pœnit. & remis. & sic facit iste tex. pro opinione illorum, qui volunt, quòd per assumptionem factam in die Iouis. hoc est in cena domini, non fit satisfactum, d. constitutioni. ī. de quo dicam in. d. c. omnes. Septimo not. ibi, diuinam
13 indignationem incurrant, præsumendam † esse diuinam indignationem, atq; vltionem contra eos, qui aliquid inhonestum, vel turpe in vituperium fidei Christianæ fieri patiūtur, cum illud valeant prohibere; cum per hoc videantur quodammodo consentire. vide gl. hic in verbo, patiuntur. & iura in ea alleg. Octauo not. ibi Christi mors tex. expressum pro opinione Host. & Ioan. And. de quo dixi in. c. consuluit. ī. eo. super glo. 1. Nono not. ex fine ibi, dimiserint. tex. qui secundum. D. m. probat illum intellectū, q
14 † Iudæi solum prohibentur habere nutrices Christianas in domo. dic, vt dixi in. c. ad hoc. ī. eod. Decimo
15 not. ex fine practicam † excommunicandi infidelem per viam indirectam, videlicet vt interdicatur Christianis commercium cum ipso infideli. & sic habe-
16 bit † effectum excommunicationis cum illa sit cōionis omnium priuatio, ꝓbatur in. c. seq. in fin. & hoc colligit gloss. fin. Vltimo not. ex fine argu. à speciali
17 siue à contrario, q † Christiani licitè pñt cōtrahere commercium cum Iudæis; hoc enim in pœnam Iudæorum interdicitur Christianis commercium
18 cum eis, quia dicatur esse † nō modica pœna scilicet inter homines esse, & hominum carere consortio c. 1. de excepcio. lib. 6. & l. qui sanctum. C. de hæret. subtrahitur enim ipsis Iudæis Christianorum commercium si Iudæi dimisserit nutrices, & seruientes Christianos, ergo a contrario per antea poterat cō-
19 mercium cum eis haberi cum † priuatio præsupponat habitum vt. ī. de sponsal. impub. c. ad dissoluendum. & l. decem. ff. de verb. obligat. Item a contrario si Iudæi dimisserunt ipsos Christianos cessante causa possunt cum eis Christianis habere commercium idem etiam probatur in. c. seq. in fin. fugienda tamen est eorum nimia familiaritas, ne sub tempore, vel velamine dicti commercij quid contra Christianos ac eorum religionem committatur, vt c. Iudæi. 2. ī. eo. 28. q. 1. c. sæpe. & c. omnis. & c. nullus. In glo. 3. in versi. de familiaritate ibi. §. circa. dic vbi tex. dicit oportet eē, pcōsulē. sed cū ingenio, ne contemptibilis esse videatur. In fine glo. in versi. effundere. dic, sed contra hanc gl. facit. c. hoc sacramētum. de consec. dist. 2. vbi tex. dicit, hunc cibum, & potum incorporat, id est seipsum de corpore ecclesiæ, facit. In glo. in versi. ancillæ. dic, vt dixi. ī. eo. in rubr.

CAP. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus percutiens clericum qualiter puniendus. & nu. 4.*
2 *Ecclesia quandoq; exercet iurisdictionem contra Iudæos,*
3 *Iniuriam clericum & ipsi, & ecclesiæ, cui videtur illata iniuria tenetur satisfacere.*
5 *Pecuniaria pœna loco subrogatur corporalis.*
6 *Index cognoscens de causa iniuriæ, criminaliter ex officio, potest compellere iniuriantem ad satisfaciendum læso.*
7 *Criminalis causa & ciuilis qualiter & quando & quomodo simul examinari, aut intentari possit.*
8 *Index ecclesiasticus potens punire pœna spirituali non debet pœna pecuniaria punire.*
9 *Index ecclesiasticus an, & quando pecuniariter punire possit & pecunia ad quem vsum conuerti debeat.*
10 *Excommunicationis pœnæ non nisi creatura rationalis & baptizata est capax. & sub nu. 14.*
11 *Principes seculares, iudæorum, quando dicantur negligere mandata canon; exequutioni mandare. Et an possint excommunicari nu. seq.*
13 *Iudæus lædens clericos an temporalis an ecclesiasticè sit iurisdictionis.*
14 *Excommunicatio est maior pœna, quam habeat ecclesia.*
15 *Delegatus Papæ suam potest sententiam exequi & cur interpelletur ordinarius loci, ibidem.*

1 Postulasti. † Iudęus, qui percusserit clericum, temporaliter punitur; vel interdicitur sibi christianiorum commercium, donec satisfecerit iniuriam passo. h. d. communis diuisio, secunda ibi, ad quòd breuiter, vbi respond. distinguendo, ibi, Domino temporali sicut laicus. Idem probatur in. c. seq. in fin. Aliud sit de vere speciali de quo vide per Inno. in. c. super his. ī. de voto. quia Iudæus non est in hoc de iurisdictione ecclesiæ, vt etiam probatur in. c. seq. ¶ Noto tamen primo, qđ
2 † ecclesia quandoq; exercet iurisdictionem cōtra Iudæum, vt traditur per Inno. in. d. c. quòd super his. &
3 in c. ita quorundam ī. eo. Secundo not. quòd † inferens iniuriā clerico tenetur satisfacere non solū ipsi clerico iniuriam passo; sed etiam ecclesiæ, cui etiam videtur illata iniuria. & hoc idem colligit glo. 2. in
4 fine & allegat intra hoc probātia. & si est † Iudeus puniēdus, est pęna pecuniaria, vt hic. Si verò nō haberet pecuniā, vel haberet, sed nō sufficeret, puniēdus est alia pœna, vt puta, temperata fustigatione, vt. c. in archiepiscopatu. ī. de rapt. secundum Ioan. And. & Hosti. Hoc enim, secūdum eos, est regulare, quòd
5 † loco pœcuniariæ subrogatur corporalis. de quo dicam in. c. ad liberandam. ī. eo. Tertio not. quòd
6 † iu-

6 † iudex, qui cognoſcit criminaliter de iniuria, po-
teſt ex officio ſuo compellere illum, qui iniuriam
intulit ad ſatisfaciendum læſo. Facit quòd not. in.l.
interdum.§.qui furem.ff.de furt. Nec obſtat. l. 1.C.
quando ciuilis actio præiud.crimi.&.l.fin.C. de iu-
7 riſd.omn.iud. In quibus dicitur, quòd † non poteſt
ſimul; & ſemel agi criminaliter; quia illud eſt verum
quando quis vellet principaliter, eo tempore, vtran-
que viam intentare.actionem.ſ.ciuilem, & actionē,
ſcilicet criminalem pro eodem delicto; ſecus ſi prin
cipaliter agitur criminaliter; quia tunc iudex poteſt
compellere reum, ex officio ſuo, ad ſatisfaciendum
læſo, vt.d.§.qui furem.de qua materia dic, vt traditur
in.d.iur.& per Bart.in.l. 2.§. 1.ff. vi bono. rapto.per
Doct.in.l.qui crimen.C.qui accuſ.non poſſ.¶ Glo.
1.in princip.quærit quanta ſit iſta pœna pecuniaria.
& ſol.deinde rationem reddit, quare imponatur hęc
pœna.& in fine quærit, & ſoluit remittendo.¶ In ea.
ibi, quia ſpirituale.dic, videtur ergo glo.noſtra ſen-
8 tire a contrario ſenſu, quòd † ſi iudex eccleſiaſticus
poteſt aliquem punire pœna ſpirituali, non debeat
illum punire pecuniaria, vel alia temporali; ſed dic,
quòd hoc non eſt indiſtinctè verum, maximè in cri-
mine ſacrilegij; debet tamen ceſſare cupiditas pecu
niæ; imo ceſſante cupiditate, ſi magis æſtimetur pe-
cuniaria, poteſt illam imponere, arg.c.dilectus.ſ̄.de
9 offi.ordi.Et † an, & quando eccleſiaſticus poſſit pe-
cunialiter punire, & ad quem vſum talis pecunia de-
beat redigi, remittit.D.m.ad ea quæ dixit in.c.licet.
ĩ.de pœnis.& ibi, dicam. In ea.ibi. e.multi. & ratio
10 eſt, quia † pœnæ excommunicationis non eſt capax
niſi creatura rationalis, mortalis, & baptizata.proba
tur in.c.Romana §.fin.de ſent. excom. lib.6.& cap.
gaudemus.ſ̄.de diuor.not.per Ioan.And.in.c. ſicut
3.in verſi.ſententiam.quaſi in fi.commenti.ſ̄. de iu-
reiur.& ideò Papa hic in fi. non mandat iſtos abſol-
ui facta ſatisfactione. Glo. 2. fortificat text. deinde
rationem reddit, quare ſit ſatisfaciendum eccleſiæ.
In eadem in fine, dic.de hac materia, vt trad. in.c.2.
ſ̄.de for.comp.in.fi.&.c.cum deſideres.ĩ.de ſen.ex-
commu.Glo.fi.colligit id quòd dixi in.c.præced.in
pen.notab.Quæro extra glo. pro declaratione text.
11 quando † temporalis dominus Iudæi, dicetur negli-
gere.Sol dicunt Hoſt.& Ioan.And.quòd hoc appa-
rebit per lapſum temporis eidem aſſignati ad id fa-
ciendum, vt.c.irrefragabili.§.1.ſ̄.de offi. ordin.&
12 † tunc etiam ipſe dominus poteſt excommunicari,
vt.c.Iudæi. 2.ſ̄.eo.Poſtremo oppo.contra text. no-
ſtrum, quòd diſtinctio text.nō procedit in eo, quòd
13 diſtinguit; vtrum, † iſte ſubſit iuriſdictioni eccleſiæ,
vel non, nam cum ex lęſione clerici committatur ſa-
crilegium; ſequitur, quòd eſt de foro eccleſie, vt.c.
cum ſit.de for. compe. & ſic eccleſia exercet iuriſdi-
ctionem contra eum; licet aliàs non ſit ſibi ſubiectus
temporaliter.Sol. D.m. fatetur contrarium ad text.
noſtrum, & reſpondet, quòd Papa facit hanc diſtin-
ctionem propter faciliorem executionem; nam quā
do Iudęus eſt temporaliter ſubiectus ſeculari domi
no, poteſt de facili compelli per iudicem eccleſiaſti
14 cum; quia † excommunicatio eſt maior pœna, quam
habeat eccleſia.23.q.3.c.corripiantur, cuius pœnę,
vt dictum eſt, Iudæus non eſt capax; & ideò additur
dominus temporalis, quo negligente, eccleſia facit,
quòd poteſt, interdicendo commercium &c. Intelli
git igitur. D.m.text.noſtrum, quòd etiam a princi-
pio eccleſia potuiſſet temporalem exercere in ta-
lem Iudæum ſacrilegum, & inuocare brachium ſecu
lare, vt.d.c.cum ſit.iuncto.c. 1.ſ̄.de offi. ordi. ſimile
15 in.c.ſignificante.ſ̄. de offi. delega.nam † delegatus
Papæ poteſt ſuam ſententiam executioni mandare,
vt.c.in literis.&.c.ſeq. ſ̄.de offi. deleg. & tamen pro
faciliori executione interpellatur ordinarius loci;
quia ei faciliter obtemperatur, vt.d.c.ſignificante.&
iſte intellectus mihi placet.

CAP. XV.

SVMMARIVM.

1 Iudæi, & Sarraceni vtriuſq; ſexus in terris Chriſtianorum debent taliter veſtire, vt diſcernantur a Chriſtianis, & nu.6. & in die veneris ſancta, & Paſcha in publicum prodire non debent.d.nu.1.

2 Negationes due affirmant.

3 Confuſio, ex commixtione eorum, quæ diſtincta tradi debent, inſurgit.

4 Doctores materias diſtinctas tradere debent.

5 Velamina, per quæ datur delinquendi materia, lauanda.

7 Mulieres iudæorum orarium in capite portare debent. et quid illud ſit.

8 Illuſio, & deriſio omnis reprobanda eſt; & ea maximè quæ in fidei dedecus tendit.

9 Chriſtiani, quibus veſtibus veſtiri debeant paſſionis. D. N. tempore.

10 Habitus exterior interiorem mentis diſpoſitionem repræſentat.

11 Vxor olim, ſi poſt uiri mortem infra annum luctus veſtibus lugubribus non vtebatur, efficiebatur infamis; hodiè ſecus.

12 Veſtes ſecundum temporum conditionum ſunt portanda.

13 Iudæi, & infideles ſubſunt dominio eius, in cuius territorio degunt.

14 Inuocatio Machometi, ab infidelibus Chriſtianis audientibus, per Principes ſeculares probibenda.

15 Viri brachas, portare debent, non vxores.

16 Clerici, à laicis per habitum diſtingui debent.

17 Chriſtianus rem veneream cum Iudæa habens; an, & quando ſit puniendus latè.

18 Ignorantia iuſta facti alieni, quem excuſat.

19 Cognoſcens maritatam quæ communiter habebatur pro ſoluta; & èconuerſo qua puniendus ſit.

20 Statutum Engubij, & ſenarum quod punit cognoſcentem ſolutam pœna.300.aureorum; an habebit locum in Iudæo, cui conceſſum fuit priuilegium, quòd in omnibus, & per omnia tanquam veri, & originarij ciues haberentur.

1 In nonnullis. † Iudęi, & Sarraceni vtriuſq; ſexus.debēt in ter
ris Chriſtianorum, vti habitu per quem diſcernan-
tur a Chriſtianis, & in die paſsionis Domini, hoc eſt
& in die veneris ſancta, & paſchæ non debent in pu-
blicum prodire, nec in contumeliam omnium crea
toris proſilire.h.d. Diuiditur in tres partes ſicut tria
ſunt dicta. Secunda ibi, in diebus. Tertia ibi, illud.

Not.

2 Not.primo ex pincipio,quòd† duæ negatiuæ affir-
mant,de quo iu.l. duobus.ff. de vsur.& in proe. s.§.
sanè. aliquando tamen negant,dic. vt dixi in.c. & si
3 Christus.s.de iureiur.Secundo not.quòd† ex com-
mixtione eorum , quæ debent esse distincta per ali-
quam differentiam, sublata differentia inducitur cō
fusio ; ita vt non cognoscatur vnum ab altero, quòd
4 not.contra † Docto.non tradentes materias distin-
5 ctas.Tertio not.ibi velamen† remouenda fore vela-
mina, per quæ conceditur delinquendi facultas , fa-
cit ad ea quæ dixi in.c.significauit.&.c.preced.s.eo.
Quarto no.ibi,omni tempore. & ibi publicè. quòd
6 †Iudæi debent portare habitum diuersum a Chri-
stianis;tam de die, quam de nocte ; quoniam vtroq;
tempore imminet periculum, & debet parere di-
ctus habitus, adeò,q si nō pateret,vt puta quia por-
tarent coopertum alijs pannis huic constitutioni,
7 † Mulieres verò ipsorū portāt orariū,nō intelligeret
satisfactū, q ē frōte viride,vel croceū,de quo orario
hr 27.q.1.c.mādato . hoc est quoddā velū,in capite.
8 Quinto not,quod†licet omnis illusio , & derisio sit
reprobanda,vt.c.bonæ.2.s.de postula.prælato.&.c.
9 sus est ab ecclesia. Vnde † largè scismaticus hæreticus dicitur. 24. q. 3. c. inter. Prima magis placet, tũ ꝓ authoritatem Hiero. qui fuit optimus Grecus. tum etiam propter descriptionem Ange. qui etiam fuit Græcus, tum etiam, quia istud accepi ab istis peritis-
10 simis in literis Græcis, vt † a domino Francisco Philelpho, oratore clarissimo & post hos vidi Gasparinum Pergamensem dicentem, quòd hæresis debet scribi per h, & y, græcum. & quòd est nomen grecũ, ꝙ latinè sonat diuino. & ꝙ malè dicunt, qui ab hæreo, hæresim venire volunt. Ego tamẽ, vt dixi, sequor
11 Hieronymum. Tertio quæro, quæ † differentia sit inter hęresim, & schisma. Sol. dic, quòd hęresis, vt dictũ est, habet peruersum dogma in fide. Schisma per episcopalem dissentionem ab ecclesia se pariter separat. 24. q. 3. c. inter hæresim. Est etiam strictè, & propriè differentia ex parte oppositi. Nam schisma op-
12 ponitur paci, quæ † pax est interioris effectus charitatis consequens dilectionem, de quo per Beatũ Thomam. 2. 2. q. 29. & q. 39. & dicam. ȷ. de schisma. Hæresis verò opponitur fidei; vt patet ex diffinitione. Aduerte tamẽ; quia quidam sunt schismatici, qui nõ sunt hæretici propriè; quia potest esse schisma sine hæresi, vt dicam. ȷ. in. d. c. firmissimè. Sed contra prædicta opponitur, ꝙ hęresis nõ opponatur fidei; quia
14 si † opponeretur esset species infidelitatis. Sed quòd non sit infidelitatis species ꝓbatur. Infidelitas enim est in intellectu; vt patet; quia contraria debent esse
14 vt in subiecto. & hinc est, quòd † dicimus contrariorum idem est iudicium. 21. dist. c. inferior. 3. q. 7. c. hoc quippe. inst. de ijs qui sunt sui vel alie; iu. in prin. & l. legata. §. fin. ff. de alim. leg. Sed fides cui contrariatur infidelitas, est in intellectu; ergò infidelitas est in intellectu. vide Beatum Thomam. 2. 2. q. 10. c. 2. sed hæresis non videtur ad intellectum pertinere, sed magis ad vim appetitiuam, vt patet ex his quæ. ȷ. di-
15 xi. Nam hæresis ab electione dicitur, & † electio est virtutis appetitiuus actus; ergo heresis non est species infidelitatis; & per consequens non opponitur fidei; quia si esset species infidelitatis, opponeretur
16 fidei; quoniam † concesso genere, vel denegato; conceditur, vel denegatur species eius qualibet; nisi aliud expressè reperiatur. ff ex quib. causi. maio. l. nec non. per Inno. in. c. literis. ȷ. de iure patro. & probatur in. l. ab ea parte. ff. de proba. Secundo proba-
17 tur; quia † vitium præcipuè accipit speciem a fine.
18 Vnde dicimus, quòd † finis distinguit maleficia, vt dicit Bal. in rep. l. cum mulier. in quarta oppo. ff. solu. matr. per Dyn. in. l. nunquam. ff. de priua. delict. Vn-
19 de dicit Philosophus. 5. Ethicorum. Qui † mechatur, vt furetur, magis est fur, quam mechus. sed finis hæresis est commodum temporale. & maximè principatus, & gloriæ, vt supra dixi. & hoc pertinet ad vitium superbiæ, vel cupiditatis; ergo hæresis non est species infidelitatis, sed superbiæ, & per consequens non opponitur fidei. Tertio probatur; nam cum infidelitas sit in intellectu, vt dictum est, non videtur ad carnẽ pertinere; sed hæresis pertinet ad opera carnis, vt dicit Apost. ad Galat. Manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, immundicia. & inter cætera postmodum subdit dissentiones, sectæ, quæ sunt idem quòd hæresis; ergo hæresis non est infidelitatis species; & per consequens non opponitur fidei. In contrarium
20 tamen facit, quia † falsitas opponitur veritati; sed hæreticus est, qui falsas, vel nouas opiniones gignit, vel sequitur, vt dictum; est ergo opponitur veritati, cui fides innititur; ergo hæresis sub infidelitate continetur, & per consequens opponitur fidei. Sol. dic, secũdum beatum Thomam. 2. 2. q. 11. c. 1. Nomen hære-
21 sis electionem importat. † electio autem est eorum, quæ sunt ad finem, præsumpto fine. In credendis autem voluntas assentit alicui vero, tanquam proprio bono. Vnde quòd est principale verum, habet rationem finis vltimi, quæ autem secundaria sunt, habent rationem eorum, quæ sunt ad finem; quia verò quicunq; credit, alicui dicto assentit; quasi autem secundaria sunt, quę quis tenendo vult alicui assentire. Sic
22 igitur, qui † rectè fidem Christianam habet, sua volũtate assentit Christo, in his quę verè ad eius doctrinã pertinent; a rectitudine igitur fidei Christianę quis potest dupliciter deuiare. Vno modo quando ipsi Christo non vult assentire; & iste habet malam voluntatem circa ipsum finem, quę pertinet ad speciem infidelitatis Paganorum, & Iudæorum. Alio modo, pro hoc, quòd intendit Christo assentire; sed defficit in eligendo ea per quæ Christo assentiat; quia non eligit verè ea quæ sunt a Christo tradita; sed ea quæ sibi mens suggerit. Sed intellige non conformandi intentione se Rom. ecclesiæ. & ideò hęresis est infidelitatis species, pertinens ad eos, qui fidem Christi profitentur, sed eius dogmata contemnunt. Non ob. primum arg. quia electio ita pertinet ad infidelitatem, sicut voluntas ad fidem, vt statim dictum fuit; ergo hęresis est infidelitatis species. Nõ obstat secundum argu. quia vitia habent speciem ex fine proximo, & genus, & causam ex fine remoto. vn de

13 .de† finis proximus hæreſi, eſt adherere falſæ ſenten-
tiæ.& ex hoc habet ſpeciem infidelitatis; ſed ex fine
remoto oſtenditur cauſa ipſius, quòd oritur ex ſu-
perbia,vel cupiditate. Non obſtat tertium arg. quia
hæreſis eſt reſpectu infidelitatis, & proximi obiecti,
non dicitur pertinere ad opera carnis; ſed ſolum ra
tione cauſæ,quæ eſt appetitus indebiti finis, ſecun-
dum quòd oritur ex ſuperbia,& cupiditate, vt dictũ
eſt. Vel quæ eſt aliqua fantaſtica illuſio,quæ eſt crean
di principium,vt dicit Philoſophus.4. Metaph. Vl-
timo habetur materia huius rubricæ.24.q.1.per tot.
& q.3.c.illi qui.§.quia verò.&.9.q.1.c.1.&.29.q.7.
& repetitur in.5.& in Clem.per totum. & conuenit
rubricæ.ſ.de ſumma tri.& fi.cat.c.damnamus.verſi.
ſi quis.de præſumptio.c.literas.de bapti.c. maiores.
de celebra.c.in quadam.de diuor.c.de illa.&. c.ſeq.
de ſent.excõ.c.nouerint.& in rub.de verb. ſign.&.c.
ſuper quibuſdam.primo reſpon. Facit.de præſump.
c.2.2.reſponſo,lib.6.& clem.1.§.ſanè.de vſur.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

1 *Infidelis eſt,qui non habet fidei certitudinem; & infide-
li credendum non eſt.*
2 *Fidei definitio.*
3 *Scire quid.*
4 *Opinio habet dubitationem.*
5 *Dubius in fide eſt hæreticus, & non poteſt eſſe teſtis. &
quare nu.ſeq.& quid ſi in tenui articulo.nu.11.*
6 *Infidelis Deo,hominibus fidelis non præſumitur.*
7 *Dubitationes,quæ quandoq; oriuntur de fide.*
8 *Primi motus, non ſunt in poteſtate hominis.*
9 *Intellectus verborum Apoſtoli; tentatio vos non appræ
hendat;niſi humana.*
10 *Hæreticus,quis dicitur ex ſolo dicto,quòd tamen intelli-
ge.vt ibid.*
*Idem de eo,qui deuiat in leui articulo a documentis, &
tramite fidei.*

Dubius. Communiter non ſumma
tur propter eius breuita-
tem.poteſt tamen ita ſum
1 mari per alia verba, † infidelis eſt qui non habet fi-
dei certitudinem; & infideli non eſt credendum.
h.d. Noto primo, quòd licet fides non ſupponat
2 omnimodam certitudinem; quoniam† fides eſt vo-
luntaria certitudo abſentium infra ſcientiam, & ſu-
pra opinionem conſtituta. vnde fides eſt de re non-
dum viſa,vt dicunt glo. & iura in ea allegata; nec de
3 re,de qua quis habeat ſcientiam;quoniam† ſcire, eſt
rem per cauſam cognoſcere ſecundũ Philoſophum
in princ.Metaph.& probatur in.c.cum cauſam.ſ.de
teſti.tamen debet quis firmiter credere, quæ fidei
4 ſunt non autem opinari;quoniam† opinio habet du
bitationem.inter hæc autem duo. ſ. dubitationem,
& certitudinem eſt quoddam medium, quod eſt fi-
des;& ideò non poteſt dici fidelis, qui dubius eſt in
5 fide.Secundo not.quòd† dubius in fide eſt hæreti-
cus,quòd patet ex eo, quòd hoc. c. ponitur ſub ru-
brica,de hæret.& ex capitulo ſeq.Tertio nota,quòd
incapax veritatis diuinorum, eſt incapax geſtorum
per homines. ex quo infertur, vt colligit hic gloſſ.
fina. quæ vult,quòd talis non poteſt eſſe teſtis, quòd
probatur.2.q.7.c.non poteſt &. c. Pagani. Nam ex
6 quo† ſunt infideles Deo, non præſumuntur fideles
hominibus;& ideò tex.noſter hic dum dicit, nec eis
omninò credendum eſt. debet intelligi aliquo mo-
do,vel nullo modo,ſecundum Hoſti.& Ioan.Andr.
quia eis nullo modo creditur, vt. d. iuribus. ſimilis
expoſitio eſt in.c.in pertractandus.ſ. de iur.cal. Sed
contra text.noſtrum,& contra prædicta opponitur;
videtur enim quod nullus ſit, qui non ſit hæreticus;
6 quoniam† nullus reperitur,qui quandoq; non dubi-
tet ſcrupulo conſcientiæ in fide; maximè de creatio
ne mundi,quòd Deus fuit factus homo, quòd virgo
peperit, quòd mortui debeant reſurgere, & ſimi.
Solu.dicit Ioan.Andr.quòd text. debet intelligi de
dubitatione quæ habet in ſe firmitatem animi, &
pertinaciam;ſecus,ſi dubitatio cauſaretur a ſcrupu-
lo conſcientiæ per primos motus,quibus nihilomi-
nus quis reſiſteret;quoniam cum tales motus frequẽ
ter contra voluntatem accidant, reſiſtens potius me
8 retur; quam demereatur. nam † tales primi motus
non ſunt in poteſtate noſtra ſecundum Philoſophũ;
ideò non imputantur, nec talium aliqua eſt pœna,
vt.l.cogitationibus. C.de pœnis.& de pœnit. diſtin.
1.c.cogitationis.Facit quòd not. 6. diſtinct.c. pen-
9 ſandum. &. c. teſtamentum. & † ita debet intelligi
dictum Apoſtoli,tentatio vos non apprehendat,niſi
humana.Facit quòd not. 24. q. 1.c. hæc eſt fides. &
quòd not.ſ. de ſumma trin. & fide cat. in rubrica &
cle.1.de ſumma tri.& ibi dixi.& per Paul. in clemẽ.
1.de vſur. Sed quæro,quid intẽdit litera noſtra dum
dicit,fidem veritatis ignorant.Solu. dic, ſecundum
Ioan.Andr. & Doct. ſiue tales ſint baptizati, ſiue
non,& renuant baptiſmum. poteſt etiam intelligi,
ſecundum Ioan.And.de catholico,qui ignorat veri-
tatem negotij,de quo quæritur, cui non eſt creden-
dum in eo negotio.ſ.de iuram.calumn.c. in perpe-
trandis.&.ſ.qui ma.ac. pur. c. videtur. Prædicta ta-
men procedunt quando quis erraret in fide non con
formando ſe eccleſiæ Romanę ſecus,ſi erraret,& cre
deret illam eſſe fidem eccleſiæ; quoniam talis non
eſt hæreticus;quia fides eccleſiæ eſt fides ſua, ex quo
refert ſe ad fidem eccleſiæ, vt not. in. c.1.de ſumma
tri.&.d.c.hæc eſt fides. 24.q.1. & ſecundum prædi-
ctum modum arbitror intelligendam, & limitandã
10 gloſſ.in.d.c.hæc eſt fides quæ vult,quòd† ex ſolo di-
cto quis dicatur hęreticus.quod intelligo ſi modo il
lud dictum non fuerit ex primo motu;ſed quãdo p-
tinaciter affirmaret, nec eſſet paratus ſe corrigere,
vel nõ conformaret ſe eccleſię Rom.Gl.1.fortificat
11 tex.dic,vt in ea,& benè.Gl.2.in prin.quęrit,an† du-
bitans in tenui articulo fidei ſit hæreticus. & ſolu.q
ſic,& ſubdit ſimile,& limitat quòd dixit,& deſcribit
quid ſit fides.In eadem ibi,in tenui.dic,in quãtum-
cunq; leui.In eadẽ ibi.l.2.dic,vbi dicit,quòd etiam
12 † hęreticus eſt,qui leui articulo deuiat a documẽtis,
& tramite fidei.In eadem ibi,de re non viſa, dic, vt
dixi ſupra in primo not.Gloſſ.fin.infert ad id quod
dixi ſupra in tertio notab.In eadem,ibi, in fide.dic,
licet ſit baptizatus, idem tamen eſt, ac ſi non eſſet
baptizatus.vt.c. 1. ſupra de teſt. cum concordantijs
ibi alleg.

Cap.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Christianus, alium ab errore reuocare tenetur. & qui hoc non facit indistinctè peccat nu.6.*
2 *Error, cui non resistitur cum possit, comprobatur.*
3 *Seruus, si vulnerat, vel occidit sciente domino, tenetur dominus.*
4 *Scientia pro patientia.*
5 *Correctio iudicialis, soli prælato conuenit; Euangelica verò omnibus.*

Qui alios. Breuè est, & communiter non summatur. potest tamē sic summari,
secundum.D.m.errare in fide conuincitur, qui alios
errantes in fide, cum potest, ab errore non reuocat.
1 hoc dicit. Nota primo, quòd† quilibet Christianus
tenetur alium Christianum iuxta posse ex debito fi-
dei ab errore reuocare. Secundo nota, quòd præsu-
mendum est malum contra præsentes, & tacentes in
2 aliorum erroribus. Nam† error, cui non resisti-
tur cum possit comprobatur. 24. q. 3. c. qui potest.
83.distin.error. Vide quòd dixi in. c. & si Iudæos.
supra de Iudæis. &. c. ad liberandam. & hoc maxi-
mè ratione fidei, in qua quandoq; magis peccat
alius, quam ille, qui errat, si defendit illius errorem;
quia non solum ipse errat; sed alios in errore confir-
mat. 24.q.3.c.qui defendit. Sed quæro de quo erro-
re loquatur text. noster. Solu.dic, secundum Doct.
quòd loquitur de errore fidei, vt faciat ad titulum.
Facit text. in. l. Imperator. ff. de in diem adiect. &
quòd not.in proemio.6.in versicu.titulus. Gloss. in
prin.allegat concordantias.deinde quærit.& sol. In
eadem, ibi.l.scientiam. ff. ad legem Aquil. dic, vbi
3 probatur, quòd† si seruus vulnerat, vel occidit, scien-
4 te domino, tenetur dominus.& sumitur ibi,† scien-
tia pro patientia. hoc est, cum potuit non prohi-
buit. In eadem. ibi, a peccato committendo. dic,
vel potest dici, secundum Ioan. Andr. quòd fauore
fidei iste text.potest intelligi indistinctè, siue pecca-
tum commissum fuerit, siue committendum. Vel
potest dici peccatum committendum, ex eo quòd
quis perseuerat in peccato commisso. & ita debet
intelligi ista gloss. secundum D.m.qui dicit eam ha-
buisse hunc intellectum, videlicet de eo, qui commi
sit peccatum, & non perdurat in eo; nam tunc corre
ctio spectat ad solum prælatum; sed si habet perse-
uerantiam; seu iterationem quilibet tenetur corri-
gere secundum denuntiationem Euangelicam Ho-
5 stien.vt hic dicit Ioan.Andr.vult, quòd† iudicialis
correctio spectet ad solum prælatum, vt in iuribus
in gloss. alleg. sed correctio euangelica spectet ad
quēlibet. Potest concludi, vt hic dicit tex.ꝙ fauore
6 fidei,† qui potest ab errore fidei alium reuocare, &
non reuocat, indistinctè peccat. In alijs autem maio
ribus, an & quando quis teneatur denuntiare, dic, vt
per.D.m.& Doct.in.c.nouit.ſ.de iudi.&.2.q.6.c.si
peccauerit.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Fides firma, & sine dubio esse debet.*
2 *Hæreticus etiam bonis operibus præditus, si in hæresi decedat, vitam ęternam non consequetur. Quid autem prosint sibi bona opera ibid.*
3 *Pœnitentia quo ad vitam, etiam in delicto consummato, admittitur.*
4 *Hæreticus, & schismaticus æquiparantur hic; differunt tamen ibid.*
5 *Hæreticus, & schismaticus reintegrantur, & incorporantur ecclesiæ per pœnitentiam.*
6 *Hæretici largo sumpto vocabulo; qui?*
7 *Excommunicatus largè hæreticus dicitur.*
8 *Iudæi, & omnes infideles hæretici dici possunt.*
9 *Hæreticus est, qui dicit imperatorem esse mundi monarcham.*

Firmissimè. Hæreticus perseuerans, æternaliter damnatur;
cui nec prodest baptismus, nec eleemosyna, vel mar
tyrium, vel aliud quodcunq; bonum, quoad hoc vt
vitam æternam cōsequatur.h.d. Primo ponit dictū.
Secundo comprobat. Secunda, ibi, omni homini.
1 ¶ Noto primo, quòd† fides nullam debet habere,
dubitationem; sed debet habere omnimodam firmi
tatem, vt dixi in.c.1.ſ.eo.firmissimè. n. teneri dici-
tur in quo nullus est scrupulus dubitationis. Secun-
2 do nota, quòd† quamnis hæreticus exerceat quæ-
uis bona opera, etiam meritoria, non tamen potest
per illa saluari, si existens in hæresim diem suum ob-
ierit. Aduerte tamen, quòd talia opera, secundum
glo.fi.hic, & Doct.non sunt ex toto deperdita; quia
licet non valeant ad vitam æternam consequendam;
tamen prosunt quo ad bona temporalia, & quo ad
pœnas inferni; quia minus supplicium subeunt. &
hoc voluit text.noster dum dicit, quòd ista non pro
ficiunt ad salutem.i.vt habeant æternam vitam. Vi-
de quòd not.de pœnit.distin.1.§. fi. &.ỹ. de pœnit.
& remis.c.quòd quidam. & ex prædictis videtur in-
ferri, quòd cum hoc videatur speciale in hæretico,
& schismatico, quòd secus sit in alijs peccatis, vt.s.
existenti in peccato, ad vitam ęternam proficiat ba
ptismus, eleemosina, & martiyrium, quòd apud me
satis est dubium. Nec arbitror hoc verum, nisi exi-
stens in peccato de eo pœniteat; si mortale est. Nā
si maior est, ita vt peccatum mortale potuerit com-
mittere, ad hoc vt baptismus proficiat, debet pœni-
tere. Idem dicerē de eleemosina; nisi directò tolle-
ret illud peccatum.& idem in martyrio. circa tamē
prædicta remitto ad determinationem Theologo-
3 rum.& Ro.ecclesiæ. Tertio not.quòd† quo ad vitam
ęternam, etiam in delicto consummato, admittitur
4 pœnitentia. Quarto nota, quòd† hæreticus, & schi-
smaticus hic æquiparantur, quòd est verum, si est ta-
lis schismaticus qui propter schisma sit hæreticus.
Nam aduertendū est. quòd potest quis esse schisma-
ticus.& non hæreticus. vt puta, si ex duobus, vel plu-
ribus qui prætendunt se summos pontifices, aliquis
credat

credat vnum verum solum Papam, alios verò antipa
pas.nã cũ talis crederet vnitatẽ ecclesiæ,apud istũ nõ
dicitur hæreticus.gl.est sing.24.q.1.in summa in gl.
2.secus si crederet vnumquẽq; illorũ esse Papã;quia
tũc propriè esset hæreticus,diuideret enim ecclesiã,
& veniret contra articulũ fidei.s.& vnã sanctã eccle-
siã catholicã &c.vide Io.An.in.c. cũ nõ ab homine.
ẽ.de iud.in fin.& in rubr.ẽ.de schismati.Facit quod
not.per Doct.in.c.quoniã in plerisq;.ẽ.de offi.ord.
Vltimo not.ibi,fuerit incorporatus,& reintegratus,
5 q† hæreticus,& schismaticus dicuntur esse extra ec-
clesiã;& dicũtur reintegrari, & incorporari ecclesiæ
per pniam.¶ Gl.ponit septẽ modos quibus quis di-
citur hæreticus.In eadẽ ibi,deniq;,dic de hoc,vt di-
xi in quarto notab.In eadẽ,in fi.dic,ſm Host.q istis
vltimis modis hæreticus dr propriè. In alijs verò dr
6 hæreticus largo sumpto vocabulo,præterquã in†il-
lo,qui scindit se ab vnitate ecclesię;quia ille propriè
7 dicitur hæretic⁹,†excõicatus ẽt largo sumpto voca
bulo dicitur hæreticus; quoniam per excõicationẽ
veraciter qs dicitur eẽ extra ecclesiã, 11.q.3.c.audi.
gl.4.q.1.c.2.Io.An.in.c. pia.de excep.lib.6. & hoc
8 modo†Iudæi,& alij omnes infideles pñt dici hære-
tici cum sint extra vnitatẽ ecclesiæ.Dicitur ẽt hæreti
cus qui nõ recipit quatuor cõcilia,vt probatur,in.l.
quicũq;.&.l.fi.C.de summa trini.Itẽ qui priuilegio
Rom.ecclesiæ,q̃ oĩbus pręest.detrahit.22.dist. oẽs.
Itẽ q pcepta. Sed. Apostol.personaliter transgredit
19.dist.c.nulli.Itẽ qui decretalibus epistolis cõtradi
xit.20.dist.de libellis.Itẽ q nõ recipit cõionẽ ortho
doxæ ecclesiæ,vt aut.de priuil.dot.hæreti. mulie. nõ
præstan.in prin.col.8.ſm Host.hic,& Io. An.in sum
ma,eo.tit.§.1.Dic etiã q hæreticus dicitur q negat
ecclesiã Ro.ecclesiæ caput aliarũ ecclesiarum. Arch.
16.q.7.in.c.sanè;super glo. tex 14.q.1.hæc est fides
& gl.24.dist.c.nulli.facit.22.dist.c.1.Itẽ ſm Bar.di-
9 citur hæreticus qui†dicit imperatorẽ nõ habere mũ
di monarchiã.ita dicit in.l.hostes.ff.de capt.Mouet
quia talis dr venire cõtra determinationem Roma.
Bart.tamẽ loquitur sub dubio fortè,& prudẽter;qm
in hoc est maxima altercatio, & variæ opi.de monar
chia.de quibus fecit tractatũ D.Ant.Rosel.D.m. in
legibus.circa quam materiam vide tres not.24.q.1.
hæc est fides.&.c.quoniã.96.dist.cũ ad verũ. Glo.2.
fortificat text.in eadẽ ibi,Apostolus dicit ad Chor.
c.13.Glo.fi.est expositiua in princ. deinũ format.q.
an talia bona prosint ad aliquid? & sol. quòd sic.In
fi.glo.dic,quòd talia opera meritoria, saltem valent
ad mentem illustrandam.quo facilius possit conuer
ti ad pœnitentiam;nam mortificatis peccatis per pę
nitentiam interdum illa bona resurgunt. de pœnit.
dist.3.c.firmiter.& c.pium. & latius per Goffred. &
Host.in summa in tit.de pœnit.& remis.§.an facta.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticorum scripta non habent fidem authenticam.*
2 *Synodus potest cognoscere, & damnare Papã de hæresi.*
3 *Papa a nullo põt iudicari. Fallit tamẽ in crimine hæresis.*
4 *Papa in cõcilio,seu vniuersali synodo,est maior omnibus.*
5 *Concilium debet congregari; quando duo contendunt de Papatu,& ignoratur quis sit verus Papa & decidere quæstionem.*
Et concilium tali casu potest congregari per Cardinales.nu.6.
7 *Papa hæreticus non est nominãdus inter Rom. Pontifices.*
8 *Constitutiones,vel leges editæ a damnato de hæresi non probãt;nec allegari debent.*
9 *Instrumenta confecta per notarium damnatum de falso aliquam fidẽ non faciunt;nec recipi debent tanquam publica,& authentica. Et an sint indistinctè nulla nu. 11. vbi latè distinguit.et communis est opi.quòd sic nu. 12. & 13.vbi hoc limitat.*
10 *Authore damnato, damnantur scripturæ,libri, & eius opera.*
12 *Vtile per inutile vitiari non debet.*
13 *Testis in parte falsus,in totum reprobatur, & quare.*
14 *Notarius in instrumento;nisi quæ vidit,& nouit scribere non debet.*
15 *Tabellionatus officium non est dignitas;sed onus,fallit in notario Principis.nu.21.*
16 *Infames a muneribus non repelluntur.*
17 *Infamis potest esse procurator. Arbiter. Tutor, & Curator,nisi pupilli sint spectabiles ibid.*
18 *Suspectus propter delictum commissum, non remouetur a tutela.*
19 *Infamis,an possit esse testis.*
20 *Instrumenta partibus consentientibus conficiuntur.*
22 *Priuatus notarium creare non potest.*
23 *Instrumentum falsum,& pro quo notarius fuit condẽnatus de falso,an probet inter partes.*
24 *Notarius,qui nondum est condemnatus de falso, sed pendet iudicium; an possit instrumenta conficere. & an ad noua officia aspirare possit.ibid.*
25 *Pendentia,idem operatur,quòd sententia.*
27 *Notarius de falso damnatus, an possit conficere instrumentum, de quo fuerat rogatus ante condemnationem.*
27 *Notarius de falso secrete condemnatus, vt puta ab episcopo in camera; an possit conficere instrumenta valide inter ignorantes.*
28 *Sententia lata nõ publicè;sed in secreto,est ipso iure nulla.*
29 *Rex,qui in suo regno vendicat sibi ius imperiale;an possit decernere,quòd instrumentum in aliquibus falsum, valeat,in eo quòd veritatem continet.*
30 *Notarij duo si simul adhibeãtur ad conficiendum instrumentum;si vnus priuetur officio, an valeat instrumẽtũ.*
31 *Notarius damnatus de falso, si copiat instrumentum boni notarij,& bonus notarius se subscribat, an valeat tale instrumentum.*
Et qui si iuit ad partes remotas,vbi non erat nota condẽnatio,& plura cõfecit instrumẽta,an valeat.nu.32.
33 *Origenes,an excusandus sit,nec ne.*
34 *Sacramenta ignoranter ab hæretico recepta, an conferant sacramenti essentiam.*

1 Fraternitatis. †Scripta hęreticorum non habent fidem authenticam. Vel sic. Vbi author est damnatus, omnia ab eo gesta, in eo in quo est damnatus, sunt
2 reprobata.h.d.¶ Noto primo, quòd†synodus potest cognoscere,& damnare Papam de hæresi. & sic Papa ex delicto hæresis subiacet inferiori. Glo.sing. in.c.Papa.40.distinct.Archid.in. c. in fidę eod. titu,

lib.

libr. 6. Inno. in. c. ex parte. de verbo. signifi. gloss. 2. q. 7. c. sicut hely. & ita debet limitari glo. 2. q. 6. c. manifestis. quæ vult, q † Papa à nullo possit iudicari. Ad-
3
4 uerte tamen, quia † in côcilio, seu vniuersali synodo Papa est maior omnibus, vt not. glo. 19. dist. c. Anastasius. quam benè not. & est glo. in. d. c. si Papa. tra-
5 dit Archid. in. d. c. in fide. Idem aduerte, quia † si duo contenderent de Papatu, & rationabiliter ignoraretur quis eorum esset verus Papa, quòd tunc concilium debet congregari, & quæstionem decidere, vt est tex. iuncta glo. 79. distin. c. si duo. qui tex. non est alibi, secundum Doct. & dicit ibi singulariter Hug.
6 q in casu prædicto † concilium poterit congregari per Cardinales, ex eo, quòd neuter contendentium de Papatu vellet congregare. Nota singulariter etiã dictum do. Hug. in. d. c. Anastasius. vbi dicit, quòd
7 si † Papa est hæreticus, non debet nominari inter Ro
8 manos Pontifices. ¶ Secundo not. q † constitutiones, vel leges editæ ab eo, qui fuit damnatus de hæresi non probant, nec allegandæ sunt, postquam eorum authores fuerunt damnati. Et ex prædictis, & ex tex. Infertur argumẽtum ad vnum, ad quod quotidie allegatur singulariter iste tex. videlicet, quòd
9 † instrumenta confecta per notarium damnatum de falso, aliquam fidem non faciunt, nec recipi debent tanquam publica, & authentica, quoniam ex quo
10 † damnatus est author, damnata sunt omnia opera eius, vt non faciant fidem, tex. singularis in. l. si aliquid. C. de suscep. & arch. lib. 10. Facit tex. cum glo. in. l. si quis ex argẽtarijs. §. 1. ff. de eden. Et vt habeas clarius hunc articulum, qui latè tractatur hic per Innoc. & Docto. & est vtilis, & quotidianus. Quarto,
11 vtrum † instrumenta confecta per notarium condẽnatum de falso, sint indistinctè nulla? Sol. distingue ex mente Inno. & Docto. q. aut falsitas est commissa in vno instrumento, aut in vno capitulo instrumenti. Primo casu subdistingue, q aut loquimur in instrumentis confectis post falsitatem commissam. Aut ante; si ante, dic, q valent, ex quo toleratur in officio; licet postea sequatur condemnatio, vt. l. Barbarius. ff. de off. præt. & 3. q. 7. c. infamis. §. tria. & 9. q. 4. c. nonne. & c. vestra. de cohab. cle. & mulie. Si verò post condemnationem sunt confecta, non valẽt, vt. d. l. si aliquid. C. de suscep. & arch. lib. 10. auth. de tabel. §. fina. in princ. coll. 4. & ibi glo. Voluit tamen Butriga. q persona redditur aliqualiter suspecta, si notarius fuit directè condemnatus de falso, arg. l. si cui. §. ijsdem. ff. de accu. Item prædicta sunt vera, quando sententia fuit lata contra tabellionem, secundum Innoc. per. d. l. si aliquid. secus si fuit lata sententia contra producentem instrumentum; quoniam ex hoc alia instrumenta non reprobãtur, licet aliqualis fides diminuatur. Vide Barto. in repet. d. l. Barbarius. Secundo casu, quando est vna, & eadem scriptura, & reperitur falsitas in vno capitulo, an reliqua capitula annullentur, variæ sunt Doct. opinio. quidam tenent, quòd tale instrumentum in totum reprobetur, per tex. 3. quæst. 9. c pura. & de consecr. distin. 3. c. non liceat. & expressius. 9. distinct. c. si ad scripturas. & hanc opin. tenet Iaco. de Rauari. & Iac. de Alta villa. Secunda opin. est, q tale instrumentum reprobatur solum pro illa parte, in qua inuenitur falsum cæteris partibus firmis remanentibus.

Glo. in. l. 2. C. de vete. iur. enucl. pro prima opin. allega. Pileum. q. 92. vt refert Io. And. in addi. Spec. in titu. de fide instru. §. instrumenti. versi. quid si aliqd. per quatuor notabilia argumenta, secundum eum. Primo, quia per vitiosam partem contra aliam est iusta præsumptio, vt. l. cum de indebito. ff. de prob. & l. fin. C. de edic. diui Adria. tol. Secundo, veritatis propter falsitatem, mixta corruptio. ff. de excus. tut. l. qui testamento. Tertio, totius ratione partis contaminatio, per. l. fina. in fi. ff. de vete. iur. enuc. Quarto, totius pro parte legitima condemnatio. ff. ad Syllania. l. si quis. in. §. si quis tabulas. Pro secunda verò opinio allegat alia etiam quatuor argumenta. Primo, ratione partis circa totum non est habenda suspicio, vt. l. pen. ff. de his quæ in testa. delen. & l. pen.
12 C. de transact. Secundo, quia † vtile propter inutile vitiari non debet, vt in reg. non debet. de regu. iur. lib. 6. Tertio, maioris partis legitima propositio, vt. l. domum. ff. de contrahen. emptio. Quarto, residuæ partis perfectissima lectio. l. 2. ff. de his quæ pro non scri. ha. Tertia opin. est Goff. & Barth. Brixien. vt refert hic Io. And. & in. d. versi. quid si aliquod instrumentum. & glo. in. l. si ex falsis. C. de transactio. quæ vult, quòd si articuli sunt connexi, tota scriptura vitietur, vt. d. c. pura. & d. c. si ad scripturas. Si verò articuli sunt separati; tunc procedat secunda opin. per. l. etiam ff. de mino. & l. cum actum. & l. at qui natura. ff. de nego. gest. & de hac opin. vide etiam Io. An. in addit. Spec. in tit. de testa §. 1. versi. quòd aliquid. Innoc. tenet primam opinio. videlicet, q scriptura reddatur in totum vitiosa. Bal. tamen in. d. l. si ex falsis. allegat Inno. hic tenere tertiam opin. Aduerte, quia Innoc. satis obscurè loquitur; tamen intentio sua videtur esse, q instrumentum in totum reddatur nullum. & dicit hic do. Anto. q communiter* tenetur hoc dictum Inno. quia ex quo eadem est scriptura, si est falsa in vno, in toto redditur falsa, qui iam in toto instrumento viriatur fides notarij, vt. d. c. pura. & d. c. si ad scripturas. quod dic verum, secundum Barto in. d. l. si ex falsis. & Innocen. hic, si quidem falsitas procedit ex vitio notarij. Bal. in. c. ad audientiam. 1. de rescript. per illum tex. Facit. l. si aliquid. C. de suscept. & archa. lib. 10. & l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. & quod nota. in. l. exemplo. C. de probat. & l. generali lege. C. de tabular. lib. 10. Cyn. Barto Bal. & Ange. in. d. l. si ex falsis. C. de transact. aliàs secus, dic, vt statim dicam. Et hæc opin. placet Côis opi.
13 hic. D. m. quia † si testis in aliqua parte admiscet falsitatem, eius dictum in totum reprobatur; quia periurus reperitur, vt. c. pura. sic etiam est in notario, qui est quidam testis, vt. l. Domitius Labeo. ff. de testa. Item prædicta communis* opinio, quæ communiter tenetur, est limitanda, secundum Innoc. hic, & Côis opi. Docto. in dictis iuribus. si modo falsitas sit commissa circa substantialia negotij, vt quia debebat scribere, quòd Titius promisit Seio, & scripsit, quòd Titio promisit Seius; vel debebat scribere decem, & scripsit viginti; vel debebat scribere decretum, & scripsit decretales, arg. c. significante de rescrip. Et
14 ratio est; quia † notarius nunquam debet ponere in instrumento, nisi quod in veritate nouit, & vidit, sicut testis. nec potest in hoc ignorantia allegari. 3. q. 9. c. testes. & c. hortamur. & c. pura. & qđ not. Io.

And.in.c.cum in iure.de off.delega. ſecus ſi errauit,
vel ſcienter mentitus ſit circa áſſeſſoria, vel circun-
ſtantias non ſubſtãtiales negotij; quia tunc valet in-
ſtrumentum quo ad ſubſtantialia; vt ſi dicat contra-
hentes de alia terra quam ſint, vel cõſanguineos, aut
affines eorum, quorum non ſunt. Et eſt ratio, quia in
his non conſiſtit officium tabellionis, vel teſtis. nihil
enim facit ad contractum, vel teſtimonium, vnde-
cunque ſint contrahentes, arg.c.cum deputati.s̄.de
iudi. ſecus ſi faceret ad contractum, vt.c.ſignifican-
te.s̄.de reſcrip.¶ Item prædicta limita ſingulariter,
ſi modo pars contraria non approbaret inſtrumen-
tum falſum in vno capitulo ſubſtantiali, in alijs capi
tulis. Secus ſi in alijs approbaret, quia licet iſta ſit
præſumptio iuris, & de iure poſita dicta tertia opin.
pro vera; tamen admitteretur probatio in contrariũ
per confeſſionem partis, vt dixi in cle.1.de iudi. vbi
vide. & hoc ſingulariter tenet Bal.in.l.ſatis apertè.
C.ad leg.Corne.de fal. Si verò falſitas non prouenit
vitio notarij, ſed aliunde; vt quia reperitur inſtru-
mentum falſum in aliqua ſui parte. & tunc aut con-
cernit ſubſtantialia negotij, & debet fieri diſtinctio.
Aut capitula ſunt connexa, & vitiatur in totum, vt
d.l.ſi ex falſis. Aut habet naturam ſeparatam, & tunc
ſecus. de prædictis vide Bar.in.d.l.Barbarius. Subdit
tamen hic Io. And. ꝙ prædicta procedunt vbi per-
ſona non eſt damnata, quia tunc carerent effectu, ra-
tione perſonæ, vt.s̄.de teſti.c.teſtimonium. per Ar-
chid.9.diſtin.c.ſi ad ſcripturas. & vide etiam quæ di-
cunt Innoc. & Io. And. in.d.c.cum in iure.s̄.de off.
deleg. & tetigi.s̄.in princ. Aduerte tamen, quia Bar.
in.l.3.ff.ad leg.Iul.repet.not. limitat ea, quæ dixi in
princ. & in fi. videlicet, ꝙ iſtud eſt verum, ſi notarius
fuit damnatus propter falſitatem commiſſam in of-
ficio tabellionatus; ſecus ſi alias fuiſſet damnatus, ẽt
de falſo, dummodo falſitas eſſet commiſſa extra of-
ficium tabellionis, etiam ſi per talem condemnatio-
nem fuiſſet effectus infamis. quo caſu vult, ꝙ etiam
inſtrumenta poſtea per eum confecta valeant. Mo-
uetur per.d.l.ſi aliquid.C.de ſuſc. & arca.lib.10. vbi
tex.ſolum facit mentionem de falſitate commiſſa in
15 officio tabellionatus. Secundo mouetur, quia † offi-
cium tabellionatus non eſt dignitas, ſed munus, vt.l.
fin.in prin.cum ſua glo.C.qui mili.non poſſ.lib.12.
16 Sed † infames non repelluntur à muneribus, vt.l.ne-
17 que infames.C.de decur. lib.10. Nam & † infamis
poteſt eſſe procurator, vt Inſtit.de excep.§.fi. & ar-
biter.vt.l.Pedius.ff.de arbit. Item tutor, & curator,
niſi pupilli ſint ſpectabiles, vt.l.ſed & milites.§.ſi
ignoras.ff.de excuſ.tuto. & not.in.l.1.C.de infami.
lib.10. Ad prædicta etiam facit.l.1.§ ſed æquisſimũ.
ff.de poſtul. Vnde concludit Bar. ꝙ inſtrumenta per
talem damnatum, vel infamem confecta valebunt,
vt.l.Caſſius.ff.de ſena. & idem tenet Bal.in magna,
& vltima ſua repet.l.pen.C.de ſum.trini. verſ.quæro
quid de nota. & idem Bart.in.l.Domitius Labeo.ff.
de teſta. & Oldr. vt dicit Bal.in.l.2.§.miles.ff.de in-
fami. vbi hoc idem videtur ſequi Bal. licet glo. ibi vi
deatur ſentire contrarium. Hoc idem voluit Bart.in
conſil. ꝙ incipit, quæro an notarius condemnatus.
Pro qua opinio. facit glo.in.l.3.§.quæri poteſt.ff.de
18 ſuſpe.tuto. vbi glo. videtur velle, quòd licet quis † ſu
ſpectus ſit propter delictum commiſſum; non tamẽ
debet remoueri à tutela, quia eſt munus. Et hoc
19 idem eſt in notario, vt.s̄.dixi. Nec obſtat quod † te-
ſtimonium infamis non tenet; quia teſtis produci-
20 tur parte inuita; ſed † inſtrumenta conficiuntur am-
babus partibus conſentientibus; & placet mihi di-
cta opinio, maximè quando notarius toleratur in
officio ſuo. Facit quod not. in.c.ſuſcitatus.s̄.de re-
ſcript. & in.d.l.Barbarius. Bal.tamen in.d.l.Caſſius.
format quædam argumenta in contrarium, quæ po-
tes videre. & vide etiam Spec.in titu.de inſtrumen.
edi.§.reſtat. verſi. quid ſi tabellio confecit aliquod
inſtrumentum falſum. Aduerte tamen, quia quod
.s̄.dixi, quòd notarius condemnatus de falſo non
commiſſo in officio notariatus, vel ex alio delicto
infamante, remanet notarius, & valent inſtrumenta
per eum confecta. eſt verum in notario ſimplici; ſe-
21 cus † in notario Principis; quia talis notariatus eſt
dignitas, non munus, vt.l.1.C.de man.princi. &.l.1.
C.de primi.lib.12. Idem etiam dicit Bart.in.d.l.3.
ff.ad leg.Iul.repet in alio officio, quòd ſibi iniun-
geretur ex publico, vt puta, quia eſſet notarius ad
bancum, vel ſimil. Item aduerte, quia quod ſupra
dixi, quòd inſtrumentum confectum à notario poſt
quàm fuit condemnatus de falſo commiſſo in offi-
cio notariatus, non probat, arbitror limitandum, ſi
modo partes tale inſtrumentum non reciperent; ſe-
cus ſi reciperent, argumen. eorum quæ ſupra dixi,
ſecundum Bal.in.l.ſatis apertè.C.de falſis. nam ſal-
tem valebit vi confeſſionis. Facit quod not. per In-
nocen. in.c.cum venerabilis.s̄.de except. &.c.cum
olim. de cenſi. Et ſi tu diceres, partes non poſſunt
22 facere, quòd inſtrumentum ſit publicum; quia † non
poſſunt facere quem notarium, cum ad priuatos nõ
pertineat, vt traditur per do. Anto.D.m. & Ioan. de
Imo.in.c.cum.P.tabellio.s̄.de fi.inſtrumen. & Bar.
& Docto.in.l.1.C.de ſum.trinit. &.l.omnes populi.
ff de iuſti. & iur. &.l.1.ff.de off.proconſul. per Spec.
in titu.de inſtrumen.edi.§.reſtat. verſi. quis poteſt.
& verſi.ſcias ꝙ tabel. Quia reſpondeo, ꝙ ſaltem va-
lebit vi tacitæ confeſſionis, vt dixi, argumen.dicto-
rum iurium. Vel vi taciti pacti, aut tacitæ conuen-
tionis, ſecundum quòd not.glo. in ſimili in ſenten-
tia nulla.C.commu.vtriuſq; iudi. Item & tertio, vi-
dentur limitanda ex mente Innocen.in.c.cum dile-
ctus.s̄.de reſcript. quando notarius plurima confe-
ciſſet inſtrumenta, ita quod plurimorum verſaretur
intereſſe; ſecus ſi vnum, aut duo duntaxat confeciſ-
ſet; quo caſu ſentit, ꝙ talia inſtrumenta non tene-
rent. & intellige licet non eſſet condemnatus de fal-
ſo commiſſo in officio notariatus; ſed aliter ex de-
licto infamante. Mouetur, per tex.in.d.c.cum di-
lecta.s̄.de reſcript. Hoc dictum primo in ſe non
placet. Primo, quia iura, & rationes, quæ vendicant
ſibi locum in pluribus inſtrumentis, vendicãt etiam
ſibi locum in vno inſtrumento, videlicet, quia reti-
net officium notariatus. Secundo, quia dictum In-
nocen.in ſe eſt falſum, & contra tex.3.quæſtio.7.c.
infamis.§.tria.verſi.verum.&.l.2.C.de ſenten. & in-
terlocut. omn. iudic. vbi cauſa fuit delegata ſer-
uo, qui putabatur liber; & dicitur ibi, quod ſenten-
tia valet, licet poſtea detegatur ſeruus; & tamen ibi
non verſabatur, niſi intereſſe duorum, aut vnius.
Ad idem.l.1.C. de teſtamen. De intellectu ve-
ro.c.

ro.c.cum dilecta.dic,vt ibi per.D.m.& Doct.¶ Sed
23 quæro,pone,q † notarius fuit condemnatus de falso commisso circa officium notariatus, puta propter falsum instrumentum confectum inter T.& M.quæritur,vtrum illud instrumentum,propter quod fuit condemnatus de falso,probet inter partes. Sol.dic, secundum Bal.in.l.2.C.de fi.instru.& Bart. Ange.& Bal.in.l.Lucius.ff.de infami. Inno.& do. Anto.in.c. causam.§.qui fil.sint legi. quòd sententia lata contra notarium,talem, qualem præsumptionem facit, secundum Barto.in.d.l.Lucius. Facit.l.1.C.de fal.
24 ¶ Sed quæro,pone, q † notarius nondum est condemnatus de falso,sed pendet iudicium cōtra eum, an possit instrumenta conficere, & videtur dicendum q non,per.l.reum.C.de procura.&.l.diximus. ff.de excu.tuto.&.l.fundi. &.l.fundum.ff.de except.
25 quia † pendentia idem operatur, q sententia, vt ibi, &.ff.de libe.cau.l.qui de libertate. Sol.ego arbitror contrarium.s.q possit, per.l.chirographis.§.fina ff. de adminst.tuto.&.l.furti.§.fin. &.l.2.§.miles.ff.de infami. Item, quia licet non possit ad noua officia aspirare pendente tali iudicio, vt in iuribus primo loco allega. tamen videtur posse exercere antiqua. Nec obstat tex.C.de suspec.tuto.l.eum.& Instit.eo. §.si quis.quia ibi interest tutoris, seu pupilli. Vide Bar.in.l.quod si fortè.§.1.de solu. Honestius tamen faceret,si abstineret.& vide Bart.in.l.Barbarius. præ
26 dicta.¶ Quæro tertio, † vtrum notarius condemnatus de falso,possit conficere instrumentum, de quo fuit rogatus ante condemnationem; & videtur dicendum q non,quia deficit fides. Sol.dic,q potest. hoc tenet Bart.expressè in.l.ad testium.§.1.ff.de testa.quia delictum ipsius non debet nocere partibus, vt.ff.de infamib.l.Lucius. Facit.l.1. C.vt cau. post. pub.Bar.etiam tenet hoc in.d.l.Barbarius. Nec obstat quod deficiat fides, quia ista fides mensuratur ex
27 præterito.¶ Quæro quarto,pone,q † notarius sit secretè condemnatus de falso commisso in officio notariatus;puta,per Episcopum in camera sua, vtrum valeant instrumenta postea per eum confecta inter ignorantes? & videtur dicendum q non; cum iste non sit amplius notarius. Facit quod nota.in.l.Cassius.ff.de sena. Est enim degradatus ab homine, & per consequens non debet valere,vt.d.l.si aliquid.C. de suscept.& arca.lib.10. Facit.l.iudices.de dignita. lib.12.&.l.2.C.de palati.eo.lib. In contrarium facit,quia iste non desinit omninò esse notarius, vt.l. & si pluribus.ff.de autho.tuto. Item, quia sententia legis,quæ non est declarata ab homine, non priuat quem exercitio,vt not.in authen. de tabel. §.penul. ergo idem in occulta sententia hominis pari ratione. Solu.dic,vt per Bal.in repeti.d.l.Barbarius.vbi dicit, talia instrumenta tenere. & ita dicit se de facto consuluisse.& idem tenet in.l.2. C.de senten. & interloc.om.iudi.quoniam talis sententia in præiu-
28 dicium publicum non tenet. cum † non fuerit lata præsentibus officialibus,aut honestis personis, nec publicè,vt fieri debet;quia non debet ferri in secreto,vt not.in.l.cum senten.C.de sen. & interlo. omn. iudi.& vide Spec.in tit.de instru. edi. §.restat. versi. quid si tabellio perdit officium. & Azo in summa in
29 authen.de fide instru.¶ Quæro quinto,pone,q † aliquis Rex,qui in suo regno vendicat sibi ius imperiale,decernat instrumentum, vel attestationes valere in eo quod veritatem continent, non obstante q in aliquibus falsa contineant. Io. And. in additio. Spec. §.instrumentum.versi.quid si aliquid. dicit,q omissa disputatione veritatis ipsorum,de quo scripsit aliquid in.c.cum te. de re iudi. q tale decretum non valet;quia etiam factum ab Imperatore nō valeret, non citata parte,cuius ius toleretur,vel læderetur,vt .l.2.C.si contra ius vel vti.pub.tamen tale decretum Regis potest interpretari secūdum ius commune.s. in falsitate circa extrinseca,quæ non vitiant. Facit.l. si quando.C.de inoff.testa.&.§.de elect.c.cum ecclesia.& de rescrip.c.cum adeo. ¶ Quæro sexto,pone,
30 † duo sunt notarij simul adhibiti ad conficiendum instrumentum,& vnus est priuatus officio tabellionatus,vtrum valet tale instrumentum. Sol.dic q sic, propter illum notarium, qui est authenticus. Hoc tenet Bal.in repe.l.Imperator.ff.de sta.homi.per.l.si quis argentarijs.§.1.ver.quid enim.ff.de eden.& qđ ibi no.Bar.per reg.vtile.de reg.iur.lib.6. ¶ Quæro
31 septimo,quid si † talis notarius damnatus copiat instrumentum boni notarij, & bonus se subscribit,an valeat instrumentum? Bal.in.d.repeti.l.Imperator. tenet q sic.& idem etiam Bar.in.d.l.si quis ex argentarijs.§.fin.¶ Vltimo circa prædictam materiam q̄-
32 ro, quidam † notarius fuit damnatus pp falsitatem commissam in officio notariatus.& ob eam causam iuit ad partes remotas, vbi non erat nota condemnatio,& plura confecit instrumenta,an valeant? Sol. dic q non;quoniam mandatum conficiendi instrumenta,quod prius habebat, erat funditus reuocatū, & erat omnino falsus notarius. Hoc tenet Bar. in .l.2.ff.de manu.vindic. Nec obst.l.Barbarius. quia quidam sunt in statu inualido,qui tamen possunt validari,vt in seruo qui potest effici liber, & possessionem libertatis acquirere ad validitatem gestorum p eum,mediante publica vtilitate; quidam verò sunt in statu,ita q nec iure, nec in quasi possessione esse possunt;sic est notarius condemnatus de falso modo prædicto; quoniam talis non potest vnquam in possessionem tabellionatus reponi, ex eo q quotiēs se ingerit tali officio,totiens committit falsum, vt.l. eos.§.qui se.ff.de fal.Nec obst.quod not. in authen. de tabellio.§.1.in glo.quæ incipit,hic est argū.quia ibi loquitur quando tabellio perdit officium per sententiam legis,non hominis, & sic remanet bonæ famæ;secus est in casu nostro, vt in prædicta.l.si aliquid.C.de suscep.& arca. & not. in authen.de ai bit. §.fin.in glo. Facit quod not.in.l.vniuersos.C.de decurio.lib.10. & sic ex prædictis habes expeditam hanc notabilem,& quotidianam materiam à Doct. nostris in diuersis locis non benè expeditam.

¶ Glo.in princ.format casum,deinde format contrarium,quod dupliciter fortificat,& soluit. & in fi. colligit argū. In eadem, ibi, nec sunt recipienda, dic secundum Host.& Io. And.s.tanquam authotizabilia;possunt tñ recipi vt rōnabilia. & sic possunt concordari contraria glo.nostræ. In eadem,ibi,Ori
33 genis. dic, † aliqui dicunt Origenem excusabilem; quia heretici ad offuscanda dicta sua quædam heretica interseruerunt dictis suis,sm quod tradit Host. in.c.à nobis.2.de sen.excom. Hanc tñ excusationē reprobat Hieronymus in epistolis,eo maximè,quia

Eusebius,& Didimus,eius tractauerunt errores. Idẽ tamen Hierony.fatetur aliquos dicere per eius pessimos discipulos aliqua admixta,sed non omnia. Et remittit tandem hic Io.And.ad librum hostiarium. lib.12.&.7.seq. In fi.glo. dic, & de hac materia latius in reg.accessorium.de regu.iur.lib.6.¶ Vltimo
34 Inno.hic,& Io.And.latè tractant, vtrum sacramenta recepta ab hæretico ignoranter, conferant essentiam sacramenti,& dicunt q̃ sic; & quòd non solum conferunt essentiam,sed etiam gratiam. Nam & Iudas fuit hæreticus.1.q.1.c eos. & tamen baptizauit, & tenuit baptismus.1.q.1.c.Christus. Ego de hac materia dicam latius in.c.1.ↄ.de schismat.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus instituens extraneum, vel consanguineum hæreticum, seu Paganum, etiam post mortem,excommunicatus est.*
Et quid si ignoranter.nu.9.
2 *Paganis,vel hæreticis etiam consanguineis nihil in testamento relinqui potest.*
3 *Episcopus extraneum, consanguineis præferre non debet, eum constituendo.*
4 *Hæretico consanguineo,an potius subueniendum sit, quã extraneo fideli.*
5 *Orandum non est pro his, qui in mortali peccato decesserunt.*
6 *Papa hæreticus, non est inter Summos Pontifices nominandus.*
7 *Beneficiatus potest in testamento de suo patrimonio ad libitum disponere.*
8 *Pagani,& Iudæi æquiparantur.*
10 *Ignorantia probabilis excusat.*
11 *Anathema non solum est sepeliendus, sed exhumari debet si sepultus sit.*
12 *Testamentum sumit vires post mortem testantis.*

Si quis episcopus.

Legitur duobus modis, sed secundum veriorem in-
1 tellectum.h.d.† Eps instituens extraneum,vel etiam cõsanguineum hæreticum,seu paganum, etiam post mortem excommunicatus nominatur; hoc est, de hæresi damnatur.& vt faciat ad titulum,quia ex hoc
2 præsumitur hæreticus.h.d.¶ Not.primo,quòd† paganis,seu hæreticis etiam consanguineis non debet
3 aliquid in testamento relinqui.Secundo not.† quòd Episcopus non debet extraneum præferre consan-
4 guineis instituendo; & sic facit ad.q.vtrum† potius sit subueniendum consanguineo hæretico, q̃ extraneo fideli. Vide remissiones quas dedi in.c.in nonnullis.&.c.cum sit.ↄ.de iudæ. Vltimo not.arg.ex fi.
5 tex. quòd† pro decedentibus in peccato mortali nõ est orandum.Facit.13.q.2.c.p obeuntibus. 24.q.2. c.placuit. Nam ille tex. debet intelligi secundum Host.& Io.And. secundum consuetudinem quorundã locorum,in quibus nomina Eporum defunctorum scribuntur in quodã libro, & in die obitus eorum fit ad Deum pro eis oratio. Vnde isti nõ debent
6 recitari inter sacerdotes. Simile dicimus de† Papa hæretico,qui non debet inter summos Pontifices nominari,secundũ Hug.19.dist.c.Anastasius.¶ Glo.1. sentit contrarium de.c.requisisti.ↄ.de testa. vbi Episcopus potest instituere extraneos.glo.forte huius timore contrarij ponit casum,dicens,quòd debet intelligi de extraneo hęretico.deinde glo.infert,& postea reddit rationem ad tex. & vltimo loco limitat prædicta. In eadem,ibi,& sic repete illam adiectionem,hęreticos.dic,ex hac glo.colligitur quartus intellectus ad tex.nostrum, vt intelligatur de Episcopo instituente extraneos hęreticos. secus si instituet catholicos,quia ex hoc non deberet damnari, vt probatur in.c.requisisti.ↄ.de testa.& iste intellectus communiter*approbatur per Doct. Quidam tamẽ intelligunt tex.simpliciter,& indistinctè, vt Eps instituens extraneos etiam non hæreticos,debeat damnari,quia eo modo instituendo,est pręsumptio, q̃d non dilexerit ecclesiam;sed iste intellectus non placet,q̃a potuit instituere extraneum amicum, & indigentem.Item ecclesia non erat indigens. Præterea
7 †beneficiatus potest in testamẽto disponere de suo patrimonio ad libitum, dummodo nõ instituat personas ꝓhibitas.12.q.1.c.si quid. & ideo plus placet primus intellectus.Pro quo facit tex.in.c.seq.qui ẽt loquens de materia eadem,& solum facit mentionẽ de hæreticis,& paganis. Glo.2.colligit ex tex.In
8 fi.dic,sic etiam† parificãtur Pagani Iudeis, vt.c.cum sit.ↄ.tit.1. ¶ Glo.fi.in princ.allegat concordantia. deinde format contrarium,& sol. In fi.dic,sed nonne præsumi debet istum potuisse pęnitere in vltimo mortis articulo,& per consequens non debet damnari.Sol.dic,quòd quanquam hoc poterit esse,tamẽ ecclesia non admittit,nisi appareant aliqua signa. & hoc propter detestationem criminis, secundum Io. An.& do.Ant.dic,vt trad.88.dist.c.neq;.Extra glo.
9 quæro, pone,quòd† Eps ignorabat illum hæreticũ, quem instituit, vtrum habeat locum tex.noster. Sol.
10 dic quòd non,nam requiritur scientia,quia† probabilis ignorantia esset excusata, vt.c.ad apostolicę.ↄ. de cleri.excom.minist.&.c.2.cod.titu.lib.6. secundum Io.And.hic. ¶ Vltimo quæro, quid intendat tex.dum dicit,etiam post mortem. Solu.dic,quòd
11 ne dum † in vita anathema dici, & per consequens non sepeliri;sed etiam si esset sepultus, debet exhumari,secundum Ioã. And.qui allegat.c.sacris. de sepul.dummodo possint discerni eius ossa, vt in prædicto.c.sacris. Tu dic, quòd tex. potest intelligi, quòd saltem post mortem anathema dici debet,
12 quia ante dici non potest,cum† testamentum sumat vires post mortem;nisi diceres, quòd per detestationem criminis,etiam à die facti testamenti,in quo tales hæredes instituit, possit dici anathema, propter eius nunc apparentem voluntatem,licet possit illam mutare. & hoc denotat verbum,instituerit.positum hic in tex.

Col. 1.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio loquens de Episcopis, an, & quando extenditur ad clericos.*

2 Epi-

4 *Episcopi, & generaliter omnes clerici prohibentur extraneis, vel consanguineis non catholicis, aliquid relinquere.*
3 *Eps catholicum etiam extraneum instituere potest.*
4 *Verbum conferant, adaptatur tam ad actum inter viuos, quàm ad vltimam voluntatem.*
5 *Extraneo hæretico, nedum patri, matri, aut fratri in necessitate subueniendum est.*

In eos. Loquitur de eadem materia, de qua.c.præced. & quòd ibi dictum fuit de episcopis, extenditur hic
1 ad presbyteros, & alios clericos. Et sic not.† q dispositio loquens de episcopis regulariter, non vendicat sibi locum in alijs clericis, nisi fiat extensio per le-
2 gislatorem. ¶ Secundo not. q Episcopi, & generaliter omnes clerici prohibentur aliquid relinquere extraneis, vel etiam consanguineis, non catholicis. & sic patet, q hæc prohibitio fit solummodo non ca-
3 tholicorum. † catholicum ergo etiam extraneum instituere potest, vt.s.dixi. Et aduerte, quia Doct. videntur intelligere hunc tex. in vltima voluntate. Mihi tamē videtur, q debeat intelligi tam inter viuos, quàm in vltima voluntate. Nam tex. noster loquitur
4 per † verbum, conferant, quod adaptatur etiam ad actus inter viuos. Est ergo conclusio ad eos, qui catholici non sunt, nec inter viuos, nec in vltima voluntate, & ita intelligit glo. nostra in princ. & bene. ¶ Glo. 2. format q. & sol. In eadem ibi, ne peritent famæ. dicit, not. bene hanc glo. & idem not. glo. in
5 c.1.30.dist. quando† igitur magna necessitas instat, subueniendum est patri, vel matri, vel fratri, vel etiā extraneo heretico, vel alteri non catholico. Facit ad id quod dixi in.c.ad hoc.s.de iudæ.

CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Christus fuit verus Deus, & verus homo.*
Et hominis habuit essentiam. nu. 4.
2 *Homo verus ex quibus constet.*
3 *Homo non dicitur qui ratione caret.*
5 *Christus compositus ex duabus naturis.*
6 *Christiani quos articulos fidei scire teneantur; & an explicitè, vel implicitè; & an ignorantia eos excuset.*
7 *Christum non esse verum hominem ante hunc.c.tenentes, an essent excommunicati.*
8 *Constitutio disponens idem q ius naturale trahitur etiam ad præterita. & nu. 14.*
9 *Papa, an possit facere nouos articulos fidei.*
10 *Articulus fidei quot modis accipiatur.*
11 *Symbolum apostolorum omnes Christiani explicitè scire tenentur.*
12 *Prælati, leges quomodo scire debeant.*
13 *Constitutio c. huius tàm ad præterità, quàm ad futura extenditur. & est communis opin.*
14 *Verbum de cætero, extenditur solum ad futura.*
9 occulti; quia † ordinis character imprimitur à deo. 32. diſtinct. in ſum. §. porro. Ratio eſt quia indignitas miniſtri non obeſſe debet ordinato qui non eſt in aliqua culpa Hoſti. dicit quòd opin. Inno. eſt vera, quandiu illud eſt occultum; ſed poſtquam pateſactum fuerit illum ſchiſmaticum fuiſſe. requiritur diſpenſatio, etiam ſi totus orbis eſſet inuolutus; quia ex quo ordinantes non habebant executionem non poterãt conferre illam. Et iſta opi. eſt tutior. Si verò quis ſcienter recepit, tunc imprimitur character; ſed executio non confertur; quia cum iſti ſint ſuſpenſi, ſeu præciſi, non poſſunt dare quod non habent. Sed ordinem ideo confecit, quia illum habent, & a deo imprimitur character. Si verò ſunt ſchiſmatici largo modo qa in peccato conſtituti, & tunc confertur ordo, & ordinis executio; quia licet propter peccatũ ſint ſuſpenſi, quo ad ſe; non tamen ſunt ſuſpenſi quo ad alios, vt. c. veſtra. de coha. cle. & muli. Et idem dicendum de ordinato ab Epiſcopo excommunicato excommunicatione maiori; quia licet tales ſint remoti à participatione, non tamen a collatione, vt traditur in c. fin. ꝭ. de cle. excom. min. Secundo caſu principali, quando ſunt talia ſpiritualia, quæ vltra gratiam nil habent; dic, quòd ſi ignoranter fuerunt recepta, tales recipiunt gratiam; nec requiritur diſpenſatio, vel pœnitentia. Secus ſi ſcienter; quia hoc caſu, licet recipiant ſacramenta; tamen recipiendo peccant. Niſi reciperent in caſu neceſſitatis, vel alijs caſibus à iure permiſſis, vt traditur. 32. diſt. §. verum Circa tertiam quęſtionem dic, quòd ſi erant ſchiſmatici, largè, vel tales qui non eſſent ſuſpenſi, vel præciſi, geſta per eos tenent; quia peccatores non ſunt ſuſpenſi ab adminiſtratione temporalium. Et idem dicendum eſt, ſi tales eſſent ſuſpenſi, vel præciſi ab adminiſtratione ſpiritualium dumtaxat. Si verò erant ſuſpenſi à ſpiritualibus, vel temporalibus, vel ſchiſmatici ſtrictiſſimo modo, & propriè. dic, quòd aut loquimur in geſtis in damnum eccleſiæ, & talia non tenent. Quod eſt verum. niſi fuiſſent honorati; nam ratione publici officij, & communis erroris, debent tenere, ſi ſuit ſeruata forma, & caſus erat permiſſus. argu. not. in. l. Barbarius. ff. de offi. præto. Eccleſia tamen læſa poſſet petere reſtitutionem in integrum, vt. c. nihil. de elect. & c. veritatis. de dolo & contum. Aut ſunt geſta in commodum eccleſiæ, & tenent; vt hic in glo. ſi. quæ vult, quòd poteſt approbare geſta in eius commodum, & reprobare in eius incommodum, quod verum dicit Hoſtien. quando contractus fuerunt contracti cum diuerſis, vel cum eodem; ſed non connexi. Secus ſi eſſent connexi; quia tunc compenſaretur commodum cum incommodo. Vnde vel in totum deberet approbare, vel reprobare. & ſequitur hic. Do. Ant. & D. m. Facit. l. etiam. ff. de mino. & l. ſi negotia. ff. de nego. geſt. Tu vide tex. in contrarium, etiam in contractibus diſtinctis in. l. Caius. ff. de vſur. & l. cum quæritur. ff. de adminiſtr. tuto. Et de materia vide in. d. c. nihil. de elec. & D. Ant. in. c. conſultationibus. de iur. patro.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Schiſmatici appellatione, venit ſchiſmaticus propriè, non largè.*
2 *Verba in dubio accipienda ſunt in ſuo potentiori ſignificatu.*
3 *Diſpenſatio ex miſericordia procedere debet.*
4 *Schiſmaticus confert ordinem, ſed non executionem.*
5 *Verbum. poteſt, relatum ad iudicem pro forma, importat neceſſitatem. & nu. 11.*
6 *Aſſerens diſpenſationem debet illam probare. & quid in probatione diſpenſationis requiratur.*
7 *Ordinans ſcienter indignum. an videatur diſpenſare, latè proſequitur.*
8 *Diſpenſatio qualiter ſit probanda.*
9 *Confeſſio cui fieri debet.*
10 *Epiſcopus in quibus diſpenſare poteſt.*
12 *Schiſmatis tempore qualiter quis credere debeat.*
13 *Mulier & ruſticus an iuris ignorantia excuſentur.*

Fra-

Fraternitati. Ordinatus a schi
smatico, est ab
officio remouen
dus; nisi probet
secum dispensatum per habentem dispensandi pote
statem.h.d.primo ponitur decisa consultatio.secun
do responsio,ibi,priorem. Noto primo, quòd ap-
1 pellatione† schismatici propriè,& strictissimè venit
schismaticus;non autem schismaticus large.nam ver
2 ba † in dubio sunt accipienda in suo potentiore si-
gnificatu.Probatur hic, quia ordinatus à schismati-
co largo sumpto vocabulo, habet ordinis executio-
3 nem,vt dixi in.c.præced.Secundo not. quòd† dispẽ
satio debet procedere ex misericordia; & sic debet
adesse causa legitima;alias verò esset dissipatio.1.q.
4 7.nisi vigor.Tertio not.quòd† schismaticus confert
ordinem sed non executionem;aliàs autem etiam fa
cta dispensatione non haberet iste executionem.
5 Quarto not.ibi,poteris repellere.quòd† verbũ, po-
test,quando refertur ad iudicem,pro forma, impor
tat necessitatem.& ita singulariter voluit Bald. in.l.
Gallus.in princ.ff.de liber.& posthu. ibi, posse.per
l.1.C.de desertor. lib.12. Sed melius facit iste text.
Facit etiam G.in.c.à collatione.de appella.lib.6.VI
6 timo not.quòd† asserens dispensationem,debet illã
probare ad quam probandam requiritur probatio
potestatis dispensantis, vt not. in. c.1.de offic.leg.
lib.6.Et aduerte quia si est prælatus, qui aliàs pote-
statem habeat de iure communi,sufficit tunc proba
te prælaturam. Si verò non habet, requiritur pro-
batio concessionis potestatis dispensandi. Facit qđ
not.in simili.in.c.cum iniur.de offi.deleg.&.c.quod
7 super his.de fide instru.¶ Glo.1.quærit† vtrum or-
dinans scienter indignum, videatur dispensare.&
solu.quòd non,nisi exprimatur,Deinde quærit, qua
liter probetur dispensatio.deinde de vno effectu di-
spensationis.In eadem ibi, expressa causa præsumi-
tur.dic,idem tenet glo.in.c.literas.de conces.præb.
& Host.& Goff.& Inno.in.c.veniens.de fil. præsbyt.
Contrarium tamen videtur tenere idem Inno. in.c.
diuersis.de cler.coniug. &. c. nostri. de elect. Ioan.
And.hic dicit,quòd aut præcessit causæ cognitio, &
promouendo videtur dispensare. Aut non præcessit
& tunc secus;imo punitur promouendo indignum,
vt.c.quicunq;.&.c.qui in alio.alleg.in gloss.Allegat
etiam not.in simil.in.c.fin.de coniu.seruo.&. c. vni.
de æta.& qualita.lib.6.Sed D. m. hic contra hanc di
stinctionem allegat tex.cum ibi not.in. c. præterea.
de test.cogen.vbi cum infame promoto ad officium
publicum ex sola promotione videtur facta dispen
satio respectu infamiæ præteritæ.& hoc quando in-
famia erat publica,secũdum Hostien.ibi, & videtur
velle in.d.c.qui in aliquo.51.distinct.Faciunt etiam
not.in.l.Barbarius.ff.de offi.præto. Vnde. D.m.pro
concordia distinguit, quòd aut princeps promouit
notoriè indignum,& videtur secum dispẽsasse; quia
non astringitur ad causæ cognitionem præmitten-
dam.Et hoc casu procedit d.l.barbarius.& si.Aut lo
quimur inferiore;& procedit distinctio Ioan. And.
vide ad materiam gloss. in. c. statutum. de rescript.
lib. 6. Ego in hoc articulo aliter distinguerem, sed
omitto,quia non est principalis materia titu. nostri
Sed dic de eodem vt traditur in dictis iuribus. Et
vide omnino quæ dixi in.c.postulasti.de rescript. 2.
q.prin.ver.34.ibi item arbitror aduertendum. Ali-
quid per Innoc.in.c.super co.de biga.Paul. in clem.
fin.de sent.excom.per Doct.in.c.1.de constit.in.D.
Oldr.q.215.Ioan.de Imol.in. l. quidam consulebãt
de re iud.In ea.ibi,per testes. Not. ex hac glo.quod
8 non est † credendum simplici verbo superioris asse-
rentis se dispensasse & glo.81.dist.qui sint.Quæ etiã
probatur, quod dispensatio probari potest per in-
strumentum.Facit.c.suæ.de cler.perc.In eadem glo.
ibi,confiteatur episcopo in secreto. Dic; not. hanc
9 gloss.quæ vult,quòd † non sufficit confiteri, nisi illi
qui potest in illo peccato dispensare. In eadem ibi,
adhuc potest accusare.Dic, aduerte;quia hęc gloss.
non potest intelligi in vera dispensatione;sed in di-
spensatione per viam sententiæ, prout gloss.sentit.
Vel in vera dispensatione occulta, quæ probari non
potest.vnde perinde est, ac si non esset facta quo ad
effectum gl.licet quo ad se sit tutus.Facit.l. duo sunt
Tirij.de testam.tute.vide quæ dixi in.c. de his. §. de
accu.versi. quandoq; & quarto. & versi. quandoq; &
quinquagesimo primo.ibi,ex eo quod dicit. dic, &
10 hanc tenuit Philip.quia † episcopus regulariter non
potest dispensare,secundum eum;nisi in casibus à iu
re expressis.de tempo.ordina.c.dilectus.In.fi. gloss.
dic,quòd aut nos loquimur in spiritualibus, seu sa-
cramentis, quæ non expectant post se aliam execu-
tionem,vt corporis Christi,& si.& potest simplex sa
cerdos dispensare,per viam pœnitentiæ. Aut in sa-
cramentis requirentibus post se executionem,& dic
quòd in episcopali solus Papa dispensat,vt.c.quia di
ligentia. §. de elect. Et idem in dignitate exempta
vt.c.cum venerabili.de consue.&.c.penul.&.fi. de re
nun.In inferioribus verò distingue,quòd aut quis re
cepit ordinem scienter, aut ignoranter ignorantia
supina, & solus Papa dispensat. Aut ex ignorantia
probabili, & dispensat episcopus. Sicut dicimus in
c.1.de ordin.ab episc.qui renun. epi. Dummodo ta
lis episcopus non fuerit in culpa talem schismaticũ
ordinando.Extra glo.opp.Doct.in eo quòd tex.di-
cit, quòd archiepiscopus iste poterit ordinatum ab
officio repellere;videtur enim quòd non solum pos
sit,sed quòd debeat; quia ordinatio fuit irrita quo
ad executionem,vt.c.præceden. & innitens tali ordi
nationi est excommunicatus,vt ibi.Soln.duplex,se-
cundum Docto.Vna,quòd contrarium est verum.&
ideò dum tex.dicit,poteris,debet suppleri, & debes
Secunda Soln.est, quòd ideò poterit;quia potest nõ
velle,secum dispensando.Et hæc sol.videtur tenere,
quòd episcopus potest dispensare. Vel dic & tertio
11 † quòd verbum poterit accipitur, secundum subie-
ctam materiam,secundum quam,quandoq; impor-
tat voluntatem,vt not. Archid.l.distinct.in.c.quan-
tum.& traditur in.l.non quidquid.ff.de iudic. Vlti-
mo pro complemento huius materię, quia sumus in
12 tempore schismaticis, quæro tempore † schismatis
qualiter quis credere debeat. de quo pluries fui con
sultus.Bald.in.l.cum status.C.de ordi. cogni. dicit,
quòd quis potest esse neutralis.Ego hanc.q. non in-
ueni à Docto.tactam; arbitror tamen in ea posse ita
distingui, quòd aut quis scit neutrum esse summum
Pontificem legitimum, & tunc debet esse neutralis,
vt dicit Bald. Aut scit alterum esse legitimè electũ,

& in-

& intronizatum;alterum verò intrusum, & adhærebit primo legitimo, etiā si totus mundus adhæreret alteri;quia in incertis, non certis locus est coniecturis. Aut ignorat quis ipsorum sit intrusus, & tunc vtriq; nullo modo debet adhærere; quia esset schismaticus,& hæreticus.argu.eorum quæ dixi in rubr. Sed cui debeat adhęrere; dic, quòd adhibere debet diligētiam,vt sciat,quis ipsorum sit legitimus. Aliàs autem esset in culpa. nec ignorans potest esse neutralis. & ideò debet quærere veritatem tam in facto, quam in iure; quia aliàs esset in culpa. Facit quod not.Bald. C.qui admit.ad bono. pos. vbi dicit quòd
13 †mulier, vel rusticus qui possunt consulere peritiores non excusantur à iuris ignorantia;ratio est, quia naturalis motus impellit, & prouocat ad quærēdum id quod ignoratur, quia omnes homines natura scire desiderant,vt in prin.metaphis. Licet Bart.in.l.in bonorum.ff.de bo.pos.in eo quòd Bal.dicit de muliere,& rustico teneat contrarium. In casu tamen nostro placet opinio. Bald. cum loquamur in his quæ pertinent ad salutem animæ. in quibus non est tolerabilis ignorantia,vt not.gl.in vers.ignorātia. & ibi. d.Domi.in.c.1.de sum.trin.lib.6. Facit.l.2.& quod ibi not.C.de in ius vocan.28.dist.qui ea.Facit quod dicam in glo.in vers.minor ætas in c. 2. ꝗ.titu.1.Si verò adhibita debita diligentia non posset quis scire veritatem,arbitror quòd debeat adhærere illi,cui adhæreret episcopus suus. quia quādo aliquid est dubium circa spiritualia, debet quis illud sequi quòd suus sequitur episcopus,vt.l.omni.& ibi not.Barto. C.de sacrosſ.eccle.Facit quod not.in. c. tuam. ꝟ. qui fil.sint legit.&.c.lator.de ord.cogn.&.c. si iudex laicus.de sent.excom.lib.6.Et ideò si vacaret sedes episcopalis, posset esse interim neutralis; nisi tempore præcedentis episcopi esset schisma,& episcopus præcedens adhæsisset alteri. Facit quòd traditur in simi. in.c.de vxore.de sepult.

De Apostatis, & Reiterantibus baptisma.Rub.

SVMMARIVM.

1 *Apostasia quid,& vnde.*
2 *Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.*
3 *Apostasia quotuplex.*



Ontinuatur hoc ordine, quia hæretici,& schismatici incidunt in apostasiam; ideò subijcitur hæc rubr. de apostatis. Et quoniam reiterantes baptisma vidētur apostatare dum recedunt à priori baptismate; ideò subijcitur,& de reiterantibus baptisma. Et ad euidentiam dicendorum,
1 Quæro,†quid sit apostasia.Sol.est temerarius recessus à statu fidei,vel obedientiæ,vel religionis, quam quis professus est se tenere, cum legitima sit. nam si Iudæus,vel infidelis,vel Christianus professus falsam religionem ab illa recederet, nou diceretur apostatare;quia nō retrorsum sed antrorsum incederet. Nec etiam si ex secta Iudæorum quis transiret ad sectam Saracenorum diceretur apostatare; quia requiritur quòd transiens sit catholicus.l.Iudæi.C.de Iudæ.26. q.7.non obseruetis.C. ne sacrosanct. bapt.l.2.tenet Oldra.consilio.51.quod incipit, Iudæus. Et dicitur apostasia,quasi post status,& retrogradus status.26.
2 q.7.non obseruetis. Tales† enim dicuntur mittere manum ad aratrū,& retrospicere; vnde non sunt digni regno Dei, vt.c.magnæ.§.1.de vot.& Lucę.c.9.
3 ¶ Vltimo quæro,quotuplex† sit apostasia. Solutio, dic,quòd apostasia,vt dixi importat retrocessionem quandam à Deo;& ideò est multiplex. Nam sicut secundum diuersos modos quis coniungitur Deo; ita & pluribus modis disiungitur. Coniungitur enim Deo quis, primo per fidem, & sic per sacramentum, baptismi,sine quo nullus potest saluari,vt.c.nulla.de consecra.dist.4.&.ꝟ.de baptis.c.debitum.Secundo, propter debitam, & subiectam voluntatem ad obediendū pręceptis Dei. Tertio, propter aliqua opera specialia pertinentia, & emissa ad frugaliorem vitā; vt per clericatum,sacros ordines,vel religionem.Disiungitur autem,hoc est, apostatat quis à Deo, primo recedendo ab ordine, seu religione, quàm professus est,conuersando vt laicus,vel habitu religioso postposito tanquam clericus sęcularis. Et hęc dicitur apostasia ordinis, vel religionis. de qua traditur 50. distinct. c. fin. 47. distinct. c. quantumlibet. 16.q. 1. c.legi.3.q.4.c.beatus. Item fit hęc redeundo ad seculum,vt traditur in.c.fi.ꝟ.de vit. & honest. cleric.&.c.in audientia.&.c.perpendimus.ꝗ.de senten.excommu.20.q.3.c.2.&.3.ꝗ.eodem.c.quidam. &.c.penul. & fin. Secundo apostatat quis à Deo per mentem repugnantem diuinis mandatis. Et hęc dicitur apostasia inobedientię,vt.ꝟ.de maior.& inobed.c.si quis.&.c.illud.&.2.q.7.c.non potest. 3.q.4. c. 1. Tertio apostatat per discessum à Deo per fidem.& hęc dicitur apostasia perfidię; & ista simpliciter pertinet ad infidelitatem, sicut fecit Iulianus apostata.2.q.7.non potest. Vltimo aduerte, quia de secunda parte rubricę habes solum in.c.2.ꝗ.eod. &.c.ne sacrum.& de consecratio.distinct.4. non licet. vsque ad capit. præsbyteris. De prima verò parte traditur in alijs iuribus.ꝟ. allegatis.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Clericus dimisso habitu,& tonsura incedens, apostatare dicitur. Fallit, vt nu.5.*
2 *Clerici habent certum & distinctum habitum.*
3 *Apostata qua pœna puniuntur.*
4 *Lex quando dicatur recepta, vel non.*
6 *Clericus quot habet priuilegia.*
7 *Clericus in minoribus, an apostatando perdat priuilegium.*
8 *Bigamia clericatui contraria.*

Pra-

Preterea. Varijs modis legit; & ideo fortè Ioan. Andr. non summauit, vel propter eius breuitatē. d. verò Anto. ita summat, Clericus sine habitu & tonsura deprehensus non gaudet priuilegio clericali. h.d. Quod summarium est nimis generale, & contra. c. si iudex. de senten. excom. lib. 6. & etiam contra. c. contingit. &. c. in audientia. ∫. de sent. excom. Vnde D. m. aliter summat. Per censuram ecclesiasticam nō liberantur clerici à manibus secularium, si sine habitu, & tonsura immiscentes se enormitatibus deprehensi fuerint, & per prius haberent se vt laici. Vel sic secundum alium intellectum, clerici qui dimissio habitu, & tonsura immiscent se enormitatibus. perdūt priuilegium. c. si quis suadente. vnde eos aprahendētes nō incidūt in irregularitatē. h. d. Not. primo q
1 † clericus incedens dimissio habitu, & tonsura dicitur apostatare. Secūdo not. casum in quo clericus statim perdit priuilegiū clericale, vt dicā. ∫. Vltimo not. q
2 † clerici dicuntur habere certū habitū. Quod intellige, nō determinatū; sed honestū, vt tradit in. c. pe. de vi. & ho. cle. p gl. in cle. 1. & ibi dixi de ele. & vide bo. tex. 41. dist. parsimoniā. In gl. 1. ibi, ē aūt triplex. Dic, vt dixi in rub. Et adde quod dicit Inn. in. c. fi. de renun. &. c. intelleximus. de æta. & qualit. vbi dicit, q religiosus recedēs incōsulto superiore, nō subijciēs se alicui obedientiæ, dicitur apostatare; ēt si deserat habitū & tonsurā; quia dicitur venire cōtra obedientiā, quæ est de substantialibus regulæ, vt. c. 1. de statu regu. & sequitur hic D. m. In eadem ibi, & dicit apostata, dic, vt dixi. in rub. In. fi. glo. dic, Sed quærūt hic
3 Doc. qua † pœna puniātur Apostatæ. Sol. dic, q Apostata a fide punitur, vt hæreticus. & sic dicendum est, vt dictum fuit. ∫. de hæreti. Apostata verò inobedientiæ punitur diuersimode; quia aut non vult obedire superiori, vel canonibus. credēdo principē nō habere potestatē legis cōdēdæ; & punitur vt hæreticus. 19. distinct. nulli fas. not. gl. in. c. generali. de elect. lib. 6. & Paul. in cle. 1. de æta & qualit. Aut nō negat potestatē, sed nō vult obedire ex cōtemptu. & dic, q si est lex præcepti, & recepta per subditos, & pœna sit specialiter apposita, debet puniri illa pena. vt. c. de cansis. de offi. de leg. not. Ioā. And. in. d. c. generali. in nouel. & Ioā. mon. in. c. cupiētes. §. si verò. de elect. lib. 6. Si autē pœna non sit deretminata, tūc debet attendi ex insta causa illā non seruet; quā causam si legislator cōsiderasset, non præcepisset in illo casu. Exēplū in ieiunio; & iste nō peccat mortaliter; quia nō repugnat intētioni legis 76. dist. vtinā. Si verò venit contra finē legis; & tunc aut semel tantū, & nō est deponēdus, licet peccet mortaliter. not. Paul. in d. cle. 1. allegat not. 74. dist. honoratus. &. 1. q 1. c. fin. Quod limitat Ioan. de Imo. in clemē. 1. de æta. & qualit. si modo per negligētiā, vel errorē nō obedit. Facit quod not. 18. dist. in sum. Secus si ex contēptu scienter; quia tūc, etiā si nisi semel fecerit, debet deponi. argu. c. cum illorum. de sent. excom. &. c. fin. ∫. de exce. prælato. Et posset excōmunicari. Ita pōt intelligi glo. in procem. decre. Aut pluries venit contra præceptū canonis, & est deponēdus. Ita pōt intelligi. 4. distinct. §. fin. & glo. fin. in. c. grauis. de cēsi. Posset ēt si esset incorrigibilis tradi curiæ seculari, vt c. cum nō ab homine. ∫. de iud. Et prædicta arbitror procedere, quando constitutio esset clara; secus si dubia. Facit quod not. in. c. fin. ∫. ne cle. vel mon. & Io. And. in. c. pen. de ferijs. dixi in clemen. statutum de elec. Vel per aliquā obseruantiā consuetudinis esset offuscata, vt not. sing. Ioan. de Imol. in clem. 1. de rebus eccle. non alienan. & not. D. m. in. c. de quāta. de præscript. Si verò esset lex præcepti, & non recepta per subditos, non obedientes non punirētur, vt not. glo. 2. in fin. c. 2. de treug. & pace. &. 3. dist. c. leges. Si verò lex esset consilij, dic, q aut est consilij perfectionis, vt est illud Matthei. c. 19. Si vis esse perfectus, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; Vel si quis percusserit te in maxillam dexteram tuam, prebe illi & alterā. Matth. 6. &. 14. q. 1. c. fin. & talis nulla pœna est puniendus, quia non dicitur peccare, vt ibi & not. glo. in versic. propter deum. in. c. solitæ. de maio. & obedien. Et ita debet intelligi gl. in. d. c. generali. Aut est consilij & reuerentiæ, vt puta, si consulit illud, quod inferior pro bono suo deberet obseruare; & talis nō peccat mortaliter, sed venialiter. Exemplum, vt no. glo. in. c. ad aures. de tempo. ord. in clem. 1. de test. Archid. 6. distinct. c. testamentum. allegat glo. fi. in. d. c. ad aures, & idem not. 26. distin. §. aliās ea demum. &. 25. q. 1. c. violatores. Et hæc, procedunt quando quis contemneret simpliciter nolendo seruare consilium; secus si contemneret; tāquam non bonum; quia tunc obligaretur ad mortale, vt not gl. 10. distin. quis autem. Et prædicta procedunt
4 etiam in lege honestatis. Quādo † autem lex dicatur recepta, vel non, & quando dicatur consilij, vel præcepti, vide quæ dixi in. d. clemen. 1. de æta. & qualita. Et sic habes ex prædictis qua pœna sit puniendus veniens contra leges, vel canonis; & sic qua pœna apostata inobedientiæ. In apostata verò religionis, dic quòd si est clericus secularis. non est ipso facto excommunicatus, sed excommunicandus, & si expedierit grauiori pœna afficiendus, vt. c. penul. ∫. eod. Religiosus verò est excommunicatus ipso facto. tex.
5 in. c. 2. ne cle. vel mon. lib. 6. Prædicta † tamen limita, nisi ex causa relinqueret habitum & tonsuram, puta. quia habet transire per loca periculosa, vel si. iuxta not. in. c. Deus qu. de vit. & honest. cler. Facit ratio d. c. 2. ne cle. vel mo. Et vide Oldr. consi. 202. qui dicit, q dimittens ex leuitate non est apostata. sed largo sumpto vocabulo. ¶ Glo. fi. op. & sol. tripliciter. In. fi. gl. dic ex hac glo. colligūtur tres lecturæ. prima q si clericus viuit omninò seculariter, dimissio habitu & tonsura, perdit priuilegium clericale? Hæc tamen lect. reprobatur, quia nimis restringit. c. si verò. Item q videtur contra tex. in. c. si iudex. de sen. excomm. lib. 6. Secunda lectu. est, q licet clericus seculariter viuat, non tamē perdit priuilegiū fori, sed ecclesia contra detentorem non exercet censuram ecclesiasticā; quia ex quo cōtempsit ecclesiam, merito debet ab illa cōtemni. vt in. c. 2. ne cler. vel mona. Et hæc lectu. est satis vera in seq. Tertia lectu. est, quòd loquitur de clerico tertio monito. & est vera in se, sed continet diuinationem. Quarta lec. potest dari extra gloss. secundum. D. m. videlicet, quòd text. non intelligatur de priuilegio fori; sed de priui-
7 legio. c. si quis suadente. Habet † enim clericus duo priuilegia, & fori, & illius canonis, si quis suadente.

primum

primum perditur cum maiori difficultate; nec perditur per dimiſſionem habitus,vt.d.e.ſi iudex laic. ſed ſm perditur, vt.c.cum non ab homine. & c. perpendimus.ĵ.de ſent.excom. & hoc modo poteſt
7 intelligi tex.noſter.Sed quæro† vtrũ clericus in minoribus apoſtatando perdat priuilegium. Sol.dic, q ſi eſt apoſtata fidei, non eſt dubium. Si vero religionis die, ſecundum Innoc. q aut exercet actum
8 omnino contrarium clericatui, vt † quia bigamus; vel militat, & exercet ſęua, vel quid ſi. & ipſo facto ammittit,vt.c.1.de biga.lib.6.84.diſtin.c.quiſquis. Aut non exercet actum omnino contrarium, quia duxerit vxorem, ſed virginem,vt.c.1.de cleri. côiu. libr.6.vel militat, ſed non facit ſęua.32.diſtin. ſeriatim.& non perdit,vt.c.fin.de cle. coniuga. Item non perdit viuendo ſęculariter, & exercendo aliquam negotiationem, niſi præcedat trina monitio. vt.c. ad audientiam. & c.contingit.ĵ. de ſenten. excom. Quod tamen intellige, vt dixi in præcedentibus lectu. Item limita,ſecundum not.in clem. 1.&.2.de vit. & honeſt. clerico. & ſequitur hic do. Ant.&.D.m.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegis non eſt credendum.*
2 *Baptiſmo quot modis ſit iniuria.*
3 *Delictum quæ attenuant.*
4 *Crimen publicum impedit promotionem ad ordines.*
5 *Diſpenſatio facilis cum intrante religionem. & quare.*
6 *Ingreſſus religionis non tollit irregularitatem. & nu.9.*
7 *Rebaptizatus,& rebaptizãs ſcilicet qua pœna puniãtur.*
8 *Minori non licet ignorare iura Diuina, vel naturalia ad fidem pertinentia.*

Ex literarũ. Si crimen Acolyti, q rebaptizanti præbuit miniſterium, eſt occultum, poteſt promoueri, ſi publicum, non poteſt. niſi diſpenſetur cum eo religionem ingrediente.h.d. Primo ponitur deciſa conſultatio.2.bimembris reſponſio ſecunda ibi, quia ergo. & ſecundum membrum ibi, ſi verò. ¶ Not. primo quòd
1 †ſortilegis nõ eſt credendum,etiam ſpe ſalutis cor-
2 poralis,vt.c.1.&.2.de ſort. Secundo not.q †tribus modis infertur iniuria baptiſmo. primo ſi reiterať, ſecundo ſi confertur alia forma, quã ſit conſtitutũ. tertio ſi extra eccleſiam baptizatur ſecundum Vin-
3 cen. Tertio not.q†minor ętas, & intentio ſalutis, ſeu pietatis, attenuant delictum. Iſte enim Acolytus erat frater iſtius rebaptizati, vt apparebat in antiqua,ſecundum Io.And. Facit quod in ſimili dicimus de dolore.in.l.ſi adulterium.§.imperatores.ff.
4 ad leg.Iul.de adult. Quarto no.q † crimen publicũ impedit promotionẽ ad ordines. Secus occultum; quia tunc regulariter non requiritur diſpenſatio; ſed peractio pœnitentiæ. vt hic &.c.fin. de tempo.
5 ordi. Quinto not. qď † cęteris paribus facilius diſpenſatur cum intrante religionem, quàm cum remanente in ſęculo. Et hoc propter diuturnam pęnitentiam quam ibi aget.33.q.2.admonere. Vltimo
6 not.q † ingreſſus religionis non tollit irregularitatem. vt hic in glo.in verſ. religionis. Sed quærunt
7 hic Doct. qua pęna puniatur ſac ens ſe rebaptizari. Sol.dic ſecundum leges, ſi eſt laicus,pena vltimi ſupplicij,vt.l.1.&.2.C.ne ſacrũ baptiſ.&.ſic pœna mortis,vt.l.vltimum ff.de pęn.Epiſcopus autem, vel ſacerdos ſacerdotio ſpoliatur,vt.l.1.C.de ſac. baptiſ. Sed ſecundum canones, ſi eſt clericus, deponitur; ſi laicus excommunicatur,nec de cetero ordinatur.vt in iuribus alleg.hic in glo.&.1.q.7.qui in qualibet. Et hæc vera,quando conſtat quem fuiſſe baptizatũ. aliàs ſecus; quia tunc poteſt rebaptizari, ſecundum formam.c.2.de baptiſ. ſecundum Hoſtien. & Ioan. And. Item prædicta vera,quando quis erat verè baptizatus. Sed ſi erat catechizatus, vel initiatus miniſterijs orthodoxorum, & poſtea ſecundum morem hęreticorum, fuit rebaptizatus,vel baptizatus. nam baptizanti, & baptizato, ſecundum leges, imponitur pœna exilij, & mulcta decem librarum auri,vt.l.fin.C.ne ſacr. baptiſ. & ſequitur Hoſtien. in ſum.huius titu.§.fin.in fin. ¶ Glo.in verſi.iniuriam. primo fortificat. text. deinde quærit. & ſol. In fin. dic, ſecundum Goffr. q in veritate non offuſcatur primum ſacramentum,ſeu character iam impreſſus; nec nouus imprimit.vide bo.gl.68.diſt. q vero.vbi gl.arguit pro,& cõtra. Sed iniuria fit quò ad animũ facientis; quia quantum in ſe eſt, facit iniuriam ſacramento,credendo illud nõ ſufficere.vel aliter eſtimando & ſequit Hoſt.in ſum.eo.tit.§.fi.in.fi. ¶ Gl. in verſi.acolytus.in fi.dic, ſecundum Hoſt.quòd iſte Acolytus ſolum præbuit miniſterium rebaptizanti reſpondendo, vt patet in antiqua hic deciſa quæ tamen hic non debebat detrahi, ſecundum eum. nam propter hoc quidam intelligunt hunc Acolytũ fuiſſe rebaptizantem. Et de tali præbente miniſterium poteſt intelligi.l.1.C.ne ſac.baptiſ.¶ Gloſ.in verſi. minor etas. in fin. dic, ſecundum Goffr. quòd licet minoribus liceat ignorare iura poſitiua,non tñ licet
8 ignorare † diuina, vel naturalia ad fidem pertinentia.38.diſtin.c.qui ea quæ Dei ſunt. Facit.l.2.C.de in ius vocan. In his enim per viſum eſt decipere, & decipi.16.q.1.ſi turpis. Et hæc faciunt ad ea quæ dixi in.c.ſin.de ſchiſ. ¶ Gloſ. fina. primo colligit argumentum. deinde oppo. & ſol. ponendo opin. In fin. glo. dic, circa hoc non poteſt dari certa do-
9 ctrina;quia † quandoq; reperitur, quòd in quibuſdam ingreſſus religionis tollit, quandoq; non. vnde dicit D.m.poſſe dici, quòd irregularitas tollatur ſolum in caſibus à iure expreſſis,in alijs non.Nam iura quæ volunt,q tollatur,non dant regulam generalem; ſed loquuntur in caſibus ſuis. vide qď not. in c.in quibuſdam.ĵ.de pẽ.not. D m.in.c.teſtimoniũ. de teſti.dicam latius in.c.ad audientiam. de homic. in.quæſt.qualiter tollatur irregularitas.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus apoſtaſia cogitur ſe purgare.*
2 *Modus procedendi contra infamatos de apoſtaſia.*
3 *Clericus an dicatur apoſtatare relinquendo habitum.*

4 *Clericus an compelli possit ad reassumendum habitum.*
5 *Clericus an clericatui renuntiare possit.*

1 Tuę fraternitati. † Infamat' de
apostasia cogitur se purgare.h.d primo, ponitur de
cisa consultatio; secundo responsio,ibi,super,secun
do. not. primo summarium, qđ procedit etiam re-
gulariter in infamato de quolibet crimine,vt.c.acce
dens.de purg. can.&.2.q.5.c.pręsbyter.&.c.de hoc.
2 &.c.insinuatum.de symo.Secundo not.vnum † mo-
dum procedendi contra infamatos de apostasia ꝓ-
pter habitum dimissum ; quia debent coherce-
ri, donec se purgauerint. Quod quidam intelli-
gunt,vt interim reassumant habitum, quod non pla
cet. D.m.quia si prius cogerentur reassumere ha-
bitum, & postea illum desererent; quia se purgarēt;
notarentur quadam infamia. vnde intelligit, ꝙ de-
bent compelli, vel ad se purgandum, vel ad reassu-
mendum habitum. Vnde practica erit, qđ statuatur
terminus ad se purgandum,& si se purgauerint, satis
est. Si verò non, habebūtur ꝓ conuictis; & cogen-
tur reassumere habitum,& hic intellectus plus mihi
placet;Facit quia cum iste sit in possessione iuris lai-
calis, non debet pēdente lite priuari iure suo, vt lit.
pen.per to. ¶ Glo. fin.op. & solu.distinguendo. In
fin dic,Doct.hic variè loquunt. Sed d.Ant.D.m.pro
clara examinatiōe prosequunt tria membra;primū,
an clericus dicatur apostatare relinquendo habitū.
Secundum,an possit compelli ad reassumēdum.Ter
tium, an clericus possit renuntiare clericatui.Circa
3 primum,dic,ꝙ † si est religiosus professus;vel in sa-
cris cōstitutus dicitur apostatare, vt hic&.c.1.ē eo.
20.q.3.c.1.&.2.q.3.c.eos. secundum quod intelli-
gunt Hosti. & Inno. d.c.eos.&.c.1.ē. eod. Nam ibi
æquiparatur clericus religioso,quò ad reassumptio-
nem habitus. Et sic patet,ꝙ illa æquiparatio proce-
dit quò ad clericos in sacris. Idem etiam dicendū
de clerico in minoribus, si est beneficiatus; quia ra-
tione beneficij tenetur ferre habitum, & tonsuram.
50.distinct.c.fin.& qđ ibi not.secus si non habet be-
neficium,secundum Inno.licet quidam contra; &
male, vt probatur in cle.2.de vita & hon.clerico.vbi
clerici in minoribus ex desertione habitus, & ton-
surę non puniuntur, si per omnia incedunt vt laici.
Secus si immiscerent tonsuram cum habitu inhone
sto.vnde dicit D.m.qđ episcopus bene faceret,si ta-
les omnes admoneret primo.2.&.3.ꝙ reassumerent
habitum, & si non reassumpserint amittant priuile-
giū clericale,secundum not.in.c.in audiētia.de sent.
excō. Aliàs enim sequi possent multæ absurditates,
quia quidam assument primā tonsurā,non vt clerica
liter uiuant,sed vt possint se defendere à iudice secu
lari,& tamen non incedunt vt clerici.Sed aduerte ne
erres;quia non sufficit generalis monitio, sed specia
lis requiritur de ipsis certis personis, ad hoc vt tales
sic incedentes possint priuari, vt probat in.c.fin.de
vita & hone.cler.& in gl. in versi. nominatim in cle.
1. de vit.& hone.cleri.Itē facit,quia citatio,vel mo-
nitio generalis non sufficit,vbi sunt certi qui citādi,
vel monendi sunt,vt not.in.c.si qui ma.ac. pos.& in
cle.1.de iudic.&.c.significauit.de testi.no.in.c.fi.de
elect.lib.6.& qđ not.in.c.humilis.de maio.& obed.
secus si per statutum dispositum esset generaliter. Et
hoc reperio tenuisse D.m.in.c.fi.de vit.& hone.cler.
& vide Io.An.in addi.Spe.in tit.de cle.non resi. Cir
ca secundum, videlicet, an clericus possit compelli
4 ad reassumendum habitum.conclude, ꝙ † religiosi
professi;& constituti in sacris possunt compelli, vt
hic.&.c.pen.ē.eo.&.d.c.eos.Idem in habentibus be
neficia,vt.d.c.fi.50.dist.&.c.Ioannes.de cler.cōiug.
Alij verò non possunt præcisè compelli; sed causa-
tiuè per monitionem,& comminationem amisio-
nis priuilegij clericalis. Circa tertium membrum,
5 an clericus † possit renuntiare clericatui. non est du
bium,ꝙ si est religiosus professus,vel in sacris, ꝙ nō
potest,vt.c.fi.diligenti.de foro compe. Sed si est in
minoribus, solo verbo non potest renuntiare, vt.d.
c.fi diligenti.sed exercendo actum omnino contra-
riū clericatui potest,vt dixi in.c.1.ē.eo. vel per mo-
rationem præcedentem secundū formam glo.p̄ced.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Homo nouus qui.*
2 *Vir duplex animo esse non debet.*
3 *Infidelis voluntariè fidem susceptam seruare cogitur.*
4 *Christianus post agnitam fidem retrocedens, infideli, qui eam non vult cognoscere, deterior est.*

Quidam. Iudæi baptizati ritus Iu
daicos dimittere cōpel-
luntur.h.d. Vel sic,& ge
neralius. Baptizati,ritus alterius sectę dimittere cō-
pelluntur.h.d.secunda,ibi,statuimus. ¶ Noto pri-
mo, ꝙ quis solum voluntarius debet baptizari.Secū
1 do not.ꝙ † per baptismum quis dicitur nou' homo;
nam dicitur renasci in spiritu, & aqua. iuxta illud,
nisi quis renatus fuerit. &c. 3. Et ideo baptiza-
tus debet dimittere ritus alterius sectæ, quia dicunt
Ebionitę.24.q.3.qdā. & nō est qa translato sacerdo
2 tio &c. Tertio no.ꝙ † homines nō debēt esse dupli-
ces; qa tales maledicti sunt,vt hic &.88.dist.eijciēs.
sed debent esse simplices. & talis simplicitas, dolo
cōtraria, & duplicitati, summè laudanda est,vt.c.3.
ē.de præsumpt.22.q.4.innocens. Simplicitas verò
contraria discretioni, vituperanda est.47.distinc.c.
3 de Petro. Quarto not. qđ † licet infidelis non pos-
sit compelli ad suscipiendam fidem Christi, vt.c.si-
cut.ē.de iudæ. tamen susceptam cogitur seruare, vt
c.contra christianos. de hęreti. lib.6.45.distin. c.de
4 iudæ. Vltimo not. quòd cęteris paribus in † mino-
ri peccato est infidelis, qui non vult fidem Christi
agnoscere, quàm Christianus qui post agnitam re-
trocessit. iuxta illud Horat. Turpius eijcitur,quàm
non admittitur hospes. In glo.fi.in.fi.dic, dicit ta-
men hic Goffr. & sequūtur Doct.quòd certo respe-
ctu minus malum est viam Domini agnoscere,& re-
troire; quā nunquam agnoscere; quia si retrocedens
iterum redierit ad fidem, bona per eum prius facta
reuiuiscunt,de pęni.distin.3.pium. sed gesta per in-
fidelem non reuiuiscunt, cum caruerint fundamen-
to baptismatis.1.q.1.cum Paulus.

Cap.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *Apoſtata minis, & blanditijs reducendi.*
2 *Iudex eccleſiaſticus poteſt, carcerare etiam ad pęnam.*
3 *Fractoris carcerum pęna.*

A nobis. Apoſtatæ carcerari, & affligi poſſunt, vt habitum reaſſumant.h.d. ¶ Noto
1 primo q̃ † minis, & blanditijs eſt quis reducendus ad opera bona. Et ſi hæc non ſufficiunt, tunc deueniendum eſt ad actuales cohertiones.45.diſt. c.cum beatus.&.c.diſciplina. & hoc debet iudex velle facere.& non ſolum debet poſſe. & ita intelligit hic
2 Hoſti.verbum, volueris. Secundo not. qđ † iudex eccleſiaſticus poteſt carcerare etiam ad pœnam, & attenuare victum, vt vita fiat carcerato miſera, dando illi panem, & aquam ſecundum Io. And. Facit c.nouimus. de verb.ſigni.ibi, Ita vt mors ſit illi ſolatium, & vita ſupplicium dicit tamen, qđ carcerem aſperare non debet ita vitam attenuare, & q̃ propter hoc moriatur; quia efficeretur irregularis. Ad qđ male aduertunt nonnulli prælati, ſecundũ D.m. qui adeo victum attenuant, qđ mors inſequitur. nã debet eis vita conſeruari vt hic, licet miſera. & dicit tex. in.d.c.nouimus. qđ ex pane doloris ſuſtentandus eſt. Facit qđ not. Io.de Lign. in clem.1.de pęn.& remiſ. Aduerte tamen, quia hic carcer non fit ad pœnam perpetuam; ſed temporalem probatur ex tex.dum dicit, donec quod eſt aduerbium tẽporis facit.c.fin.& glo. in verſi. donec. ſ̃. de matri. contrac.contra interdic. eccle. & tex. & glo.in verſic.donec. in.clem. t.de ęta.& qual. & ibi dixi. Sed contra prædicta oppo.nam carcer non debet deputari ad pęnam, ſed ad cuſtodiam, vt.l.fi. C.de cuſto.reo.l.aut damnum.§.ſolent.ff.de pé.Sol.contrarium procedit de iure ciuili. quo iure, nec ad perpetuum, nec ad temporalem carcerem quis damnari poteſt; ſecus de iure canonico, vt hic &.c.penul.ſ̃.de hęreti.&.c.quamuis de pé.lib.6.de quo dic, vt dixi in.c.veniens. de accuſ. in.10.q.1.q.principalis. glo. in verſic.blanditis.in fi.dic, & ſi iſta non ſufficiunt, vt quia fraugit carcerem, vel peiora cõmittit proceditur contra eum, de iure canonico ſecundum not.
3 in.c.cum non ab homine.de iudic.ſecundum † vero .ll.fractoris carcerum eſt pœna capitis, vt.l.1. de frac.&.l.pen.ff.de cuſto.reo.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus dimittens habitũ efficitur apoſtata religionis.*
2 *Apoſtata in ſuſcepto ordine miniſtrare non poteſt ſine diſpenſatione Papæ; quamuis pœniteat.*
3 *Epiſcopus diſpenſat in minoribus cum Apoſtata. & ibi vide quid in Apoſtata regulari.*
4 *Apoſtata Regularis excommunicatus eſt.*
5 *Apoſtata an poſſit ad maiores ordines ſine diſpenſatione aſcendere.*
6 *Religioſus tranſiens ad aliam religionem, etiam ſine licentia, non eſt apoſtata. & quare.*

Conſultationi. Monach⁹ in apoſtaſia ordinatus nõ poteſt ſine diſpenſatione in ſuſcepto ordine mini-
1 ſtrare.h.d.¶ Noto primo q̃ † religioſus demittens habitũ, efficit̃ Apoſtata religionis, ẽt ſi efficiat̃ ſecu-
2 laris clericus. Secũdo not. qđ † apoſtata cui collatus eſt ordo, non habet ordinis executionem ſine diſpẽſatione Papæ quamuis agat pęnitentiam. Quod ꝓcedit, ſecundum Doc.tam in minoribus, q̃ in ſacris
3 ordinibus. Dicit tamen Hoſti. q̃ in minoribus † diſpenſat epiſcopus. de ſent.excom.c.nuper. Et facit tex.nr̃, vbi papa ſolum ſibi reſeruat diſpenſationẽ in ſacris, coniuncto.c.nonne.ſ̃.de p̃ſum.Simile in.c.1. &.2.de biga. Sed aduerte, qa in religioſo ſm Io.An.
4 hoc hodie non ꝓcedit; qa regularis † Apoſtata eſt hodie excõicat⁹, vt.c.2.ne cle.vel mo.lib. 6.vñ ordo reperiet̃ collatus ſibi in excõicatione exiſtenti. & ideo eſſet diſtinguendũ, vt habet̃ in.c.cũ illorũ.j̃.de ſent. excõ. Et ex p̃dictis ſequit̃, q̃ ſicut Apoſtata nõ põt in ſuſcepto ordine miniſtrare; ita nõ põt ad ma-
5 iores † aſcendere, quia videret̃ ordinatus p ſaltũ, ſm Boati.licet aliq dicunt contrariũ.vt refert Io. And. qui dicit, q̃ primũ dictũ eſt verius.d.Ant. ꝓ concordia dictarũ opi.dicit q̃ opi.Boatini ꝓcedit anteq̃ ſit diſpenſatum p Papã ſuper ordine iam ſuſcepto; ſed poſtq̃ diſpenſatum eſt, credit q̃ poſſit ad ſuperiores aſcendere, ſine vlla diſpenſatione. & ſic ꝓcedit opi. contraria. Niſi diceres, q̃ cũ diſpenſatio ſit ſtricti iuris, nõ eſt extendẽda ad caſum non exp̃ſſum, vt.c.nõ põt.de p̃ben.lib.6. Vñ cõcludit, q̃ tutius eſſet, q̃ petens diſpenrationẽ exprimeret, q̃ non ſolũ poſſit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, ſed etiam ad maiores aſcendere. Aduerte tñ, ſm Doct.qa ſi Apoſtata poſt reconciliationẽ ordinet̃ à ꝓprio epiſcopo, poterit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. Nec ob. iſte tex. quia intelligit̃ de ordinibus ſuſceptis pendẽte apoſtaſia.¶ Gl.colligit argumentũ, & enumerat certos caſus in q̃bus ſolus Papa diſpẽſat. In fi.gl.dic,
6 no. ex hac gloſſ. q̃ † religioſus tranſiens ad aliã religionem ẽt ſine licentia, non dicitur apoſtatare; licet religio ad quam tranſit, ſit laxior; quia ſatis eſt, quòd ibi debeant ſeruari tria ſubſtantialia regulæ, de quibus in.c.cum ad monaſterium. ſ̃.de ſtatu. regu. & idem not. glo. in.c.ex parte. de tempo. ordi.&.c.tui de renũ.&.c.intelleximꝰ.de ęta.& qual.

De his qui filios occiderunt. Rubrica.



Ontinuatur hoc ordine, Supra in quatuor proximis titulis, viſum eſt de his, qui peccant principaliter in Deum; conſequenter videndum erat de his, qui peccant in homines, & in Deum, quales ſunt committentes homicidium. Sed quia inter ſpecies homicidiorum,

rum, homicidium filiorum est grauius; ideò de eo præmittitur.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Confessio qualis esse debet.*
2 *Contritionis ius, & meritum.*
3 *Rubor, maxima est pars pœnitentiæ.*
4 *Iracundia non excusat à peccato.*
5 *Religio suadenda nō est ei, de cuius incontinentia timetur, sed potius matrimonium.*
6 *Paricidium quando dicitur committi.*
7 *Paricidæ qua pœna afficiuntur.*
8 *Forum pœnitentiale distinguitur à contentioso.*

Veniens. Mulier occidens sponte filium debet perpetuò monasterio pœnitere.
Si tamen timetur de incontinentia, datur, vel saltem non denegatur sibi nubendi licentia. h.d. Et procedit in foro pœnitentiali, sicut & c. sequens. secunda
1 ibi, mandamus. ¶ Noto primo, quod † confesio debet esse lachrimabilis; quia lachrimæ sunt signum contritionis interioris, & tanta posset esse contri-
2 tio, † quòd quis mereretur integram absolutionem peccatorum, sine alia pœnitentia purgarorij, vt not. in. c. baptismi. de consecratio. distin. 4. c. & mensu-
3 ra. de pœnit. distin. 1. Idem in Rubore † qui est maxima pars pœnitentiæ, & multum proficit ad remissionem peccatorum. & ideo debet iterari confesio, quia ex causis maximè prædictis multum proficit ad remissionem peccatorum, vt not. glo. in. c. perfecta. pœnitentia. de pœnit. distin. 1. Secundo
4 not. quòd † iracundia non excusat à peccato, nisi fuerit tanta quæ deduxerit in alienationem mentis, & furorem, vt in clem. 1. de homicid. 3. quæst. 8. iudicas. ꝫ. de regu. c. sicut tenor. quia tales satis suo furore puniuntur. & tenet Hostien. & Ioan. And. in
5 c. fin. ꝫ. eod. Tertio not. quòd † non est suadenda religio illi, de cuius incontinentia timetur; sed melius est persuadere sibi matrimonium. 13. distin. c. verum. Quod not. contra illos qui seducunt pueros ad intrandum religionem. In fin. glosl. fin. dic, duo veniunt hic examinanda. primum, quando dicatur committi paricidium. secundum quæ sit pœ-
6 na. Circa primum dic, quòd † committitur, siue descendens interficiat ascendentem in infinitum; siue ascendens interficiat descendentem in infinitum. Item habet locum inter quosdam ex collateralibus, vt inter fratres vtrinque coniunctos, vel patrueles, vel consobrinos. & ex affinibus, in viro interficiente vxorem; & ècontra. & in nuru, genero, vitrico, Priuigno, socero, & patrono. ff. ad. l. pompe. de paric. l. 1. & l. sciendum. Circa secundum, quæ
7 † sit pœna paricidarum. dic, quòd secundum leges Paricida virgis sanguineis verberatur; deinde in culleo hoc est, in sacco corio suto simul cum cane, simia, gallo gallinaceo, & vipera insutus in mare profundum, vel in flumen inijciebatur. Et si non sit ibi mare, vel flumen, portatur ad syluas, feris relinquendus, vt. l. 1. C. eod. & l. penul. ff. ad. l. Pompe. de parici. Et hæc pęna ideo imponit, vt qui eum necasset, vnde ipse natus esset, careret ijs rebus omnibus, ex quibus omnia, nata esse dicuntur. Commixtio autem talium fit ad maiorem pęnam; quia cannis fugat simiam, simia gallum, gallus viperam. De
8 † iure autem canonico distinguitur forum pęnitentiale à contentioso, in pęnitentiali imponitur pœna, de qua hic, & c. fin. ꝫ. eo. Sed contentioso pro simplici homicidio clericus deponitur. c. cum non ab homine de iud. Pro Assasinatu verò imponitur pęna, de qua in. c. 1. de homic. lib. 6. Vnde concludit D.m. quòd si est laicus qui commisit homicidiū, vel paricidium, & sit de seculari iurisdictione ecclesiæ, quòd iudex ecclesiasticus mandabit iudici seculari, vt iustitiam faciat, secundum leges cum de iure canonico nō reperiatur hoc aliter in laicis decisum quò ad forum contentiosum. Facit qđ not. in. c. 1. ꝫ. de ope. no. nuntia. Si vero sit clericus, putat qđ pro paricidio debeat deponi; & etiam non data incorrigibilitate, debeat tradi curiæ seculari. Nam si pro simplici homicidio sit depositio, & detrusio in monasterium, vt. d. c. cum non ab homine. iuncto. c. tuæ de pœn. ergo grauior debet esse pęna in paricidio dolo commisso, vt. c. excommunicamus. versic. quòd si fortè. ꝫ. de hęretic. Sed ecclesia vltra dictam pœnam depositionis, non habet quid faciat, nisi qđ tradat iudici seculari; igitur &c. Quidam tamen aliter dicunt. vide D.m. in. d. c. cum non ab homine. & c. at si clerici. de iudi,

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Delictum detestabile committens, dicitur diabolico furore agi.*
2 *Matrimonium dissolnitur sola fornicatione.*
3 *Mulieris prægnantis pœna differtur, donec pariat. & interdum post partum, si aliter partus educari non possit.*
4 *Pecunia de publico pro educatione partus solui debet, quando de ipsius matre supplicium sumendum est, ne supplicij executio differatur.*
5 *Prægnans torqueri non debet.*
Nec post partum per dies. 40.
6 *Executio supplicij matris delinquentis, quanto tempore propter educationem partus debeat differri.*
7 *Sacerdos pręgnāti, aut lactanti pęnitentiam abstinentiæ iniungere non debet.*

Intelleximus. Mulier iterficiens filium suum, pp hoc à viro suo separari non debet; sed alia pęnitentia sibi imponit. h.d. Et procedit in foro pęnitentiali, vt dixi in pręced. Et quare in foro contentioso indultū fuerit huic mulieri, hic non apperitur; nec ecclesia de hoc querit; cum esset laica, sm Io. And. ¶ Noto
1 primo, q † committens delictū detestabile dr̄ diabolico furore accendi. 6. dist. c. sed pensandum. nā demon suggerit peccata mentibus hominum. 16. q. 2.
2 nec iussis. Secundo not. q † licet alter ex coniugib⁹ committat grauissimum crimen, propter hoc non debet separari matrimonium, ambobus coniugibus rema-

remanentibus in seculo. Etiam si tale crimen sit parricidium commissum in communem filium, vt hic. nam nullam causam excipit dominus nisi fornicationem.vt. 32.q.7.c.2.&.c.omnis.&.c.2.qui.Tertio not. q cum muliere delinquente, cum incumbit necessitas patiendi, vel educandorum filiorum, minus
3 igitur vnde si est prægnans differtur eius supplicium, donec pariat.ff.de pęn.l.prægnantis. Quinimò, etiā post partum, si non reperitur alia nutrix differtur do nec reperiatur; quod verum si non reperitur propter defectum personæ; quia non minor est ratio in conseruando iam natum, quam nasciturū, vt.l.sed & si. §.an autem.ff.de Carbo.edict. Secus si non reperiretur propter defectum pecuniæ; quia hoc casu debet
4 solui † pecunia ex publico, ne differat executio. arg. l.1.C.de his qui pro præm.liberta. Et dicit Oldra. hoc paduæ fuisse obseruatum & sequitur Bar. in.d.l.
5 prægnantis. Vbi etiam dicit, quòd prægnans † non debet torqueri, nec etiam post partum. §.40.dies propter debilitatem. licet post partum. §.40.dies
6 possit vltimo supplcio affici. Quanto autem † tempore debeat expectari, seu differri executio pro educatione, seu lactatione filiorū. Videtur q vsq; ad triennium, per tex.in.l.penul.C.de patria. potesta.5.dist. c.ad eius. & quod not.Ioan.And. in.c.fin.de coniuga.& Bart.& Doct.in.l.si alimenta. C.de nego. gest. &.l.si quis a liberis.ff.de liber.agno.hoc tamen mihi non placet; sed solum arbitrarer, q deberet differri, donec puer possit aliter commodè pasci, quàm la-
7 cte. Et ex prædictis sequitur, q sacerdos † non debet prægnanti, vel lactanti ininngere peniteutiam abstinentiæ, vel peregrinationis, vel similis, quæ impediret educationem, vel lactationem, secundum Hosti. & Ioan. And.hic.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Parentes filios secum in lecto tenere non debent.*
2 *Pœnitentia imponenda in foro penitentiali, vbi dubitatur de peccato.*
3 *Secus in foro contentioso. Et ibi de ratione diuersitatis.*
4 *Opinio vltimo loco per glo. vel doct. relata in dubio videtur approbata.*
5 *Pœnitentia parentibus; qui filios occiderunt, an imponenda, & qualis.*
Suffocatio filiorum factam per parentes in lecto, vel aliter. quomodo puniatur.
6 *Pœnitentia omnes arbitrariæ.*

De infantibus. Ponit pœnitētiam parentū, penes quos filij reperiuntur suffocati. ¶ Noto pri-
1 mo tex.notabilem cōtra parentes qui † pueros suos in lecto tenent, penes se; quia sunt in culpa. Secun-
2 do not. q † in foro pęnitentiali, vbi dubitatur de pec
3 cato, debet imponi pęnitentia. Secus in foro † contentioso. in quo stante dubietate, nulla est pęna imponenda. Ratio diuersitatis est, quia semper benignior pars est eligenda. & in foro contentioso benignior est absolutio, vt in reg.in pęnis, de reg.iur.lib. 6.&.l.præses. &.l. interpretatione. ff.de pœn. Sed in pœnitentiali benignior est illa, quę est tutior; & ideò tunc dicitur fieri benignior interpretatio, quando fit durior interpretatio.c.1.de sent. in glo. vt not.Inno.in.c.cū tu.§.de testib.& Io. An. singul. in.c.ex tenore.§.qui fil.sint leg. Vltimo collige argu
4 mentum ex tex. q vltima opinio † recitata per glo. vel Doct.nisi alia fiat expressio approbationis, vel reprobationis videtur approbata. Papa.n. hic dicit quidam iudicant &c, ¶ Glo.sentit contrarium, q non debet imponi pęnitentia, si non constat filios occisos à parentibus, vel quòd casu fuerint interfecti. Et soluit distinguendo. In fin.glo.dic, q si paren
5 tes † sponte interfecerūt in casibus nō pmissis, puniūtur in foro contentioso, vt dixi.in.c.1.§.eo.& in pęnitentiali grauissima pœna est imponenda. Si vero ex culpa, & tunc, si grauis fuit, vt puta, tenendo filiū tenellum in medio in lecto; quod nullo modo facere parentes debent, vt.c.consuluisti.2.q.5.debet imponi pœnitentia.7.annorum.l.dist.in.si qua. Si verò culpa fuit leuis, vt quia posuerunt eum in eodem lecto.sed in loco separato, & imponitur pœnitentia trium annorum, vt hic. Si vero nulla culpa præcessit, vt puta, quia posuerūt eum in cunabulis, & tunc nō imponitur eis aliqua pœnitentia, vt.c.ex litteris. de homicid.& sequitur do. Ant. Et.dicit.D.m.q si hoc vltimo casu possent esse aliqua dubietas culpe, vel qd nō bene collocasset membra, vel nimium strixisset, vel fortè negligentes dimittendo canem, vel muscipulam, quæ dormiret super os infantis, & suffocaret; q tūc ēt imponeretur eis pęnitentia arbitrio iu
6 dicis, vt hic in primo responso. Et aduerte † quia hodie omnes pęnitentiæ sunt arbitrarię, vt.c.mensuram.de pęnit.dist.1.& in.c.Deus qui.de pęnit.& remis. Et dicit hic D.m. q in multis locis pro imponēda pęnitentia filiorū suffocatorum obseruatur forma.c.in capite.50.dist. qa publicè imponitur. Qd tamen fieri non debet, nisi pro crimine graui, & notorio; quod commouerit populum. vt ibi &.c. fin.26.q.6.

De infantibus, & languidis expositis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Infantes qui.*
2 *Exponere quid.*



Ontinuatur hoc ordine, Quia exponētes infantes, & lāguidos eos quasi occidūt, vt.l.necare.ff.de libt. agnos.86.disti. non satis. 12. q.1.c. qui abstulerit. ideò post pcedentē, ponit hic ista rubrica. Et ad itel
1 lectū rubr. dic, q † infans dicitur à septennio infra dicam in.c.ad audientiam. par.j.

de homic.in.7.q.quintę prin.quæst. Exponere† aũt
est extra ponere;quia ponit in publico extra nutri-
menta,& educationem,seu curam propriam expo-
nentis illum,cui pstãda erunt alimenta,vt hic in tex.
& in.l.2.& fin.C.eod. 86.dist.c.fin.&.d.l.vel necare.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Pater filium infantem exponens, patria potestate hoc ipso priuatur. & nu.12.*
Dominus quoq; infantem seruum exponens dominica potestate eo ipso priuatur.ibid.nu.3.& nu.12.
Et idẽ iuris est de Patrono libertum infantem exponente qui ob id iuris patronatus priuatur. ibi.
Idem iuris est in singulis casibus pdictis,si ab alio expositi fuerint scientibus,& ratum habentibus Patre,Domino, & Patrono ibi.& nu.10.
Et procedunt præmissa, etiã in languidis expositis cuiuscunq; ętatis sint.& sub nu.14.
Rursus procedunt præmissa tam in masculis, quam in fęminis expositis.nu.9.
Fallit in filio illegitimo exposito,sub num.2. Sed contra nume.7.
Fallit secundo in emancipato exposito sub nu.3.Sed contra. num.7.
Fallit ẽt in matre exponente.sub num.4. Sublimita tñ vt nu.8.tñ pęnis extra ordinẽ puniũtur, vt sub nu.6.
2 *Facere,vel ratificare; vel scire, & non probibere paria sunt hoc casu.*
3 *Argumentum de patria potestate ad dominicam valet in aliquibus.*
4 *Filius illegitimus non est in patria potestate.*
5 *Mater filios in potestate non habet.*
6 *Exponens partum,necare dicitur.*
11 *Parentes, dñi, vel patroni exponentes filios apud xenodochia,vel hospitalia,an perdunt ius patriæ potestatis, vel dominicæ.*
13 *Dispositio huius decretal.an procedat indistinctè in denegante alimenta,latè traditur.*
14 *Intellectus versic. et multo potius in authen. de nuptijs. §.si vero ab initio putaueris.*
15 *Interpretatio libertatis quoties est dubia, secundum libertatem respondendum erit.*
16 *Expensa circa expositum facta,vel languidum, vel res eorum,an,& quæ possint repeti.*
17 *Mater non potest repetere alimenta,quæ filio ante triennium præstitit.*
18 *Bona expositi,cui debeantur.*
19 *Legitima an debeatur patri, vel patrono in bonis expositi.*

1 Si à patre. †Infans expositus à patre,vel ab alio,eo sciente, & ratum habẽte,hoc
ipso à patria potestate liberatur.Item seruus ob di-
ctam causam à dominica potestate, & libertus à iu-
re patronatus liberatur. Et idem videtur de langui-
dis expositis cuiuscunq; ętatis sint; tamẽ qui pdictis
alimẽta pstiterint, nullum ius acquirunt in talibus.
2 hoc dicit. ¶ Noto primo casum,† in quo paria sunt
facere,vel ratificare,vel scire,& non prohibere.¶ Se
3 cundo not.ꝙ † in quibusdam valet argumentum de
patria potestate ad dominicam. Tertio not. ibi pa-
tria põtate liberati.ꝙ hic tex. habet solũ locũ in pa-
tre qui exponit filium legitimum ; quia † illegitim⁹
4 non est in patria potestate.institu.de nup.§.aliquã-
do.& no.in.c.cum haberet.s̄.de eo qui duxit in ma-
trimon.quam pollu.per adult. & sequitur D.m.hic.
Ex quo infertur, ꝙ non habet locũ in infante emã-
cipato exposito.¶ Nec in matre exponente; quia illa
5 non habet † filios in potestate.Sed dic, ꝙ hoc est ve-
rum quò ad amissionem patriæ potestatis. Sed non
quò ad alias debitas animaduersiones,videlicet quò
6 ad imponendam pęnam extraordinariam;cum† ta-
les quasi necare dicantur. vnde extra ordinem pu-
niendi sunt,vt traditur,maximè per Bar.in.d.l.neca
re.& in.l.1.§.pęna.ff.de liber.agnos. &.l.nec filium.
C.de pat. po. Et hoc,si dolo malo factũ non sit;hoc
est, ea intentione,vt non moreretur? Secus si dolo
malo vt moreretur ; quia tunc puniretur pœna leg.
Corn.de sica.vt dicit Bar.in.d.l.necare.per.l.1.diu⁹.
ff.ad leg.Corn.de sicar. Sed ego arbitror,ꝙ in paren
tibus haberet locum pęna paricidij.Quantum ergo
ad pęnas prædictas, dico, ꝙ prædictæ pęnæ habent
7 locum,& in filio emancipato† exposito ; & in patre
illegitimo ; cum ipsi etiam teneantur ad præstanda
alimenta; secundum tamen qđ traditur in.d.c.cum
haberet. & hoc videtur tenere gl.in.l.2.C.eo.tit. Et
8 etiam haberet locum in matre,† eo tamen casu,quo
tenetur præstare alimenta. Eo aũt casu, quo non te-
neretur,si dolo faceret vt moreretur,teneretur pęna
paricidij. Et aduerte, quia titulus iste habet locum
9 tam in exponente infantem† masculum, q̃ fęminã.
10 Item not.ꝙ prædicta†procedunt in patribus, domi
nis,& patronis facientibus,ratificantibus,vel scien-
tibus; quia si non possunt præstare debita alimenta
infanti,vel languido, debent ipsos ponere apud ali-
ꝗ xenodochium,seu hospitale. Et si nõ reperiretur
hospitale nec possent ipsi nutrire. & sic de necessita
te cõpulsi exponerent, non haberet locũ hæc decre.
qa isti necessitate, non relegato pietatis officio hoc
facerent. Facit ẽt tex.dũ dicit,alimenta impiè &c.
Vñ hoc casu posset exponens repetere, & filiũ,& ser
uum.Facit.l.1.C.eo.Et hoc singulariter tenet Host.
in summ.eo.tit.§.fi.ver.quid si xenodochium.Posset
tñ recipiens repetere expensas ab exponente, vt hic
in gl.4.habita tñ distinctione quã. ĩ.dicam.Ex pdi-
11 ctis sequitur,ꝙ†parentes,dñi, vel patroni exponen
tes apud xenodochia, vel hospitalia vbi debent nu-
triri ex officio illius loci, nõ amittunt ius patriæ po
testatis,vel dominicæ.Et hoc indubitanter arbitror
verum,qñ palam hoc facerent,ita qđ immediatè ab
exponente reciperent tradendo, & recipiendo pro
quo est tex.in.l.1.§.sed scimus.C.de lat.lib. tol.Sed
dubiũ est,quid si ante hospitale clã ponerent,an ha-
beret locum tex.nr̄. Et fortè dicendũ esse ꝙ sic.Nisi
esset locus deputatus in quo exponerent; prout est
apud nostrũ notabile hospitale sanctæ Mariæ.Cogi
12 tabis tñ,qa quotidiana.Quarto no.casũ,†in quo pa
ter patria, & dñs dominica põtate priuaẽ. Sed quæ-
13 runt hic Doct.vtrum text. nr̄ procedat† indistinctè
in eo qui denegat alimenta;licet non exponat. Azo
in summa.C.eod.tit.dicit ꝙ non.vult enim,ꝙ in eo
casu seruus habeatur pro derelicto. & ideò occu-

panti

panti concedatur, vt.l.fin.ff.pro derelic. vnde priori domino non acquirit, sed occupanti vt.l.quod seruus.ff.de stipula. seruo. Sed contra hanc opinionem videtur ob.tex.noster dum dicit, quod de prædictis cuiuscunq; ętatis languidis, vel si alicui eorũ quasi velit dum dicit alicui eorum, quòd procedat in denegante alimenta omnibus prædictis. Sed tenentes opinionem Azon. de iure ciuili respondent q Gregorius his scripsit contra text.d.l.fin.quasi sentiat, aliud esse de iure ciuili, aliud de iure canonico. Roge. verò tenet idem esse de iure ciuili tenendo contra opin. Azo. Vnde vult, q tex.noster habeat lo
14 cum etiam in denegante alimenta, per tex.in† auth. de nupt.§.si verò ab initio putauerit. versi.& multò potius. Alanus distinguit, quòd aut denegantur alimenta sano, & habet locum prima opi. Azo. Aut infirmo, & habet locum secunda opinio. Et ita intelligit dictum.§.si verò.in.d.versi. Et ad tex. nostrum dum dicit, vel si alicui eorum, subaudit languidorũ; sed si exponeretur, eorũ.s.filiorum, libertorum, vel seruorum, videretur opinio Roge.verior. & sic.l.fi. & antiquę corrigerentur. Et hoc videtur velle text. in.d.versi.& multo potius. ibi, dum dicit, pro derelicto sui, & non aliorum existentes. quasi sentiat, q id qđ.l.fi.ff.pro derel.disponebat, qđ concederetur occupanti, & quò ad hoc, haberetur seruus pro derelicto, hodie secundum iura noua habetur pro derelicto; sed non quò ad alios, vt concedatur occupanti; sed quò ad hoc, vt liberi sint, & sui iuris. Sed si quis vellet tenere opi. Ala. posset ita declarare literam dicti versi. & multò potius. Et vt habeas clarum intellectum illius versic. super quo hæc altercatio fundatur, debes scire, q in.d.§.si verò.dicitur, q si aliquis accepit seruam in vxorem, credẽs eam esse liberam, non tenet matrimonium de iure ciuili. Sed si dominus sciens maritauerit seruam, quasi liberã, efficitur vera vxor.& libera.& subditur, idem si sciat illam maritari, & taceat. deinde formaliter subduntur hæc verba, Et multò potius hæc valeant, si contingat dudum seruum, aut ancillam, seu languentes dereliquisse, seu etiam contempsisse eos; aut etiam amisisse super dominio aduersus eos voluntatem. Illi namq;, vt potè iam constituti liberi; & secundũ pro derelicto titulum, sui, & non aliorum existentes, non in posterum inquietabuntur ab his, qui possidere eos olim odio habuerunt. Hæc sunt verba formalia ibi posita. vnde, vt dixi, si vis tenere opinionẽ Alani, potes exponere text. dum dicit, illi namq;.s. languentes derelicti, siue expositi, vel quibus alimenta denegata sunt, absoluti intelliguntur à nexu dominicæ potestatis, vt potè iam constituti liberi. subaudi, eo ipso q languidi, expositi sunt, vel eis alimẽta denegata sunt. & subaudi, non est mirum hoc, q hoc casu fiant liberi; nam & si serui non languidis, sed sanis alimenta denegentur sunt pro derelicto, vt legitur in.d.l.fi.C.eo. tit. quę loquitur in seruis non languidis. serui existentes. subaudi occupantium, & non aliorum.s.antiquorum dominorum, qui alimenta denegauerunt. Non in posterum inquietabuntur subaudi occupantes.s.seruos illos ab eis qui possederunt; & subaudi, ab antiquis dominis, qui eos neglexerunt. & per hunc modum iura iuribus concordãtur, secundum quod dicit tex.in.c.cum expediat. de elect.lib.6.&.l.vnica.C.de inoffi.dot. Et secundum hoc etiam magis subuenitur languido, cui alimenta denegentur quã sano. Mouentur enim iuris viscera ad pietatem super languidis, & infirmis. Et hæc opinio plus placet Hostiẽ. in sum.eo.tit.§.fin.Goff. tamen, & Egid. tenent contrarium. Sed primam sententiam tenet hic Vincen. & Inno. & Hosti. Vnde text. noster restringitur ad denegantes alimenta languidis. Et placet hęc opinio.D.m.hic.nam maius delictum, & magis detestabile est denegare alimenta languidis, & infirmis, quàm sanis. vt de se patet. Item contra parentes impiè denegantes alimenta filijs non languidis, de iure specialiter aliter prouisum est, vt.l.1.&.l.si quis à liberis.ff.de lib. agnos. & traditur in.d.c.cum haberet. Et hanc rationem sentit Hosti. per quam dicit, quòd licet filius propter expositionem de eo factam à patre liberetur à patria potestate, vt hic; non tamen liberatur per denegationem alimentorum. Item facit, quia in pœnis benignior pars est eligenda. In contiarium ta-
15 men facit, quia in† dub ijs pro libertate respondendum est, vt.l.quoties.ff.de reg.iur. ¶ Gloss.in versic. liberatus.per distinctionem, prosequitur materiam huius capit. In eadem, ibi, sed restituet expẽsas. Dic,
16 aduerte; quia glo.non declarat† quas expensas possit repetere. glo. verò in.c.si.87.distin. dicit. q potest repetere expensas factas circa instructionem. Non autem factas circa alimenta; quia alimenta videtur præstita pietatis causa; & ideo non possunt repeti.l.1.C.de negot. gest. & not. 12.q.2.c.sacrorum. Et idem sentit hic Ioan. And. Et pro hac opinione facit.l.patrem.C.de nupt. vbi specialiter in vno casu duntaxat possunt ab exposito per alimentatorem repeti alimenta. videlicet si expositus contradicit accipere filium, vel filiam recipientis, seu alimentatoris in vxorem. In contrarium tamen fortiter obstat.l.1.C.eo.quæ vult, q tam expensæ factæ in alienando, quàm in instruendo possunt repeti; & loquitur simpliciter. Sed posset responderi, secundum quosdam, qđ ille textus loquitur in seruo exposito, non in filio. Sed aduerte, quia maior ratio videtur esse in filio, quàm in seruo; cum nullus amor vincat paternum, vt in præcedenti. Vnde, vt clarus sis, ego distinguo, q aut alimenta sunt præstita ab eo qui tenebatur ex officio præstare; vt puta, si esset hospitale, vel monasterium ad hoc institutum; vel
17 si esset mater, † quæ filio ante triennium prẹstaret alimenta; & hoc casu non possunt repeti, nec ab ipso nutrito, nec à tertio, vt.d.c.sacrorum. &.l.alimenta. C.de neg.gest.& ibi gl.& Doct.& D.m.hic, Etiam si mater, vel hospitale protestati fuissent, q præstabãt alimenta animo repetendi, vt not.gl. in.d.l.alimenta; quia cum ipsi alimentantes sint obligati ad hoc, talis præstatio quæ fit ad liberationẽ, non debet inducere obligationem.l.qui hominem. ff de solut. & hoc respectu alimentorũ. Sed respectu aliarum expensarũ, dicendum est, vt in sequentibus. Aut alimenta sunt facta ex voluntate, nõ ex necessitate, & subdistingue; q aut quæritur vtrũ possit repetere à tertio, aut ab ipso nutrito, seu alimentato. Primo casu, dic, q si ad illũ tertiũ spectabat onus alimentandi, possunt repeti, vt.l.Nesennius. ff de negor. gest. &.l.si quis à liberis. §.vtrum. ff de libe. agnos.

&.l.1.C.eod.tit.quam ita intellige.Et ratio est;quia alimentans videtur gessisse negotium necessarium illius. vt notatur in.d.l.alimenta. & not.Bald.in.d.l. Nesennius.& traditur in.l.Pomponius.ff.de negot. gest.&.l.2.C.eo. Quod tamen limita,nisi præstans alimenta fuerit in mala fide,vt hic dicit gl.nostra,& probatur in.d.l.1.C.eo.Secundo casu, quando vult repetere ab ipso alimentato; distingue, ꝙ aut alimẽta fecit administrãdo,vt tutor,curator,vel sim.& po test.vt.l.3.C.de adm.tuto.&.d.l.Nesennius. Aut nõ administrando. & dic, ꝙ aut est persona quæ ratione coniunctionis videtur voluisse donare, vt mater, auia,& simi.& tunc impendens, aut impendit circa personam,aut circa res. Primo casu,si fuit protestatus,potest repetere,vt.d.l.Nesennius. si vero nõ fuit protestatus;dic, ꝙ aut impendit per errorem; quia putat alium ad quem talis impensa pertinebat viuere, & ab illo posse repetere, qui tamen non viuebat, nec ab illo repetere poterat; & tunc repetit ab alimentato, vt.d.l.Nesenni⁹.vers.pone.secundum vnũ intellectum. Aut fecit impensas ex certa scientia, nec protestatio præcesſit, & non potest repetere, vt d.l.alimenta. Si vero fuerunt factæ circa res;distingue, ꝙ aut mater, auia, vel simi. fecerunt modicam impensam; & non possunt repetere; quia videntur donare.Facit. ff.de donat.inter vir. & vxo. l.seruus. Aut impensa est magna, & possunt repetere. Et idẽ si mater fecit impensas pro lite filij.l.1. C.de negot. gest.secundum Bal.in.d.l.Nesennius. Aut cessat ratio coniunctionis.& tunc aut nutritor fuit protestatus, & potest repetere, secundum quod hic dicit gl.in fi.Aut nõ fuit protestatus; & dic ꝙ aut ex coniecturis constat, ꝙ fecit gratia pietatis; vt quia erat diues, & recepit infantem expositum, vel languidũ. & tunc non repetit, vt.d.l.patrem.C.de nupt. arguẽdo à speciali Fallit in casu speciali.d.l.patrem. Aut non constat ex coniectutis, & poterit repetere. vt in iuribus.s̃.alleg.&.l.1.C.eod.tit. secundum D.m. Tu intellige tamen illam.l.1.quando repetũtur expensę à tertio,vt.s̃.dixi. Et ex prædictis infertur, ꝙ licet tex.noster, dum dicit in fine, propter hoc in eorum personis ius aliquod non possint vendicare. videatur velle,qđ secus sit in rebus.arg.c.nonne. de præsumpt.tamen idem dicendum est in rebus, qđ ius aliquod non acquirant. Vnde dicit hic Io. And.

18 ꝙ† hęreditas huius expositi non debetur nutritori, vt.l.nutritoribus.C.com. de succes.& est tex. in.l.fi. C.eod.ibi, & in posteritatem suam transmittat, vel ad extraneos hęredes. s.si illos instituerit. Si verò non haberet consanguineos, nec testamentum fecisset,arbitror,ꝙ bona ipsius deberent inter pauperes distribui.arg.auth. omnes peregrini. C.commu. de succes. Et fortè non esset inconueniens dicere,ꝙ hoc casu succedat nutritor.Cogitabis. Et ex prędictis etiam habes, ꝙ respectu bonorum expositi, exponens amittit ius ꝙ habet in persona, vt hic dicit

19 tex. Sed an amittat ius† quod habet in rebus. vt puta,ꝙ licet quis sit factus de seruo liber; tamen patronus succedit liberto, & saltem debet habere legitimam. & pater filio effecto sui iuris, qui filius sui iuris tenetur saltem legitimam patri relinquere; posito ꝙ pater,vel dominus, vel patronus fuerũt sciẽtes, vel ratum habentes &c. Hæc quæstio non tangitur per doc.tex.videtur facere,ꝙ isti tales retineant in ius rebus,cũ loquatur solum de iorib⁹ personalibus facit.d.c.nonne. In contrarium tamen facit tex. dũ dicit ꝙ libertus eripitur in ingenuitatem.quasi sentiat,quòd non teneatur patrono aliquid relinquere. Item facit tex.in auth.vt cũ de appel.cogno.§.aliud quoq;.versic. causas.vbi probatur, ꝙ pater legitimè potest exhęredare filium,si non præstitit sibi necessaria alimenta, seu si expulit eum. ergo & hoc casu idẽ videtur dicendũ. Quæstio est difficilis iudicio meo. tamen arbitror ita posse dici, ꝙ ab intestato tales retineant ius succedendi. Facit tex.in.d.§.aliud quoq;. nam licet filius commiserit plures ingratitudines, propter quas poterat exhęredari, tamen ab intestato succedit. Et licet exhęredaretur in testamento;tamen si nõ inseritur causa in testamento annullatur. Sed in alijs, q̃ in filijs in potestate constitutis, licet causa nõ insereretur,nõ est sic;quia valeret testamẽtum. Et ideo dixi,ꝙ ab intestato retinent ius succedendi. Alij vero q̃ filij ex testamento,in quo nõ sunt instituti,nõ possunt q̃relare; quia in illis præteritio habetur pro exhęredatione. Aduerte tamen; quia prædicta videntur indubitanter procedere respectu patris, & domini. videlicet,ꝙ retineant ius succedẽdi; cum maius ius acquiratur seruo, & filio, q̃ liberto. Vnde videtur magnus effectus, ꝙ seruus sit fact⁹ liber,& filius sui iuris.Facit.l.si quando.C.de inoffi. test. & ideo tex.simpliciter dicit hic,ꝙ seruus eripitur in libertatem.non autem dicit in ingenuitatem. Sed in liberto videtur maius dubium; quia dicit in ingenuitatem. Nisi intelligeres,dum tex.dicit,in libertatem,hoc est, & ingenuitatem. arbitrot tamen idem dicendum, vt dicamus de ingenuitate. respectu iurium personalium, vt puta, operarum fabrilium,obsequalium,& reuerẽtialium. Cogitabis. Et ita debet intelligi,& limitari glo.sequens; dum dicit,nec ad eorũ bona aspirabunt. In gl. penul.ibi, si monasterium ipsum expulit. concludo secundum Doc.ꝙ aut solus Abbas expulit,& non debet puniri monasterium;quia delictum prelati &c. vt in reg. delictum.de reg.iur.lib.6. Aut monasteriũ expulit, & dic,secundum Goff.quem sequũtur Doc.ꝙ ante ingressum alterius monasterij, acquirit primo monasterio; sed post,acquirit secundo. Et idem dico de monacho licentiato ab vno monasterio. Sed dicit hic D.m. se dubitare in primo casu,qñ fuit expulsus.nã si fuit expulsus, nõ vr̃ amplius habere cõionẽ cum illo monasterio.16.q.t.c.ne pro cuiuslibet. & sic videtur subesse potestati episcopi. vide ad prædicta Bal.in.l.1.§.sed scimus.C.de lat. libe. tol.

De homicidio voluntario, vel casuali.Rub.

SVMMARIVM.

1 *Cognitio generis præcedere debet specierum cognitionẽ.*
2 *Homicidium quid,& vnde dictum.*
3 *Homicidium nõ videtur esse, si mulier ex percussione alicuius fecit abortum.& nu.8.*

4 Homi-

4 *Homicidij appellatione, an veniat qui veneno interemit. remiss.*
5 *Homicidij quot species.*
6 *Homicida qui, & num. seq.*
7 *Sicarius qui, & vnde dicatur.*
9 *Vulnus quando dicatur.*
10 *Tumefactio ex percussione, an vulnus dicatur.*



Ontinuatur, quia supra vi-
sum fuit de quibusdã spe
ciebus homicidij, ideò cõ
sequenter hic subnectitur
de homicidio in genere.
& sic ponit hic rubricã ge
neralem de homicidio. Et
qm̃ quoddã est volũtariũ,
& quoddã casuale ; ideò
subijcit de vtroq;. Sed contra hanc rubricam oppo-
1 nitur. quòd sit præpostera ad præcedentes. nam † ad
cognitionem specierum debet præcedere cognitio
generis, vt. l. 1. ff. si cert. pet. Sol. dicit Ioan. An. quòd
est per regulam. l. non omnium. ff. de legi. Vel dic, q
hic non tractat propriè de speciebus homicidiorũ;
sed de actibus, per quos non semper; sed quandoq;
peruenitur ad homicidia. & sequitur. D. Anto. Sed
neutra sol. mihi placet. Vnde arbitror aliter posse
solui. videlicet, quòd regulariter debemus incipere
à cognitione generis. Fallit, si alia ratio subsit aliud
in contrarium faciẽdi. sed hic ita fuit; nam continua
tiones debent fieri secundum maiorem conformita
tẽ. & ideò meritò præposita fuit species parricidij;
quia cum maius sit delictum, quam simplex homici-
dium; meritò ad titulos præcedentes, in quibus agi-
tur de delictis grauissimis, subiunctus fuit titulus de
parricidio. deinde fuit subiunctus de infan. & lãgui.
&c. quia & in illo traditur de quadã quasi spetie par
ricidij. Secundo opponit Ioan. Andr. de superfluita
te; sufficiebat enim dicere de homicidio; absq; quòd
diceretur voluntario, vel casuali. Sol. in hoc potius
compilatori agendæ sunt gratiæ, quòd rubricam cla
riorem reddiderit, vt. c. vnico. ẽ. vt eccl. benefi. ¶ Vl
timo oppo. nam secundum prædictam sol. videtur
dicendum, quòd debebat etiam subiungi, & necessa
rio, vel iusto; cum quoddam sit necessarium, & quod
dam iustum. Sol. dicit ipse, satis est, si in paucis amici
labori satisfiat. l. tutori. C. de negot. gest. Vel dic, q
hęc duo continentur sub verbo, volũtario, vel casua-
2 li. Sed quæro pro intellectu rubr. quid sit † homici-
dium. Sol. dic, quòd est hominis occisio, ab homine
facta. nam homicidium sonat in actum hominis se-
cundum Goffre. & Host. in sum. eo. tit. Dicitur autẽ
homicidium ab homine, & cædo. Largè tamen dici-
tur homicidium, quilibet illicitus modus ad nocen
dum, vt in glo. de pœnit. dist. 1. c. homicidiorum. &
c. homicidium. Notandum tamen, quòd cum homo
constet ex duobus, corpore. s. & anima, videtur quòd
3 non sit † homicidium si ex percussione mea mulier
4 fecit abortum. Vtrum autem appellatione † homici
dij veniat ille, qui veneno interemit; vide in consilio
meo quod incipit, Andreocius del. Zamparliere. Se-
5 cundo quæro, † quot sint species homicidij. Sol. dic,
quòd aliud est voluntarium, & aliud casuale, vt hic
in rubr. Item aliud corporale, & aliud spirituale. Spi
rituale dicitur pluribus modis; quoniam inter spiri
tuales homicidas omnes detractores fratrũ, & odiẽ-
tes connumerantur. Item iniquitates, oppressiones,
& iniustitiam facientes. Item fratribus mala persua-
dentes. de pœnitẽ. distinct. 1. c. homicidiorum. & c.
omnis iniquitas. & c. noli. & generaliter omnis mo-
tus ad nocendum fratri. Corporale verò homicidiũ
est corporis, seu hominis ex anima, & corpore consi
stentis, peremptio. de pœnit. dist. 1. c. homicidium.
Et huius duæ sunt species, voluntarium scilicet, &
casuale. inter quas longa est differentia, vt patebit ex
6 ĩ. dicẽdis. Tertio quæro, † quis dicatur homicida. &
hoc satis colligi potest ex his, quæ dixi in prima. q.
nam dicitur, qui hominem interficit, qui etiam sica
rius appellatur, vt. c. sicut dignum. §. hi quoq;. ĩ. eo.
7 Dicitur † autem sicarius à sica, quòd est ferreum cul
telum ab vtraq; parte incidens. Cuius tamen inter-
pretatio lata est, vt contineat & telum, & lapidem,
lignum, & quodlibet ferrum, vt instit. de publi. iudi.
§. item lex Cornelia de sicarijs. Dicitur etiam homi
cida, qui occasionem dedit homicidio, vt not. in. c. si
8 aliquis. ĩ. eo. & 50. dist. studeat. Vtrum † autem ille
qui dedit causam abortui dicatur homicida, videbi-
mus in. d. c. si aliquis. ĩ. eod. Quarto quæro; quia in
hoc titulo sæpe fit mentio de vulnere, quod dicatur
9 † vulnus. Dic, quòd dicitur vulnus, quando fit scissu-
ra in cute; vel separatio in corpore, seu mutilatio, vt
l. si seruus seruũ. §. rupisse. ff. ad leg. Aqui. Tradit Bar.
in. l. prætor ait. §. fi. ff. de iniur. Vtrum autem, si sit fa-
10 cta tumefactio † propter percussionem, dicatur illa-
tum vulnus; dic, quòd sic, si eius causa sit facta scissu-
ra, seu separatio intrinsecus; licet nõ appareat ab ex-
tra. Et prædicta not. ad statuta. Vltimo de materia
huius rubri. vide. 50. dist. c. miror. & quattuor seq. c.
2. §. quòd verò. vsq; ad. §. pręmissis. & 23. q. per tot.
de pœnit. distinct. 1. c. periculoso. cum. 5. c. seq. & c.
si quis cum telo. & seq. & 15. q. 1. c. ne quis. vsq; ad
fin. & 32. q. 2. c. quod non formatum. & 2. capit. seq.
33. q. 2. interfectores. cum. 5. c. sequen. & c. latorem.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas, quæ ex homicidio voluntario causam acce pit, procedit à iure diuino.*
2 *Industria, in malam partem, ratione adiuncti.*
3 *Verbum per industriam significat ex proposito.*
4 *Dolus interdum in bonã partẽ ratione adiuncti capitur.*
5 *Homicida ex proposito, an gaudeat immunitatibus eccle siæ. Intellectus huius veritas. latè discutitur sub nu. 5.*
6 *Depositio, est mors ciuilis.*
7 *Canones loquentes per verbum moriatur. quomodo intelligi debent.*

Siquis. Propter breuitatem, & lecturarum varietatem cõmuniter nõ summatur; sed secundum intellectum gl. h. d. Homicida ex proposito non gaudet immunitate ecclesiastica. h. d. Sed iste intellectus nõ placet; quia videtur contra. c. fin. de immun. eccle. & quod. ĩ. dicam in gloss. 2. Vnde potest sic summari, Homicida ex proposito debet deponi ab altaris ministe-

nisterio.h.d.Vel sic,Homicida incorrigibilis, debet deponi,& tradi curiæ seculari vt moriatũ.h.d. ¶ No
1 to primo,quòd† irregularitas,quæ causatur ex homi cidio voluntario procesit à iure diuino.nam hic po nuntur verba Dei pro lege tradita Moysi, vt Exodi. c.21.De hoc artic. quo iure fuerit introducta irregularitas, dic vt dicam in.c.ad audientiam. in. 3.q. principali.ỹ.eo.Secundo not. significatum nominis
2 industriam.quia† hic capitur in malam partem.Hoc tamen contingit ratione adiuncti,dum dicitur, per insidias.quod declarat vocabulum,industriam.Et di
3 citur per industriã† hoc est,ex proposito.Facit,quia
4 quandoq; dolus† dicitur bonus ratione adiuncti. In gl.2.in fi.dic,ex hac gl. colligitur primus intellectus secũdum quem posui primum summariũ.videlicet,
5 quòd† laicus qui ex proposito commisit homicidiũ licet illud commiserit extra ecclesiam,confugiẽs ad ecclesiam non debet gaudere immunitate ecclesiæ.
Cõis opi. Et hũc intellectũ tenuit Abb. hic. Sed * cõmuniter reprobatur,vt dixi.quia contra.c.fi. de immu.eccle. quia est speciale ꝙ cõmittens homicidiũ in cæmiterio,vel in ecclesia ex proposito,non gaudeat immunitate ecclesiæ.Secus si extra ecclesiã cõmisit;licet ex proposito.Itẽ facit contra.c.inter alia.de immunit. eccl. qđ generaliter vult,ꝙ cõmittẽs crimẽ,quãtuncunq; graue,fugiẽs ad ecclesiã,non debet inde inuitus extrahi.cũ ergo iste casus,ſm hũc intellectũ,nullibi reperiatur exceptus,& sit lex Exodi,& nõ noua, debemus stare regulæ.Sed dicit hic Inn. ꝙ fortè iste tex. procedebat in altaribus veteris testamenti, quæ non erant tantę authoritatis,quantæ sunt nostra. Itẽ. & tertio facit in contrarium;quia ſm prædictũ intellectũ,iste tex. debuisset situari sub titulo, de immu. eccle. ſm quòd traditur in proe.6.in verbo, titulis. Sed hoc argu.parum stringit; quia ratione homicidij,congruẽ potuit hic situari.Vide quæ dixi in.c significantibus.ſ.de appel.Goffr. hic dicit, ꝙ hæc lex Exodi hic posita,nõ est hodiè obseruanda. sed ideò hic fuit posita,vt haberetur eius noticia.Sed hoc nõ placet,per notata. ſ.in procm. Vnde datur alius intellectus.videlicet,ꝙ text. intelligatur de morte per pœnitentiã.videlicet,quòd moriatur scilicet in pec-
6 catis suis,vel vt deponatur,nam † depositio est mors ciuilis.2.q.7.§.quia ergo. Vel secundum Host.debet intelligi de homicida incorrigibili,qui post depositionẽ,debet tradi curiæ sęculari,vt.c.cum nõ ab homine.de iudi.D.m.hic dicit,quòd iste tex. põt intelligi tam in laico,quàm in clerico.Et intelligendo de clerico debet exponi,quòd homicida ex proposito debet auelli ab altaris ministerio;hoc est, à communione fidelium ; quod etiam probatur per verba se-
7 quẽtia,ibi,vt moriatur.nã† hæc verba canonibus inserta,debent intelligi de morte ciuili,& sic de excõmunicatione.Facit.c.per venerabilem.qui fil. sint legit.licet ergo tempore huius legis intelligeretur de morte naturali;tamen inserta canonibus debet intelligi de ciuili,& sic de excommunicatione.quia canones non imponunt mortem naturalem.Imo prohibent clericum interesse.vt.c. sententiam. ſ.ne cleri, vel mona.Item potest intelligi de clerico,& tũc tex. stat propriè ; quia propriè clericus potest ab altari auelli,qui est astrictus altari.& tunc verbũ moriatur, põt dupliciter intelligi; moriatur. ſ. morte ciuili, ſ.

per depositionẽ,vel per actualẽ degradationẽ si fuerit expediens,& traditionem curiæ seculari. vt tradi tur in.d.c.cum non ab homine. ſ.de iud.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Furis,& latronis differentia.*
2 *Fur vnde dicitur.*
3 *Fur,qui comprehendi potest,non debet occidi.*
4 *Pœnitentia in quibus consistit.*
5 *Arma pœnitentiæ.*
6 *Cibis delicatis,pœnitentiæ tempore,non vtendum.*
7 *Cibi prohibiti in ieiunio,qui sint remissi.*
8 *Homicida,vt excusetur ab occisione furis,tam in foro fo ri,quam in foro Poli, quid requiritur & sub nu.9.*
9 *Factum lege permittente,pœnam non meretur.*
10 *Deus eleemosyna,& ieiunio multum placatur.*

Interfecisti. Ponit pœnitentiã occidentis latronẽ, cum se potcrat aliter liberare . Si verò aliter non poterat se liberare, non tenetur pœnitentiam agere, nisi ad cautelam. h.d.Secunda ibi.si autem.¶ Noto primo,quòd† dif
1 ferentia est inter furem,& latronem. fur enim dici-
2 tur ille,qui de nocte furatur . Et † dicitur à furuo,ꝙ est nigrum;quia in tenebris ambulat. Latro verò de die.Sed tu dic,quòd hæc synonimè accipiuntur . dic vt dixi in.e.suscepimus.ỹ eod. Et aduerte , quia duplex est latro,non famosus,& famosus.vide.l.capitalium.§.famosos.ff de pen.& iura allegata in gl.1.Se
3 cundo nota,ꝙ vbi† fur, vel latro potest deprehendi, non debet interfici.Et ita debet limitari. c. seq. & l. itaq;.ff. ad.l. Aquil. quæ volunt , ꝙ nocturnus latro posit occidi.Et pondera text.quia simpliciter dicit comprehẽdi.Ex quo infert.D.m.ꝙ licet ille , cui cõ mittitur furtũ de nocte,non posit furem tunc aliter, cõprehẽdere,si tñ fur fuit cognitus,adeò ꝙ ille, cui fuit cõmissum furtũ posit sibi ,puidere,mediãte iudice,& fur ille sit soluendo,non potest impunè occidere.Et hæc nota ad limitationem eorum,quæ dicit Bar.in l.furem.ff.ad leg.Corne.de sic.& quæ dicetur
4 in.c.seq.Tertio not.plura ex quibus† agitur pœnitẽ tiã.videlicet ieiunium, quod consistit principaliter in abstinẽtia cibi,& potus,& vestis . quia debet quis
5 vti cilicio,vel sacco. Vnde dicit Hieronymus ꝙ† saccus,& ieiuniũ sunt arma pniæ. & auxilia peccatorũ. Et si ex duobus necessariis vnũ ẽ subtrahẽdũ potius eligẽdum ẽ ieiuniũ absq; sacco,ꝙ saccus absq; ieiunio.Tertiũ ẽ exercitiũ , p ꝙ faciliter qs posset ruere in peccatum prout est militia,vel simile. Quartũ,delectationes,& gaudia;quia tempore pœnitentiæ debet quis affligi animo & corpore.Et ideo debet abstinere a thoro,hoc est à coniũctione carnali,in qua maxima est delectatio,vel à thoro,i. à lecto, quia nõ debet in lecto dormire,Et sic intellige glo.Tenet tñ reddere debitum,vt dicit glo.Quarto nota ibi, par-
6 uis pisciculis. quòd† tempore pœnitentiæ quis non debet vti cibis delicatis , & voluptuosis. vide distin.
7 deniq;.Et qui sint cibi † prohibiti , vide Hostien. in summ.in titu.de obseruatione ieiunij.§.qualiter.

Quinto

8 Quinto nota,ibi,te tuaq;.quòd † ad hoc,vt quis ex-
cuſetur ab occiſione furis, requiritur quòd occide-
rit,vt ſe,& ſua liberaret. Non ergo ſufficit rerum de-
fenſio,quia iſta duo ponuntur hic copulatiuè. ergo
amborum requiritur concurſus , vt. l.ſi hęredi.ff.de
cond.& demonſt. Et hoc tenet gloſſ. 23.q.3.in priu.
& Goffred.& Ioan. And.hic; Legiſtæ tamen , maxi-
mè Bart.in.d.l.furem.ff.ad.l.Corn.de ſic. tenet con-
trarium.&.l.1.C.vnde vi.& d.Flor.in.l.itaq;.ff. ad.l.
Aquil. Pro qua opinione. facit text. in. c. ſeq. vbi fit
mentio de illis legibus. D.m.hic,pro concordia opi.
dicit, quòd in foro pœnitentiali non excuſatur quis
propter permiſsionem iuris ciuilis; quominus de-
beat agere pœnitentiam. Facit quod not.glo.33.q.
2.c.admonere.coniuncta.l.quod ait.&.l. nec in ea.
ff.ad.l.Iul.de adult. Et ita debet intelligi.l.gracchus.
9 C.de adul.quæ dicit, † quod fit lege permittente,nõ
meretur pœnam;quia debet intelligi propriè de pœ
na;non autem de pœnitentia. Et hoc procedit,quan
do lex ciuilis permittens,non coadiuuaretur iure di
uino. Vide quæ dicam in.c.ad audientiam.in.3.arti.
principali.7.q.principalis.q. 28. ℣. eo. Aduerte ta-
men,quia hoc procederet reſpectu rerum; ſed reſpe
ctu perſonæ,ſi non poſſet quis aliter euadere,non re
quiritur copulatiua rerum;ſed ſatis ſufficit defenſio
perſonæ,vt in cle.1.de homi. Quo caſu aliqua irregu
laritas non incurrit,vt dicam in.d.c.ad audientiam.
in.3.artic.7.q.princ. Et ex prædictis not. quòd non
dicitur quis ſe defendere quo ad forum pœnitẽtia-
le,cum moderamine inculpatæ tutelæ,ſi ſimpliciter
defendit res. Sed hæc defenſio videtur habere quan-
dam odij meditationem, & ſic quaſi quandam vindi
ctam,vt hic in tex. Quantum verò ad forum conten
tioſum,diſtinguimus inter furem nocturnũ,& diur-
10 num.&.c.ſeq. ¶ Vltimo nota duo,† quæ multum
iuuãt,;& in quibus Deus multũ placatẽ videlicet,ieiu
nium,& eleemoſina. In ſi.glo.ſi.dic,ex hac glo.habes
duos intellectus ad tex.noſtrum.primus,quòd ſacer
dos interficiens alium defendendo ſua, nõ debet pu
niri ita grauiter;ſicut ſi ſine defenſione commiſiſſet
homicidium,efficitur tamen irregularis. de quo di-
cam in d.38.q. Secundus intellectus eſt,quòd ſacer-
dos,non valens aliter euitare mortem , niſi interfi-
ciat,debet pœnitentiam agere, & ſic efficitur irregu
Cõis laris. Sed iſte intellectus* communiter reprobatur;
opi. quia eſt contra clem.1.eo.tit.& dixi. ℣.in notab.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Fur etiam dicitur,qui de die furatur.*
2 *Homicida propriè non dicitur, qui lege permittente occidit.*
3 *Statutum prohibens quod Homicida ad honores non admittatur,locum nõ habet in eo, qui lege permittente homicidium commiſsit.*
4 *Dies quando incipit,& quandiu durat.*
5 *Pœna in delictis (ſecundum ſtatuta Italiæ) de nocte commiſsis duplicatur.*
6 *Statutum pro delicto de nocte commiſſo, duplicatã pœnã imponens. An locum ſibi vendicet in delicto in Aurora,uel in crepuſculo.i.paulo poſt occaſum ſolis commiſſo ſub nu.7.vbi de communi.*
7 *Nox,& dies vnde.*
8 *Ratio legis conſideranda.*
9 *Furem nocturnum,an occidere liceat.*

Si perfodiens. Fur diurnus
non occidi-
tur ſine cul-
pa;ſed nocturnus ſic.h.d. Primo ponũtur verba Exo
di.c.27. Secundo,ponuntur verba Auguſtini,ibi,in-
1 telligitur ergo.¶ Noto primo , quòd† fur poteſt &
dici,qui de die furatur. dicam in. c. ſuſcepimus. ℣.
2 eo. Secundo no.quòd† homicida propriè non dici-
tur,qui interfecit defendendo ſe,& ſic lege permit-
tente. nam ſecundum communem vſum loquendi,
homicidium ſonat in delictum. Sed id quod fit lege
permittente , non eſt delictum;ſed ſecundum ethy-
mologiam bene eſt homicidium. Et faciunt ad ſtatu
3 ta† prohibentia, quòd homicida non admittatur ad
honores;quia debent intelligi de homicidio nõ per
miſſo. Tu vide Bal.in repe l.data opera.C. qui accu.
non poſſ.& d.Floria.in.l.4.ff.ad.l.Aquil.& vide quæ
dixi latius in cle.1.de ſequeſter.poſ.& fructuũ. Ter-
tio not.ibi,ſi ſol oriatur.coniuncto illo verbdo,iur-
4 nus.quòd† dies incipit ab ortu ſolis, & durat vſq; ad
occaſum. Et inducitur hoc ad determinationem no
5 tabilis.q. nam † communiter ſecundum ſtatuta Ita-
liæ,in delictis commiſsis de nocte duplicatur pœna.
6 Vnde dubitatur , vtrum delictum commiſſum † in
aurora,paulo ante ortum ſolis,quando eſt aliqua cla
ritas,vel in crepuſculo,paulo poſt occaſum, dicatur
commiſſum de nocte,vel de die;ita quòd debeat im
poni pœna duplicata,vel non. Iſte text.poteſt indu-
ci,quòd dicatur commiſſum de nocte;Nam illud tẽ
pus,quo ſol non eſt ſuper terram,attribuit nocti. Ad
idem.c.1.de treu.& pace.&.c.conſuluit.de offi. del.
& in aut.de iud.§.ſedebunt. In contrarium facit tex.
noſter,dum dicit,quia poterat diſcernere,quaſi ſen-
tiat,ſatis eſſe,quòd poſſit diſcernere ad hoc,vt dica-
7 tur dies;licet nõ ſit ortus ſolis. Item facit , quia† nox
dicitur à tenebris, dies verò à luce. ſed in dictis ho-
ris lucet ſol propter reflexionem; licet nõ appareat.
Cũ ergo aliqua ſit claritas,debet attribui diei. Ter-
tio poſſet argui , quòd non dicatur commiſſum nec
de die,nec de nocte, De die non;quia ſol non eſt ſu-
per terram. De nocte non;quia non ſunt tenebrę. vn
de erit caſus omiſſus a ſtatuto. & ideò ſtabimus iuri
communi,argu. c. ſuſceptum. de reſcript. lib.6.&.l.
commodisſimè.ff.de libe.& poſth. Sed dicit hic Io.
And.quòd hoc argumentum non tenet;quia dies,&
nox ſunt contigua.& ſic ipſorum extrema ſe contin
gũt. Facit.ff.de adul.l.capite quinto.ibi , retinere ho
ris diurnis,nocturniſq; continuis. Guido de ſuza. in
ſuis quæſtionibus ſtatutorum in.l.more Romano.ff.
de ſer dicit,quòd aliqui tenẽt primam partem, ipſe
verò ſecundam. Ioan. Andr.tenet ſecundam.& ſic di
cit ſe audiuiſſe determinatum fuiſſe. Dicit tamen,ꝙ
putat primo conſiderandum eſſe,an in loco cõmiſſi
delicti,ſit aliquod ſignum campanæ , vel ſimi. quod
diem à nocte diſtinguat,prout hic in ciuitate Senen
ſi,& tunc illud ſeruandum eſt . Sed in dubio dicit il-
lud fore arbitrarium,vt ſcilicet arbitretur tenebro-
ſitatem,& illam nocti attribuat. Item claritatem , &
illam

illam diei attribuat. In dubio tamen dicit, quòd debet interpretari in benigniorem partem. Et cū hoc dicto transeunt communiter* canonistæ. & sequitur D. Anto. & Bart. in. l. aut facta. §. tempus. ff. de pœn. per. l. præses. &. l. interpretatione. eod. titu. Vnde dicit quòd assessor debet esse cautus circa examinationem testium, vt diligenter inquirat. Et hoc etiā sequitur. D. m. & allegat quod in simili dicimus de hermaphrodito, secundum quod traditur in. l. quæritur. ff. de statu ho. &. 4. q. 3. c. hermaphroditus. Item

Cōis opi.

8 facit quia ratio† legis est consideranda, vt. l. nominis & rei. §. verbum. ff. de verbo. signi. &. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Sed text. considerat rationem, quia poterat discerni; igitur &c. Et ad prædicta vide Feder. consi. 53. ¶ Vltimo nota quòd stante dubio vtrū inuadens facit ad defensam personæ, & rerum potest quis se impune defendere, etiam quò ad forum pœnitentialem. Hoc tamen intelligendum est, secundū quòd dicam. ī. eod. c. ad audientiam. in. 3. artic. 7. q. principalis. Glo. 2. format. 2. q. & sol. Iu. fi. gl. dic de hac materia, vt dicam. ī. eod. c. ad audientiam. in. 3. artic. 7. q. principalis. q. 14. &. 15. &. 16. & in pluribus alijs. qq illius artic. ¶ Vltimo quæro, quid velit

9 dicere tex. quòd † nocturnum furem occidere licet, quoquo modo. Solu. dic, quòd debet intelligi, quòd licet in diurno fure distinguendum sit, an se telo defendat, vel non, tamen in nocturno simpliciter videtur licitum. Quod tamē intellige, vt dixi in preced. si non potest aliter deprehendi.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Polliceri qui dicitur.*

2 *Pollicitatio quid, & in quo differt a pacto nudo.*

3 *Alteri ne feceris quod nolis tibi fieri.*

Cū iuramento. Iuramentū generale non extenditur, vt quis teneatur ad homicidium iniustū. h. d. Vel sic, Sub generali pollicitatione, vel promissione, etiam iurata, non venit illicitum. h. d. Et concordat. c. 1. de iureiur. lib. 6. &. c. Quintauallis. &. c. veniens. de iureiu. In tex. ibi, Herodes. dic, vt Matth. c. 9. & Mar. c. 6. In tex. ibi, quodcūq;. dic, etiam si petijsset dimidiam regni sui, non videbatur aliquo modo comprehēdi homicidium, propter maioritatem & excellentiam hominis. ¶ Noto primo ibi, polli-

1 ticus. quòd † polliceri dicitur ille, qui nulla præcedente petitione, seu rogatione aliquid promittit. Et

2 sic pollicitatio † differt etiam à pacto nudo; quia pactum licet sit nudum, requirit consensum plurium. hoc est, promittens, & postulantis. Sed pollicitatio est vnius tantum promissio. l. 4. in princip. ff. de pollicit. & gloss. in versicu. polliceor. in clem. 1. de iureiuran. Secundo nota bonum text. ad fugiendum arg. regulæ. vt detur instantia limitans illam regulam, & casus sit similis instantiæ. vide 1. q. 7. c. si-

3 cut vrgeri. Vltimo nota quòd †non debet quis alteri facere quod sibi, vel suis non voluisset fieri. In glossa super verbo, fecisse. dum dicit, homicidium,

scilicet de Ioanne Baptista, qui in carcere tenebatur de Herode.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegia, vel incantationes circa quid fiat.*

2 *Homicida est, qui explendæ libidinis causa, seu odio abortionis amatorium poculum dat: si inde mors sequatur. et nu. 4. & 5.*

3 *Irregularitas sola voluntate contrahitur.*

5 *Deus creator corporis, & animæ.*

6 *Mulier procurans sibi Abortum qua pœna puniatur.*

7 *Partus quanto tempore dicatur animatus.*

8 *Medicus si mulieri pregnanti, & infirmanti abortum suadeat pro salute vitæ suæ an teneatur. Et quid de muliere.*

9 *Circumstantiæ, quæ in homicidio attenduntur.*

Si aliquis. Homicida est qui dat venena, vel facit sortilegia sterilitatis cā. h. d. ¶ No-

1 to primo, quòd † sortilegia vel incantationes fieri possunt, ad hoc vt aliquis efficiatur impotens ad concipiendum, vel generandum Facit tex. dum dicit, aliquid fecerit. nam cum postea subiungitur, vel ad potandum, Infertur quòd primum dictum intelligitur quando hoc factum fuit per incantationes. Secundo

2 nota, quòd dispositio huius. c. procedit, siue† aliquis hoc fecerit explende libidinis causa, siue ex odio. Exemplum primi potest figurari, secundum Ioan. And. si forte erat mulier libidinosa, quam non decebat prægnantem fieri; vnde vt commode posset seruire libidini, hoc fecit. Aliqui etiam faciunt propter paupertatem; vt puta, fecit, vt succederet ab intestato. vel propter amorem, vel simi. Sed quærunt hic Doct. quid si non ex odio, sed ex amore hoc fecerit, vt à muliere amaretur. Sol. dicit Vinceu. quòd idem. Tales tamen qui dant poculorum amatorium, grauiter puniuntur, si inde sequatur mors; licet sequatur contra intentionem dantis. Et talis tenetur de homicidio, vt. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pęn. ¶ Gloss. sentit contrarium, q. non sint paria hominem occidere, & dare causam sterilitati, aut abortui. Glo. sol. distinguendo inter pœnam, & irregularitatem. Item sentit distinctionem, an fœtus sit animatus, vel non. In eadem ibi, nō est irregularis; dic, not. ex hac glo. quòd non contrahatur irregularitas; nisi

3 homo actu interficiatur. Ex† sola enim voluntate nō efficitur quis irregularis. Tu dic, vt dicam. ī. eod. c. ad audientiam. in. 7. q. principali, articulo tertio. In

4 fi. gloss. dic, Sed† aduerte circa. q. principalem. gloss. & tex. nostri, vtrum ille, qui dedit causam abortui dicatur homicida, & debeat vt homicida puniri. Circa quod videtur dicendum, quòd si puerperium, seu fętus adhuc non erat animatus. quoniam vulua primo recepit sperma, deinde confouet, & confotum corporat. Corporatum in membra distinguit; & inter illas secreti vētris angustias manus Dei semper ope-

5 ratur & sic anima infunditur. Idemq; † corporis creator, & animæ est, secundum Hierony, ad Ruff. 56. distinct. nasci. Vnde antequam anima infundatur, non dicitur

dicitur homicidium, cum homo constet ex animo, & corpore, vt dixi.§.in rub.Dicit tamen Augusti.ꝙ cum de anima sit quæstio, non est præcipitanda sententia.Illud tamē asserit,quòd si puerperium adhuc non sit formatum; quia adhuc anima non est infusa, non est homicidium; post infusionem autem est homicidium.32.q.2.c.quod verò non formatum.&c. Moyses.&.c.sicut.2.ͅ.eod.titu. In contrarium facit text.noster,qui vult,ꝙ puniatur vt homicida, etiam si fuerit causa sterilitatis. ergo fortius debet teneri, licet puerperium non sit formatū.Sol.secundum gl. nostram ꝙ tex.noster procedit,quo ad pœnam legalem.Sicut dicimus de illo, qui dedit poculorū amatorium,vt.§.dixi.Sed non efficitur irregularis vt homicida;vt hic dicit glo.Et sic non est propriè homicida,sed occasionaliter.Vnde etiam pœnitentia spiritualis est ei iniungenda.vt in vltimis iuribus allegatis hic in gl.Sed tu aduerte,licet Doct. hic simpliciter transeant,ꝙ talis,secundum leges non dicitur homicida;nisi interpretatiuè. & si puerperiū erat informatū,tunc percutiens tenetur lege Aquilia.& sic nō tanquā de occiso,sed de rapt.per.l.si seruus seruū.§. mulier.ff.ad.l.Aqui.&.l.Q.Mutius. Sicut etiam dicimus,de oliua immaturè collecta,vt.d.l.si seruus.§.q

6 oliuā.Et in hoc etiā aduertēdū est;ꝙ si mulier † ante puerperiū informatū,sibi vim intulit,vt abortū pareret,nō afficitur vltimo supplicio; sed damnat in exiliū.l.si mulierē.ff.ad.l.Corn. de sic. Secus si formatū esset;quia damnaretur ad mortem. Et hoc est quod voluit.l.si quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pœn.q̄ vult,quòd humiliores in metallum damnentur; honestiores verò amissa parte bonorum in insulam deportētur.Et ad prædicta vide Host.in sum.eod. titu. §.1.post princ. Aduerte tamen, quia etiam si partus esset inanimatus,si tamen mulier dedit cām abortui propter pecuniā,tenetur.l.Pompeia.de paricid.tex. est singularis in.l.Cicero.ff.de pœn.& vide Barto.ad materiam in.l.diuus.ff.de var.& extraor. cri. ¶ Quā

7 to † autem tempore partus dicitur animatus glos.5. dist. in princip.dicit,ꝙ masculus in.40.diebus,fœmina verò in.80.Bart.tamen,& melius.dicit, ꝙ fœmina in.40.diebus.Ita dicit in.d.l.diuus. ¶ Vltimo circa prædicta subijcio notabilem quæstionem,quæ quo-

8 tidiè in practica contingit.Pone, † peritus medicus infirmanti,& prægnanti mulieri,cuius vitæ, secundū artē medicinæ,succurri non poterat, quominus ipsa cum partu animato periret, suasit abortum, & mulier medici consilium adimpleuit.quæritur,an medicus teneatur,& quid de muliere? Symon de Bursano in clem.1.eod.titu.tenet quòd sic.Facit, quia abortus est de genere malorum, & prohibitorum. 32.q. 2.c.aliquando &.c.Moyses.In contrarium facit, qꝫ plura videntur concurrere,propter quæ saltem mulier,debeat excusari.Primo,authoritas medici, quæ magna est.55.distinct.si quis à medicis. Secundo,verisimilis mortis certitudo vtriusq;. Tertio quia talis actus exercetur intra seipsam. nam licet pro salute mea mihi non liceat alium sine defensione mea mutilare; tamen pro salute mea licitum est meipsum mutilare; vt puta, si vulnus immedicabile est, propter quod membrum resecandum est ense. vt. d.c.si si quis à medicis.ergo licuit mulieri in se facere,qđ in alio non licuisset. Quarto,quia offendendo,nemini nocet.Quinto,quia hoc fecit solum, vt se liberaret à morte. Sexto,quia ex duobus malis minus est eligendum.l.si ita vulneratus.in.fi.ff.ad.l.Aquil. Fa-

9 cit etiam, quia † in homicidio non solum inspicimus factum,sed etiam intentionem,locum,tempus, causam,& similia,vt in.c.seq.Quæstio ista est notabilis;sed pro nunc nolo decidere.quia fortè, Deo duce,illam disputabimus.

Côi opi.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos in pœnitentia imponenda, circumstantias augentes,vel minuētes peccatū,cōsiderare debet. & quæ sint.*

2 *Pœnitentia pro delicto actualiter consumato maior est imponenda.*

3 *Agentes, & consentientes pari pœna puniuntur. in foro pœnitentiali secus. Idem in opem præstante, ne delictum impediatur.ibidem.*

4 *Laborandum cuiq;,ne proximo fiat iniuria.*

5 *Custodientes vestimenta occidentium, quos sicarios esse sciebat,non sunt immunes à pœna.*

6 *Restitutio,quo ad integram pñiam, non sufficit raptori.*

7 *Pœnitentia sufficit ei,qui male ablata restituere non pōt.*

8 *Ablatum cui restituendum.*

9 *Mora aggrauat delictum.*

10 *Clericus,homicidæ auxilium,consilium,vel fauorem præstans, deponitur.*

11 *Depositus non potest cantare in ecclesia.*

12 *Luens in corpore propter soluendi impotentiam, omnino liberatur,etiam si exinde ad pinguiorem fortunam deueniat.*

13 *Statuta punientia homicidas, an comprehendant mandantes homicidium fieri.*

14 *Papa an possit dispensare cum homicida voluntario.*

15 *Clericus ex Homicidio necessario,& ineuitabili, irregularitatem hodiè non incurrit.*

16 *Plures in simul alicui damnum inferentes an teneantur in solidum damnificato. Et quid in foro contētioso,& pœnitentiali. Et quid de cōsilii Auxiliū,vel fauorē in casu prædicto præstantibus. Et quid de præsentibus tantum, sed nec consilium, nec opem damnificanti præstantibus latè discutitur vsq; ad fin.cap.*

17 *Fori contentiosi,& pœnitentialis diuersitas.*

18 *Consiliarij quandoq; tenentur ad restitutionem iniustè ablatorum per eos,quibus consulunt.*

16 *Differentia inter præstare consilium,& auxilium. Si tamen ex ipsis vnus læso in totum satisfecerit, alij proportionabiliter eidem in foro animæ resarcire tenentur. & nu.20.*

Sicut dignū. Pro intellectu istius c. præmitte, quòd Papa mandauit Episcopo Exoniensi,ꝙ absolueret omnes occisores Beati Thomæ de Conturbia Cantuariensis archiepiscopi. qui fuit interfectus tempore Arici maioris Anglorum regis.& omnes alios quæ fuerant eius mortis culpabiles, & fortè pœnitentiam expræsserat eorū,qui occiderūt.Episcopus verò Exoñ. qui reperit varios diuersis culpis culpabiles dubitauit de pñia iniungēda,& ideò cōsuluit Papā vt rñderet,vt cōtinet hic in litera. Et hoc ponit ꝓ summario.

rio.Ioan.Andr.Sed.D.m.ita summat,in pœnitentia imponenda,iudex debet attendere circunstantias ex quibus augetur, vel minuitur delictum. Hoc primo vsq; ad.§.illi autem. Et socians homicidam animo occidendi, licet manum non apponat, si tamen ex causa sua mors sequuta, quasi pari pœna cum homicida tenetur.hoc secundo,vsq; ad ver.illi etiam. Et qui sociat homicidã tñ animo ,phibẽdi ne impediatur,tenet paulo minori pęna q̃ homicida,hoc tertio vsq; ad ver.qui vero. Et incitans aliquem ad odium, ex quo sequitur homicidium mitius punitur,quã homicida.hoc.4.vsq; ad ver.Hi quoq;.Et custodientes sarcinas occidentiũ, sciẽtes eos esse sicarios,nõ sunt immunes à pęna homicidij.hoc quinto vsq; ad vers. eos.Et surripiens spolia occisi; per hoc non tenetur de homicidio. Et non sufficit quòd illa eroget pauperibus,quoniam certi,& cogniti sunt, quibus sunt restituenda.hoc sexto.vsq; ad versic.illis. Et participantes interfectoribus in excommunicatione, diuersimodè puniuntur iuxta modum participationis.hoc septimo,vsq; ad ver.clericos. In quo vltimo ver.ponit pœnitentiam clericorum,qui præstiterũt prædictæ morti auxilium,& fauorem.Et in text. ibi, quasi in princip. &c. §. dic,sub isto.§.continebatur. Sicut dignum, & rationabile est difficiles quæstiones ad Papam referre,sic ex suscepto ministerio,Papa debet illas soluere, & quærentibus respondere.

1 ¶ Noto primo ex principio,quod sacerdos† in pœnitentia imponenda debet considerare multas circunstantias,quæ habent augere, & minuere delictũ; & sic quantitatem pœnitentiæ. Debet enim considerare quantitatem delicti.videlicet, an sacrilegium, paricidium,vel homicidium.Qualitatem,an occultum,vel manifestum; Aetatem an.s.infans, puer, vel adolescens fuerit.Item sciẽtiam.videlicet, an discretus,furiosus, doli capax,vel mente captus. Item sexum.Item conditionem.an.s.sit seruus,vel liber;laicus,clericus secularis, vel religiosus, in minoribus, vel in sacris constitutus.Item tempus,an.s. tempore orationum.vel ieiunij;an de die, vel de nocte Item locum,an.s locus sit prophanus,religiosus,vel sacer. Item moram,vt traditur in versic.illis. videlicet, an longo tempore steterit in illo,vel breui,an frequentauerit,vel non.arg.c.fi.§.de consue.&.c. cum satis. &.c.cum in ecclesia.§.de simo.& sic de similibus, Vide bonum tex.de pœnit.dist.5.Vbi vide,quòd inter omnia,principaliter debet attendi animus delinquẽtis.nam secundum quantitatem contemptus, mensuramus,quantitatem reatus in.c.cum quidam. de iureiuran.&.40.distinct.c.homo Christianus.Et sic patet ex prædictis quòd in pœnitentia imponenda nõ potest dari certa doctrina. & sic est arbitraria. §. de pœnit.& remis.c.Deus qui.& de pœnit.dist.1.c.mẽsuram. Potest etiam sacerdos ex potestate sibi concessa dispensando aliquando minuere pœnam, vt in quit. Augu.de pœnit.distinct.1.c.quem penitet. Vnde dicit. D.m. quòd sacerdos in impositione debet dispensare cum peccatore, si minorem pœnam imposuisset. Secundo notã ex versi. illi autem.arg. optimam,quòd ex sola voluntate,etiam deliberata,& sic quæ non stetit in ptimis motibus committendi delictum,etiam si per impotentiam facti, vel impedimentum,non fuit sequutum delictum,non debet qs

2 tanta† pœnitentia affligi,quanta si commissum esset delictum.not.gl.de pęnit.dist.1.c.si cui. Nec ob.iura quæ videntur velle, quòd paria sint committere, vel non stare per eum quominus committatur.de pęnit.dist.1.c.qui cum telo. cum simi. quia debent intelligi quo ad interitum salutis eternę. non quo ad quantitatẽ pœnitentiæ. nam consumatio operis aggrauat.vt probat text. noster ibi, si de illa captione

3 mors eius secuta fuisset. Tertio nota q† licet in foro contentioso agentes,& consentientes pari pœna puniantur,vt.c.1.de offi. deleg. in foro tamen pœnitentiali aliquali minori pœna affliguntur præstantes opem,quam principales.Quarto not.ex versi.illi etiam, quòd præstans opem ne delicti perpetratio impediatur, in foro pœnitentiali minori pœna puniendus est,quam principalis. Quinto not. ibi, nec caret scrupulo.tex.qui quotidie allegatur. ex quo se

4 quitur argu.quòd† ad repellendum iniuriam inferẽdam proximo,tenetur quilibet. probatur de senten. excom.c.dilecto.libr.6. 23.q.3.c.qui potest. Sexto nota ex versi. qui verò quòd prouocans aliquem ad odium,propter quod sequutum est homicidium, tenetur;sed minori pœna,quam principalis. Et hoc si prouocauit ad odium in genere; secus si ad homicidium in specie;quia tunc grauius peccat. Septimo nota ex versic.hi quoq;. quòd præstans ministerium

5 in delicto committendo tenetur;quamuis illud ministerium sit modicum.Et ideo tenetur,qui† custodit vestimenta delinquentis, vt faciebat Diuus Paulus in lapidatione sancti Stephani.Hic tamen tex.loquitur de ignorante delictum in specie; sed cognoscente illos,quorum vestimenta, vel sarcinas custodiebat sicarios, vel homicidas esse. Octauo nota,

6 quòd † quo ad Integram pœnitentiam, non sufficit raptori,seu spoliatori alicui restitutio. sed præter restitutionem debet imponi pœnitentia de delicto cõ

7 misso.& in hoc nota hunc text. Nono not. quòd† sufficit,non valenti restituere male ablata pœnitentia; etiam quo ad integram remissionem peccati. Et sic

8 limitatur regula peccatum. Decimo nota quòd† quando est certus ille,cui debet fieri restitutio, debet ablatum illi restitui. Nec sufficit illud pauperibus erogare.Quod not.contra prælatos,qui faciunt sibi dari ab heredibus vsurarij aliquam pecuniæ quãtitatem, cum sint certi, quibus sint restituenda. Et etiam in alio facit hic text. contra prælatos, videlicet quòd restitutio incertorum,propter quam fit distributio inter pauperes,fieri potest per ipsum obligatum;non autem potest episcopus compellere, vt ipse sit distributor. & hoc etiam tenet Archid. dic, vt dixi in.c.cum sit.§.de Iudæ. Vndecimo not. quòd participans excommunicato mitius vel grauius est puniendus,secundum tempus participationis. vnde

9 †mora, vel frequentatio aggrauat delictum. vt dixi in primo notab. Duodecimo nota ex versi. fin.quòd

10 clericus† est depouendus non solum propter homicidium per se commissum; sed etiam propter homicidium commissum eius auxilio,cõsilio, vel fauore. Efficitur enim irregularis, licet homicidiũ per alios fuerit perpetratum.de quo dicam. in. c. ad audientiam.§.eod.in.7.quæst. prin.articu.4.5.& sequentia

11 bus.Vltimo nota quòd depositus† non potest cantare in ecclesiam, etiam respondendo. & de hoc per

Inno.

Inno.in.c.si.ȷ̄.de exces.prælator. quod not. In.fi.gl.
in versic.si habent.dic,hæc glo.allegatur pro singula
12 ri, quòd ille qui luit † in corpore,propter impoten
tiam soluendi in ære;non tenetur postea soluere, et
si peruenit ad pinguiorem fortunam. Tu verò vide
plures aliàs authoritates,quas dedi in. c. ad liberan-
dam.quasi in fin.s̄.de Iudæ.¶ Glo.pen. colligit qua
tuor modos,quibus committitur homicidiū, & di-
stinguit inter voluntarium, casuale, & necessarium.
& quodlibet membrum subdistinguit. In eadē ibi,
in quocunq; istorum casuum, quis committat homi
cidium.dic.Not.hanc glo.quæ in hac materia est no
tabilis,& magistra,& quotidie allegatur. Per quā di
13 cunt Doctores,quòd † statuta punientia homicidas,
verificantur etiam in mandantibus, & præcipienti-
bus homicidium.Facit.l.si quis id quod.ff.de iurisd.
omn.iud.&.17.q.4.si quis suadente.iuncto.c.mulie-
res.ȷ̄.de sent.excom.& not.Bart.in.l. aut qui aliter.
§.hæc autem verba.ff.quòd vi aut clam.&.l. hæc ver-
ba.ff.de adult.& latius in.l.non solum. &.l. si vnius.
§.si seruus.ff.de iniur.per Inno.in.c. ad audientiam.
&.c.penul.ȷ̄.eod.per Bal.in.l. gallus.§. quid si is.ff.
de lib.& posthu.Prædictam tamen regulam limitat
hic Ioan.And.nisi in statuto sint expressa aliqua ver-
ba,propter quæ statutum videatur requirere homici
dium reale;hoc est,proprio facto. vt puta,si diceret
si quis commiserit homicidium manu;vel ense; quia
tunc non comprehendit mandantem,vt.c.in nostra.
de iniur.pro quo dicto allego glo.not.in.clem.1.de
vit.& honest.cleric.Sed dicit hic.D.m.se fortiter du
bitare de hoc dicto,per.c.si quis suadente. vbi tex.di
cit,manus iniecerit. & sic videtur requirere manua-
lem iniectionem.& tamen mandans tenetur eadem
pœna,vt.d.c.mulieres.de sent.excom.vbi text.vide-
tur ꝓbare,quòd propriè videatur fecisse,qui per aliū
suo mandato fecit, quo ad materiam nostram. De
quo articulo non intendo hic tractare.fortè aliquid
dicam in.d.c.mulieres. Et de præstante opem, vide
Bart.in.l.is qui opem.&.l.in furti.§.ope.ff.de fur.In
eadem glossa ibi,cum tali nūquam dispensatur. dic,
14 vult gl.quòd etiam † Papa non possit dispensare cū
homicida voluntario. Et ratio potest esse,quæ sumi
tur ex sequenti parte glo.quia præceptum fuit diui-
num.Non edificabis mihi templum; quia vir sangui
num es;ergo Papa non potest dispensare. 20. distin.
sunt quidam.de quo articulo, dic vt latius dixi in.d.
c.cum continebatur.ȷ̄.eod.In eadem ibi,de miseri-
cordia toleratur.dic,hoc est ex dispēsatione. & hoc
placet. Host. Refert tamen quosdam tenere, ꝙ post
peractam pœnitentiam talis potest sine dispensatio
ne in susceptis ordinibus ministrare;sed ad maiores
non potest sine dispensatione promoueri. D.m. hic
dicit,quòd prima opinio est tutior. In fine glo.dic,
licet olim inter antiquos Doctores essent variæ opi-
niones; an ex homicidio necessario, & ineuitabili
quis incurreret in irregularitatem,vt hic; tamen ho-
15 die † nullum est dubium, quòd talis nullam incurrit
irregularitatem,vt est tex. in clem. 1.eod. tit. Et de
hoc articulo defensionis, tam sui, quam parentum,
propinquorum,& similium; quam etiam defensio-
nis rerum,vide quæ dicam in.c. ad audientiam.ȷ̄.eo.
in.8.artic.septimę quæstionis principalis.quæstione.
14.15.16.17.18.19.& 20. Et de materia principali
gl.nostræ,videlicet, de homicidio;vel mutilatione,
commisso facto proprio,mandato,ope,auxilio,con
silio,persuasione,negligentia, consensu,& ratihabi-
tione.vide quę latius dicam in.d.c.ad audientiam.in
tertio membro.7.q.principalis.Extra gl.opp. Doc.
in ver.illi autem.nam dicitur ibi,quòd illi qui faten
tur venisse animo occidendi citra manuum iniectio
nem, puniuntur &c.nam text.videtur in se contine-
re repugnantiam.Sol.duplex datur.Prima,quòd isti
veniunt ad occidendum vna cum alijs; non tamē ha
bebant animum occidendi proprijs manibus; sed
fortè circumeundi locum,ne fugeret;vel apprehen-
dendi.Secunda,quòd isti habuerunt intentionē oc-
cidendi; sed postea non apposuerunt manum; quia
fortè ante fuit occisus, quam ipsi appellarent illuc.
Secundo op.in ver.hi quoq; quia non videtur, quòd
illi potuerint eē ignari illius machinationis, ex quo
sciebant illos homicidas.Sol.duplex. Prima, quòd
ipsi erant ignari ad quem occidendum venirēt; scie
bant tamen illos venisse armatos occidendi causa,&
custodierunt eorum sarcinas,& vestes, secundū Ioā.
Andr. Secunda sol.est, quòd ipsi erant ignari illius
machinationis; quia non præstiterunt consilium in
morte ipsius. Sciebant tamen ipsos venisse ad interfi
ciendum sanctum virum secundum Host. & vterq;
intellectus est bonus. Vltimo in ver.eos insuper.quæ
16 runt.Doc.quid si plures † simul concurrunt in spolia
tione alicuius, vtrum vnusquisq; de spoliatione te-
neatur in solidum.Sol.Inno. & Hosti.dicunt, quòd
si talis non fuit culpabilis in subtractionem alterius
non tenetur,nisi de propria spoliatione.Secus si fuit
culpabilis;vt quia dedit cōsilium,vel fauorem. nam
tunc tenetur in solidum.Debet tamē aduerti ad qua
litatem culpæ;nam si dedit consilium,vt spoliaret,te
netur actione dolo. Vnde licet regulariter interdi-
ctum vnde vi,aut vi bo.rap.non detur contra consi-
lium dantem,vt.c.cum ad sedem.de resti.spol.tene-
tur tamen in defectum principalis qui bona subtra-
xit;vel quia non reperitur principalis,vel ignoratur,
vel quia deficit probatio;vel quia non est soluendo;
vel ex alia iusta causa;vt puta,quia damnum passus ti
met agere contra illum spoliatorem;quia est tyran-
nys terribilis;quia hoc casu potest agere ad res con-
tra illum,qui dedit consilium,argu.l.1.&.2.§ fi.cum
l.se.ff.de do.Et hoc in foro contentioso.In foro au-
tem pœnitentiali, tenetur qui dedit consilium,resar
cire omnino damnum;siue principalis sit soluendo,
17 siue non.Ratio † diuersitatis inter forum contentio-
sum,& pœnitentialem est;quia in contentioso atten
dimus modum agendi, & intentandi actionem. &
ideò prius contra principalem, quam contra consi-
lium dantem agendum est. Sed in pœnitentiali non
curamus de stricto modo agendi, sed attenditur
18 purum, & verum factum. Vnde † ex quo culpa il-
lius consiliarij res ablata est, tenetur illam restitue-
re.quod est no.dignum. Debent igitur bene aduer
tere consiliarij principum, qualia præstent consilia
circa huiusmodi spoliationes; quia in solidum tenē
tur ad restitutionem iniustæ ablatorum per domi-
nos. Et prædicta procedunt, secundum Inno. nisi
principalis,qui damnum dedit.fuerit absolutus.quo
casu liberatur qui consilium dedit dummodo ad eū
nihil peruenerit. Secus si aliquid peruenisset; quia
tunc

tunc non obstante liberatione principalis, teneretur illud restituere. Hoc tamen procedit in principali absoluto; Secus si esset absolutus præstans consilium; quia tunc per talem liberationem non liberaretur principalis. Et ratio differentiæ est, per regulã.accessorium.de re.iur.lib.6.& vide Bar.ad prædicta in.l. non solum. &.l.sed si vnius.§.si seruus.ff.de mino.Si verò non dedit consilium ad rapinam; sed illam dissuasit, fuit tamen in culpa; quia associauit raptorem, ne fortè ab alio offenderetur; & hoc casu si principalis fuit captus in rapina, adeò quòd nihil ablatum est, in nihilo tenetur qui associauit. Si verò principalis aliqua asportauit, dic, quòd etiam non tenetur associans; si modo ille etiam sine societate,
19 iuisset, & spoliasset. Aliàs teneretur, Et sic no.† differentiam inter præstantem consilium, & auxiliũ; quia primus tenetur in totum; & secundus solum ad id pro quo auxilium processit, & quatenus auxiliũ profuit. Ratio diuersitatis est; quia consilium extenditur, ad totam rapinam, seu alia damna. & ideò tenetur in totum; sed auxilium restringitur ad id, super quo fuit præstitum. quod not.& tene menti, Ex prædictis infertur, secundum Inno. quòd si plures associauerunt malefactorem, qui tamen dissuadebant delictum. si tamen passi damnum, non fuerunt ausi iniuriam propulsare, propter timorem omnium adunatorum, hoc casu in iudicio contentioso tenebitur vnusquisq; insolidum pro damno illato; quia vnusquisq; in quolibet damno opem dedit.ff.ad.l. Aqui. l.item Mela.§.si plures. Sed in iudicio animæ non tenentur, nisi de eo quod commiserunt. & sic proportionabiliter, & sic habetur ratio eorum, qui magis strenui erant, & qui magis timebantur. Sed si aliquis tantum iuit, vt delinquentes defenderet, non tamen ad rapinam, in nullo tenetur; dummodo de hoc aduersarius certificatus sit. Alioquin tenetur, si propter præsentiam eius, passus damnum non fuit ausus se defendere. Et idem etiam dicendnm de illis, qui vadunt causa pacificandi, aut obuiandi, si viderent aduersarios timere. & ideò debent esse cauti si volunt non teneri, vt denuntient illis propter quã causam accedunt. Illi verò, qui vadunt, vt raptorem defendant in rapina, tenentur in solidum, secundum tamen quòd. s̄. dixi. Facit text. noster in ver. illi etiam. Si verò negligentia alicuius damnum datum sit, vt puta; quia non cohibuit ignem, ne ad alienas domos vagaretur, tenetur lege Aquil. in foro contentioso, vt.ff.ad.l. Aquil. l. si seruus seruum.§. item si arbustũ. &.§.se.&.l.qui occidit.§ pe. &. j̄. de iniur. c. fi. Sed in foro animæ solum est de negligentia puniendus, ar.15.q.1.c. inebriauerũt. Quod est verum, nisi is, qui ignem accendit, intenderet dare damnum vel fuisset in lata culpa. vt puta, quia iuxta stipulam, vel domum plenam paleis ignem accendisset. Et finaliter concludit hic Ioan. Andr. quòd in foro animæ tenendum est, quod per quencunq; satisfactum sit passo damnum, omnes liberati sunt. tenentur
20 tamen, alij † proportionabiliter resarcire satisfacienti. Et aduerte, quia non sufficit resarcire damnum culpa, vel dolo commissum; sed debet etiam agi pœnitentia de dolo, vel negligentia, aut culpa, vt dixi supra in uot. & tenet hic gloss. in verbo. aliena.

CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Præsbyter licitè, & moderatè scholares corrigere potest.*
2 *Clericus, qui causam dat homicidio irregularis est. & sub num. 3.*
Sed an istud procedat quando ante baptismum commisit homicidium. vide sub nu. 3.
Irregularis, omni ecclesiæ ministerio priuatur. eo. nu. 3.
4 *Baptismo omne peccatum deletur.*
5 *Priuatio præsuppouit habitum.*
6 *Conditio eorum qui deliquerunt, melior esse non debet.*
7 *Dies pauci qui dicuntur.*
8 *Mortuus ex vulnere qui dicitur. & an, & quomodo probari possit. nume. 10. Et quid quando recidit sub num. 13.*
9 *Mortuus post. 40. dies, non præsumitur mortuus ex vulnere. sed ex mala cura.*
10 *Medicorum paucorum testimonio, quando, & in quibus creditur.*
11 *Deus interrogat cor, non manum.*
12 *Peccatum voluntarium malum est.*
13 *Causa causæ est causa causati à secunda causa. Quod declarat,*
14 *Medicus, postquam infirmus, qui visus fuerat conualuisse, recidit, an possit petere partem mercedem.*
15 *Verba cum effectu intelligenda sunt.*
16 *Actum quando dicitur.*
17 *Actio semel extincta non reuiuiscit; nec sanitas semel adempta perditur.*
18 *Obligatio tollitur solutione eius, quod debetur.*
19 *Infinitas vitanda.*

Præsbyterum. A sacerdotio deponitur percutiens causa disciplinæ, si modum excedit, & mors inde sequatur. h.d. Vel generalius, Homicidium casuale imputatur etiam ei, qui dabat operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam, quam debuit h.d. Noto primo, quòd † præsbyter licitè præest
1 correptioni scholarium; dummodo corrigat moderatè, vt.c.1.&.c.cum voluntate. j̄. de sent. excommu.
2 Secundo not. quòd † clericus non solum efficitur irregularis propter homicidium; sed etiam si culpa tantum commissa fuit. quod etiam ponitur in.c.se. &.c.suscepimus.&.c.de cætero. j̄. eod. Vltimo not.
3 quòd † irregularis non solum deponitur ab officio sacerdotali; sed etiam ab omni altaris ministerio; & sic ab omni officio cuiuscunq; ordinis. Potest tamen secum dispensari per Episcopum, vt. c. ad audientiam. j̄. eod. &.c. sequen. in fin. Sed in sacris dispensat solus Papa. Sed quæro secundum Docto. dicitur hic quòd ex homicidio sacerdos efficitur irregularis, ita quòd est necessaria dispensatio; si culpa est adhibita, vel commissa, an hoc sit verum indistinctè. Solu. Dicunt quidam, quòd est verum de homicidio commisso post baptismum. Secus si esset commissum ante, vt.c.si quis viduam. l. distinct.
4 &.c.1.51.distinct. Et ratio est quia † per baptismum deletur

deletur omne peccatum, & omnes sequela peccati.
26. distin. c. deinde. secundum Inno. Sed Hostien.
remittit se ad not. in sum. eo. tit. §. qua pœna. in ver.
lingua. & ver. si apponas. cum sequenti. Sed tu ad-
uerte, quia prædicta procedunt in homicidio com-
misso. per dolum, vel culpam ante baptismum, ita quod
ex ipso homicidio talis homicida peccauit. Sed ma
ius dubium est, quid de irregularitate contracta
propter peccatum commissum. Verbi gratia, si pa-
ganus ratione publici officij, vel ex mandato iudi-
cis, vel officialis aliquem occidit, iustitia mediante.
Hostien. in hoc dubio. §. qua pœna. vers. quid ergo.
tenet, quòd talis irregularitas non remoueatur per
baptismum; quia cum talis nullum peccatum com-
misit, non est quòd quæramus de deletione pecca-
5 ti; cum † priuatio habitum præsupponat. vt. l. decem.
de ver. obli. & c. ad dissoluendam. de despon. impu-
ber. cum si. Præterea, irregularitas contracta à paga
no per bigamiam licitè contractam; non tollitur
per baptismum; quia ibi nullum fuit peccatum. 26.
distin. c. acutius. & c. deinde. ergo pari ratione idem
videtur dicendum in homicidio commisso sine pec
cato. Nec obst. secundum Hosti. d. c. si quis viduam. & d.
c. 1. l. di. quoniam illa. c. secundum eum intelligun-
tur in homicidio voluntario; in quo aliquod pec-
catum sit commissum. de quo per Ioan. And. & do.
Ant. in. c. gaudemus. de diuor. Sed Hug. Tancr. Io.
Cald. & D. m. tenent oppositum. Primo argumen-
to à contrario sensu sumpto ex. d. c. si quis viduam.
& d. c. 1. Secundo, quia ex homicidio, etiam iustè
commisso causatur irregularitas ratione cuiusdam
horroris. videtur enim quidam horror, quod promo-
ueatur, qui fecit hominem mori. sed talis ratio ces-
sat in infidelibus; quia per baptismum fit quædam
regeneratio, & baptizatus efficitur nouus homo.
vt. c. ferrum. l. di. Præterea ista irregularitas proces-
sit ex constitutione ecclesiæ; ergo non debet exten-
di ad infideles. vt. d. c. gaudemus. cõiuncto. c. is qui.
de sent. excom. lib. 6. Ad quod notab. dictum. Inno.
in. c. ad audientiam. infra eo. vbi dicit, quòd cum irre-
gularitas sit de iure positiuo, debemus in dubio in-
terpretari quem non esse irregularem. Vtraq; opi.
est sustentabilis. Hæc tamen vltima videtur magis
æqua; quia non videtur esse deterioris conditionis,
qui iustitia mediante, commisit homicidium, quã
ille qui contra iustitiam per dolum commisit. arg.
c. cum qui. de præben. libr. 6. 16. q. 1. c. legi. & ff.
6 quod vi aut clam. l. nam etsi seruus. Nec † ex deli-
cto debet quis facere conditionem suam melio-
rem. vt. c. si verè. infra de sent. excom. & ff. de dona.
inter vir. & vxo. l. 2. §. 1. Facit etiam. c. 1. supra de postu.
& c. contingit. de do. & contu. Et hanc opi. arbi-
tror amplectendam, maximè post factum. Sed
antequam veniam ad glo. op. contra tex. in eo, quòd
dicit, post paucos dies. quasi sentiat à contrario, quod
si lõgius tempus paucorum dierum intercessisset, nõ
7 efficeretur irregularis; Sed contra; quia cum † pauci
dies dicantur duo, vel tres. vt. c. cum dilectus. de ac-
cu. & c. inquisitionis. in glo. fi. eo. tit. & not. glo. in. c.
dilectus. supra de præben. & glo. in. c. latores. infra de cle.
8 exco. mi. videtur, quod † si moriatur post. 6. vel. 7. dies
non tenetur. Sed in contrarium facit. c. se vbi dicitur
quod post. 8. dies. Et fortius facit contrarium. c. 2. infra de
cler. percusso. vbi tex. dicit, quod si moriatur post octo
menses non præsumitur decessisse ex vulnere; ergo
à contrario, si decessit intra. 8. menses, præsumitur
decessisse ex vulnere. Sol. glo. timore huius contra-
rij subaudit ad text. nostrum, dum dicit, post pau-
cos dies, scilicet, maximè. Quasi velit, quod idẽ sit, si
vlteriori tempore. sed magis hoc præsumitur post
paucos dies. & idem seq. hic Ioan. An. Sed contra
prædicta facit quod not. glo. in. l. 1. de emenda. ser-
no. quæ vult, quod si vulneratus post triduum fuit vi-
sus ire super baculum, quòd si postea moritur, non
præsumitur decessisse ex vulnere. quam glo. Bal. di-
cit singularem. Pro qua facit tex. in. c. si qua fœmi-
na. l. dist. qui loquitur de triduo. Sed tu aduerte, quia
iura in hoc articulo variè loquuntur. quædam di-
cunt de tribus diebus, vt. d. c. si qua fȩmina. cui con-
cordat gl. præallegata. Quædam de paucis diebus.
vt. c. seq. Quædam loquuntur per verbum aliquan-
diu. vt. c. ad audientiam. infra eo. Alibi vero dicitur, quod
licet moriatur post longum interuallum, tamen
præsumitur decessisse ex vulnere. vt. l. ait lex. ff. ad. l.
Aquil. Alibi dicitur, quod si moriatur post octo men-
ses, non dicitur ex illo vulnere decessisse. vt. c. 2. de
cle. percus. quasi sentiat à contrario, quod secus esset
si intra octo menses. In Lombarda verò dicebatur,
quòd si intra annum moriebatur, præsumebatur mo
ri ex vulnere. Quamobrem propter tantã iurium va
rietatem arbitror dicendum, quod in casu certi, debea-
mus stare certo, quod si vulnus est mortale, & hoc ita
apparuisset, præsumatur postea decessisse ex vulnere;
licet longum intercesserit interuallum. Aliàs autem
in dubio, arbitror hoc arbitrio iudicis relinquẽdum.
vt etiam sentit Io. An. & tenet D. m. hic & c. 2. infra de
cle. pcu. & Bar. in. l. si in rixa. ff. ad. l. Cor. de sic. Facit
quod not. in. c. de causis. supra de offi. dele. & l. 1. ff. de iur.
deliber. & l. saccularij. ff. de var. & extraor. cogni. Fa-
cit quod no. in. l. 1 §. expilatores. ff. de effrac. Facit etiã
ad hoc tex. noster, dum dicit, ex ipsa percussione in-
terijt, vel aliam infirmitatem incurrit. vt hic in gl. 2.
Ad idem etiam adduco verbum, aliquãdiu, positum
in. d. c. ad audientiam. quod videtur designare iudi-
cis arbitrium. vt not. glo. fin. in. l. Lutius Titius. ff.
man. Cyn. in. l. 1. c. vbi caus. stat. agi oport. in glo. in
ver. prouinciam. in. l. desertorem. ff. de re mili. & quod
not. in. d. c. de causis. cum alijs iuribus præallegatis.
In hoc autem, iudicio meo. versabitur iudicium
medici, vt inspiciat qualitatem percussionis, curæ
infirmi medicationem, & abstinentiam, febris, vel
alterius accidentis causam. quòd si vulnus non erat
magnum, & superuenit imediatè febris cum bubo-
ne, propter aeris pestilentiam, vt intra biduum, vel
triduum moriatur, certè non præsumetur mortuus
ex vulnere; sed ex veneno pestifero. Et idem fortè
esset dicẽdum, si vulnus esset magnum, per. l. præses.
& l. si. de interpretatione. ff. de pȩn. Sed quid si su-
peruenit intensus dolor illium, vel quia non potuit
mingere, & mortuus est? Adhibebit etiam in hoc iu-
diçium medicorum. vt. l. semel. C. de re mili. lib. 12.
& ff. de vent inspicien. l. 1. §. & quod traditur. in. c. 1. supra
de frigi. & male. Et ad prædicta vide. d. Floria. de bo
no. in. d. l. ait lex. ff. ad. l. Aquil. Arbitror etiam, quod si
esset vulnus in capite in parte supiori, & transissent.
9 40. dies, qui † est terminus exclusiuus dubitationis

mortis,ſm phyſic. ꝙ non præſumeretur mortuus ex vulnere;ſed ex mala cura. Et ex prædictis potes etiã colligere, qñ quis dicatur deceſſiſſe ex vulnere non curato.Quod tangit Bal.in.c.1.ver.ſexto quæritur. & ſeq.qui.mo.feu.amit. in vſi feu. vbi dicit,ꝙ in du bio præſumitur,quia exitus acta probat.vt.l.rem nõ nouã.§.fi.C.de iudi.& in.1.conſtitu.ff.in fi. Niſi attenta culpa infirmi,vel aliunde fuerit mors ſequuta. nam nõ dicitur ſimpliciter peruenire id, quod cum alio permiſcetur,vt.l.1.§.Trebatius. ff.de aqua quoti.& æſti. Facit quod not.glo.in cle.ſæpe.de verbo. ſigni.Si tamen vulnus fuiſſet prædominatum culpæ, diceretur mortuus ex vulnere. Secus ſi culpa eſſet maior,per.l.quæritur.ff.de ſta.ho. & quod not.in.c. quanto.ſ.de iudi. & quod not.gl. & do.Do.in.c.indemnitatibus.&.c.cum expediat.de electio. lib.6.

10 ¶ Sed quæro,qualiter † probabitur iſta negatiua,ꝙ non ſit mortuus ex vulnere. Bal. in.d.c.1. verſi.& not.dicit,ꝙ eſt valde difficilis. & dicit, ꝙ ſi vulnus eſt in loco periculoſo,vel eſt magnum vulnus, difficilis eſt probatio negatiuæ, ꝙ quis non ſit mortuus ex illo,cum ex tali vulnere mors ſoleat euenire,vt.c. ſignificaſti.2.ĩ.eo. Et ideò medici,qui volunt probare hanc negatiuam,debent diligenter examinari; & ſi ſunt in diuerſis opin.debet iudicari contra percuſſorem. Nec obſt.quod traditur in.c.in noſtra.ſ. de teſtib. vbi dicitur, ꝙ data contrarietate teſtium, reus eſt abſoluendus. Pro quo facit.l.Arrianus.ff.de act.& obli.quia iudicio meo poteſt reſpõderi,quòd iſtud eſt propter præſumptionem,quæ eſt pro teſtibus affirmantibus eum deceſſiſſe ex vulnere. Quod etiam verum arbitror, quando vulnus fuiſſet periculoſum, vel poſt paucos dies vulneratus deceſſiſſet. Vnde arbitror prædicta regulanda, & limitanda ſecundum theoricam traditam.ſ.in contrario formato,coniuncta theorica tradita in.d.c.in noſtra. Et

11 aduerte circa prædictam materiam,† quia magis creditur teſtimonio medicorum,licet paucorum, quã aliorum plurimorum non medicorum. Hoc tenet Spec.eo.tit.ver.pone.A. quia,licet ſint pauciores,tamen melius cognoſcunt factum,arg.l.2.§.exactis.ff. de orig.iur.& in auth.de non alie.§.quod autem. & quod not.ſ.de teſti.c.in noſtra.&.C.de re mili.l.ſemel.lib.12.50.diſt.c.vt conſtitueretur. verſi.expertus.de æta.& quali.c.ad aures.de pœnit.diſt.6.c.1.& quod not.in.c.ſignificaſti.ĩ.eo. Item aduerte, quia licet dixerim,quòd debet ſtari iudicio medicorum, tamen ſi in loco non inuenitur niſi vnus medicus,ſtaretur eius dicto. hoc voluit Bart. in.l.ſi in rixa.ff.ad leg.Corn.de ſica.per.§.quod autem.in auth. de non alien.& ſequitur etiam do. Florianus in d.l.ait lex. ff.ad leg.Aquil.quæ nota.¶ Glo.1.format duo contraria ad tex.& ſoluit. In eadem ibi,quantum ad gratiam innocens erat.dic,not.hanc glo. quæ ſimpliciter vult, quòd in foro animæ non punitur quis de homicidio voluntario,licet illud præceſſerit culpa. nã ex quo defuit voluntas committendi homicidium, non peccat;quia Deus interrogat cor, non manum. 14.q.5. ſi quid inueniſti. Nec tantum attendenda ſunt quæ fiunt, quantum quo animo fiant. amplius enim reſpicit Deus ad cogitationẽ, quàm ad actus. tex.eſt not.15.q.6.c.1.in fi. Et pro hoc facit notab. dictum Inno.in.c.præced.vbi not.dicit,ꝙ ille q dãnum dedit abſq; aĩo nocendi,licet culpam commiſerit,non tenetur in foro conſcientiæ ad reſtitutio-

12 nem damni;quia pctm † vſq; adeò voluntarium malum eſt,vt niſi ſit voluntarium, peccatum nullo mo do ſit.not.15.q.1.§.ex volũtate.in ſum. & tradit Io. And.in ver.à peccatis.poſt Archid.c.2.de immu. ec cle.lib.6.Sed in foro contentioſo tenetur,vt.l.ſi ſeruus ſeruum.per totum ti.ff.ad.l.Aquil.Solum igitur punitur de negligentia;quia non adhibuit diligentiam.Facit.15.q.1.c.inebriauerunt.&.34.q.2.lectũ. Quod tamen limitat,niſi culpa fuerit lata. Vel ſi à principio habuiſſet aĩum damnificandi, prout poſtea euenit.Et ſic poteſt limitari iſta glo. &.d.c.ſi qs non iratus.15.q.1. Et adde ad prædicta duos verſus, quos ponit Io.And.in not.ſuper glo.intentis.in.d. c.2.de immu.eccl.lib.6.videlicet. Non vox,ſed votum;non chordula muſica,ſed cor;Non clamor,ſed amor clamat in aure Dei. ¶ Glo.ſi.primo fortificat tex.deinde colligit argm̃, cõtra quod opp. & ſoluit. deinde format.q.& ſol. In eadem ibi, qui præſtat.

13 dic,not.glo.† quòd quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cau ſa cauſati à ſecunda cauſa. Quod ego intelligo,de cauſa primo loco ordinata, & tendẽte ad ſecundam cauſam,& per conſequens ad cauſatum; aliàs ſecus. vt ponitur in.l.vltima,hic in glo.allega. vbi ponitur caſus,quòd equus cuiuſdam mulieris offecit mulam alterius,vnde mula calce percuſſit mulionem; & ibi dicitur, ꝙ mulio poteſt agere ad damnum contra dominum mulæ.& ſic,licet equus mulieris præſtiterit cauſam cauſæ; tamen non attribuitur equo, ſed mulæ. Et ratio eſt, quia illa cauſa olfactionis, non erat ordinata ad ſecundam cauſam calcitrationis, cum mula ibi fuerit mota contra naturam,vt hic dicit glo.Et ideò allegatur ille tex. ꝙ quando animal contra naturam ſui generis mouetur, nõ imputatur ei,qui cauſa præbuit; Secus quando naturaliter mouetur;vt puta,ſi equus mulam calce percuſſiſſet; qa tunc quicquid poſtea prouenerit,attribuitur primæ cauſæ.Debet igitur prima cauſa eſſe ordinata ad ſecundam,vt.ſ.dixi.Et ideò ille qui vendit cultellum, vel enſem,cum quo poſtea quis interficitur, non tenetur de homicidio, Niſi vendiderit propter cauſam homicidij. De hac materia vide in.c.primo. ſ.de cuſto.euchariſt. & iuſta de iniur.c.fina. & in regu.imputari.de regu.iur.in.6. ¶ In eadem gloſſ. in fi.dic,ſecundum Ioan. And.quòd ſi conſtat aliud de veniſſe recidiuam; puta, ex corruptis humoribus, tunc non tenetur talis ſacerdos. procedit ergo tex.quando recidiuatio proceſſit immediatè ex illa infirmitate; quia non videtur liberatus, quoniam recidit.11.quæſtio.3.c.certum. & quod not. in.c.primo.ſ.de iudi.&.l.3.ff.de diuor. canonizata. de pœniten.diſtin.1.c.diuortium. Ego arbitror totum hoc arbitrio iudicis relinquendum. argumen. eorum quæ ſupra dixi poſt notabilia. Vltimo finis iſtius glo.inducitur ad deciſionem quæſt. Medicus

14 † promiſit liberare aliquem infirmum, puta de podagra,& pactus eſt certam mercedem, infirmus viſus eſt conualuiſſe; ſed poſtea recidit, an medicus poſſit petere mercedem pactam. Hæc glo.facit ꝙ non. & facit etiam ad hoc.c ad audientiam.ĩ.eod. In contrarium facit, quia non poteſt longo tempore ſanus eſſe. Vnde videtur ſatis eſſe eum liberaſſe.

rasse. D.m.in hac.q.dicit, credendum esse indicio
medicorum peritorū.nec in hac.q.aliquid vlterius
dicit. & miror de ipso quia hanc.q.tangit glo.arguē
do pro, & contra in verbo centies. in.c.adbuc. de
poenit.distin.3.& glo.in.l.martius. ff.loca.& fuit.q.
Pilei.22.in ordine. & etiā dominicalis Brath. Brix.
73.in ordine.quam etiam ponit Spec.in tit.de salar.
§.postremo.ver.1.& Ioan. And. in reg. contractus.
de re.iur.in Mercur.in.2.q.2.q.principalis. & Bart.
& Bal. in dicta.l.martius. Et contra medicum hinc
inde collectis argumentis, fiunt hæc argumenta.
Primo quòd medicus solum videtur fecisse cessare
infirmitatem;non autem extinxisse.arg.ff.de edilic.
edic.l.qui tertiana. Secundo, quia non videtur cu-
rasse, qui vitiosè curauit. argu.l.quoties. qui satisd.
cogan. &.ff.de solutio.in.l.qui decem.§.fina. Ter-
tio,quia non videtur ęgritudo recessisse, quæ incon
tinenti redinit,vt.l.diuortium. ff.de diuor. canoni-
zata.de poenit.dist.1.c.diuortium. & in reg.quicqd
calore.de re.iur.ff. Et facit.ff.de solu.l.si quis alie-
na.&.l.cum quis. §.qui hominem.ff.de in rem ver-
so.&.l.si pro patre.§.versum.& bo. text.ad proposi-
tum in.l.quæritur.§.si vna.ff.de edelic. edic. Quar-
to,quia ad medicos spectat centies infirmum cura-
re. & liberare.de pęnit.distinc.3.c.adhuc. Quinto,
quia non videtur liberatus, qui non est plenè libe-
ratus. de poenit. distin.3.c.sunt plures. Facit.ff.de
interrog.ac.l.de ętate.§.nihil. & supra. de baptis. c.
25 maiores.§.sed adhuc. Verba† enim cum effectu sunt
intelligenda. 17.q 4.si quis suadente. &.ff. ne vis fi.
l.pen.&.l.1.§.hæc verba.ff.quod quisq; iur. canoni-
zata.de poenit distin.1.c.hæc autem verba. Sexto,
26 quia† nihil videtur actum, quando aliquid superest
ad agendum. vt.c.1.s̄. de renun. &.l.1.C. de Iusti.
cod.compo.&.l.penul.in fin.C.de his qui. vt indig.
& glo.in.c.1.supra. de sac.vnc. Septimo,quia sani-
tatem non videtur adeptus qui illam retinere nō po
test.vt.l.non videtur. ff.de reg. iur. &.l.non videtur
ff.de acquir. poss. Octauo, quia cum infirmo resti-
tuatur infirmitas; ergo & medico debet restitui sol-
licitudo curandi.ff.de procur.l.qui propria. &.ff.de
seruitu.rusti.prædio.l.Arianus. Vltimo, quia ęgri-
tudo subrogata primæ videtur esse eadē cum.17.q.
1.c.deniq;.18.distin.c.habeo.&.c.magis. supra, de
vot.&.l.proponebatur.ff.de iudi. Pro medico vero
fiunt hęc argumenta. Primo, quia sicut obligatio
27 † semel extincta, non reuiuiscit. vt.l.si res.§.aream.
ff.de solut &.5.q.4.c.si illis. ita & sanitas semel ade-
pta non perditur; nisi ex proprio facto. de consc.
distin.4.c.q̄ris. ver. non potest autem. Ergo factum
proprium non debet nocere medico; quoniam pec
cata suos debent tenere authores. vt.c. quæsiuit. de
his quæ fi à ma.par.ca.C.de poen.l.sancimus. & arg.
l.damni.§.is qui ędes.ff.de dam.infec. Secundo,qa
videtur solum cogitatum. de præsenti infirmitate.
ff.de aur.&.arg.le.l.si ita. &.ff.de seruitu. vrba. præ-
dio.l.si seruitus &.c.penul. supra. de iureiuran. &.l.
Rutilia Polla ff.de contrahen.emptio. &.l.tres fra-
tres.ff.de pact. & ideo sublata est obligatio; quia
28 † solutione eius qđ debetur tollitur omnis obliga-
tia.insti.qui.mod. tollitur.oblig.in princip.Tertio,
quia rectè gestum non debet ex euentu resuscitari
in malum.C. de admini.tut. l.sancimus. Quarto,
quia casus fortuiti præuideri non possunt.infra eod.
c.Ioannes. & ibi videbimus. Quinto, & Vltimo
19 quia† infirmitas euiranda est.l. qui bona. §.fina.ff.
de damn.infect. & notatur. in.c.causam. &.c.signi-
ficauerunt.supra de testi.& est text.expressus. in.c.2.
de rescript.libr.6. & ibi vide concordantias in gl. 2.
¶ Solutio Pileus dictam.q. primo distinguebat,
quòd aut ex primis humoribus iste recidiuauit.&
tunc procedant argumenta contra medicum facta.
Aut ex nouis humoribus. & procedant argumen-
ta pro ipso medico. Dicit tamen, quòd sibi plus
placet distinctio, quòd aut ęgritudo redit in
continenti, & medicus tenetur de nouo curare.
Aut ex interuallo, & tunc secus. ¶ Bart. verò Brix.
in dicta q̄stione dominicali, distinguit, ꝙ aut infir-
mus recidiuauit ex sua culpa, & tunc habeant lo-
cum argumenta pro medico. Aliàs secus. ¶ Bart.
verò quem sequitur Bald.in.d.l.martius. distinguit,
quòd aut propter curam adhibitam à medico eius
infirmitas cessauit, & postea ex noua causa super-
uenit, & tunc medicus debet habere mercedem.
Aut infirmitas causa medici non fuit curata, seu
non cessauit; sed visa est aliqualiter cessare, & tunc
cum non liberauerit eū non debet habere merce-
dem. Ita loquuntur argumenta facta pro prima
parte. Aut de hoc dubitatur, & tunc, aut infirmi-
tas, est reuersa incontinenti, & medicus tenetur.
Aut ex interuallo, & tunc secus. & hæc distinctio
mihi placet. Aduerte tamen, quia hoc an incon-
tinenti, vel ex interuallo reuersa sit, arbitror aliter,
& aliter intelligendum, secundum subiectam ma-
teriam, & qualitatem infirmitatum. nam in po-
dagra. dolore illum,& alijs similibus infirmitatibus
quandoq; ad tempus, etiam non modicum, inter-
uallum requiritur Longum, vltra solitam recidi-
uam. Sed in tertiana, quartana, phlegmatica,aut
alia febre continua, modicum tempus accipitur
pro interuallo. Simili etiam ratione discurrendum
fore videtur in vulneribus, & percussionibus. Et
prædicta probātur. arg. infrascriptorum iurium.20.
q.1.c.1.& ibi glo.2.q.6.c. non solent. & ibi glo. &
l.& posse.ff.de transac. &.l.ad peremptorium. ff.de
iudi.&.c.an sit s̄.de app.per Docto. in.l.1.ff. si cert.
pet. per Bart. & Doct. in.l.1.ff.de verbo. oblig.per
glo.in.c.1 s̄.de mut.peti.&.c.literis.de resti.spolia.
&.c.veniens.de testi.cum simil.

CAP. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale imputatur illi qui rei illicitæ operā dabat, vel etiam si licita, quando culpa potest illi imputari. & sub nu.5.*
2 *Ludus alleuiandi laboris causa,videtur clericis permissus. & num.5.*
3 *Ludus est quædam laboris alleuatio.*
4 *Papa in quibus dispensat cum homicida casuali.*
6 *Clericis cum laico ludere non licet.*

1 Cōtinebatur. Homicidium † casuale imputatē ei,qui

ei, qui dabat operam rei illicitè; Vel etiam licitæ, secundum alium intellectum, si non adhibuit diligentiam, quam debuit. hoc dicit. Communis diuisio. Secunda ibi, ideòq;. ¶ Nota primo, quòd
2 † ludus alleuiandi laboris causa, videtur permissus clericis. Potest tamen etiam hic text. allegari, in contrarium. de quo dicam. ĩ. in glos. 1. Secundo
3 not. quòd † ludus est quædam alleuatio laboris. Vnde dicitur interpone tuis interdum gaudia curis. & Augu. libr. 2. Musicæ, Volo tandem tibi parcas; nam sapientem decet interdum remittere aciem rebus agendis intentam quæ remissio secundum beatum Tho. secunda secundæ. q. 68. fit per ludum, & ludibria verba. Nam & Philosopus ponit virtutem eutroperiæ, quam nos possumus dicere incunditatem, esse circa iocos, & ludos permissos. Vltimo
4 not. qđ † cum homicida, etiam casuali, solus Papa dispensat in sacris, si culpa præcessit casum. In minoribus autem Episcopus. vt. c. ad audiẽtiam. ĩ. eo. Ex prædictis not. quòd licet cum homicida voluntario nunquam, aut difficillimè dispensetur. l. dist. miror. tamen cum homicida casuali solet faciliter dispensari, vt hic. & d. c. ad audientiam. & vide Spec. in tit. de dispensat. §. nunc breuiter. ver. 5. Sed contra text. opp. dicitur hic, qđ propter homicidium commissum præter voluntatem, clericus deponitur; sed contra de. c. nec is. 5. q. 1. vbi probatur, quòd si quis extra voluntatem commiserit homicidium, non deponitur. Sol. dic, quòd illud intelligi debet, de illo qui dabat operam rei licitæ; nec fuit in culpa. & hanc seq. Vincen. & Ioan. Andr. Sed quæro quid vult dicere text. ludum imitati viatorum. Sol. dic, quòd tali ludo vtebantur viatores. & de hoc ludo dicit Hostien. loqui constitutionem, quæ incipit, Alearum vsus. C. de religio. & sum. fu. vt plurimum, libri non habent illam constitutionem; quia græca fuit, vt ibi dicit glo. ¶ Gloss. 1. quærit & solu. assignando rationem ad tex. In eadẽ ibi. l. nam ludus. dic ꝙ illa lex dicit. nam ludus quoque noxius in culpa est. & ex hac glo. colligitur vnus
5 intellectus ad tex. nostrum, videlicet, † ꝙ licet homicidium fuerit casuale; tamen ideò imputatur isti diacono; quia dabat operam rei illicitæ quia talis ludus non conueniebat clericis. Sed dicit ꝙ imò satis conueniebat eo modo, quo clerici erant contenti, maximè gratia leuiandi laboris, vt hic dicit text. noster. Sed consuetudo ludi hanc culpam induxit, secundum eum. Quasi velit, ꝙ ludus qui haberet in se conditionem equitandi modo prædicto, nõ erat permissus. & ideo iste fuit in culpa. Tertius intellectus est, qui colligitur ex glo. seq. & ex glos. fin. videlicet, ꝙ ideò iste fuit in culpa, quia ludus nõ erat permissus propter admixtionem laicorum. vnde casus inde proueniens, etiam sine culpa clericorum, imputatur eis. Quartus intellectus est, ꝙ ludus erat permissus, & etiam ludi conditio, sed iste diaconus fuit in culpa, non reddendo se aptum conditioni ludi, remouendo falcem, vt dicit glo. fi. Vel secundũ Ioan. An. post Inno. fuit in culpa, cooperiendo falcem sub pallio. Vel non prohibendo illum equitare. Sed quæro, quid si expressè prohibuisset equitare, an incidisset in irregularitatem; & videtur ꝙ non; quia per eum non stetit. Contrarium sentit Hosti. quia propter conditionem ludi debebat cogitare hoc euenire posse. D. m. dicit se dubitare de hoc dicto, & ꝙ post factum potius esset consulendum in fauorẽ clerici. Quod satis mihi videtur æquum. Hoc tamen pendet ex varietate intellectuum prædictorũ; quia posito, ꝙ ludus esset prohibitus, prohibitio clerici non releuaret, vt arbitror. probatur. l. dist. clerico. & c. voluntate. & vide quod not. glo. pen. in. c. sicut dignum. ĩ. eo. ¶ Gl. in ver. eiusdem diaconi; fortificat tex. & assignat rationem. & fuit expedita in glo. præcedenti. In eadem ibi. §. cum eo. dic, vbi dicitur, ꝙ si dolo fugauit pecus cum panno rubeo, vt incideret in fures, tenetur furti, si verò per iocum, tenetur actione in factum; quia ludus obnoxius non debet esse impunitus. ¶ Glo. fi. format contrarium & dupliciter sol. & ponit opi. Io. In eadem ibi; quid ergo fines fecit diuersos; Docto. communiter * sequuntur primam solutionem. quòd. c. sequens procedit de iure communi; quoniam ibi nulla fuit commissa culpa. & ibi dicam. Ex hac tamen glo. & ex Cõis opi.
6 gl. præcedenti not. ꝙ † licet ludus aliàs in se esset permissus clericis, tamen efficitur prohibitus propter admixtionem laicorum.

CAP. IX.

SVMMARIVM.

1 *Ludus solatij causa clericis prohibitus non est.*
2 *Clericus cultellum licitè ferre potest. paruum. S. non magnum.*
3 *Statutum imponens pœnam portanti arma, non vendicat sibi locum in cultellum paruum portanti, aptum solum ad panem incidendum.*
4 *Schacorum ludus clericis permissus.*
5 *Ludus Brachiorum clericis permissus.*
6 *Liberè quid fieri dicitur.*

Lator. Homicidium casuale nõ imputatur ei, qui non fuit in culpa. hoc dicit. Secunda ibi, ideòque.
1 Noto primo † ꝙ ludus solatij causa non est clericis prohibitis, maximè si fiat ad leuandum laborem. Nã si esset prohibitus, sequeretur, ꝙ talis clericus esset in culpa. & per consequens esset irregularis. Secũdo
2 not. ꝙ † clericus licitè portat cultellum. Aliàs enim si prohiberetur, esset in culpa; & per consequens, vt dixi, efficeretur irregularis. Quod verum in paruo cultello apto solum ad incidendum panem; Secus in magno, vt in. e. 2. ĩ. de vit. & honest. cle. Idem, probatur in clem. ne in agro. §. nullus. de sta. regul. & in anthen. de arm. §. fin. vbi dicit not. quòd statutum
3 † imponens pœnam portanti arma, non vendicat sibi locum in portante cultellum paruum, vt dixi, aptum solum ad panem incidendum. ¶ Glo. 1. quærit vtrum quandoq; fit licitum clericis ludere, & solu. quòd sic. In eadem ibi, Isaac. dic, vt habetur Genesi. c. 21. & ibi, Ioseph dic, vt Genesi. c. 44. In fin. glo. dic. Sed quæro ad quem ludum ludebant isti. Solu. Inno. dicit, quòd ad schachos. & sic no-
4 to, quòd ludus † scachorum est permissus clericis. vt tenent Doct. in. c. pe. de vit. & honest. cleri. & glo. in. §.

in.§.inter dicimus.in auth.de san. epi.& gl.& Doct. in authé. interdicimus. C.de epi. & cle. Vnde dicit Inno. q ex isto ludo scacchorum iste clericus occisus surrexit, & alium in terram proiecit; forte indignatus propter scacchum mattum. ex cuius cultello ad latus accincto proijciens vulneratus occubuit. Vnde iste clericus proiectus non fuit in culpa, tum quia non faciebat ludum noxium; tum etiam quia non potuit, sibi prouidere, vt socium non lęderet; cū ex improuiso fuerit inuasus. & ideo non efficitur irregularis. & sic non ob.c. præcedens; quia ibi fuit in culpa. Sed D.m.dicit, quòd licet hic intellectus sit verus in se; tamen non congruit literæ, quæ vult, quòd ex ludo contingit, quòd ille proiecit alium ad terram. quod non contingit in ludo scacchorum. Vnde ipse intelligit, q isti ludebant ad brachia, intelligendo tamen qd' ludus non fuisset prouisus, & deliberatus. Aliàs iste clericus habens cultellum acutum fuisset in culpa, non remouendo illum à se, propter ludi conditionem, vt dixi in præcedenti. Vel secundum eum, alius clericus subito ex improuiso insiliuit in eum, & ludendo proiecit eum ad terram. & sic proiectus non fuit in culpa. Et sic videtur ex dictis D.m. quòd ludus† brachiorum clericis sit permissus. ¶ Gloss. 2 allegat rationem ad tex. Glo.fi. ponit duos intellectus ad tex. In fi.dic, Doct. communiter * tenent primum; nam ex quo iste non fuit in culpa, & præter voluntatem suam, casu commissum fuit homicidium, non incidit in irregularitatem, & sic non est necessaria dispensatio aliqua. Pro quo facit text. dum dicit, liberè permittas; quia non promoueretur liberè, si egeret dispensatione. Et facit quod not. in.c. licet. de præben.libr.6.& in.c.fin. de postul. præla. Et vide glo.in ver. liberè.in clem.generalem.de ęta & qual. quæ dicit, quòd † illud dicitur posse liberè fieri, quod potest fieri sine dispensatione. Idem no. glo. in ver liberè.in cle. dudum de sepul. Et facit.l.apud Iulianum.§.fi.ff.de leg.1.

5

6

CAP. X.

SVMMARIVM.

1 *Fur, & latro synonima sunt.*
2 *Fur à latrone,an,& in quo differt.*
3 *Latronis,& raptoris discrimen.*
4 *Religiosus in veste proprietatem habet.*
5 *Clerico non licet occidere latronem pro suorum conseruatione. & nu.7.&.10.*
6 *Homicida tàm est is qui ligat, quàm qui interficit.*
8 *Clerico,p conseruãdis, suis licet vocare brachiũ seculare.*
9 *Laico an pro rebus suis tuendis hominem liceat occidere.remis.*
Sed an pro personæ sua defensione quando potuit fugere. sub num.10.
Et quid si verecundia illi erat, quòd fugeret.ibidem.
Mercatori non est verecundia fugere. sub nu.10.
Doctori quoq; fuga non est vituperosa.ibidem.
11 *Florentinus occidens aggressorem suum, cum fugere posset, punitur; Perusinus contra.*
12 *Abbas cõtra monachũ suũ inquire põt, & eundẽ punire.*
13 *Ecclesia vindictam omnem prohibet.*

Suscepimus.

Ille ex cuius illegitime opera sequutũ est homicidium, efficitur irregularis.hoc dicit. Vel sic. Homicidiũ imputatur ei, qui fuit in culpa.hoc dicit. Secunda ibi, verum. Noto primo, q†ista verba fur,& latro sunt synonima. nam tex. in principio dicit, latrones, & postea dicit fures. Do. Floria.de bono.in.l.3.in princip.ff.ad.l.Aquil.dicit, q fur est qui clam furatur. Latro verò qui palam. & talis furca suspendendus est. per.l.capitalium.§.famosos. ff.de pen. Sed iudicio meo, male dicit quoniam.§.ille loquitur non simpliciter de latrone, sed de famoso latrone. Vnde simplex latro non est furca suspendendus de iure communi; nisi sit famosus. Ego † arbitror, q fur sit nomen generis, & latro speciei.nam quilibet latro, est fur. sed non conuertitur. Vnde non facio differentiam an sit nocturnus, vel diurnus; quia omnimodo si clam furatur, & non per violentiam, dicitur, ꝓprie fur. ita intelligo.d.c.si perfodiens. supra. eo. Et aduerte, quia licet Bart.in.d.§. famosos. videatur velle q glo. in auth.sed nouo iure. in verbo, castigabitur. sit vera. inquantum vult, q publicus latro sit ille, qui consueuit furari, etiam clam, & contra ipsum laboret infamia; tamen eius opinio non tenetur per modernos in dicta authen. sed nouo.C.de ser.fugit. vbi dicunt, q latro non dicitur, nisi qui palam, & in strata publica hoc fecerit. Similiter non dicitur famosus, nisi pluries idem facere consueuisset.& ita intelligunt ipsam glo. Si vero fuisset occultus, non posset dici latro, etiam si perforato pariete, pecunias, seu res alienas subtraxisset. Sed si pluries fuisset furatus, & contra eum laboraret infamia, fur famosus appellaretur. Et ita dicit Paul. de Castro post Bald.& Angel.in dicta authen. sed nouo iure. Facit quod not. Ioan. And.in addi. Specul.in tit.de homicid. & Bald. in.l.3.C.de episc. aud.& vide D.m. in.c.ex parte A. supra, de testib. vbi † not differentiam esse inter latronem, & raptorem; quia Latro qui in stratis &c.Raptor qui per vim aufert, siue in publico, siue in occulto. Vide glo. singularem in.l.cum duobus.§.damna.ff.pro soci. quæ dicit qnod furtum fit in domibus de nocte; latrocinium fit in syluis. Secundo not.ibi, vestibus proprijs. quòd † religiosus largo modo vestes quas habet ad vsum proprium, potest appellare ꝓprias. & hoc fortè ad differentiam aliarum rerum monasterij, quibus non ita vtuntur. Vide glos. 12. q.1.&.c.non dicatis. Tertio not.ibi, rerum sustinere iacturam, quòd† clerico non licet occidere latronem aliquo modo pro saluandis rebus suis. sed potius debet sustinere omnium rerum iacturã. de quo infra in glos. Vltimo not.quòd†ita tenetur de homicidio ille, qui ligauit, sicut qui interfecit.allegat. D.m.l.item Mela. §.si alius.ff.ad.l. Aquil. vbi tenetur de damno, qui tenuit, sicut ille, qui damnum dedit. & hoc probat tex. dum dicit, ex vtriusq; opera. iuncta glo. Sed aduerte, quòd arbitror q istud possit procedere, quò ad irregularitatem, in qua sufficit sola culpa; Secus quò ad.l.Corn.de sic. Item aduerte quia arbitror q iste clericus nõ teneatur ex eo qa ligauit; sed quia non bene ligauit; & sic fuit in culpa,

1

2

3

4

5

6

propter quam alter timuit, & homicidium commisit. & sic dedit causam homicidio. Sed secundum Innoc. & Hostien. fuit in culpa dimittendo duos; licet ligatos ad vnius custodiam; quia debuit cogitare quod euenire poterat, vt probatur in c. is, qui eod. tit. libr. 6. & seq. ¶ Glo. 1. sentit contrarium, & solu. In eadem ibi, fines debitæ defensionis. dic, & sic habes vnum intellectum ex principio huius gl. videlicet, quòd ideò efficitur irregularis; quia ambo excesserant fines debitæ defensionis. nam ex quo isti habebant res suas saluas non debebant ipsos ligare, sed extra domum eijcere. In eadem ibi, nec aliquem propter res interficere. dic, ex hac glos. colligitur alius intellectus. videlicet, quòd isti fue-
7 runt in culpa; quia † pro rebus saluandis non licet clericis committere homicidium. Nec obst. c. 2. supra eod. quia, vt ibi dicit glos. ibi occidit pro defensione personæ, & rerum copulatiuè. & sic licuit. Nec obst. c. dilecto. de senten. excom. libr. 6.
8 quia secundum Hostien. clerico licet † pro saluandis rebus suis vocare brachium seculare. Ita loquitur ille text. & infra eod. c. postulasti. Sed non debet in propria persona arma mouere, vt hic. Et vide quod notatur infra eod. c. petitio. & supra. de voto. c. ex multa. §. de clericis. & sequitur hic Io. And. & communiter * Docto. Sed secundum D.m. hic intellectus nimis restringit literam. & contrarium sentit ibi glos. in versi. bonis. & glo. fina. in. d. c. dilecto. Ideo concludit, secundum eum, quòd pro defensione rerum licitum est clericis arma, baculum, & similia sumere; non tamen debent procedere ad sequa, hoc est, ad occisionem. Pro quo intellectu facit litera ibi, tam acriter exardescere in alios. non ergo prohibetur moderata defensio. & ita secundum eum, videtur intelligere Innoc. in. c. si vero. 1. infra de senten. excom. Et hanc sententiam tenuit Io. And. in. d. c. dilecto. Pro qua facit. c. cum olim. primo. supra. de resti. spolia. coniuncta cle. si furiosus. eod. tit. Idem etiam tenet D.m. in. c. 2. supra de vit. & honest. cleri. In eadem ibi, Lapus vero dic, an hoc sit verum indistinctè, vt liceat lai-
9 co † hominem interficere pro saluandis rebus suis, dic, vt dixi in. c. 2. supra eod. ¶ Glo. 2. opp. & solu. In fin. dic, quòd contraria intelliguntur, quando aliter interficiens non potest euadere secūdum Abbat. Tu dic in laico prout dixi in. c. 2. supra eod. in elerico dic, vt dixi in glo. precedenti. ¶ Glo. 3. format contrarium & solu. & allegat simile. In eadem ibi, ad interficiendum quæreretur. dic, vt habetur Matth. c. 2. In fi. glo. dic, ex hac glo. colligitur tertius intellectus secundum D.m. videlicet, quòd iste poterat fugere, dum isti nitebantur soluere se. vnde non fugiendo fuit in culpa. Vnde dicit. D.m. hanc glo. singulariter no. iniuncto text. probat enim, qđ
10 † clericus non excusatur ab homicidio; si fugiendo poterat euitare. Idem not. glos. in. d. clem. si furiosus. eod. tit. Et subdit notandum esse ex ista glo. iuncto text. in fin. quòd non solum ex hoc causatur irregularitas; sed etiam peccatum; quia excessit ecclesiasticam mansuetudinem ex eo, quòd potius voluit proximum interficere, quàm fugere. In laico vero dicit contrarium secundum Bart. in l. 1. c. vnde vi. quia cum fugere sit iniuriosum, & opprobriosum, potest quis licitè resistere, vt se ab illa iniuria liberet. Sed tu aduerte, quia iudicio meo, text. nullum facit dubium de interficiente; sed de monacho, qui dimisit illos ligatos apud fratrem. Vnde dicerem, quòd interficiens est irregularis; quia poterat fugere, & non habet dubium in elerico. Sed culpa ipsius non deberet alteri monacho absenti nocere; nisi ille fuisset in culpa; in qua fuit secundum sm intellectum. de quo dixi in glo. 1. in princip. Item aduerte ad aliud quod dicit. D.m. & Bart. quòd licitum sit interficere, licet possit fugere. est enim hoc verum, quando esset talis persona cui fugere esset verecundia. videlicet, esset miles, stipendiarius, vel si. secundum Iaco. de Aret. per. l. Iulianus. ff. si quis omis. ca. testa. & sequitur. do. Florianus in. l. scientiam. §. qui cum alios. ff. ad. l. Aquil. Secus si fuga non esset vituperosa propter qualitatem personæ. vt puta in mercatore, & docto-
11 re. Et ideo quidam dicunt, quòd † Florentinus interficiens aggressorem suum, cum posset fugere, debet puniri. secus in Perusino. vide Bart. latissimè in repet. l. 1. C. vnde vi. ¶ Glo. in ver. iacturam fortificat tex. In eadem ibi, Apostolus. dic ad Ro. c. 12. ¶ Glo. pē. colligit argumentum. In fi. dic, ex hac gl.
12 iuncto text. not. secundum D.m. q † Abbas potest inquirere contra monachum suum, & eum punire. Facit quod not. Ioan. de Ligna. in clem. ne in agro. de sta. regu. De quo artic. vide D.m. in repet. c. si quis contra clericum. de so. compe. ¶ Glo. fi. in princip. exponit literam. deinde colligit arg. In fi. dic, de hoc vt in. c. se. in glo. Vltimo quæro, quid vult dicere tex. dum dicit, contra mansuetudinem
13 ecclesiasticam. Sol. dic, quòd ecclesia † prohibet vindictam exerceri, etiam de graui sanguinis effusione. Imò etiam reos sanguinis defendit à vindicta. Vnde nec cum voluntario homicida dispensat ecclesia, sed illum deponit. l. distin. miror. Etiam si sit episcopus, vt. j. de excel. præla. c. ex literis. secundum Ioan. And. hic. De dispensatione dic, vt dixi in. c. continebatur. s. eod. tit.

CAP. XI.

SVMMARIVM.

1 *Videtur verbum in legislatore quid importat.*
2 *Doctor respondens per verbum videtur, intelligitur affirmatiuè respondere.*
3 *Medicus similiter per verbum videtur affirmat.*
4 *Iudex quoq; pronuntians per verbum videtur, affirmat.*
5 *Testis depones per ver. mihi videtur, an probet. & sub num. seq.*
6 *Iudex in sententia causam assignare non tenetur.*
7 *Verbum videtur, interdum responsionem non includit. Et quot modis hoc verbum sumatur temis.*
8 *Causa appellatione, venit causa proxima, & adgrens; non remota.*
9 *Causa remota quando attendatur.*

De cætero. Dans causam homicidio irregularis est. hoc dicit. Not. primo

1 primo,ibi,non videtur. q† verbum videtur in legis-
latore importat iuris dispositionem. Vnde tantum
est dicere non videtur,quantum non est, secundum
Ioan.And. Quod inducit.D.m ad dicta testium,&
malè. Et ideò tu dic,q pro primo dicto Io. And.est
tex.in.c.de quota.de preſcrip.&.c.præterea.ꝫ.de ap
pella.& in.c.2.ꝫ.de fide instrumen.&.l.ſciendum.ff.
de verbo.obliga. Et idem etiam dicendum est in
2 † doctore,qui respondens per verbum videtur,intel
ligitur respondere de iure, vt in c.1. de iudi. & ibi
3 Docto.Et idem arbitror in † medico, vt.l.quod ta-
men.§.si tãdem.ff.de arbit.& ibi per Bart.&.l.1.§.1.
4 ff.de ventre inspi.Idem etiam in† iudice sententiam
dante per verbum.videtur.vt dicit Ange. in repeti.l.
5 ſciendum.ff.de verb.oblig. Et† an testis probet de-
ponens per verbum,mihi videtur. maius est dubiũ.
Sed breuiter conclusio sit,quòd aut deponit in his,
quæ possunt per sensum corporeum certitudinariè
comprehendi,& percipi,& non probat, nisi reddat
sufficientem causam dicti sui. Aut deponit in his,in
quibus laborat iudicium rationis, & intellectus, vt
in medico deponente,quòd sibi videtur vulnus mor
tale,vel obstetrice,quòd sibi videtur illam virginem
fore,vel corruptam, vel prægnantem; & tunc pro-
bat. vt.l.1.§.1.ff.de ventre inspi. Et quæ sit ratio
differentiæ inter primum casum, & inter iudicem,
6 seu arbitrum potes dicere,quòd est; quia † iudex in
sententia non tenetur assignare causam. testis verò
tenetur reddere rationem dicti sui, secundum Bald.
qui ita distinguit, & rationem assignat in.d.§.si ar-
biter. Sed tu aduerte,quia secundum hanc rationem
testis probaret, vbi non teneretur reddere hanc ra-
tionem,quando non interrogaretur.de qua materia
vide in.c.cum causam.ꝫ.de testib. Et de prædicto
articulo,an testis probet per verbum, videtur. vide
ꝫ.de renun.c.2. & de iudi. c.1. de senten. excom.c.
perpendimus.& Bart.in proœm.digest. Item aduer-
7 te,quia quãdoq; verbum,videtur,†non includit cer
tam responsionem, vt not.glo.33.q.4.c.si causa. &
Archid.32.q.4 in princip.& vide in.c.de his.50.di-
stin. Insuper quando aliquid videtur ita esse,quod
non est,vt probatur in.c.cum nobis olim.in prin.de
elect.&.c.per tuas.in princ.de senten.excommu. Et
qualiter verbum, videtur, plurimis modis summa-
tur,vide Bar.consil.111.quod incipit,quæritur. Sed
quæro,quia tex.noster loquitur de diacono, quid in
alio clerico,vel laico. Solu.dic idem secundum Io.
And. Nec obstat tex.noster, quia hic narrat factum.
Secundo quæro, vtrum iste possit in iam susceptis
ordinibus ministrare? Et videtur dicendum quòd
sic,quia hic solum prohibetur,ne promoueatur; er-
go à contrario,secus in susceptis. Sed tene contra-
rium,secundum Io.And.post Abba. quem sequun-
tur Docto.quia debet remoueri ab omni altaris mi
nisterio,vt.c.præsbyterum ꝫ.eo.¶ Glo.in prin.po
nit quatuor modos, quibus quis dicitur dare cau-
sam homicidio. deinde colligit argumentum,& di-
stinguit inter causam remotam,& propinquam. In
fi.gl.dic,not.ex ista glo.iuncto tex.secundum.D.m.
8 quòd† appellatione causæ venit causa proxima,non
remota. & quod causa proxima imputatur, remota
verò non. Nec obstat.c.præsbyterum.ꝫ.eo.quia se-
cundum Hostien. ibi, non est causa remota. imò
propinqua,& cohærens. Vnde idem iuris est,arg ff.
de rei vend.l.quæ religiosis.& sequitur hic Io. And.
& D.m. Tu dic, quòd in.c.præsbyterum.ꝫ.eo.fuit
causa proxima. Item potuit esse causa remota in
alio casu, videlicet, quando simpliciter ex vulnere
obijt nam percussio ad mortem videtur causa remo
ta.Et ideò potes dicere,vt dixi in.d.c.præsbyterum.
9 in glo.fi.videlicet,quòd† de causa remota non tene-
tur, nisi verisimiliter sit ordinata ad causatum. ita
quòd propter ipsam ordinationem, & consequen-
tiam causati præstans causam, ipsam remotam, vi-
deatur habuisse animum ad accusatum. Aliàs secus
si nõ esset ordinata ad illud. Et potes figurare exem
plum in magistro,qui fecit cultellos. Vel in eo,qui
fecit fenestram,per quam alter se præcipitauit. Nã
cum principaliter non esset ordinata fenestra ad il-
lud,non tenetur qui fecit. Vide in hac materia re-
missiones,quas dedi in.d.c.presbyterum.ꝫ.eo.

CAP. XII.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale imputatur ei,qui dabat operam rei licitæ,adhibuit diligentiam quam debuit.*
2 *Clericus familiam suam moderatè corrigere potest.*
3 *Correctio qualis esse debeat.*
4 *Casus ex correctione moderata superueniens corrigenti, non imputatur.*
5 *Correctio leuis an dicatur,quando fit cum cingulo, distinguitur vt per auth.*
6 *Corrigens cum cingulo,cum quo simul esset gladius,dicitur esse in culpa corrigentem, & casu superueniente in irregularitatem incidit.*
7 *Corrigens cum claua,malleo,cultello, vel similibus,dicitur esse in dolo.*
8 *Magister, vel dominus dando palmatam scholari cum baculo,non est in culpa.*
Secus si caput immoderatè percuteret cum baculo.
9 *Magister, seu præceptor quomodo probetur, quod animo monendi, seu docendi discipulum correxerit.*
10 *Corrigens qua pœna teneatur pro excessu.*
11 *Magister,dominus,& similibus,quare moderata correctio permissa sit.*
12 *Irregularitas quid sit.& sub nu.seq.*
13 *Nota idem est quod infamia.*
14 *Irregularitas vnde dicta sit.*
15 *Irregularitas quo iure sit introducta.& sub nu.21.*
16 *Irregularitas non contrahitur nisi in casibus à iure expressis.*
17 *Irregularitas an in dubio præsumenda sit pulchrè, & latè discutitur.& indicuntur vt in nu.seq.*
18 *Irregularitas in foro contentioso quò ad impositionem pœna non præsumitur in dubio.*
19 *Irregularitas in foro pœnitentiali in dubio præsumitur.*
20 *Peccatum in foro pœnitentiæ in dubio præsumitur.*
Et præscriptio eadem fit in foro quasi pœnitentiali.exemplum traditur per auth.nu.21.
22 *Irregularitatis quot sint species,latè traditur.*
23 *Irregularitas per quas personas incurritur. Et infra per discursum. sub numeris seq.*

24 Irregularitas, an incurratur propter homicidium commissum ante baptismum.

25 Irregularitas causata à peccato, an tollatur per baptismum.

26 Infidelis, an possit incidere in irregularitatem.

27 Furiosus committendo homicidium, non incurrit in irregularitatem. & de ratione sub nu. 28.

28 Mentecaptus pari ratione propter homicidium, non efficitur irregularis.

29 Furiosus quoque, seu mente captus dilucida interualla habens, si modo tempore dementiæ homicidium commiserit, in irregularitatem non incidit.

30 Furoris duæ sunt species secundum Plat. alia humana, et mala. alia diuina, & bona.

31 Furiosus qui culpa sua incidit in furorem, an committendo homicidium irregularis efficiatur.

32 Onus probandi factum tempore furoris, vel tempore sanæ mentis, cui incumbat.

33 Præsumitur quisque sanæ mentis.

34 Fallit in eo qui aliquando fuit furiosus.

35 Præsumptio naturæ tollitur per accidentem contrarium.
Fallit quando accidens, saltem aptitudine, non est durabile. nu. 36.

37 Furor qualiter probetur.

38 Furiosus semel, semper præsumitur furiosus.
Fallit in furore accidentali, iuncto temporis interuallo. nu. 39.

40 Testibus super furore deponentibus non creditur, nisi causam sui dicti reddant.

41 Probatio furoris, & probatio sanæ mentis si concurrãt, quæ præualeat. remissiuè.

42 Infans, an propter homicidium incidat in irregularitatem. & nu. 48.

43 Infans sponsalia non contrahit.

44 Infans quis dicatur.

45 Doli capax ex homicidio, vel mutilatione in irregularitatem incurrit.

46 Puer quando capax doli dicatur.

47 Proximus pubertati, quando dicatur masculus, vel fœmina.

49 Pupillus doli capax, an propter homicidium eius negligentia commissum, veluti quia delictum prohibere potuit, & non prohibuit, in irregularitatem incurrat.

50 Irregularitas propter homicidium incurri potest, licet ex illo homicidio pœna quis non afficiatur.

51 Dormiens, an propter homicidium, vel mutilationem ab eo in somnijs commissum, in irregularitatem incidat, quod non.
Et de ratione. nu. 52.
Fallit si dormienti culpa potest imputari. num. 54. vbi exemplificat.

53 Dormiens, & furiosus æquiperantur.

55 Ebrius aliquem interficiens, an in irregularitatem incidat. Quod non.
Fallit si culpa illi potest imputari, exemplificando. & nu. seq.

57 Miles cœlestis militiæ, & miles armatæ militiæ æquiparantur.

58 Prodigus bonis interdictus, an delinquendo in irregularitatem incidat. Quod sic.
Fallit in delicto commisso in non faciendo. nu. 59. De quo tamen author dubitat. sub nu. 60.

60 Prodigus, & pupillus doli capax æquiparantur.

61 Fœmina, an propter homicidium in irregularitatem incidat.

62 Fœmina ordinari non potest. Nec de facto ordinata characterem recipit.

63 Fœmina coronã portare non potest, sicut potest clericus.

64 Hermaphroditus, an propter homicidium in irregularitatem incidat. quod sic si magis in sexu masculi incalescit. Alias non.
Et statur eius assertioni, in quo sexu magis incalescat. sub nu. 65.
Electioni quoque eiusdem statur, quando in vtroque sexu æqualiter est potens. ibidem.

66 Irregularitas qua ratione fuerit instituta.

67 Irregularitas qualiter, & quibus casibus incurratur. & numeris seq. per discursum. Et qualiter contrahatur ex defectibus, qui sunt in homine sine peccato. vide vsque ad nu. 76.

68 Illegitimus irregularis est.
Et quare. nu. 70.

69 Illegitimus ordinatus ad beneficia cum cura, vel ad dignitates, cum cura, vel sine, promoueri non potest.

71 Bigamus est irregularis. & quare.

72 Bigamia qualiter contrahatur. & eius species. remissiuè.

73 Seruus irregularis est. Et quare. nu. 74.

75 Illiteratus est irregularis. Et quare.

76 Minor ætate canonica irregularis est, hoc est, ad ordines interim promoueri non potest.

77 Irregularitas qualiter, & quibus casibus ex deformitate corporis proprij contrahatur. remissiuè.
Et aliquid duobus nu. seq.

78 Irregularitas ex deformitate corporis quò ad ordines suscipiendos cõtrahitur. Quò verò ad ordines susceptos, vide nu. seq.

80 Leprosus, an sit irregularis.

81 Irregularitas qualiter per violationem censuræ, seu inobedientiam contrahatur. Et infra per discursum.

82 Excommunicatus excommunicatione maiori à iure, vel ab homine, scienter celebrans, irregularis efficitur.
Secus si ignoranter. ibidem.
Fallit quando ignorans se excommunicatum, conscius est de culpa, per quam potuit excommunicari, quia tunc celebrando efficitur irregularis. nu. 83.

84 Ignorantia in duobus præmissis casibus, quando crassa dicatur.

85 Clericus ministrans excommunicato maiori excõicatione celebranti, an sit irregularis.

86 Excommunicatus excommunicatione minori propter participationem celebrando non fit irregularis.

87 Irregularitas qualiter per suspensionem contrahatur, vel non. & infra per discursum vsque ad nu. 100.

88 Suspensus ab officio celebrans in contemptum clauium, est irregularis.

89 Suspensus à diuinis, an celebrando efficiatur irregularis. & latè sub nu. 91.

90 Suspensus à beneficio celebrans non efficitur irregularis.

91 Suspensus à diuinis est multiplex. & de illius effectu infra per discursum.

92 Suspensus à diuinis quò ad Deum tantum, vt peccator celebrando non efficitur irregularis.
Fallit quando executio post pœnitentiam impeditur. nume. 93.

94 Suspensus minori suspensione, vel à canone, vel ab homine, celebrando irregularis non efficitur.

95 Su-

95 Suspensus maiori suspensione propter delictum, celebrādo est irregularis. & est communis opin.

96 Suspensus propter illegitimitatem, vel propter defectum corporis, celebrando non efficitur irregularis.

97 Suspensus directè propter infamiam, celebrando efficitur irregularis.

Secus si indirectè, & exemplificat. nu.seq.

99 Fornicator notorius, an celebrādo irregularis efficiatur. & remissiuè.

100 Suspensus ad tempus, an interim celebrando efficiatur irregularis. quod sic.

101 Celebrans scienter in loco ab ecclesia interdicto, est irregularis. & nu. 117.

Idem est in celebrante ignoranter, si ignorantia supina sit. nu. 103.

Fallit in specialiter in loc priuilegiato. nu. 102.

104 Interdictus celebrans est irregularis. & nu. 117.

105 Ministrans in aliquo alio ordine ecclesiastico, contra interdictum ecclesiæ efficitur irregularis. Et ibi exemplum ponit de Diacono, Subdiacono, & Acolito.

Fallit vbi non ministrant in aliquo officio certo ordini non deputato. & exemplum ponit. nu. 106.

Fallit secundo, quando certo ordini deputato ex consuetudine ministratur, etiam per nō ordinatum. & exemplificat. nu. 107.

108 Audiens diuina in loco interdicto, an incurrat in irregularitatem. quod sic, si audit authorizando. & exemplificat.

109 Celebrans excommunicato, an efficiatur irregularis. quod non.

Excommunicationem tamen minorem incurrit. nume. 110.

Quid si est excommunicatus à Papa. nu. 112.

Ratio autem cur pœna celebrantis excommunicato sit minor, quàm celebrantis in loco interdicto. habetur nume. 111. remissiuè.

113 Intellectus magis cōmunis ad. c. significauit. de sen. excō.

114 Celebrans in ecclesia sanguinis effusione violata, vel semine humano polluta, non efficitur irregularis.

115 Sacerdos sepeliens aliquem in cœmeterio, in quo certum aliquos excommunicatos esse sepulto? an incurrat in irregularitatem.

Secus si cœmeterium ab homine esset interdictum. nume. 116.

118 Celebrans in ecclesia contra generale præceptum Episcopi, an sit irregularis. quod non.

119 Excommunicatus, vel interdictus celebrans in ecclesia non consecrata, an efficiatur irregularis. quod sic.

120 Quid si celebrat, vel officiat populo extra ecclesiam, veluti in naui, vel exercitu. idem.

121 Fallit si cum vno, vel etiam pluribus socijs, dicat officium. non tamen officiando populum, nec dicendo. Dominus vobiscum.

122 Dominus vobiscum, à solo sacerdote dici solet.

123 Dominus vobiscum, Laicis, siue etiam monialibus dicere non licet.

124 Sepeliens scienter, & solemniter, & publicè excommunicatum, grauiter peccat, & vicinus est irregularitati.

125 Magister in scholares, vel alius exercens officia sua in loco interdicto, an incurrat in irregularitatem. quod non. sed grauiter peccant, & puniendi sunt.

126 Aduocatus per superiorem ab officio suspensus, an exercens officium in irregularitatem incurrat. quod non.

Idem in tabellione. ibidem.

Idem in iudice. ibidem.

Idem in alio quocunque publicum officium gerente. ibi.

127 Sacerdos excōicatus, vel suspensus simpliciter ab ordinibus suis ministrando in ordine Acolitatus, irregularis efficitur.

Secus si solum esset ab administratione missarum suspensus. nu. seq.

129 Episcopus à Pontificalibus suspensus, celebrando non fit irregularis.

130 Suspensus ab ingressu ecclesiæ, celebrando in ecclesia est irregularis. Secus extra ecclesiam.

131 Excommunicatus, vel suspensus, an baptizando irregularis efficiatur.

132 Ordinatus ad ordinem sacrum ab Episcopo, qui episcopatui renuntiauit, an sit irregularis.

133 Ordinatus ab Episcopo non suo, an sit irregularis. Et qua pœna possit puniri.

134 Regulæ ī materia irregularitatis istæ traduntur, videlicet.

1 Irregulares sunt quicunque ad ordines, vel honores sine dispensatione promoueri non possunt.

2 Ineligibilis quicunque irregularis est.

3 Irregulares sunt omnes, qui promoueri impediuntur.

4 Promoti omnes qui eijciuntur irregulares sunt.

5 Deponendi omnes irregulares sunt.

6 Ordinis executionem non habentes post peractam pœnitentiam. nu. 136.

135 Irregulares sunt omnes infrascripti. videlicet.

1 Ordinatus extra tempora.

2 Non ordinatus celebrant.

3 Non ordinatus diuinum officium exercens.

4 Ordinatus exercens officium superioris ordinis, quàm habeat.

5 Ordines plures sacros eodem die recipiens.

6 Minor annis. 14. in subdiaconum ordinatus.

7 Promotus per saltus.

8 Ordinatus in præsbiterū nullum prius ordinem habens.

9 Ordinatus in Episcopum, ordine sacro prætermisso.

10 Rebaptizatus.

11 Simoniacus in ordine.

12 Neophytus.

13 Clericus audiens leges, vel Physicam vltra duos menses, nisi de licentia.

14 Pœnitens publicè.

15 Monasterium ingrediens pro agenda pœnitentia, pro delicto etiam leui, & occulto.

16 Accusatus accusatione pendente.

17 Condemnatus de crimine.

18 Conuictus, seu confessus de crimine enormi, & manifesto.

19 Denuntiatus de crimine.

20 Accusato accusatione pendente.

21 Excommunicatus scienter ordines recipiens.

22 Suspensus.

23 Interdictus.

24 Ordinatus ab Hæretico, Schismatico, vel Suspenso etiā ignoranter.

25 Matrimonium contrahens cum ioculatrice, vel vili muliere, vel ancilla.

26 Promotus post inhibitionem sub pœna anathematis.

Irregulares sunt omnes infrascripti, etiam post peractā pœnitentiam. sub nu. 136.

27 Homicida.

28 Symoniacus in ordine, vel in beneficio faciens se ordinari in contemptum clauium.

29 Excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus.

30 Excommunicatus, Suspensus, Interdictus } celebrare præsumentes.

31 Beneficium recipiens ab interdictum contemnente.

32 Interdictum violans.

33 Falsarius literarum Papæ. Fallit in occulto.

34 Hæreticus.

35 Sacramenta ecclesiastica hæreticis exhibens.

36 Sodomita.

37 Præsbyter confessionem reuelans.

38 Incorrigibilis in nimia contumacia perseuerans.

39 Criminosus notorius de iure, vel de facto.

40 Assassinos occultãs, vel defendẽs, vel eorũ officio vtẽs.

41 Apostata.

42 Schismaticus.

43 Intrusus.

44 Electus voluntariè per abusum potestatis secularis.

45 Infamis omnis de iure, vel de facto.

46 Omnes, in quibus Papa dispensare non potest, qui ponuntur. remissiuè.

47 Oẽs, in quibus solus Papa dispensat, quos ponit. remiss.

136 Irregularitas quibus per homicidium, vel mutilationẽ incurratur, latè tractat in numeris seq.

137 Homicidium manu propria committens irregularis efficitur, siue christianum, siue infidelem interficiat.

138 Homicidium iustitia mediante committens, an irregularis efficiatur. Quod sic. & exemplum ponit in officiali Assessore, Executore, & Lictore, &c.

139 Irregularis efficitur quicunque interuenit in causa criminali, in qua pœna sanguinis ingeritur Exemplum ponit in iudice Assessore, Aduocato, Actore, Notario. Dictante, vel Promulgante sententiam, Procuratore, Teste, & Accusatore.

Ampliat siue sint laici, siue clerici. nu. seq.

Ampliatur in Aduocato, & Procuratore, siue interueniant pro Actore, siue pro Reo. nu. 142. vbi declarat.

Sed quid si iudex, uel officialis suscipit officium in causa sanguinis, sed nihil fuit exequutus. vide nu. 144.

141 Irregularis efficitur præstans authoritatem suam, vel benedictione Purgationi vulgari, vel vindicta sanguinis, etiam si mors inde non sequatur.

143 Clericus iurisperitus, an fratrem suum accusatum criminaliter possit defendere absque incursu irregularitatis, latè discutit. & quatuor consilia refert.

145 Clericus aliquid scribens in causa sanguinis, velutì circa receptionem testium, siue scribat authentici, siue non, irregularis non efficitur.

Fallit si ex illa scriptura homicidium sequatur. nu. seq.

147 Clericus legens Principi literam continentem q̃ homicida existens in tali loco caperetur, & suspenderetur, an efficiatur irregularis, si propterea fuit captus, & suspensus. Quòd sic.

Secus si talis, non dedita ad id opera, percussisset.

149 Chirugia artem exercens, an efficiatur irregularis. & nu. 152. & 154.

Quid si illam exercens est clericus. nu. 153.

150 Mors vulnerati, ipsius culpa, non medici negligentia præsumitur euenisse.

151 Barbitonsoris, seu Phlebotomãtis officium exercens, an irregularis efficitur.

152 Chirurgia exercitium clericis est interdictum. Et de pœna clerici illam exercentis. & sub nu. 154.

155 Irregularis, an efficiatur, qui effecit vt moriturus citius moreretur. exemplum ponendo vt hic. & nu. 157.

Et quid in dubio. nu. 156.

158 Irregularis an efficiatur qui cibum, vel potum contra consuetudinem medicorum infirmo dedit, propter quod mortuus est.

159 Irregularis an dicatur, qui adeò se arctauit in victu, q̃d membrum aliquod sibi debilitatum est, & subinde incisum, vel mutilatum.

160 Homicidium committens fortuito præter voluntatẽ suã, an irregularis efficiatur.

161 Occidens aggressorem suum pro necessaria vitæ suæ defensione, an irregularis efficiatur.

Et quid si fugere potuit, & non fugit, sed occidit. nume. 162.

Et quid si scienter fugit per loca periculosa, vt insequens eum caderet in præcipitium, veluti in puteum, prout in eum cecidit, & perijt. nu. 168.

Et quid si mortem euitare poterat non occidendo, sed mutilationem membri non poterat, nisi inuasorem multitudo, vel occidendo. nu. 173.

Et qualiter probari possit. quod ob necessariam sui defensionem occidit. nu. 165. 166. & seq.

163 Fuga in aliquibus personis est vituperosã.

164 Fama, & vita æquiparantur.

169 Occidens aggressorem patris ipsius occidentis pro illius necessaria defensione, an irregularis efficiatur.

Et quid iuris de occidente aggressorem filij, vel mariti, vxoris, vel socij, vel aliter coniuncti ipsi occidenti pro necessaria illorum defensione. ibidem.

170 Maritus, & Vxor vna caro censentur.

171 Pater, & Filius vna persona cẽsentur.

172 Diuus Petrus, an effectus fuerit irregularis, quando abscidit auriculam seruo Pontificis.

174 Mutilatio, & homicidium æquiparentur quò ad irregularitatem contrahendam.

175 Irregularis an dicatur qui alterum occidit, quando non apparet quis ex eis aggressor fuerit. Constat tamen q̃d alter alterum aggressum est.

176 Occidens furiosum, seu dormientem aggressorem suum, aliter euadere non valens, an efficiatur irregularis.

177 Clericus captus à prædonibus, aliter euadere non valens, illos interfecit, etiam contra promissam ab ipso fidem, an ob efficiatur irregularis.

178 Fides Hostibus, vel Prædonibus non seruanda.

179 Occidens prius illum, à quo interfici timebat, an irregularis efficiatur.

180 Metus iustus qualiter probetur in foro contentioso.

181 Bannitus, qui ex forma statuti poterat impune interfici, si interficiat aggressorem suũ, an sit irregularis. Et quid si interficiat mandantem, vel consulentem. nu. 184.

182 Statutum, q̃ bannitus impunè interfici possit, an valeat.

Et an possit auferre defensionem necessariam, quæ est de iure naturali. nu. 183.

Reo an liceat fugere è carceribus. ibidem. remissiuè.

185 Sacerdos celebrans, an possit absque q̃ fiat irregularis, occidere aggressorem suum se defendendo.

Et an possit incontinenti ad altare accedere, & officium perficere. nu. 186.

187 Occidens, vel mutilans pro defensione rerum suarum, an sit irregularis.

Mor-

Et quid si non occidit, vel mutilat; sed ad sanguinis effusionem procedit se non defendendo; an sit irregularis. nu. 188.

Mortem, vel mutilationem, qui aliter euadere non pōt, sine metu irregularitas interficere potest. nu. 187.

Prælatus debet, pro defendendis possessionibus, & libertate ecclesiæ, se opponere occupare volentibus etiam cum armis. ibid.

Iudex, licet pro defensione iustitiæ interficiat malefactorem, est tamen irregularis ibid.

188 Vulnerans se ipsum, si ex medici imperitia ex illo vulnere periit, an sit irregularis.

189 Homicidium si commißum est ex proiectione lapidis de vna domo, in qua erant plures; nec constat quis prætereuntem occiderit; quis tenebitur;

Nocentem impunitum relinquere sanctius est, quam innocentem condemnare. ibid.

190 Irregularis, an quis fiat ex qualibet mutilatione. Et an propter sanguinis effusionem nu. 204.

191 Digitus non est membrum. sed officium membri. Et quid de lingua, & oculo. ibid.

192 Membrum largo modo est qualibet particula corporis. Lapis quilibet largè, est pars domus. ibid.

193 Membra ea appellantur, quæ habent diuersa officia; Quæ verò adiuuant officium membri, proprie officia membri appellantur.

Membrum propriè quid dicatur nu. 196.

Membrum aridum an dicatur. Et quid de stricta propriè membrum. nu. 202.

194 Statutum. quòd si quis absciderit alicui membrum, simile membrum sibi abscindatur an habeat locū in digito.

195 Oculus non dicitur officium capitis, nec auris, tanquam membri.

Caput, an sit proprie membrum. ibid.

197 Mamilla mulieris est membrum; hominis vero non num. sequen.

199 Lex, vel statutum facies mentionem de amputatione membri; si aliud non exprimatur, intelligitur de manu.

200 Dens, an veniat membri appellatione.

201 Barba, an veniat appellatione membri; & ideo accusatus quòd I. T. percusserit in barba, non punietur, vt percussor in facie.

Labia, sunt ianua linguæ, gutturis, & palati. ibid.

202 Mutilans aliquem manu arida, vel alio membro arido; an incidat in irregularitatem.

Mulier sterilis, an dicatur mulier. ibid.

203 Manus arida, an sit membrum.

204 Debilitans aliquem aliquo membro; vt puta, propter neruorum incisionem; an efficiatur irregularis.

205 Fratres minores, & Prædicatores si defendendo se cum moderamine inculpatæ tutelæ occidunt, vel mutilant; an incidant in irregularitatem. Et quid si votum intercessit non occidendi. nu. 206.

207 Votum, vbi salus corporalis, vel spiritualis ammittitur; vel peccatum mortale incurritur; non est seruandum. Et idem de pacto iuramento, præcepto, consuetudine, lege, vel alio simili vinculo. ibid.

208 Cap. 32. Deuterono. Mihi vindictam, & ego retribuam; quo modo intelligendum.

209 Verba Apost. c. 12. ad Rom. non uos metipsos defendentes &c.

210 Virginitatē, vt seruet; alicui non licet se ipsum perimere.

211 Vitam eternam, vt citius quis consequatur, non debet se ipsum occidere.

212 Confessus falsò se commisisse delictum, per quod ad mortem condemnatur; si non reuocat illam confessionem ante mortem, moritur in peccato mortali,

213 Vulneratum ad mortem interficiens; an irregularis efficiatur.

214 Vulnerans aliquem mortifere, si captus sit, & consanguinei ipsius vt euitent pœnam capitis capto illum interficiant, iuxta consilium aduocati cuiusdam; quando procedat.

215 Mulier quæ interficit proprium fœtum, seu puerperium in corpore; an sit irregularis.

Et idem si dubitat, an fœtum esset viuificatum nu. seq.

216 Mulieri aliquid dans ad bibendum, ne conciperet; vel homini ne generaret non est irregularis.

217 Abortui dans causam, quando partus est viuificatus irregularis sit.

Quod verum si factum est scienter; secus si casualiter. num. 218.

219 Hominem monstruosum interficiens; an sit irregularis.

220 Furem, vel latronem percutiens, non tamen lethaliter; si postea alij adueniant; & similiter percusserint; an sit irregularis latè.

221 Irregularitas ratione homicidij, sola voluntate, non contrahitur. & nu. 230. vbi, quòd ille in mutilatione. Et quare nu. 231.

222 Vulneratus a pluribus, quorum vulnus de per se non est sufficiens ad mortem, sed omnes simul mortem inflixerunt; an omnes sint irregulares.

223 Interfectus in rixa, si ignoratur quis eum interfecerit; an omnes sint irregulares.

224 Iudex in dubio, nō debet aliquem irregularem reputare.

225 Clericus percutiēs in aliquo conflictu, vbi plures ab alijs fuerunt interfecti; an sit irregularis.

226 Clerici, si vadunt cum pugnantibus, vt eos audaciores reddant, vel timorem inimicis in bello iniuncto inferāt. efficiuntur irregularis. Et est communis opinio.

227 Cap. 3. de cleri. percuß. plures intellectus.

228 Fœminam interficiens, vel mutilans; an sit irregularis.

229 Fœmina est animal imperfectum.

232 Homicidium casuale, si facto proprio quis commissit; an, & quando sit irregularis.

233 Homicidio, vel mutilationi, qui occasionem, vel causam dedit; an sit irregularis.

234 Causa, quot modis accipiatur.

235 Causa, & ratio; in quo differant.

236 Causa, quot sint; Et quæ secundum dialecticos, nu. seq.

238 Causa causæ quicquid est, est causa causati.

239 Clericus illicitè exercens rixam, si superuenerunt consanguinei; vel amici clerici, & præter eius voluntatem interfecerunt cum eo rixantem. an sit irregularis.

Quid autem, si superuenerint inimici rixantis cum clerico & eum occiderent, nu. seq.

Quid si ipse clericus ea intentione cum eo rixatus esset nu. 241.

242 Clericus si cæpit furem, & ligauit. & dimissit ipsum ligatum pœnes alium, qui timens ne solueretur, illum interfecit; an clericus sit irregularis.

243 Clericus nō probans in iudicio intentionē suam; si ad purgandum conscientiam suam; vel ad probandam veritatem, non volens esse in duello, dedit pugilem; vel ab alio prouocatus pugilem dedit, qui alium interfecit, vel ab alio fuit interfectus; an sit irregularis.

244 Vt-

244 *Vrsum, Leonem, vel Ceruum tenens; si aliquem interficit an sit irregularis.*

245 *Clericus, viso latrone clamauit, vt caperetur; vel simpliciter clamauit, quòd ibi erat latro, accurrentes illum interfecerunt; an efficiatur clericus irregularis.*

246 *Iudex, vel officialis si insequitur furem, vel malefactorē & quærit a te, an videris illum; tu verò sciens, quòd ille quæritur ad mortem, indicas eum, an sis irregularis.*

257 *Fur, si dum quæreretur ad mortem; qui non poterat fugere nisi per alteram ex duabus vijs; si aliquis sciens illum quæri ad mortem; dixit per hanc non fugit; an sit irregularis.*

Et an debeat dicere mendacium. ibid.

248 *Clericus non valens aliter res suas recuperare, tenet furem, ne fugiat cum rebus suis, donec eum exhibeat iudici; vel eius auxilium ad res suas recuperandas inuocet; an fiat irregularis.*

249 *Clericus si tradit officiali furem, petens, quòd puniat eum citra sanguinis effusionem; an fiat irregularis.*

Et idem si quæreletur de iniuriantibus sibi, vel ecclesia sua. nu. seq.

251 *Clericus expellens latronem de ecclesia; an sit irregularis.*

252 *Ciuiliter contra furem agens; non fit irregularis.*

253 *Procurans aliquem capi per officialē, occasione alicuius delicti, propter quod certum erat illum non debere condemnari ad mortem, vel membri mutilationem. non efficitur irregularis; licet iudex illum puniat pœna mortis, vel mutilationis.*

254 *Clericus, a quo iudex sæcularis aufert furem per ipsum captum, & ipsum suspendit, non est irregularis.*

255 *Clericus, si certissime scit, quòd non potest consequi debitum suum sine sanguinis effusione; an possit sine metu irregularitatis, implorare officium iudicis sæcularis.*

256 *Clericus si accuset, vel dicat, accuso. T. de tali furto; & protestatur, quòd non intendit ad vindictam; an sit irregularis, si postea iudex illum condemnet ad mortem.*

257 *Inofficiosi testamenti querela, accusatio dicitur.*

258 *Denuntiator, largo modo, accusator dici potest.*

259 *Abbas, vel prælatus; si ex consuetudine, vel statuto pro homicidio, vel simili delicto debet habere pœnam pecuniariam, an possit accusare, cum protestatione, quòd non intendit ad pœnam sanguinis; sed dumtaxat ad pœnam pecuniariam; absq; metu irregularitatis; si iudex illum accusatum interficit.*

260 *Princeps, vel dominus faciens legem, cuius auctoritate homines morti traduntur; an sit irregularis.*

261 *Syndicus alicuius vniuersitatis, si accusat aliquem de publico crimine, propter quod imponitur pœna mortis. an omnes de vniuersitate sint irregulares.*

Et quid si ex mandato vniuersitatis. nu. 299.

262 *Episcopus, & inquisitor hæreticæ prauitatis pronuntiauerunt quem hæreticum; scientes, quòd statim post pronuntiationem ille morti traderetur; an sint irregularer.*

263 *Episcopus damnans aliquem ad perpetuum carcerem, si moritur carceratus; an sit irregularis.*

264 *Clericus pulsauit campanam ad condemnationem, vel mutilationem alicuius damnati ad mortem, vel mutilationem; vel pulsauit tubam; an fiat irregularis.*

265 *Officiales, milites, notarij, & alij, qui capiunt malefactores, qui damnantur ad mortem, an sint irregulares.*

266 *Cultellum in manu licite tenens; si alius insiluit in eum; & vulnus læthale recepit; an ille sit irregularis.*

267 *Impellens Titius, Seium in medium rixæ; si aliquis moritur; an alij sint irregulares.*

268 *Irregularis, an quis fiat, ex eo quòd præstitit opem, fauorem, vel auxilium.*

269 *Auxilium, fauor, & opis sunt synonima.*

270 *Statutum dictans, quòd quicumq; dederit opem, vel auxilium bannito puniatur in tantum, qualiter intelligendum. late.*

271 *Arma ministrans in bello; si illi, quibus ministrata sunt, commiserunt homicidium, vel mutilationem; an ministrans sit irregularis.*

272 *Clericus in bello iusto potest bellantes hortari. & num. 276. Et an sint irregularis si mors sequatur. nu. 273.*

274 *Sententiam sanguinis scribens; an sit irregularis.*

275 *Bellum, quando iniustum est, si mors auxilio alicuius qualitercunq; sequuta sit; talis est irregularis.*

Et quid si iustum, & pro defensione personarum, vel rerum ibid. latiss.

277 *Associans scienter illum, qui ibat ad interficiendum aliquem, quem dissuasit, tamen associatus noluit acquiescere, vnde associans timens de illo, ipsum associauit, animo ipsum defendendi, si necessitas incumberet, an secuto homicidio, vel mutilatione, associans sit irregularis.*

278 *Aduocatus, procurator, vel similes quorum patrocinio, vel agendo, vel defendendo secutum est homicidium, vel mutilatio, an sint irregulares.*

279 *Portans ligna ad ligna pro comburendis hæreticis propter indulgentiam consequendam, an fiat irregularis.*

280 *Præceptum, iussus, vel mandatum, quando faciant quem in irregularitatem incidere. & nu. 286.*

Et semper prædicta præcedere debent, nec sufficit, quòd incontinenti sequantur. nu. 283.

281 *Præceptum, & iussus important necessitatē. & nu. seq.*

Et differunt a mandato. nu. 282.

284 *Præceptum quid, & vnde, & quot modis firmatur.*

285 *Verbum debet, & verba imperatiuo, quandoq; ob subiectam materiam necessitatem non important.*

287 *Mandans Titio, vt Seium occideret, vel mutilaret, si ille executus sit mandatum, an mandans sit irregularis. Et an mandatarius. ibid. remiss.*

Et quid si mandauit, vt vulneraret, & postea expresse prohibuit, quód non occideret, vel mutilaret; an si postmodum secutum est homicidium mandans fiat irregularis. nu. 288.

Et quid si mandatarius in casu prædicto non occidat, sed occidatur, an mandans sit irregularis nu. 289.

Et quid si mandauit, vt occideret de die; & occidit de nocte, an sit irregularis. nu. 290.

Et quid, de eo, qui concessit arma, vt interficeret officialem post depositum officium, & ille interficiat durante officio. nu. 291.

Et quid si alteretur pœna, quia grauius homicidium de nocte, quam de die, vel grauius puniatur interficiens officialem, quam priuatum, an puniatur mandans cum illa qualitate, vel sine. nu. 292.

Et quid si re integra mandans reuocauit mandatum, & non obstante reuocatione mandatarius homicidium cōmisit an mandans sit irregularis. nu. 293.

Et

Et quid si mandatarius scit, quòd mandans fecit patem cum occidendo, vel parentelam, & amicitiam cum illo contraxit; & hoc non significauit mandatario; an teneatur.nu.294.

Quid si mandatarius qui interfecit, iuratus, & examinatus deposuit, quòd propter præceptum, vel mandatum non interfecit; sed propria voluntate; an mandans sit irregularis.nu.296.

Quid de eo, qui mandauit fieri maleficium per illum, qui alias sine mandato erat facturus. remiss. num.297.

295 Certus certiorari non debet.

298 Iudex ecclesiasticus, vel prælatus, si iudici sæculari præcipiat, vt puniat malefactorem; an sit irregularis.

300 Tutor nomine proprio accusat: ad vtilitatem tamen pupilli.

301 Vniuersitas est corpus fictum; & imaginatum.

302 Vniuersitas communicato consilio delinquens; an censeatur singuli de vniuersitate delinquere.

303 Irregularis, in dubio quis iudicari debet.

304 Irregularis, qualiter quis fiat ex consilio, persuasione, suggestione, instigatione, vel monitione.

305 Consilium, qualiter ab ope.

306 Consilium quid. & quot sint eius partes. nu. seq.

308 Malum cõsilium, consultori pessimum vnde originem traxerit, remiß.

309 Dolus, quidam bonus, & quidam malus.

310 Persuadere quid. Et an plus sit, quam compellere, cogere, seu mandare.nu.311.

Persuadens, quandoq; plus punitur, quam faciens. ibid.

312 Persuadens; an dicatur mandare.

313 Suggerere quid; & in bonam partem etiam accipitur.

314 Instigare quid.

315 Monere quid.

316 Consulens, vel suadens alicui homicidium committendum si ille non statim, sed ex interuallo commissit an consulẽs vel suadens sit irregularis.

Et an teneatur post reuocatum consilium, denuntiare occidendo, quod caueat; & communis est sententia, quòd sic num.318.

317 Reuocatio simplex in mandato de occidendo sufficit; & quæ sit ratio; & cur non idem de consilio suasione, & suggestione.

319 Consulens non directe; vel indirecte homicidium; quia suasit iactum machinæ, vel bombardæ; vel ad faciendũ insultum ad castrum capiendum; si aliquis inde moriatur; an sit irregularis.

Et quid de illo qui consulit, quòd castrum furtiue, vel proditorie capiatur; si inde homicidium, vel mutilatio committatur; an sit irregularis.nu.320.

Et quid de eo, qui consuluit; vt malefactor caperetur, qui captus, damnatus est ad mortem, an sit irregularis illo occiso.nu.321.

322 Officialis capto malefactore si quærit ab aliquo, quid facere debet de illo; ille respondit morte puniendum, vel mutilandum, hoc consilio motus officialis illum suspendi facit, an consulens sit irregularis. & ibi pulchre distinguit.

Et quid respondere habeat episcopus, interrogatus a suo officiali habenti iurisdictionem temporalem, quid agendum sit; de capto pro crimine, pro quo venit imponenda pœna mortis nu.323.

324 Hominem a morte liberare volens; si retrahat quis consulendo; ne liberaret; an talis consulens sit irregularis..

325 Interrogatus, an captus esset a morte liberandus; si respondit, malum est, quod euadat impunitus; an fiat irregularis; si postea condemnetur ad mortem.

326 Consanguinei, vel amici alicuius offensi; si quærunt consilium a consanguineo, forte clerico, de vindicando offensam dicentes, quòd volunt offensorem interficere; qui voluit consulere; sed tacuit, an si mors inde sequatur fiat irregularis.

327 Timens interfici, vult aufugere, ego dixi, quòd non timeret, & promissi fidem, & securitatem, vnde propter persuasionem meam, & fidem promissam non fugit, postea fuit interfectus in eo loco, in quo interfici timebat, an fiam irregularis.

328 Episcopus, contra cuius hospitium fit improuisus insultus stans in eo timuit de sua, & suorum morte, vnde consulit suis, vt assumant arma, & balistas, dicens, defendite vos, & nos, illi sic faciunt, & plura homicidia hincinde perpetrata sunt, an sit irregularis.

329 Homicidia sunt imputanda duritiei insultantium.

330 Consulens, vel persuadens alicui, quòd pro patria sua, vel suo iure, aut proximi defendendo sumat arma, & se periculo exponat; & in illo conflictu aliquis interfectus est, an sit irregularis.

Et quid, si consulat, quòd indubitanter se morte exponat per amore IESV CHRISTI, vel pro fide, vel pro libertate ecclesiæ, an talis consulens sit irregularis num.331.

Et quid de consulente aliquem, vt alium occidat, ipse vero aggredient ab aggresso occidatur an consulens sit irregularis.nu.332.

Quid si consulit aliquem, vt se proijciat in mare, vel præcipitet e fenestra. & ille fecit & moritur, an suggerens sit irregularis.nu.334.

333 Mandati fines diligenter sunt custodiendi.

335 Clericus, vna cum alijs, qui suasit rustico transeunti flumen, cuius aqua crescebat. quòd descenderet de asina super qua erat, quæ nolebat ire ante, nec retro, sicut asina Balaam, credens illum verisimiliter euadere posse, & tamen cum descendißet submersus est an præsbyter, & alij sint irregulares.

336 Medicus vel alius, qui suasit abortum mulieri pregnant an sit irregularis.

337 Consulens non tenetur de consilio, quando consultus alias erat facturus.

338 Homicidium, vel mutilatio commissum ex alicuius negligentia, seu desidia, an faciat eum irregularem. & nu.345.

339 Negligentia dicitur priuatio, diligentia nouerca eruditionis, & semper sonat in dubium, & est peccatum mortale.nu.seq.

340 Diligentia est mater virtutum.

341 Dessidia quid. & an idem cum negligentia.

342 Incuria quid. & est quasi idem cum negligentia.

343 Curiosus, idem est, quòd diligens.

344 Cura, quasi cor vrens dicitur.

346 Culpam facientis habet, qui potest corrigere, & negligit.

347 Societatis occultæ scrupulo non caret, qui manifesto facinori desinit obuiare.

348 Franciscus Philadelphus laudatur.

349 Clerici verberationi, si culpa quis negligit obuiare, an sit excommunicatus.

350 Posse, id dicimus, quòd de iure, honeste & commode sine

timore

timore & sine difficultate possumus.
Nec dicimus posse, quòd per extraordinariũ remedium possumus. nu. 351.

352 *Consilium petens ab aliquo, de homine interficiendo; si non consuluit, sed neglexit contradicere; an sit irregularis.*

353 *Tractatum sciens de morte alicuius; si illum non reuelat ei in cuius necem conspiratum est; an secuta morte; sit irregularis.*

354 *Sacerdos, ea quæ in confessione audiuit, nullo pacto propalare debet: etiam si iurasset dicere veritatem. & ibi quæ sit ratio.*

355 *Interficere volens. T. aliquem; nisi eidem certam pecuniam; an tenear dare; vt liberem illum a morte; & si non dedero, & interfectus sit ille an ego sim irregularis.*

356 *Consensus quid, & nu. seq. Et potest actum præcedere, interuenire in actu; & subsequi post actum; nisi requiratur de forma. nu. 358.*

357 *Collaudatio quid.*

359 *Ratihabitio, semper adhibetur post actum.*

360 *Consensum, & collaudationem prestãs homicidio ab alio eo ignorante; nec causam præbente commisso; an fiat irregularis.*

361 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato æquiparatur.*

362 *Peccatum, quod sola voluntate committitur, sola voluntate contraria aboletur.*

363 *Ratum habens violentam manus iniectionem in clericũ, nõ incidit in excommunicationem; nisi facta fuerit eius nomine iniectio.*

364 *Peccata, seu delicta, quæ alias irregularitatem inducunt an eam inducunt si sint occulta.*

365 *Irregularitatis, qui sint effectus principales.*

366 *Irregularitatis, quæ peruenit homini ex defectibus, qui in eo sunt sine facto, & peccato suo, vt puta natalium; effectus.*

367 *Irregularitatis peruenientis ex bigamia, quis sit effectus.*

368 *Bigamia contrahitur etiam per simplex matrimonium; & impedit administrationem in susceptit ordinibus.*

369 *Bigamus omne priuilegium clericale ammittit.*

370 *Irregularitas, quæ contrahitur ex proprij corporis deformitate; quæ sit.*
Et an tollatur per ingreßum religionis. nu. 426. vbi an cum tali dispensetur.

371 *Deformitas proprij corporis non impedit in susceptis ordinibus administrationem.*
Quod tamen intellige. vt ibid.

372 *Irregularitatis ex censuræ violatione contractę, effectus.*

373 *Delicta impedientia ordinem, quæ sint. remiss.*

374 *Episcopus qualis esse debeat.*

375 *Apostoli ad Timoth. epist. 1. cap. 3. dictum; licet loquatur de episcopo, extenditur etiam ad alios clericos.*

376 *Deponendus, pro quibus criminibus, quis sit.*

377 *Suspensio ex quibus criminibus inducatur. remiss.*

378 *Irregularis propter crimina, non solum deponitur ab officio sacerdotali; sed etiam ab omni officio cuiuscunq; ordinis.*

379 *Irregularitas non priuat quem beneficio ipso iure.*

380 *Irregularitatis, quæ ex homicidio contrahitur; quis sit effectus.*

381 *Libellus, in materia irregularitatis, qualiter formandus.*

382 *Irregularitas qualiter tollatur; & quod quatuor modis per Baptismum. nu. 383. per dispensationem. nu. 384.*

385 *Dispensatio quid. & nu. 407.*

386 *Dispensatio, facit licitum; quod erat illicitum; & dispensatus non potest vlterius accusari.*

387 *Dispensare cum irregulari, quis possit.*

388 *Papa, cum homicida voluntario, vt possit ministrare altari, etiam post peractã pœnitentiam an possit dispẽsare.*

389 *Irregularitas causata ex homicido, inducta est de iure diuino. Et impedit ordinis executionem etiam post peractam pœnitentiam sub. nu. 439.*

390 *Papa non dispensat contra legem diuinam.*

391 *Phinces nepos Aaron fuit dispensatus de duobus homicidijs. & permissus diuina ministrare.*

392 *Paulus Apostolus quamuis homicida, diuina ministrauit.*

393 *Papa dispensare potest cum omni irregulari.*

394 *Inferior a Papa non potest dispensare cum homicida voluntario, quo ad ordines. Quod tamen intellige, vt ibid.*

395 *Episcopus, an possit dispensare, vt clericus, qui post susceptos ordines voluntarium commisit homicidium, possit in susceptis ordinibus ministrare. & nu. 402.*
Et an in minoribus ordinibus, suo iure. nu. 396.

397 *Cap presbyterum. & c. continebatur extra de homici. intellectus.*

398 *Homicidium casuale committi potest, ex magna, minori, leui, & leuissima culpa. remiß.*

399 *Ordo minor quilibet, large sacer dicitur.*

400 *Papa cum homicida voluntario potest dispensare, quo ad beneficij retentionem.*
Papa in beneficijs absolutam, habet potestatem ibid.

441 *Episcopus; an possit dispensare cum homicida voluntario quo ad beneficium curatum; & an quo ad simplex.*

403 *Papa solus dispensat cum irregularibus, qui portauerũt ligna; vt hæretici comburerentur.*

404 *Papa quibus in casibus dispenset. remiss.*
Cõcilij potestas, quæ sit circa dispensationẽ. remiss. 405.
Legatorum potestas, quæ sit. c. idem ibid.
Patriarcharum, & Archiepiscoporum. c. idem quæ sit potestas ibid.
Episcoporum, quæ sit potestas. c. idem ibid.

406 *Dispensare quis potest in omnibus casibus, in quibus potest legem condere, & iurisdictionem habet.*

408 *Episcopus potest dispensare, vbicunq; a iure est permissa dispensatio.*

409 *Dispensatio, eo casu, quo cum irregulari permittitur; an sit adeo debita, quòd superior non dispensando peccet.*

410 *Dispensatio, est quædam misericordia.*

411 *Misericors, quilibet esse debet.*

412 *Clericus homicidium, vel aliud grauissimum delictum cõmittens, debet deponi, & detrudi in monasterium ad pœnitentiam agendam.*

413 *Verbum potest, est verbum facultatis.*

414 *Dispensator, si dispensat, vbi non subest causa, an peccet.*

415 *Episcopus, an in casibus, in quibus potest dispensare, requirere debeat consensum capituli. & quòd non communis est opinio.*

416 *Dispensatio vna, an plures requirantur, quando vnus ex pluribus causis, seu criminibus in plures inciderit irregularitates.*

417 *Testis si fuit per dispensationem emendatus, dispensatio; quo ad omnes causas tam ciuiles, quam criminales prodest. Intellige tamen. vt ibid.*

418 *Spe-*

418 *Species pracedens restringit sequentem genus.*

419 *Bannito ex pluribus bannis; an sufficiat vnica absolutio.remiss.*

420 *Excommunicato pluribus excommunicationibus; an sufficiat vnica absolutio.remiss.*

421 *Irregularitas an per religionis ingressum tollatur.*

422 *Ingressus religionis extinguit omnia crimina.*

423 *Irregularitas, qua insurgit ex proprio delicto, non tollitur per religionis ingressum; sed fauore religionis, cum tali dispensatur; secus verò in ea, qua ex proprio delicto non insurgit. Et talis potest promoueri ad ordines absq; dispensatione. Sed ad dignitatem non; absq; dispensatione.*

424 *Pater filium monachum, licet prius ingratitudinem commisserit; exhæredare non potest.*

425 *Monachus omnem maculam abstergit.*

427 *Irregularitas causata ex delicto, vel peccato occulto, tollitur per religionis ingressum, & vita probibitatem; nisi proueniat ex homicidio, vel ex mutilatione.*

428 *Homicidium; & mutilatio, etiam post peractam pœnitenciam; impediunt ordinis executionem.*

429 *Irregularitas contracta ex delicto, & culpa; quamuis aliqua ratione induxit; qua tamen ratio cessat ex ingressu religionis; tollit eidem irregularitatem.*

430 *Illegitimus, quare promoueri non potest.*

431 *Irregularitas, cuius indicenda rationem non tollit ingressus religionis; per ingressum religionis non tollitur; operatur tamen ingressus; vt facilius cum ingresso dispensetur.*

432 *Irregularitas, an tollatur per pœnitentiam; Et quid si occulta.nu.436.& nu.439.*

433 *Pœnitentia, licet peccatum absorbeat; in pristinum tamen statum non reformat.*

434 *Pœnitentia, quantacunq; sit; non est modus tollendæ irregularitatis.*

435 *Contritio, quantacunq; sit, non tamen tollit pęnam temporalem.*

Irregularitas est pœna temporalis.ibid.

437 *Cap. Domino sancto.50.distin.intellectus.*

438 *Ecclesia non indicat de occultis.*

440 *Canonum statuta, omnes ligant, & ab omnibus obseruari debent.*

Ad audientiam.

Homicidiũ
1 † casualem imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam quam debuit.h. d. secunda ibi; quia verò.
2 ¶ Nota primo, quòd clericus† licitè potest corrigere familiam propriam; dummodo
3 moderatè corrigat. Correctio† enim debet esse leuis, & moderata, vt.l.sed & si.§. si magister. &.l.se.ff. ad.l. Aquil. Vnde dicit tex. quòd doctrina magistri debet esse humilis; vt.c.humilis.de ma. & obedi.23. q.5.c.1.in fine.vbi vide tex.not. Leuis enim castigatio reuerentiã exhibet castiganti. Nimia veroa speritas nec correctionem recipit, nec salutem; vt est tex. no.in.c.cũ beatus.45.dist. Debet enim esse admista misericordia cum disciplina.45.dist.c.discipulũ. Vnde non est mirũ, si nimia sæuitia ascribit culpæ, vt.d. §.si magister. Sed si ex leui, & moderata correctione
4 † superuenerit casus, nõ imputatur corrigẽti; vt.c.1. &.c.cũ voluntate.ĩ.de sent.excõ. ¶ Secũdo not.tex. ibi aliquandiu, pro his quæ dixi.ŝ eo.c. presbyterũ. ¶ Tertio not.ibi; quod cum in dubijs. quòd in dubio potius iudicandum est quem esse irregularem. nam vbi agitur de materia peccati ad pœnitentiam, iudicamus potius peccatum subesse. Quod notabile examinatur in glo. 2. Et sic facit iste text.secundum D.m.contra Inno.hic, qui dicit, quòd cum irregularitas sit de iure positiuo, non debet iudex in dubio reputare aliquem irregularem; quia pœnæ molliendæ sunt.de pœ.dist.1.§.pœnæ. & in reg.in pœnis.de reg.iur.lib.6.&.l.præses.&.l.fi.de interpretatione.ff. de pœn. quæ dicta an sint vera. ĩ. latius examinabo. ¶ Glo.1.in prin.quærit, & solu.deinde format contrariũ; & sol. In eadem ibi; leuiter.dic no.ex ista glo.
5 ꝙ leuiter dicitur fieri castigatio, † si fit cum cingulo. Quod verum dicit Ioan.And. si cingulum erat molle. Ego arbitror ex dictis Doc.hincinde collectis, cõsiderandam qualitatem eius, qui corrigitur. Et sic in hoc versabitur arbitrium iudicis.an scilicet, qui corrigitur sit sanus, vel robustus; aut sit tenelllus puer, vel infirmus; quia tunc castigatio quæ esset leuis in robusto, diceretur grauis in infirmo, vel tenello. Hoc probatur in.l.qua actione. §. si quis seruum. ff. ad.l. Aquil. Idem tenet Archid. 23.q.5.c.1.super glo.& Inno. in.c.cum in magistrum.de elect. Item præsumitur leuis, vel magna castigatio ex genere instrumenti, cum quo quis castigat. Si verò cum
6 cingulo esset gladus † non remouendo illum, esset culpa, & incideret in irregularitatem casu super-
7 ueniente, vt hic. Si verò castigauit† cum claua, malleo, vel cultello vel simil. tunc præsumitur dolus vt.c. significasti.in fi.infra eod. &. l. prima. §. sed si claua. & ibi per Iacob. de Areti. post gloss. ff. ad. l. Corne.de sic. Item arbitror considerandum in qua parte corporis magister, vel dominus verberauit.
8 nam si cum baculo verberaret † manum dando palmatam, non diceretur excedere modum debitum. Secus si cum baculo percuteret caput immoderatè. Item arbitror considerandum tempus, an scilicet, sit aer sanus, vel pestiferus. vnde in hoc, vt dixi mul-
9 tum operabitur iudicis arbitrium. ¶ † Qualiter autem probetur, quòd magister, vel præceptor, vel similes castigauerint animo docendi, seu monendi. Barto. consulendo dixit, quòd præsumitur factum animo docendi, eo ipso, quòd reperitur quòd tempore, quo eum percussit, eum monebat, vel docebat vt discipulum, vel corrigebat vt famulum. Facit qđ not. in. l. 3. ff. de do.inter vi.vbi dicitur, quòd illud quod fit tempore ludi præsumitur factũ causa ludi. Facit.l.sed & si quæcunq;.§.si magister.ff ad.l. Aqui. Siue igitur fecerit eum corrigendo de delicto, siue gratia disciplinandi, vel instruendi eum, appellatur correptio, vel castigatio, per. c. presbyterum. ŝ.eo.& in.d.c.1.&.c.cum voluntate.de sent.excom. Quæ not. pro modo, & practica probandi, quòd corrigẽdi animo fecerit. nam qualitas illa, quòd animo corrigendi fecerit, non percipitur aliquo sensu corporeo; sed tamen probatur eoipso, quòd eum tunc docebat vt discipulum. & ita consuluit Barto. quæ not. perpetuo. ¶ Aduerte etiam ad id quod dixi, quòd ex genere instrumenti cum quo quis verberat quem, præsumitur dolus; & quòd animo interficiendi fecerit. nam facit ad ea quæ dicam. ĩ. eod.c,

signi-

ſignificaſti.2.Item aduerte ſecundum Bald.in.d.§.ſi
magiſter, quòd licet quis commiſerit culpam ex-
cedendo modum debitæ correctionis ; tamen non
10 punitur† pœna legis Corn.de ſic.ſed extra ordinem,
ſecúdum arbitrium iudicis; niſi ita exceſſerit modũ
quòd ex genere inſtrumenti, & ex modo verberan-
di præſumatur dolus.& quòd animo interficiẽdi fe-
cerit;quia tunc puniretur pœna.d.l.Corne. vt.l.1.§.
diuus.&.l.diu.&.l.in lege Corne.ff.ad.l. Cor. de ſic.
Facit quod dixi in.c.ſicut dignum.ſ.eod.& quod di
cam in.d.c.ſignificaſti.2.ĩ.eod.¶ Quæ autem ſit ra-
11 tio,ꝙ magiſter† dominus,& ſi.poſſunt leuiter corri
gere,& emendare,non autem immoderatè, dic ſecũ
dum Augu.in lib.de vita clericorum, & tranſumpti
uè.45.diſtin.c.cum beatus.quia dum nimia ſeruatur
humilitas,regendi frangitur authoritas.Vnde Salo-
mon prouerb.23.Percure filium tuum virga, & libe
rabis eum à morte.45.diſtinct.Salomon. Correctio
enim eſt actus charitatis. & ideo permiſſa. vt dicit.
be.Tho.ſecunda ſecundæ.q. 33. Imò videtur eſſe in
præcepto ; quia omnes debemus eſſe in charitate,
Aliàs enim qui non corrigit,cum poteſt, & ex offi-
cio tenetur,videtur eſſe in culpa;& delicto, aut pec-
cato conſentire.vide quæ dixi in.c.Iudæos.ſupra, de
iud.& aliquid in.c.2.de hære.¶ In ea.gloſſ. in.fi.dic
de hoc articulo, vt dixi in capitulo præsbyterorum.
ſupra eodem.&.c.præcep.¶ Glo.2. fortificat text.al
legando plura generalia ſimilia,dic vt in ea.¶ Glo.
final.formæ.q.& ſolutio.in fin.dic ſecundum Ioan.
And.poſt Vin.quòd in contrarium facit.l. diſt.mi-
ror.vbi eccleſia nõ diſpenſat cum homicida.Sol.dic
quòd ibi loquitur de homicida voluntario ; hic de
caſuali.dixi.ſ.eo. c. ſuſcepimus. & vide quæ dicam.
ĩ.eod.in materia irregularitatis. in. 9. q.principali.
Et ſubdit hic Hoſtien. quòd in ſacris ſolus Papa di-
ſpenſat.in minoribus verò poteſt Epiſcopus pro iu-
re diſpenſare,quod probatur hic in tex.dũ dicit po-
teris concedere,vt in minoribus &c. & latius dicam
in.d.9.q.¶ Poſtremo.Doct. hic tractant materiam
irregularitatis per.16.q & vltra;non tamen per mo-
dum doctrinæ ; quam ob cauſam inſtitui hic mate-
riam ipſam irregularitatis vtilem & quotidianã per
modum doctrinabilem,ſub quam breuiori compen
dio potero expedire. In qua materia principaliter
examinabimus infraſcriptas.q.¶ Primo quid ſit irre
gularitas. Secundo vnde dicatur. Tertio quo iure
fuerit introducta.Quarto quot modis ſumat̃, ſeu ac
cipiatur,ſeu quot ſint eis ſpecies.Quinto q ſint, qui
in irregularitatẽ incurrere poſſunt. Sexto quæ fuerit
cauſa inducendæ irregularitatis.Septimo qualiter,&
quibus caſibus contrahatur irregularitas.Octauo de
eius effectu.Nono qualiter contra irregularem ſor-
metur libellus. Decimo & vltimo qualiter irregula-
ritas remoueatur. ¶ Igitur ſequendo ordinem,
12 †Primo quæro, quid ſit irregularitas. Circa quod
dic,quòd irregularitas eſt nota,ſeu impedimentum
canonicum ex facto, ſeu defectu proueniens, qua
quis prohibetur ad eccleſiaſticos ordines promoue-
ri,& in eiſdem miniſtrare. Ita deſcribit Specul. in
titu.de lega.§.iuxta. in princip. & etiam quaſi ſimili
modo deſcribunt Archid. & Ioan. Andr. in. c.1.de
regu.iur.libr.6.& Hoſtien.in.c.2.de cle.excom.mi.
Ego verò prædictæ deſcriptioni arbitror addendũ,

dum dicit,canonicum,videlicet,ſeu diuinum. Item
arbitror addendum ibi,dum.dicit,ex defectu proue
niens,ſcilicet à natura,vel euentu. Et quare hæc ad-
dantur,colligitur ex his quæ dicam. ĩ.in.3.quæſtio.
13 princip.& in.6.¶ Dicitur autem Nota idem† quod
infamia vt. ĩ.de purga. canon. c. accedens.2.q.3.§.
notãdum.l.furti.§.qui alieno.&.l.ſeq.ff.de infa. per
Ioan.And.in.c.fin.de ſorti.Vel dicitur nota, hoc eſt
quædam cicatrix.ff.de ſer.fugi.l.2. Vnde irregulari-
tas eſt cicatrix criminis,vel defectus.61. diſtin.in ſa
cerdotibus in fin.Vnde ſanitas, ſcilicet pœnitentiæ
poſt vulnus,ſcilicet peccati ſine cicatrice,ſcilicet ir-
regularitatis,eſſe non poteſt.1.q.1.ventum eſt. Ideò
autem dictum eſt in deſcriptione, quòd eſt impedi-
mentum canonicum;quoniam irregularis ortum ha
buit à iure canonico ſecundum Specu.Ioan. And.&
Innoc. Sed mihi hoc non placet ſimpliciter ; quia
etiam habuit ortum a iure diuino, & veteri teſta-
mento, de quo latius dicam.ĩ.in.3. quæſtio. prin-
cipali.¶ Quare autem in deſcriptione ponantur il-
la verba,videlicet(ex facto,& ex euentu) colligitur
ex his quæ dicam.ĩ.in.6.q.principali. Et quare po-
nantur illa vltima verba, videlicet (qua quis prohi-
betur &c.) colligitur ex his quæ dicam. ĩ. in. 8. q.
principa. Alio tamen modo deſcribunt Matth. &
Guil.in clem.ſi furioſus.eod.titu.videlicet quòd eſt
impedimentum ſeu repulſio diuini officij, quæ ipſo
iure infligitur occiſori per. c.2. de teſt.ord. Sed iſta
deſcriptio eſt defectiua. Primo quia irregularitas
impedit nedum executionem ordinis, ſed etiam
promotionem ad illum. Secundo quia infligitur
non ſolum occiſori,ſed etiam mutilatori.de quibus
dicam in.6.&.8.q.Lapus etiam aliter deſcribit in.d.
clem.Si furioſus videlicet quòd eſt impedimentum
canonicum proueniens in clerico ex violatione cen
ſuræ eccleſiaſticæ,vel ex alia notabili inobedientia.
Addit etiam alia verba ſuperflua.Sed non bene,quia
non ſolum clericus efficitur irregularis ; ſed etiam
laicus.vt dicetur.ĩ.in.6.&.7.q. principali. eſt etiam
in alijs defectiua. ¶ Vnde arbitror, quod melius
deſcribatur hoc modo videlicet,quod eſt ius impe-
ditiuum promotionis,vel executionis ordinis, iure
canonico,vel diuino introductum,propter aliquem
defectum,notam,inobedientiam,factum, vel negli-
gentiam. Et qualiter prædicta verba ponantur,
collige ex his quæ dicam. ĩ. in. 4. q. principali.6.7.
14 &.8.¶ †Secundo principaliter quæro vnde dicatur
irregularitas. ſolu. dic quòd dicitur ab in quod eſt
ſine ; & regula ; quaſi ſine regula vnde irregulare, id
eſt, contra regulam eccleſiæ natum,vel factum; ſiue
propter defectum ſuum,ſiue propter factum,ſit ex-
tra eccleſiam poſitum,vt dictum eſt,quò ad poteſta-
tem paſſiuam promouendi vel adminiſtrandi in or
dinibus eccleſiaſticis.vide Spec.in.d.§.iuxta ver. di-
citur. Et dic ſecundum Lapum, quòd non dicitur
quis irregularis ; quia ſecundum regulam Apoſtoli
prohibeatur ; ſed tunc dicitur extra regulam alio-
rum. Sed irregularis eſt qui ab illa eſt eiectus, ad
quam non reducitur, niſi mediante diſpenſatione,
ſecundum not.per Archid.in.c.is qui. de ſenten.ex-
commu.lib.6. & dic de hoc vt latius dicam. ĩ. eod.
c. in. 10. & vlti. q. princip. ¶ Tertio principaliter
15 † quæro, quo iure fuerit introducta irregularitas.

Solu.

Solut.Innocen.hic dicit,quòd à iure positiuo.Idem
tenet Specul. in tit. de leg. §.iuxta. versi. nunquid
ergo. & versi. generaliter. Idem Lau. & Ioan. de
Imol. in.d.clemen.furiosus. eod.tit. & probatur. 2.
q.7.§.item Daniel. Facit quod traditur in .c.nisi
cum pridem.§ personæ.supra de renun. Ex quibus
16 infertur,quòd irregularitas† non contrahitur, nisi
in casibus à iure expressis. Idem Ioan. And.in addi.
Specul.in. d.§. iusta. & versi. generaliter. quoniam
pœnæ sunt restringendæ, non relaxandæ. de pœnit.
distin. 1.§.pœnæ.& in reg. in pęnis.de reg.iur.lib.6.
&.l.præses.&.l.si de interpreratione.ff.de pęn. & est
bo. text. ad principale propositum in.c. is qui. de
senten. excom.libr.6.Et ex prædictis videtur inferri,
qđ iudex in dubio debet potius iudicare quem
17 non esse † irregularem, quam econtra. Sed dicit
D.m.hic. Quòd neutrum dictum sibi placet; nam
irregularitas, quæ causatur ex homicidio voluntario,
fuit inducta à iure diuino; quando Deus dixit
ad Dauid; Non ędificabis mihi templum; quia vir
sanguinis es. de conse. dist. 1.c.1.in princip. Facit
etiam tex. in.c.1. coniuncta suprascriptione secundum
vnum intellectum.s̄.eod. & quod not. glos.in
c.sicut dignum. supra eod. vnde secundum eum licet
dictum Innoc.soleat allegari pro singulari; tamen
non procedit indistinctè. Vnde in hoc secundo
artic. D.m.ita distinguit,videlicet,quod aut quę
18 rimus quò ad imponendam pœnam † propter irregularitatem
quò ad forum contentiosum, & tunc
in dubio debet quis potius iudicari non irregularis,
quam èontra. Ita procedat dictum Innoc. Specul.
& Ioan. Andr. Aut agitur in foro pœnitentiali ad
19 pœnitentiam imponendam; & in dubio† debet potius
reputari irregularis. quoniam in foro pœnitentiali
tutior pars est eligenda; licet durior videatur.
Facit.d.c.significasti.2.j̄. eod. Idem etiam est quotiescunq;
de aliquo alio dicto dubitaretur; quia
20 quò ad pœnitentiam potius in dubio † iudicamus
subesse peccatum, quam non; vt.c.iuuenis supra de
spon. Et vide glos.not. in ver. estimare. s̄.de scruti.
c.1. quoniam bonarum mentium est timere culpam,
etiam vbi culpa non est. 5.distin.c.ad eius verò
concubitum.&.c.2.de obser.iein. Idem est vbi agi-
21 tur in foro, quasi † pœnitentiali; vt puta, quia non
agitur propriè ad pœnam; sed vt abstineat à ministerio
altaris; vel vt abstineat à contractu matrimonij,
vel ab alio actu, in quo exercendo posset subesse
peccatum; quia tunc debemus interpretari in
tutiorem partem, vt dictum est. & probatur hic in
tex. nostro.&.d.c.significasti. &.d.c.iuuenis. Facit
quod not. Innocen. in.c.cum jtu. de testi. Sed tu
aduerte; quia contra primum dictum D. m. facit,
quoniam Moyses fuit vir sanguinis. 23.q.3.c. non
inferenda. & tamen edificauit ecclesiam Deo, vt.d.
c.1.in princip. de conse.distin. 1. Et fuit sacerdos,
vt probatur, quia ipse in veteri testamento elegit
sacerdotes, & illos vnxit. quod facere non potuisset
nisi ipse fuisset sacerdos; ergo de iure diuino
non erat irregularitas. Item probatur, quia in
veteri testamento homicidæ poterant esse sacerdotes,
& sacerdotes homicidę. 2.quæstio. 7.§.his ita.
&.§.item cum Balaam. & refert glos. 21.distin. in
sum. & glos.in.d.c.1.in versi. prohibitus.de conse.
distin.1.in princip. Præterea Paulus qui beatum
Stephanum lapidantibus opem, seu ministerium
præbebat electus est à Domino.50. distin. §.ècontra.
Sed Specul.in.d.§.iuxta.versi.nunquid ergo.dicit,
quòd irregularitas Pauli fuit abolita per baptismum.
Quid ergo dicendum? Spec.in.d.versi.dicit,
quòd in veteri testamento prædicti, & alij homicidæ
excusati,vt.c.gaudemꝰ.§.verum. supra de diuor.
23.q.5.si non licet.&.q.8.c.homicida. Diuina enim
facta, & maxime veteris testamenti miracula, sunt
admiranda; non in exemplum nostræ actionis trahenda.
Multa enim concedebantur tunc, quæ nunc
penitus prohibentur. 2.quæst.7.§.item cum Balaā.
versi.his ita respondetur. 4.quæst.3.§.sed obijcitur.
22.quæst.3.c.si quis per testamentum. Vel possumus
dicere, secundum glos. super verbo, prohibitus.
in.d.c.1.de conse.distin.1.quòd in veteri testamento
ante præceptum factum Dauid, propter homicidium
non efficiebatur quis irregularis; sed
ideò fuit factum dictum præceptum primitus Dauidi;
quia ipse fuit præfigurator noui testamenti.
22.q.1.§.quod autem. & ideo in figura ipsius dictum
est, Non edificabis mihi templum &c. Est
ergo conclusio ex prædictis, quòd in veteri testamento
non inducebatur irregularitas propter homicidium
vsq; ad Dauid; in quo fuit inducta propter
figurationem noui testamenti. Est insuper aduertendum;
quia non solum propter homicidium in
veteri testamento in persona Dauid fuit inducta irregularitas;
sed etiam propter alia fuerunt inductæ
irregularitates. Erant tamen temporales, & non perpetuæ;
videlicet, quando quis eijciebatur extra castra,
ex eo, qđ tetigerat morticinium. Vna autem
sola irregularitas videtur fuisse perpetua; videlicet,
quādo Summus sacerdos deberet habere virginem,
& non repudiatam. de quo per Host. in.c.sanè. de
cle. coniuga. & vide in Leuit.c.21. Sed istud non
erat propter defectum sacramenti; sed quia illo modo
non potuisset esse hortator viduitatis, secundum
Spec. in.d.§.iuxta. versi. defectus sacramentorum.
Aduertendum etiam est; quia vt traditur in Leui. vt
refert Spec. in.d.§.versi. item & in veteri. quædam
inueniuntur irregularitates, quæ impediebant panes
Domino offerre, & accessum ministerij altaris.
Quæ figuraliter intellectæ etiam in nouo repellunt;
vt Cęcus, id est, ignorantia. Claudus, id est, infirmitas
mentis. Habens patuum nasum, id est, indiscretio.
Item habens grandem, vel tortum nasum, id
est immoderata discretionis subtilitas. Habens fractum
pedem, id est, alienatio à bonis. Item mancus,
vel gibbus, id est, peruersitas. Item lippus, id est, depressio
ingenij. Item habens albuginem in oculo,
id, est, arrogantia. Item habens scabiem, id est, luxuria.
Item ponderosus, id est, immunda cogitatio.
Item habens petiginem io corpore, id est, auaritia.
vide de his clariorem expositionem.49.distin.c.
hinc etenim. Et ratio prædictorum est; quia indignum
est Deo offerre, quod homo dedignatur.49.
22 distin.c.fi. ¶ Quarto principaliter quæro, † quot
modis accipiatur irregularitas, seu quot sunt irregularitatis
species. Sol. dic, secundum Inno. in.c.nisi
cum pridem.§.personæ.s̄.de renunt.quem sequitur
Spec.in.d.§.iuxta. versi.sumitur. ꝙ quædam accipi-

tur pro defectibus, qui sunt in homine sine peccato; puta quia est bigamus, vel maritus corruptæ, scilicet, viduæ; vel illegitimus, vel si.vt.d.c.nisi.50.di.nō confidat. &.54.distin. per totum. Potes etiam addere exemplum de officiali, qui ex officio quod sibi incumbit, mediante iustitia aliquem interemit, de quo.j.q.7.princ. Secundo modo sumitur pro irregularitate personę propter quam omnis homo pro hibetur ordinari, vel etiam celebrare; vel administare in iam suscepto ordo sine dispensatione Papę; siue patiatur defectum sine peccato; siue grande commiserit peccatum, & de his traditur in.c.dilectus filius. de temp. ordi.& per Spec. in tit.de lega. §.nunc de episcoporum. Non ergo dicitur irregularitas; quia secundum regulam Apostoli ordinari prohibeatur; sed quia talis est extra regulam aliorum. Nam cum generaliter episcopi possint cum omnibus dispensare, nisi sit eis specialiter prohibitum, vt.d.c.dilectus. & per Spec. in.d.§.ver. his igitur. & seq cum prædictis tamen specialiter dispensare prohibentur; Papa verò cum omnibus dispensare potest; Sed de hoc articulo dispensationis latius dicam. j.in.10.q.princ. Tertio modo dicuntur irregulares, omnes illi qui non possunt remanere in susceptis ordinibus, nec promoueri ad maiores, etiam peracta penitentia sine Papæ dispensatione, vel prælatorum inferiorum. de quibus not.in.c. dilectus. & per Spec. in.d.§.iuxta ver. sunt quoq;.& d.§.nunc de episcoporum. Lau. vero in clem.1.eo. tit.dicit, ꝙ irregularitatis tres sunt species. Vna q̄ prouenit ex incisione, seu deformitate proprij corporis. & de hac de cle. egro. per totum. Alia quæ prouenit ex deformitate alieni corporis. & hæc est triplex quædam prouenit ex morte, quædam ex mutilatione, quædam ex simplici infectione cum animo occidendi. De primis duabus traditur hic in titulo nostro. de alia trad.de penit.dist.1.c.periculosæ.Sed tu dic, secundum Cardinalem Zaba.in cle. prædicta. ꝙ hæc vltima nō inducit irregularitatem, quæ indigeat dispensatione Apostolica. Imò dicit glo.j.eo.c.si aliquis. ꝙ hęc non est irregularitas; Licet glo.in.d.c.periculosæ. contrarium dicat, & male. vt ibi per Archi. hoc quò ad irregularitatem maiorem. Est tamen quædam irregularitas, quæ incurritur pro peccato mortali. quod etiam tenet glo. in d.c.si aliquis.j.eo.& probatur.25.dist. §.criminis. Ego verò dico, ꝙ quędā est species irregularitatis, quæ prouenit homini sine peccato; quædam cū peccato. Prima subdiuiditur; quia quædam prouenit à natura, & quædam ex euentu. A natura si habet aliquas deformitates ex his, quæ dixi in pcedēti.q. circa irregularitates, quæ reperiuntur fuisse in veteri testamento. Ex euentu; puta, si est effectus cęcus, carens manu, pede, vel alio membro. Secunda irregularitas, quæ cum peccato prouenit, similiter subdiuiditur in plures species; quia quædam prouenit ex violatione censuræ ecclesiasticæ, vel notabili inobedientia, vel alia simili nota. Quædam pronenit ex facto proprio, Quædam ex mandato, Quędam ex consilio, Quędam ope, Quædam ex defensione, Quædam negligentia, Quædam ratibabitione; vel consensu, de quibus omnibus latissimè videbimus.j.in.7.q.princip. Potest dari alia diuisio;

videlicet, quòd quædam est irregularitas per quam quis impeditur ordines suscipere; nō tamen deijcitur à iam susceptis.15.q.1.c.si. in si. Quædam verò, & promouendum impedit, & promotum deijcit. Facit ad prædicta quod traditur.50.distin. c.de his. &.s.eo.c.sicut dignum. & de hac dicam in.8.q.prin

23 cipali. Quinto principaliter quæro, qui † sint, qui possint in irregularitatem incurrere. Sol. arbitror dicendum, quòd aut nos quærimus de irregularitate quæ pronenit homini sine peccato, & in istam omnes possunt incurrere; siue sint infantes, siue alij similes. nam infans natus cum corporis deformitate notabili, vel ex euentu sectus, seu mutilatus, irregularis est, vt.s.de corpo.vitia.per to. Et facit quod dixi in præced. q. Et hoc est verum de irregularitate, quæ prouenit à natura, vel ex euentu sine peccato, præter intentionem, seu consensum. Aut quęrimus de irregularitate quæ prouenit ex peccato, vel sine peccato propter consensum, seu voluntatem; vt puta, propter homicidium, negligentiam, opem, causam, mandatū, consiliū, vel quid si. vel pp inobedientiā, vel violationem ecclesiasticę censuræ, vel aliam similem causam. & tunc ad hoc, vt quis incidat in irregularitatem, requiritur, ꝙ sit sanæ mentis, & intelligat quod agit; aliàs non efficeretur irregularis, vt statim dicam exempla subijciendo. Omnis igitur sanę mentis, & qui doli capaces sunt, † in prædictam irregularitaté possunt incurrere, siue sint Christiani, siue infideles. Nam & propter homicidium

24 † commissum ante baptismum contrahitur irregularitas. Facit quod dixi.s.eo.c.presbyterum. Quidam tamē dicunt, ꝙ propter homicidium commissum ante baptismum, siue illud sit commissum ex voluntate, siue ex officio, non efficitur quis irregularis. per tex.25.distin.c.deinde. &.51.distin. c.aliquantos. & hoc tenet Lap. monetur, quia irregularitas fuit inducta à iure positiuo.51.distin. c.si quis. Et hoc dicit procedere siue homicidium fuerit com missum cum peccato, siue sine. Vnde dicit, ꝙ talis post baptismum potest omnino promoueri. Facit qđ not.glo.& Archi. 26. dist.c.deinde. Hostien. in sum.eo. tit.§.qua pena.vers.quid ergo. Hanc etiam sententiam sequitur Zabbar.in.d.clem.1.q.12. Mouetur per tex.50.distin. c.si quis viduam.&.51.dist. c.1.&.c.si qui post. à contrario. Maximè quia non repritur in lege diuina, ꝙ propter homicidium incurratur irregularitas. & finaliter subdit huic opi. tanquam ęquiori standum, saltem in ambiguitate opinionū, vt fiat in pęnis mitior interpretatio, per reg.in pęnis.de reg.iur.lib.6.cum simil. Inno. verò, & Cal.in.c.gaudemus.s.de diuor.tenent, ꝙ saltem contrahatur, si homicidium est cōmissum cum peccato; secus si sine peccato. Sed D.m.ibidem tenet idem, etiam si sine peccato. & de hoc dixi.supra eo. c.præsbyterum. Hęc quęstio videt satis dubia. Mihi tamen plus placet, ꝙ si homicidium est commissum cū peccato, contrahatur irregularitas, quoniam frustra quęreretur, vtrum per baptismum tolleretur, nisi contracta reperiretur; cum priuatio habitū pręsupponat, vt.c.ad dissoluendum. de despon. impuber.&.l.decem.ff.de verb. oblig.& est bo.tex. in materia nostra in.d.c.deinde.26.distin.vbi text. dicit, quòd peccatum non est, inter peccata credi non debet.

debet. Et hoc tenet Hostien. in.d.versi. quid ergo, licet allegetur in contrarium per Lap. & male. Et maximè moueor; quia quò ad pœnitentiam vt dictum est, vel ad quasi pœnitentiam, vt qui is possit in susceptis ordinibus ministrare, vel promoueri, vbi esset, vel staret in peccato, vbi aliàs prohibitus esset potius præsumimus, & iudicamus quem irregularem in dubio, quam nō. vt dixi.s. in.3.q.princ. Non obst. dictum Lap. quia non est verum simpliciter, qđ irregularitas fuerit solum inducta à iure positiuo, vt dixi in.d.3.q.principali. Nec ob.glos. in.d.c.deinde. quia glos. ibi sentit contrariam opi. dum dicit, ꝙ si aliquis mille occidisset, omnis infamia,& irregularitas contracta ante baptismum,tollitur per baptismum. Sentit ergo ibi glo. expressè, qđ propter homicidium commissum ante baptismum contrahatur irregularitas. Non obst.dictum Hostien.in.d.§.qua pœna. ver. quid ergo; quia, vt dixi, Hostien. ibi tenet, ꝙ si homicidum sit commissum cum peccato, irregularitas contracta ex illo, tollatur per baptismum. & sic tenet expressè contrarium eius ad quod allegatur. Non obst. c.si quis viduam.50. distin. per quod mouetur Cardi. Zab. quia dum tex. ibi dicit,qđ si fuit homicida ante baptismum, secutio baptismo non prohibetur pro-
25 moueri; quia hoc fateor, cum per baptismum† tollatur omnis irregularitas causata à peccato; quoniã tollitur peccatum, & omnis sequela peccati,vt.d.c. deinde.26.distin. Et eodem modo potest responderi ad.c.1.& ad.c.si quis post.51.distin. Nec ob. vltimum dictum Zab. ꝙ huic opinioni,tanquam æquiori, standum sit; quia in pœnis &c. quoniam illud verum, quò ad pœnam fori contentiosi; non autem quò ad pœnam fori pœnitentialis, vel quasi; in quo securior via eligenda est, vt dixi.s.eod.in.3.q.principali. Est tamen maius dubium si homicidium fuisset commissum ante baptismum sine peccato; vt puta, ab officiali, mediante iustitia, vt dicam in.d.
26 10.q principali. Est igitur conclusio† quòd etiam infideles possunt incidere in irregularitatem, quæ ex voluntate, vel enim peccato committeretur. Et ex prædictis infertur clara conclusio, quòd fu-
27 riosus† non incidit in irregularitatem homicidium committendo. tex. est in.d.c.1.de homici. Et idem
28 arbitror; de mente capto † quia eadem est ratio in vtroq;. Sed quæro circa hunc articulum de ratione, quare furiosus non incidat in irregularitatem. Solut. dic, quia quod fit à furioso perinde reputatur, ac si casu contingeret, sine facto hominis.ff.de admini.tut.l.si. in fi.& probatur in.l.sed & si quęcũq;. §.& ideò. ff.ad.l. Aquil. vbi. tex.dicit, quòd illud qđ facit furiosus,perinde est, ac si à quadrupede,vel tegula per se cadente, factum esset. Talem enim infelicitas facti excusat. l.infans, vel furiosus .ff.ad.l. Cor.de sic. Et satis dicitur puniri furore suo, vt.l di nus.ff.de offi.præsid.&.l.penul.§. fin.ff.ad.l.Pompe. de parrici. Nec afflicto addenda est afflictio.7.q.1. cum percussio. de cle. ęgro.c.peu.de epi.audi.l.tam dementis. Omnes igitur actus, qui intellectum requirunt, aut consensum, furioso, & mente capto interdicti intelliguntur. Et vide plura exempla ad prædicta per gloss.2.eod.tit.in clemen. vnica. Secundo quæro in quo furioso, seu mente capto prædicta habeant locum. Solut. ꝙ dic, habent locum siue sit furiosus, vel mente captus, qui laborent con
29 tinuo furore,vel dementia; siue habeant † dilucida interualla. dummodo homicidium fuerit commissum tempore dementiæ,vel furoris;Ita dicit glos. 2. in princip. & bene,in.d.clem.1.Facit.l.quæ de tota. ff.de rei vendi. arguendo de parte temporis quò ad partem. Item quia eadem est ratio in vtrisq; propter carentiam intellectus,& mentis exilium.Est ta-
30 men aduertendum, quoniam,vt à Platone †scriptũ est furoris species duæ sunt. Vna ex humanis proueniens morbis.& hęc est mala, & detestanda.& de hoc loquitur materia nostra. Alia verò prouenit ex diuina mentis alienatione, cuius diuini furoris quatuor sont species; videlicet, vaticinium, mysterium, poesis, & amor. Quibus quatuor totidem deos præesse veteres putauere. Nam vaticinium Appollini, mysterium Dyonisio, poesim Musis, amorem Veneri tribuebant. & talis furor non excu-
31 sat. Tertio quæro, quid si aliquis culpa† sua incidit in furoem, & demum furiosus existens, commisit homicidium,vtrum efficiatur irregularis? Quidam ꝙ sic, per.c.si quis insaniens. 15.q.1. quod sequitur Laudu.in clemen. vnic. eo.tit. Sed gloss. 15. q.1.in sum.&.d.c.si quis insaniens.dicit hoc non esse admittendum;quia satis furore suo punitur,vt.s. dixi.& ita videtur tenere Gratia.15.q.1.§.si. Ego vero ita saluarem vtranque opin. ꝙ aut existens sanus mête cognoscebat,ꝙ si certum quid commedebat, efficeretur furiosus tali furore, qđ ipse nihil aliud quæreret,quam homines interficere,vel mutilare;& hoc per experientiam frequenter cognouerat,& tamen illud comedit, & tunc arbitror,ꝙ teneret;quia quoties culpa præcedit casum ordinatom ad illam culpam,etiam per casum quis efficitur irregularis,vt s.eo.c.præsbyterum.&.c.suscepimus.& hic.cum in-
32 finitis simil. Quarto quæro,quis arctetur † ad probandum,an dicens factum tempore furoris,an vero dicens factum tempore sanæ mentis? Solut.Pau.& Stepha. dicunt, ꝙ ille, qui allegat furorem; quo-
33 niam quilibet† præsumitur sanæ mentis. Si tamen
34 diceretur ꝙ aliquando fuit† furiosus, ei qui nunc dicit non furiosum, incumbit onus probandi.3 q.8. c.iudicas. vbi hoc tenet glo.& glo.3.in.c.fi.supra de successi.ab intest. Facit reg. semel malus. de reg. iur. lib.6. & quod ibi dicit Dyn. Vbi dicit, ꝙ accidens
35 †contrarium naturæ,vel præter naturam, tollit effectum præsumptionis ipsius naturæ. Quod tamen,ꝓ
36 cedit in accidēti durabili† saltem aptitudine. Aliàs non ꝓsumitur perseueratio contra naturam ipsius accidentis,secundũ not.per Inno. Compost. & Ab. in.c.cum inter canonicos.s.de elec.& videtur sequi Cardi.Flo. & Bar. in.l.nec codicillos.C.de codicil. & bo.tex.in.c.filij.de here.lib.6.&.c.sicut tenor. de regular.Sed aduerte, ꝗa gl.in.c. Consaldus. 17.q.2. tenet, ꝙ ei incumbit onus probandi, qui asseuerat sanam mentem, siue furorem, aut mentis exilium. per.l.ei.ff.de proba.& in reg.l.2.C.eo.tit. Idem etiã tenet Barto.in.l.is potest. vers. expedias.ff.de acqui. here. Ego in hoc articulo non intendo insistere; qa non est prin. artic.noster ideo dic,vt per gl.& Doc. in.d.iuribus.Tetigi in.c.dilectus.s.de spons.q.15.
37 Quinto quæro† qualiter probetur furor. Sol. Pau.

in clemen.1.eo.tit.remittit ad not.15.q.2.c. Gon-
saldus. &.46.distin.c.1.&.c.fin. de succes. ab intes.
Stepha dicit, ꝙ probatur ex dictis, factis, & gestis.
per.l.quidam in suo.ff.de condit.insti. &.ff.de tuto.
& curato.da.ab his.l.is,qui.§.fin. 46.distin.c.1.Ver-
bi gratia, si iussit ossa proijci in mari; vel si proijcit
lapides. per tex.in.l.2.C.de Iudæ. Ista similiter nõ
est princip. materia nostra; sed tituli. de proba.
Ideò de eo dic, vt trad.in.d.iuribus.& per Archi.23.
q.8.c. conuenior. in verbo, scripturæ.& per Io.An.
in.c.vel non est compos. de temp. ordi. & de suc.
ab intes.c.fi. super glos. & vide bo. glos. in verbo,
stultissimum.§.cęterum insti. ꝙ cum eo. &.93.dist.
c.legimus. Aduerte tamen, quia si probatur quod
38 ante illum actum† erat furiosus, præsumitur etiam
tunc in actu fuisse. Facit quod dixi in præced.q. Ni
si probaretur contrarium. Qđ verum dicit.d.Flo-
ria.in.d.l.5.§.iniuriam.ff.ad.l.Aquil.si furor proba-
39 tur de proximo præcessisse; secus † si ex interuallo;
quia cum furor, saltem accidentalis, solo tractu tem
poris possit mutari; non præsumitur, nisi probetur.
Facit.l.sed & miles.ff.de excu. tuto. Maximè si pro-
batum est, quòd medio tempore fuerit qualitas fu-
rori contraria. Et hoc scire est multum vtile, pro-
pter difficilem probationem furoris. Non enim
40 creditur† testibus. nisi reddant causam dicti sui, vt
per Inno. & Doc. in.c.cum causam. ŝ.de testi. Si-
cut & quando testes volunt probare priuationem
sensus, & intellectus in aliquo, vt not.in.l.testium.
41 C.de testi. Sexto quæro, Quid si vna pars probat† fu
rorem, & altera sanam mentem, quę probatio prę-
ualeat.D.m.in.c.fina.ŝ.de suc. ab intes. remittit ad
not.per Doc. in.c.super hoc. de renun. &.l.nec co-
dicillos.C.de codicil. Dic ergo vt ibi. Septimo quę-
42 to, Quid de infante, vtrum † per homicidium inci-
dat in irregularitatem. Sol. dic ꝙ non, vt in clem.
vnic.eo.tit. Hunc enim excusat innocentia consilij,
vt.l.infans.ff.ad.l.Corn.de sic. Facit; quia talis ętas
quicquid videt ignorat, vt.l.1.C.de fal.mon. Et vi-
de qđ not.in.l.quod infans.ff.de rei.vendi. &.l.sed
& si quæcunq;.§.pen. ff.ad.l.Aquil cum simil. Hinc
43 est, ꝙ infans † non contrahit sponsalia, vt in.c.1.in
princip.de sponsa.lib.6. nec per consequens causa-
tur publica honestas, vt ibi. &.c.literas.&.c.accessit.
de desponsa.impuber. Sed contra prædicta oppo-
nitur. de opi. Hostien.in.c.1.de delic.puero vbi di
cit, quòd puer etiam non doli capax, si proijciendo
gladium, alium occidit, vel mutilat, incurrit in ir-
regularitatem. Solut. dic, quòd opi. Hostien. re-
probatur in.d.cle. vni. & vide ibi glo. 3.quæ latius
hoc declarat. quam bene not. Octauo quæro, Quis
44 dicatur† infans. Sol. dic, vt not.glo.3.in.d.clemen.1.
scilicet, ꝙ ille qui est minor septennio. Et probatur
in.l.si infanti.C.de iure delibe.&.c.1.de respon.im-
pub lib.6.Idem videtur tenere glo.in ver.infantula.
31.q.2.c.1. Dicit tamen ibi, qđ ẽt potest capi pro
maiore septennio, secundum subiectam materiam.
Circa quod etiam vide gloss. & text.28. distin.c.1.
& vide extratraua.Io.22. Et ex prædictis inferunt
45 Doct. quòd doli† capax ex homicidio, vel mutila-
tione incurrit in irregularitatem. Nono quæro,
46 Quando †puer dicatur doli capax. Sol. Dicit Zen.
in.d.clem.1. ꝙ ille qui est proximus pubertati.ff.de
doli excep.l.apud Celsum.§.quæ in tutore. Proxi-
47 mus† autem pubertati dicitur, quando magis appro
pinquatur pubertati, q̃ infantiæ. Et sic masculus in
10.anno cum dimidio dicitur proximus pubertati.
Fęmina verò in nono anno. Dimidiantur enim tem
pora inter infantilem ętatem, & pubertatem. Et hoc
etiam voluit glos.insti.de inuti. stipu. §.pupillus.&
glo.insti.de ob. quę ex.quasi delic. nas.§.in sum. In
contrarium tamen facit quod not.glo.in.l.non tan-
tum.de excu.tut.&.c.continebatur. & .c.attestatio-
nes.ŝ.de despon.impuber. vbi dicitur, ꝙ proximus
pubertati dicitur ille, qui est proximus per.6.men-
ses. Propter quam causam.d. Ant.in prædicto.c.atte
stationes. dicit hoc esse arbitrio iudicis relinquẽdũ,
ex quo non est tempus determinatum; Pro quo fa-
cit.l.1.ff.de iur.deliber.& quod dixi in.c.ꝑsbyterũ.
ŝ.eo. Sed tu aduerte, quia iudicio meo, Doc. in hoc
videntur errare; quoniam nihil dicunt de ętate, quæ
est intermedia, inter infantilem ętatem, & ætatẽ ꝓ-
ximam pubertati. dicunt enim, ꝙ infans non tene-
tur, & ꝙ infantia durat vsq; ad septenniũ; & demum
subdunt, ꝙ proximus pubertati incidit in irregula-
ritatem. De puero ego nouem annorum, si com-
mitat homicidium, nihil dicunt. Vnde arbitror di-
48 cendum, ꝙ vsq; ad septimum annum † nullo modo
infans possit incidere in irregularitatem. Nec admit
teretur probatio, ꝙ esset doli capax. Post septenniũ
verò in casu certi staremus certo, vt puta, si probaretur
ꝙ esset puer nihil intelligens; quoniam licet esset
15.vel.18.annorum, non incideret in irregularita-
tem, propter defectum intellectus.arg. d.clem.1. &
rationes ipsius, & eorum quæ.ŝ.dixi. Si verò proba
retur, ꝙ immediatè post septennium incępit aliqd
sapere, vel intelligere; licet intellectus non præsume
retur firmus; si tamen cognoscit, qđ agere malum
est, vel bonum, arbitrarer ipsum incidere in irregu-
laritatem; licet non esset proximus pubertati; quia
talis puer potest peccare, & peccata deflere, vt.c.1.
de delic. puero. Sed in casu dubij, maior est dubi-
tatio; quoniam tex. in.d.clem.1.videtur velle à con
trario sensu, qđ post septennium quis incidat in ir-
regularitatem. Facit tex.in.d.c.vni. de despon. im-
puber.lib.6. qui expressè vult, qđ post septennium
possint contrahi sponsalia, cum maiores septem an-
nis videantur habere aliquem sensum. Aduerte ta-
men, quia, vt.ŝ.dixi, pupillum doli capacem non
incidere in irregularitatem propter homicidium,
vel mutilationem videtur verum, si sit homicidium
cõmissum, vel mutilatio commissa in faciendo; Se-
49 cus videtur dicendũ, si esset homicidium† cõmissum
ex negligentia, vt puta, quia, cum potuisset obuiare
homicidio, clamando, vel quid simile faciendo ne-
glexit. nã posito, ꝙ ex tali negligentia quis incide-
ret in irregularitatem, de quo dicam.ĩ.in.7.q.prin.
tamen pupillus, licet doli capax, non videtur in illã
incidere; quoniam pupillus, vel minor, licet doli
capax non obligatur, nec punitur propter delictum
commissum per neglig ẽtiam, vt.l.1.C.in quib. cau.
in inte.resti. non est nec, &.l.2.C.si aduer.delic.&.l.
minoribus.c.de his qui.vt indig. Ad quod etiam fa-
cit.l.Fulcinius.§.adeo.ad fin.ff.ex qui.cau.in pos.ea.
Et hoc arguendo tenet Angel. & Bald. & sequitur
do. Lodo. Ponta. in.l.is cui bonis. ff. de verbo.
oblig.

oblig. Hoc tamen apud me non procedit sine dubio; quoniam licet prædicta iura, & præfati Doc. velint, qđ pupillus, etiam doli capax, non obligetur, nec puniatur ex delicto commisso per negligētiam, tamen non valet argumentum; ergo non efficitur ir
50 regularis; quoniam† non valet arg. Quis non debet puniri ex homicidio; ergo ex illo homicidio non incurrit irregularitatem. Tolle instantiam in officiali, qui ex debito officij, iustitia mediante aliquē interfecit; nam talis, nō punit de tali homicidio; & tamen incidit in irregularitatem, vt dicam in.d.7.q. princip. Cogita. Sed contra ea quæ.s̄.dixi, ꝙ ad hoc vt puer obligetur, requiritur ꝙ sit doli capax. oppo. dc.c.1.de reg.iur.lib.6. vbi, licet pupillus doli capax ingrediatur monasterium, tamen potest quandoq; ante pubertatem illud exire. Sol. dicit zenze. ꝙ speciale est in religione. Contrarium tamen tenet glo.in.c.cum virum. de regula in ver. recipiunt. Cardi. Flo. dicit ibidem, ꝙ primum dictum est verius; quia quis nono obligatur ante pubertatem. ¶ Tu dic clarius, secundum.D.m.ꝙ contrarium ꝓcedit quo ad ingressum religionis, vbi ętas non ꝓuenit ex discretione; sed requiritur præcisē determinatus numerus annorum, vt in.d.c.1.&.c. ad nostrā. &.c. postulasti. de regula. ¶ Secundo opponitur, & videtur, qđ etiam infans obligetur; quoniam si baptizatus factus est maior, cogitur fidem seruare, vt.c. contra Christianos. de hęreti. libr. 6. Solu. secundum Laudu. illud est speciale in fauorem fidei, & propter naturam baptismi, quo quis per annum obligatur. de conse. dist.4.c.nihil.&.c.cum proprium. 45.distin.c.de Iudęis. Decimo quæro, Quid de dor
51 miente† an incurrat in irregularitatem propter homicidium, vel mutilationem commissam in somnijs. Solu. dic, ꝙ non text. in.d.clemen. 1.eod.tit. Guilhel. ponebat exemplum de quodam socio suo Anglico, qui dormiendo Pisis in ecclesia sancti Benedicti prope Arnum fluuium, accessit in somnijs ad filiam cuiusdam alibi existentem, & ibi puerum interficit, & dormiens ad lectum rediuit. Ego habui Bononię vicinam puellam, quæ in somnijs surrexit, & panem fecit. Vndecimo quæro, Quæ sit
52 ratio† quare dormiens non incurrat in irregularitatem. Solut. Dicit Laudu. qđ ratio est, quia furio
53 so† comparatur, vt.c.maiores. de baptis. Et quoniam somnus reddit hominem planè amentem. Vnde quod agit, perinde est, ac si casu contingeret. Vide quod dixi in.c.dilectus. de sponsa. q.10.in.fi.
54 Duodecimo† quæro, Vtrum si præcessit voluntas occidenti, ante dormitionem, dormiens incurrat in irregularitatem. Et videtur dicendum qđ sic. per.c.præsbyterum.s̄.eo.6. distin. c.testamentum. Pan. tenet contrarium, dices quòd aliud est, quando ex facto voluntatis scienter perpetrato immediatē casuale sequitur homicidium, vt.c.præsbyterum. Aliud quando sequitur ex facto omnino casuali; quia tunc perinde est ac si lignum, vel tegula per se cadens occidisset.ff.ad.l. Aquil.l. sed & si quæcunq; §.2.& dixi.s̄.in.2.q.huius quintę.q.princip. Ego vero arbitror dicendum, ꝙ aut iste sciebat, ꝙ erat solitus in nocte dormiendo surgere, & se armare, & dormientes secum percutere; & nihilominus, non adhibita diligentia remouendi arma, dormiens cum socijs aliquem interfecit, & arbitror eum irregularem ꝑ culpā suam, quæ casum præcessit. Facit quod dixi.s̄.q.3. huius.5.q.princip. Sed contra ea, quæ dixi.s̄. videlicet, quòd infans, furiosus, & dormiens non incidunt in irregularitatem, opponitur de his quæ not. per Gratian.15.q.1.in fi. vbi videtur velle, qđ tales incidant in irregularitatem quò ad ordines suscipiendos, licet illam non incurrant, quò ad susceptos. Solu. dic, ꝙ dicta opi. Gratiani est improbata per.d.clem.vnic. eod. tit. & hoc tenet ibi glo. in verbo, negatiuam. & bene. Tertiodecimo
55 quæro, Quid† de ebrio, an incidat in irregularitatem, si existens ebrius aliquem interfecit. Quidam qđ non. per .c.sane. &. c. inebriauerunt. 15.q.1. Ego in hoc articulo dubito; licet Doc. faciliter transeant. Dubium autem insurgit ex his, quæ latissimè dixi in.c.si constiterit. de accu. Quòd autem ebrius committendo homicidium, non incurrat in irregularitatem, faciunt prædicta iura. Et facit dictum Aristo.2. Ethi. vbi dicit, In ebrietate oportet veniam habere. Aliter tamen videtur tenere ipse.3. Ethi. vbi dicit, quòd ebrius meretur duplices maledictiones. Et per consequens ebrietas videtur aggrauare peccatum, potius quam alleuiare; quia peccatum non excusatur propter peccatum.l.nunquam plura.ff.de pœna. delic. Ergo peccatum commissum per ebrietatem, non excusatur à peccato ebrietatis. Tertio hoc probatur, quoniam si per concupiscentiam quis committeret homicidium, teneret, & esset irregularis; nec per concupiscentiam excusaretur. vt patet. Ergo nec per ebrietatem, secundum quod dicit Philosophus. 7. Ethi. Sicut ratio hominis ligatur per ebrietatem, ita & per concupiscentiam. Vnde distingno, quòd aut ipse non dedit operam, vt inebriaretur; sed forte deceptus fuit; quia alius immiscuit sal, vel si. Vel non cognoscebat illius vini potestatem; & tunc dicerem, qđ non sit aliqua pœna puniendus, nec effi
65 ciatur irregularis. Aut dedit† operam, vt inebriaretur; & arbitror ipsum incidere in irregularitatem. Videtur enim actus sequens occasionis voluntarius; si sciebat, ꝙ in ebrietate existens, solitus erat, quasi vt furiosus, homines percutere, & mutilare; cū daret operam rei illicitæ. scilicet ebrietati, vt.c.à crapula. di vit. & ho.cle. Faciunt quę dixi.s̄.in.2.3. &.12.q.huius.5.q.princip. Item ad prædicta adduco tex. expressum, iudicio meo, in.l.omne delictum.
57 ff.de re mili. quia miles† celestis militię; & miles armatæ militiæ videntur ęquiperari, vt.l.miles. & ibi nor.ff.de re iudi. Sed miles armatæ militiæ propter ebrietatem à malitia remouetur, vt.d.l.omne delictum.§.pē. Ergo & fortius miles celestis militiæ. vt est clericus, debet deponi ab altaris ministerio. & per consequens videtur in irregularalitatē incidere. Et hanc meam destinctionē, & conclusionē vide in d.c.si constiterit. Quartodecimo quæro circa hanc 5.q. Quid de eo cui est interdictum bonis, an inci
58 dat in irregularitatā. hoc est, vtrū prodigus,† postq̄ ei est interdictum bonis, incidat in irregularitatem glo.in.l.si quis in tantam. C. vnde.̄. 6. videtur velle ꝙ prodigus delinquendo non obligetur. Pro qua facit.l.is cui bonis.ff.de verbo.obli. vbi tex. videtur ęquiparare prodigum furioso. Qđ etiam probatur

in.l.furiosi.ff.de re.inr.&.l.Fulcinius. §.adeo. ad fin.
ff.ex qui.cau. in po.co. Sed Francis. Accurs. in.d.l.si
quis in tantam.expresse tenet, ꝙ prodigus delinquē
do obligetur. & seq.Bar.in.d.l.is,cui bonis. Et pro-
batur; quia lex ęquiparat prodigum adulto habenti
curarorē,vt.l.si curatorem habēs.C.de in inte. resti.
Ego arbitror nullam esse dubitationem,ꝙ si commi
sit homicidium faciēdo,incidat in irregularitatem.
59 Sed si † negligendo, tunc non incidat in irregula-
ritatem.dicā.j.in.d.7.q princip.Bal.& Ang. in.d.l.
is,cui bonis.& seq.d. Lodo.Ponta. volunt, ꝙ licet
prodigus obligetur ex delicto commisso faciendo;
non tamen obligatur ex delicto,quod resultat pro-
60 pter negligentiam; nam cum ipse † æquiparetur pu-
pillo doli capaci,vt.l.impuberem. ff.de fur. &.l.pu-
pillum.ff.de re.iur. cum simil.sequitur, ꝙ sicut talis
pupillus, non obligatur ex delicto resultante ex ne-
gligentia,vt dixi in.9.q.huius.6.princip. Hoc tamē
non procedit sine dubitatione cogitabis. Quinto-
61 decimo quæro, vtrū † fęmina incurrat in irregula-
ritatem propter homicidium, vel mutilationem.
Hanc similiter.q.vt præcedentem, non reperio ta-
ctam per Doc. Et videtur primo dicendum ꝙ sic.
Nam mulier pp homicidiū tenetur pęna legis Cor-
neliæ de sic.sicut vir. nam tex.dicit,ꝙ ille tenetur pę
na.l.prædictæ,qui hominem occiderit, Et sic com-
prehenditur tam fęmina,q̄ vir,vt.l.1.ff.de ver.signi.
&.l.si quis id quod.ff.de idris.om.iudi.& plenè dixi
in cle.1.de elec.& probatur in.c.si aliquis.s̄.eo.cum
tex.loquatur per verbum,aliquis. quod vtrunq; sexū
comprehendit,vt.d.iuribus.Sed aduerte,quia in hac
q.dubium facit effectus irregularitatis,q videtur esse
ad impediendum promotionem ad ordines, vel ꝓ-
motum administrare in susceptis; qui effectus non
videtur posse cadere in mulierem,cum ipsa ordinari
62 † nō possit vt dicit Archi.32.dist.c.pręsbyter.nec or
dinata characterem recipiat. Et sic frustra quęrimus
an possit incidere in irregularitatem, cum lex nihil
frustra debeat agere, vt.l.qđ Labeo. ff.de Carbo.
edic.&.c.commissa.de elec.lib.6.In contrarium ta-
men videtur esse text. in.c.diaconissam.27.q.1.vbi
tex.videtur velle,ꝙ mulier possit ordinari diaconis
sam. Ad idem etiā facit.l.nulla.& auth.in diaconis-
sa.C.de epi.& cle.vbi tex expresse dicit,ꝙ diaconis-
sa non pōt ordinari,q̄ minor sit annis. 40.& in auth.
de sacrosan.epi.§.præsbyterum.& ad idem. 42.dist.
c.præsbyter. ibi, dum dicit, suscepti ordinis præ-
sbyteram suam; ergo videtur ꝙ mulier possit esse
præsbyter.Sed contrarium tenet Goff.in sum.in tit.
de ęta.& qual.§.quid de muliere.vbi tenet,ꝙ mulier
non recipiat ordinis characterem sexu impediente,
& constitutione ecclesiæ.Pro qua opi.facit tex.in.c.
sacratas.&.c.mulier.23.dist. &.33.q.5.c.mulierem.
Hanc ēt suiam tenet Io. An.in nouel.j.de pœnit. &
remis.Et tenet Ambrosius contra Captafugias. vbi
dicit,ꝙ illud quod quidam dicunt fęminam in dia-
conissam ordinari,est falsum. Præterea in sacramen
to requirit res,& signum,vt.c.cum Marthę. ver. de-
stinguendū.s̄.de celeb.mis.sed in sexu non pōt figu
rari aliqua pręeminētia gradus,cū habeat statū sub-
iectionis vt scribit Apostolus ad Thimot. dū dicit,
Mulieri docere non permitto, nec in virum domi-
nari;quia cū præcepto male fuerit vsa, fuit subiecta.

Genes.3.c.& est tex. in.c.hic imago. &.c.mulierem.
&.c.fin.33.q.5. Cum igitur sit sub viri potestate, nō
recipit characterem ordinis, qui pręeminentiam si-
gnificat. Ad hoc etiam facit,quoniam clerici debēt
63 portare coronam;quod non † licet mulieri, vt dicit
Apostolus ad Corinth.c.1.&.30.dist.c.2.Nec obst.
d.c.diaconissa.&.§.pręsbyterum.quia dicta iura nō
loquuntur de ordine;sed de quadam benedictione,
quæ super ea infundebatur. ex qua consequebatur
aliqđ officium spirituale; forte legendi ad matuti-
num.qđ nō licet alijs nō benedictis.Non ob.c.pręs-
byter.32.dist.quia ibi nō dicitur pręsbytera ex or
dine;sed quasi p̄sbyteri socia.Et ex his,vt.s̄.dixi.vi-
detr inferendum,ꝙ mulier non possit incidere in ir-
regularitatem. Nisi fortè diceres, ꝙ imò potest ra-
tione prædictæ benedictionis,vt tradit gl.in.d.c.dia
conissa.& est tex.in.d.c.indemnitatibus.§.1.de elec.
lib.6.de qua benedictione dixi in.c.meminimus.s̄.
de acc.sed hoc non admitto. Sextodecimo quæro,
64 vtrum hermaphroditus † possit incidere in irregula
ritatem.Doc.hoc non tangunt. Ego arbitror dicen
dum,ꝙ aut magis incalescit in sexu masculino,& ar
bitror ꝙ possit; quia de eo iudicamus, vt de mascu
lo.l.quæritur.ff.de sta.ho.4.q.3.§.item hermaphro-
65 ditus.ff.de testi.l.repetundarum.§.fi.Quid † autem si
magis in vno q̄ in alio non incalescat? Doc.in dictis
iuribus & Hosti.in sum.in tit. de testi.vers.quod de
hermaphrodito.dicunt, ꝙ ab hoc probandum sta-
tur eius assertioni,& electioni. ex quo deinde iudi-
camus,an possit in irregularitatem incidere,vel nō.
66 ¶ Sexto principaliter quæro, Quæ fuerit † causa, &
ratio instituendę irregularitatis? Sol.dicit.Lan.in.d.
cle.1.eo tit.ꝙ horror, & scandalum inde oriens. nā
abominabile est, ꝙ qui intinxerit sanguinem huma
num, offerat sanguinem, & hostiam immaculatam,
vel aliud officiū Christo. 23.q.5. imaginē Dei, q̄ est
homo,vt.c.2.s̄.eod. Quæ ratio cessat in muliere,
quæ non est facta ad imaginem Dei, sed hominis.
23.q.5.c.hæc imago. Et hanc opin. seq. etiam.do.
Cardi. Flo.in.d.clem. Quæ tamen mihi non pla-
cet. Primo quia est defectiua; quoniam loquitur so
lum de irregularitate respectu homicidij; Sed &
alijs pluribus modis committuntur irregularitates,
vt dixi.s̄.in.4.q princip.igitur &c. Secundo, non
placet in eo, ꝙ videtur velle interficientem fœminā
non incidere in irregularitatem;quoniam esset con-
tra infinita iura. vide.23.q.5.§.si homicidium,con-
iuncta.l.hominis.ff.de ver.sig.& quæ dixi in cle.1.de
elec. Tertio, quia Dauid fuit prohibitus ędificare
templum; quia vir sanguinis erat, vt dixi.s̄.in.4.q.
princ.non aūt,quia virum,vel fęminam interfecisti.
Arbitror igitur,ꝙ cā & ratio inductiua irregularita
tis fuit horor; & quoniam indignum est Deo offer
re, quod homo dedignatur.49.distin.c.fi. ¶ Septi-
67 mo principaliter quæro, Qualiter, † & quibus casi-
bus contrahatur irregularitas. Solu. Ego arbitror
in hac.q.ita procedendum. Nam cum irregulari-
tas contrahatur quandoq; ex defectibus, qui sunt in
homine sine peccato. quandoq; ex deformitate pro
prij corporis.quandoq; ex inobedientia sine viola-
tione censuræ ecclesiasticę. quandoq; verò ꝓuenit
ex homicidio, seu mutilatione, vt dixi.s̄.in.4.q.
princ.Ideo prędicta,secundum prędictum ordinem

examinabimus;licet Spec. in.d.§.iuxta.& Hosti. in
sum.eo.tit.§.qua pęna aliter procedāt. Primo ergo
quæro,qualiter, & quibus casibus ex defectibus, qui
sunt in homine sine peccato, contrahitur irregula-
68 ritas. Sol. Primo dic,ꝙ ex defectu† natalium quoniā
nasci illegitimus, nō est culpa, sed defectus.56.dist.
nasci. de purg.cano.c.accedens. quoniam non legi-
timè natus non potest ordinari.56.distin. per to-
tum.&.s̄.de fil. præsbyt.per to. Et si ordinatur, non
69 potest promoueri † ad beneficia cum cura; Vel ad
dignitates cum cura,& sine cura.s̄.de fil. p̄sbyt.c.1.
c.nimis.s̄.de elect.c.in cunctis.& c.innotuit. Tales
70 enim † ordinari prohibentur; Primo propter ho-
minis excellentiam. Secundo propter detestatio-
nem paterni criminis. Tertio propter timorem pa-
ternæ incontinentiæ. Vide Hosti. in sum. in tit. de
fil.præsbyt.circa fin.c.2. Vide glo.in.c.2.de fil. præ-
sbyterorum.lib.6.vbi latius loquitur. Et subdit ibi
Io.An.in nouel.quartam rationem,quæ ex prędictis
infertur; videlicet, ne scandalizentur illi inter quos
71 promoueretur. Secundo† propter bigamiam; quia
irregularis est, nec potest ordinari propter sacramē
ti defectum non autem propter culpam. s̄.di biga.
per to.25. dist.per to.quoniam Christus non duas,
sed vnam tantum ecclesiam sibi copulauit. 26.dist.
72 acutius.&.c.qui sine. Qualiter contrahatur † biga-
mia,& quot sint ei⁹ species,vide Hosti.in sum.in tit.
73 de bigam.§.quot sunt species. Tertio ratione† serui
tutis. seruitus enim defectus est, non culpa vt pluri-
mum. & regulariter non potest seruus ordinarij.44.
dist.c.1.2.&.3.&.c.consuluit.s̄.de seru.non ord.per
74 tot.Et ratio† est duplex. videlicet,vilitas seruilis, &
dignitas clericalis.44.dist.c.admittuntur. Alia est,
ne contingat vituperari, propter reuocationem in
seruitutem. vt.s̄.de seru.non ordi. c.1. Quarto ra-
75 tione † defectus scientiæ,seu prudentiæ;Tales enim
irregulares sunt. 34.distin. præcipitamus.36.distin.
c.illiteratos. Literis enim carens sacris non potest
76 præesse officijs,vt ibi. Quinto ratione † ętatis vide-
tur causari quædam irregularitas; hoc est, prohibi-
tio promuendi ad ordines, vt.s̄.de ętat. & quali.
per to.46.dist.in singulis. Secundo quæro, qualiter,
77 †& quibus casibus ex deformitate proprij corporis
incidatur in irregularitatem. Sol. hoc satis colligi-
tur ex his;quæ dixi.s̄.in tertia.q.princip.versi.aduer
teńdum. quæ licet.s̄.moraliter exposita sint, vt ibi
dixi; tamen quædam ex his seruantur ad literam,
quædam non. & de his traditur. s̄.latius. de corpo.
viti. per tot. Tales enim ordinari non possunt, vt
ibi.&.34.distin. c.præcipimus. 36.dist.c.ei.56.dist.
c.pœnitentes. cum simi. Et ratio est; quia defectus
corporalis vitium animi attestatur.49.distin.c.hinc
etenim. Sed aduerte, quia Inno. videtur velle in.c.
præsbyterum.s̄.de cle.ęgro. ꝙ corpore vitiatus nō
sit irregularis. per tex. ibi, dum dicit prohibemus.
Quod etiam ex eo patet, secundum Hosti.ibi, quia
talis vitiatus potest exercere quę prius poterat, prę-
ter expressè prohibita. Ego arbitror,ꝙ vitium, seu
78 deformitas † corporis faciat quem irregularē,quò
ad ordines suscipiendos. vt in iuribus.s̄.allegatis.Si
79 verò vitium,vel deformitas superuenit † post susce-
ptos ordines,tunc intantū censetur irregularitas,in-
quantum reperitur propter illud vitium corporis
inhabilitatus ad exercitium alicuius ordinis. Et ita
limito,ꝙ dicit D.m.in.c.2.s̄.de cle.ęgro. Secundo
80 quæro,vtrum percussus† lepra sit irregularis.Sol. dic
ꝙ sic, si modo scandalum generatur.Talis enim non
promouet imo promotus non administrat. sed dat̄
ei coadiutor.7.q.1.c.cum percussio. & de cle. ęgro.
c.pē.& tenet Spec.in tit.de lega in.d.§.iuxta. versic.
81 item percussor. Tertio quæro,qualiter† quis per vio
lationem censuræ,seu inobedientiam efficiatur irre
gularis.Sol.dic,ꝙ pluribus modis.Primo, quia si ex
82 communicatus †maiori excommunicatione, siue à
iure,siue ab homine,durante illa excommunicatio-
ne scienter celebrat,efficit̄ irregularis, & deponen-
dus est.11.q.3.c.si qui.& seq &.c.de illis. &.c. lato-
res.de cle.excō.mini. Secus si ignoranter, vt.c.apo-
stolice.de cle.excom mini.& tenet Io.An. in.c.si ce
83 lebrat.eod.tit. Si verò † dubitaret probabiliter de
sua excommunicatione,præsertim quando conscius
est de culpa sua,per quam iustè potuit excōicari; ne
scius tamen de excōicatione se exponit discrimini,
& celebrat,cum sit excommunicatus,est irregularis,
84 vt.d.c.apostolice.Et in crassa dicitur ignorantia† in
talibus si citatus peremptoriè,nec iuit, nec misit; &
sic excōicatus celebrat; licet nihil sciat de excom-
municatione & vide Spe.in.d.§.iuxta.vers.vt autem
in hac materia. Sed dicit ibi Io.An.ꝙ hoc vltimum
dictum de citato, est valde durum, cum talis citatus
potuisset, etiam non excommunicari, vt.c.consul-
uit.de offi.deleg.&.c.prout.de dol.& contu. de quo
latissime dixi, in clem.1.de dol. & contu. Vel alia
pęna puniri,sm qd plura sunt prodita remedia;pre-
ter excommunicationem contra contumacem; de
quibus in.c.quoniam.s̄.vt lit. non contest. per glo.
pe.in.c.2.de confes.lib.6.per Bal.in.l. consentaneū.
85 C.quomo.& qn̄ iud. Sed vtrum clericus† tali excō-
municato ministrans in celebratione scienter, effi-
ciatur irregularis? Quidam ꝙ sic,vt dicit Spec.in.d.
vers.vt autem per.c.2.de apo. Hoc tamen non pla-
cet Io.An.in addi.Spec.vbi dicit,ꝙ etiam interpre-
tatio consuetudinis hoc non recipit. Ad quod etiā
adducit.c.is qui.primo respon.de sen. excom.lib.6.
Nec obst.prædictum.c.2.de apo. propter diuersita-
tem rationis;qm̄ præstans ministerium rebaptizan-
ti,dicit̄ quasi Christum crucifigere.de consc.dist.4.
c.quāuis.In quo etiam punitur ignorantia rebapti-
zati,vt ibi. Qd secus est in ignoranter excōmunica-
to celebrante,vt.s̄.dixi ¶ Quid autem iuris sit,si li-
86 gatus minori† excōicatiōe propter participationē,
celebret,an efficiatur irregularis? Dic ꝙ non; licet
grauiter peccet.Imò si medio tēpore;scilicet,postq̄
communicauit excōmunicato celebrauit, bene po-
terit sine Papæ dispensatione celebrare,vt.s̄.de cle.
excō.mi.c.si.&.11.q.3. c.si quis presbyter.& seq.
87 ¶ Secundo† fit irregularis suspensus ab officio cele-
brando.11.q.3.c.si quis episcopus damnatus. &.c.si
quis episcopus in concilio.sm quosdam. Quod est
88 verum,si in contemptum† clauium celebrauit. & ita
89 loquuntur illi canones.Idem etiam dicendum † est
in suspenso à diuinis celebrante; qm̄ est irregularis,
vt.c.cum æterni.de reg.iur.lib.6.&.c.cum medicina
lis.in fi.de sen.excō.lib.6. Suspensus autem à benefi
90 cio† tantū, non efficitur irregularis celebrādo;quia
nullo iure cauet̄,vt.c.cū in cunctis.§ clericis.&.c.sta

tuimus.§.fi.ſ.de elect.&.c.quia diuerſitatem.de con
ceſ.præben.¶ Et aduerte; quia circa hanc materiam
vtrum ſuſpenſus celebrando incidat in irregularita-
tem?Spec.in.d.§.iuxta.ponit multa, & ſatis incom-
poſita. Tu dic poſt D.m.in.c.ſi celebrat. quibuſdam
additis, capiendo veras concluſiones Doct.ꝙ mul-
91 tiplex† eſt ſuſpenſio à diuinis; nam quidam ſunt ſu-
ſpenſi à diuinis tantum quo ad Deum; vt ſunt conſti
tuti in peccato; qui peccato durante non debent ſe
immiſcere diuinis participãdo, vt.c.ſi.de coha.cler.
92 & mulie. Et iſti† celebrando non efficiunẽ irregula-
res; quia iure non cauetur, vt.d.c.is qui.de ſent.excõ.
lib.6. Et rõ eſt; quia directo nõ eſt eis officium inter
dictum ipſo iure; Sed peccant celebrando. Vnde ce-
lebrando non fiũt irregulares; cum ſint à Deo ſuſpẽ
ſi ſolũ quò ad ſe, pp peccatum, & non à canone, niſi
per approbationẽ. Quod patet; quia qñ celebrare
volunt, abſoluuntur à ſacerdote proprio; & tũc poſ
ſunt poſtea celebrare, vt.c.nup.de ſen.excõ.ſm Inn.
& Hoſt. Dicit tñ Hoſti. ꝙ prædicti celebrando non
93 efficiunẽ irregulares, niſi in his caſib', in quibus† exe
cutio poſt penitentiam impeditur, vt.c.niſi cum pri
dem.§.pp malitiam.ſ.de renun. ¶ Quidam ſunt
ſuſpẽſi à Deo, & à canone, vt qñ canon ſuſpẽdit quẽ
pp peccatum ſuum. Quidam ſunt ſuſpenſi à Deo, &
ab homine, vt qñ propter peccatũ, homo, vt iudex,
ſuſpendit quem. Et ipſius ſuſpenſionis duplex eſt
ſpecies. nam quædam eſt ſuſpenſio maior, & quædã
minor. Suſpenſio minor eſt, quæ priuat quem parti-
cipatione ſacramentorum tantum, vt eſt illa excõi-
catio minor, quæ contrahitur participatione cũ ex-
cõicato. Idem eſſet ſi iudex excõicaret quem mino-
ri excõicatiõe, vt.c.Engeltrudã.3.q.4.licet illa non
ſit in vſu in quantũ fertur ab homine. Suſpenſio ma-
ior interdicit officium, ſeu exercitiũ, vt quia iudex,
vel canon ſuſpendit quem pp peccatum ab officio.
94 Suſpenſus † minori ſiue à canone, ſiue ab homine,
nõ incurrit irregularitatem, propter rõnem ſupradi
ctam; & poteſt exercere ea. quæ ſunt iuridictionis.
¶ De ſuſpenſione verò maiori aduerte; quia quædã
ſuſpenſio fit propter delictum; q̃dam propter defe-
ctum; & quædam propter infamiam. Suſpenſus ma-
95 iori † pp delictum, efficitur irregularis celebrando;
quia exercet officium ſibi interdictum. Iſte eſt caſus
c.1.de ſen.excõ.lib.6.& ibi per Io.An. Et hæc eſt cõ
munis* concluſio; licet quidam teneat contrarium.
Cõis opi. 96 Suſpenſus verò† propter defectum; puta, quia illegi
timus. Vel quia patiẽ defectum in corpore, pp quẽ
promoueri prohibetur; celebrando non efficitur ir-
regularis. Sed peccat; quia non directò ſibi interdi-
cta eſt põtas execuiionis officij. Et iure nõ cauetur,
ꝙ talis efficiatur irregularis. Et hoc dicit Io. An. ꝓ-
bari per ſtylum curiæ; quia qñ Papa diſpẽſat cum ta
libus, non facit mentionẽ de irregularitate. 56.diſt.
c.Apoſtolica.&.c.Cenomanẽſem, ſ.de fil.pſby.c.ve
97 niens.&.c.peruenit.& quaſi per to.tit. Suſpenſus† ve
rò pp infamiã, quia directò à ſupiore eſt ſibi inter-
dictũ officiũ; efficitur irregularis celebrãdo, vt.d.c.
98 1.de ſent.excõ.lib.6. Sed ſi† non directè; vt quia in-
terdicit, ꝙ notoriè criminoſi non debeant celebra-
re, pp infamiam, & odium, qd' oritur in populo; &
iſte ſic celebrando non incurrit irregularitatẽ; quia
directè non eſt ſuſpenſus à iure, vel à canone; Sed eſt
quædam prohibitio propter ſcandalum euitandum.
¶ Et ex his infertur notabilis quæſtio, Nunquid no
99 torius † fornicator celebrando efficiaẽ irregularis?
Inno. hic dicit, ꝙ non.c.ſicut.de cohabi.cleri.& mu.
&.c.tanta.de exceſ.pla. Sed Io.An. & Hoſt. tenet cõ
trarium, per not.in.c.cum eterni.de re iudi.lib.6. Et
tota difficultas conſiſtit in videndo, an notorius for
nicator ſit ſuſpenſus à canone in pẽnã; an verò ſit illa
ſuſpenſio indirecta; vt quia, alij prohibentur ab eo
audire diuina, vt facilius reſipiſcat. Et de hoc articu
lo dic vt plenius per.D.m.in.d.c.veſtra. de cohabi.
clerico.& mulie. ¶ Aduerte tamen; quia in omnibus
caſibus in quibus dixi ſuſpenſionem ſimpliciter in-
ducere irregularitatem, ſi ſuſpenſus celebrat; habet
100 locum, ſiue ſuſpenſio ſit ſimplex, † ſiue ad tem-
pus. Verbi gratia, ſis ſuſpenſus quouſq; ſatisfa-
cias, vel peniteas, vel vſq; ad annum, vel ad tempus;
licet hæc duo vltima in alijs differant ſm qd' ſingula
riter tradidit Inno.& Io.An.in.c bonæ. in ver.ſuſpẽ
ſionis.de eta.& quali. Quidam tñ volunt contrariũ;
videlicet, ꝙ tales interim celebrando, non efficiunẽ
irregulares; quia talis non dicitur propriè ſuſpenſio
canonis, Sed Dei. ideò ſtatim poſt penitentiam legi
timam celebrare poſſunt. 81.diſt.c.ſi qui ſunt pre-
sbyteri.in prin. Et etiam prius celebrantes non ſunt
irregulares, ſecundum not.in.c.ſicut.de cohi.cler.&
mulie. Inno. verò tenet primam ſententiam. ꝙ tales
ſunt irregulares interim celebrando. arg. 2. q.5.c.
pſbyter.ſ.de præſcrip.c.dilect'.& de excep.c.Apo-
ſtolice. Et hanc opi. videtur ſequi Io.And in.d.c.ſi
celebrat. de cleri.excom.mini.& in.d.c.ſicut. ¶ Ter
tio fit irregularis ille, qui non ſeruat, ſed violat inter
101 dictũ eccleſię, ſcienter celebrãdo† in loco interdi-
cto, vt.ĩ.de exceſ.prela.c.tanta.in fi.&.c. poſtulaſti.
de cle.excõ.mini.§.fi. Quidam tñ tenebant contra-
rium. vnde ſuper hoc olim erant opi. variæ, vt dicit
Spec.in.d.§.iuxta.verſ.quæritur vtrũ is, qui. De qui-
bus etiam tractatur in.d.c.tanta. Sed hodie iſtud eſt
determinatum in.c.is qui.§.1.de ſenten.excõ.lib.6.
qui tex. expreſsè vult, ꝙ ſcienter celebrans in loco
interdicto efficiatur irregularis. Niſi ſit priuilegia-
102 tus† in hoc; Vel à iure ſibi hoc fuerit conceſſum, vt
103 ibi dicit tex. Si ergo quis ignoranter† in loco inter-
dicto celebraret, non efficeretur irregularis. Niſi
ignorantia eſſet craſſa, aut ſupina, vt.d.c.Apoſtoli-
ce.de cle.excõ.mi. tenet glo. in.d.c.is qui. in verſic.
104 ſcienter. Idem etiam eſt, ſi perſona† eſſet interdicta,
& celebraret, vt.d.c.tanta. quia interdictus ſimplici
ter, vel reſpectu loci, eſt ſuſpenſus, vt.d.c.is qui de
ſent.excõ.lib.6. Si ergo celebrat, efficiẽ irregularis,
vt.ſ.dixi.& probaẽ in.c.1.de re iudid.lib.6. ¶ Quar
to circa prędicta quæro, vtrum aliter q̃ celebrando,
dicaẽ quis violare interdictum, & ſic incurrere irre-
gularitatẽ. Sol. dic, poſt Inno.& Doct.in.d.c.tãta.ꝙ
illi dicuntur prædicto modo violare interdictũ, qui
105 exercent† aliquid deputatum alicui ordini eccleſia
ſtico, hoc faciẽtes tanq̃ clerici; ſiue illud faciãt tanq̃
ſacerdotes, ſiue tanq̃ clerici inferiores, vt tractaẽ in
c.2.de cler.excõ.miniſt. Vnde ſi diaconus dicit Euã
gelium, tanq̃ diaconus; vel ſubdiaconus dicit epiſto
lam, tanquam ſubdiaconus; vel acolitus exercet offi
cium ſuum, vt acolitus, efficiuntur irregulares, vt
d.c.2.de cleri.excõ, mini. Secus vbi exercent aliquid
non

106 non deputatum† certo ordini ecclesiastico, vt canta
re responsalia, dicere psalmos, & simi. nõ tamen prin
cipaliter officiando in ecclesia; sed tãquam quilibet
alius laicus; quia tunc non efficerentur irregulares.
Idem etiam dicendum est de benedicente mensam.
argu. 44. distinct. c si. quoniam talis benedictio non
est deputata certo ordini ecclesiastico. Idem secun-
dum Doct. maximè. D. m. dicendum est, si exercere-
tur aliud, ꝙ esset deputatũ certo ordini; sed ex cõsue
107 tudine† exerceretur indistinctè per quẽcunq;, ẽt oõ
ordinatum; vt est in epistola, quæ ex consuetudine
communi dicitur sine apparatu. etiã per quemcunq;
Vnde licet suspensus, vel excommunicatus, vel inter
dictus sine apparatu; vt alijs quilibet, diceret Episto
lam, noo efficeretur irregularis. Idem si exercet ea,
quæ sunt iurisdictionis, vt absoluere, vel excommu-
nicare, dummodo non absolueret, vt sacerdos, cum
solennitare. de qua in. c. a nobis. 2. de senten. excom.
Et idem etiam in alijs dicendum est, si essent aliqua
quæ essent ordini deputata. & tamen per consuetudi
nem ab alio quolibet exercerẽtur. ¶ Quinto quęro
108 circa prædicta, quid de audiente† diuina in loco io-
terdicto; an incurrat irregularitatem. Sol. dic, secun
dum Doct. post Hostieo. in. d. c. tanta. quod aut quis
audit diuina authorizando, vel quia prælatus præce-
pit celebrare. & tunc efficitur irregularis; quia talis
ingerit se diuinis; & violat interdictum. Facit tex. in
d. c. tanta. dum dicit, violauit. & vide bo. gl. in clem.
1. de priui. Vnde cauere. debet prælatus, ne tempore
excommunicationis, vel suspensionis faciat celebra-
ri coram se; aut etiam intersit celebrationi; quia tũc
videtur authorizare secundum. D. m. Sexto quæro,
109 quid si aliquis celebrat† excõmunicato, an per hoc
incurrat irregularitatem Sol. Spe. in. d. §. iuxta. versi.
sed quæritur. tenet quòd uon, quia talis non est suspẽ
110 sus, nec ab homine, nec a iure. Sed est censendus† si-
cut ille, qui participat, cum excommunicaro in ora-
tione, qui tantum minorem excommunicationem.
incurrit. 11. q. 3. c. excommunicatus. Vnde non est
irregularis; vt. c. si celebrat. de cleric. excommu. &
111 quare † sit maior pœna celebrantis in loco interdi-
cto, quam celebrantis excommunicato. dic, vt not.
in. d. c. tanta. ¶ Aduerte tamen; quia supra dictum
fuit quòd celebrans excommunicato non efficitur
irregularis; fallit secundum aliquos, si tales fuissent
112 † excommunicati a Papa; quia tunc celebrans effice
retur irregularis. hoc videtur sequi Spe. in. d. §. iuxta
versi. quod autem dixi, per. c significauit. s. de sentẽ.
excommu. Sed tu dic, quòd veritas huius fallentiæ
pendet ab intellectu illius. c. significauit. Nam ibi
ponuntur quatuor lecturæ; illa tamen videtur esse
Cõis ind. 113 † communior, * quòd ad hoc, vt ex participatione
cum excõmunicatis quis incurrat irregularitatem,
requiruntur illa, quæ ibi narrantur in text. Videli-
cet, quòd sit clericus. Item quòd scienter. Item quòd
sponte. Item quòd ille fuit excommunicatus a Papa
Item quòd participet in diuinis officijs. Insuper etiã
nominatim interdicti celeberãtes fiunt irregulares.
11. q. 3. c. si quis episcopus io consilio. & c. si quis epi
114 scopus damnatur. Septimo † quæro, Quid si ec-
clesia ideò interdicta est; quia violata est sanguinis
effusione, vel semine humano polluta, an celebrans
in ea sit irregularis. Sol. dic, quòd non; quoniã tunc
non dicitur propriè interdicta; sed organa dicuntur
esse suspensa in illa. s. de conse. eccle. vel alta. c. si. & c.
significasti. de adulte. hoc tenet Specu. in. d. §. iuxta.
versicu. illud quoq;. Tu verò dic, quòd hoc est hodiè
determinatum expresè quòd non iocurrat irregula
ritatem. in. c. is qui. primo tñ so. de senten. excomm.
lib. 6. Licet olim essent opi. Et prædicta etiam faciũt
115 ad. q. vt sacerdos sepeliẽs† aliquem in cæmiterio, in
quo certum est aliquos excommunicatos esse sepul-
tos, non incurrat irregularitatem. Et hoc tenet Spe.
in. d. §. iuxta versi. quid si sacerdos. quoniam hoc uon
reperitur iure cautum. Nec obstat quòd iste dicatur
violare interdictum, vt. d. c. tanta. de exces. præla. cũ
tale cæmiterium propter hoc sit interdictum, donec
reconcilietur, vt. c. consuluisti. s. de consecr. eccl. vel
alta. & c. ex parte. s. de sepul. quoniam istud est inter
dictum legis, non hominis. & ideò in hoc mitius agi
tur cum lege, quam cum homine, vt. l. Celsus. ff. de
116 arb. ¶ Et ex hoc infertur, quòd si cæmiterium† esset
interdictum per sententiam hominis, sacerdos scien
ter sepeliens, & solenniter in illo; efficeretur irregu-
laris. Facit. s. de postu. præla. c. 1. post prin. j. de cle.
117 excom. min. Apostolice. Et in sum. not. quòd† regu
gulariter si interdictus ab homine, in loco non inter
dicto; siue etiam non interdictus, in loco ab homine
ioterdicto; ea, quæ sunt specialiter attribuita ordini,
solenniter prophanet, præsertim scienter, & in con-
temptum, ex hoc efficitur irregularis. 11. q. 3. si quis
episcopus. 1. ibi, aliquid contingit de sacro ministe-
rio. Idem etiam dicit Spec. si propter patronorum
118 discordiam† episcopus clausit ecclesiam, & inde reli
quias asportauit; pręcipiens, ne ibi missarum solẽnia
celebrentur. nam licet quis ibi celebraret, oon esset
irregularis. s. de iure patr. c. 1. & 2. nisi esset interdi-
cta talis ecclesia; quia tũc bene esset irregularis. Octa
119 uo quæro, quid si excommunicatus† vel interdictus
celebrat in ecclesia non consecrata? Solu. dic, quòd
efficitur irregularis, ac si esset consecrata. facit. c. ec-
clesia. de imm. eccl. & s. de cons. ec. vel alta. c. si. & ꝙ
statim dicã in seq. q. & hoc tenet Specu. io. d. §. iuxta.
versi. quid si excõicatus. ¶ Nono quæro, quid si ex-
120 communicatus, † vel interdictus celebrat; vel dicit
horas suas officiãdo populũ; non tñ in ecclesia; sed
in naui, vel in exercitu, vel alibi, an sit irregularis. So.
121 dic, ꝙ sic. arg. de conse. dist. 2. a. cõcedimus. secus† si
dicit horas cũ vno, vel duobus, vel pluribus socijs nõ
officiando ecclesiã, vel populũ; quia tũc bene facit,
122 dummodo supprimat illa verba, quę a solo† sacerdo
te dici solent; videlicet. Dominus vobiscum. Et no-
123 ta† ꝙ laicis, vel monialibus etiã nõ licet dicere. Do-
minus vobiscum, vt not. Ioan. And. in vers. compleã
tur. in. c. 1. s. de cele. mis. Decimo quęro, quid si aliàs
scienter, & solenniter sepelit publicè excommuni-
catum, an incurrat irregularitatẽ? Sol. Spec. in. d. §.
iuxta. versi. quid de illo. dicit, quòd oon; licet graui-
ter peccet. Facit quod dixi de eo, qui celebrat excõ-
municato. Tu dic de hoc articulo, vt tractatur io. c.
episcoporũ. de priuileg. lib. 6. vbi glo. fi. dicit, ꝙ isti
124 sunt† vicini irregularitati. Et vide ẽt in clem. eos. de
sepul. vbi gl. etiam ponit aliàs quæstiones not. ¶ Vn
125 decimo quæro, qd† si aliquis exercet officia sua, vel
alia ministeria in loco interdicto; vt puta, si magister
in scholares; an incurrat irregularitatem? Quidam
dicunt

dicunt quòd sic.in.d.c. tanta. Contrarium ibi tenet Host. quoniam hoc non competit ratione ordinis. Tales tamen grauiter peccant,& puniendi sunt;sicut laicus qui excommunicationem contemnit, vt in.c. 3.in fin.de cler.excom.ministr. Duodecimo quæro,
126 Quid de Aduocatis† Tabellionibus, Iudicibus, & alijs gerentibus publica officia, an si tales suspensi per superiorem, non obstante suspensione exercent officia,incurrant irregularitatem? Et videtur dicendum quòd sic.arg.c.si aduersus.¯s.de hæret.&.c.2.primo responso.de cleri.excom.mini. Contrariũ tenet Spec.in.d.§.iuxta.versi.quid de aduocatis.Et ad præ dicta iura in contrarium allegata respõdet, quòd loquuntur in suspensis à spirituali officio ordini sacro annexo.11.q.3.ne si quis episcopus damnatus.&.c. si quis episcopus in consilio. Tertiodecimo quæro,
127 Quid si† præsbyter excommunicatus, vel suspensus simpliciter ab ordinibus suis administrat in ordinẽ. Acolitatus;an efficiatur irregularis? Sol.dic quòd sic
128 vt d.c.si quis episcopus.Secus† si esset suspensus dũtaxat a celebratione missarum.Quartodecimo quæ-
129 ro,Quid si episcopus† sit suspensus à pontificalibus, an celebrãdo efficiatur irregularis?Sol. dic quòd nõ quoniam pontificalia non sunt de substãtia celebrationis missarum.Ita concludit Spe.in.d.§.iuxta vers. quid si episcopus. Sed quid si aliquis suspenditur dũ-
130 taxat† ab ingressu, an celebrando efficiatur irregularis?Spec.in.d.versi.quid si aliquis suspendatur. tener quòd non. Mouetur quia etiam extra ecclesiam celebratur.Tu dic quòd si celebrat in ecclesia, efficitur irregularis.Ita tenet Ioan.And.& probatur in.d. c.is quis.de senten. excom.lib.6.Si verò extra ecclesiam,tunc procedat dictum Spe. Sextodecimo quæ-
131 ro,Quid si excommunicatus, vel suspensus† baptizat,an efficiatur irregularis?Solu.quidam quòd non nam hæc pœna non extenditur ad hunc casum; & quia specialiter hoc nõ est certo ordini deputatum. Nec obstat secundum eos,d.c.si quis episcopus. 11. q. 3. quia,secundum eos,quod ibi dicitur,aliquid contingere de sacro ministerio &c.debet restringi ad officium ecclesiasticum,& ad sacramentum altaris. Sed Spec.in.d.§.iuxta versi. quid si excommunicatus.distinguit, quòd aut talis paratis vestibus sacerdotalibus,vel diaconalibus solenniter baptizat; & fit irre-
132 gularis;Aliàs secus.Ordinatus† quoq; ad sacrum ordinem ab episcopo,qui renuntiauit episcopatui, irregularis est,vt.¯s.de ordi.ab epi. qui renun. epi.c.1.
133 Item ordinatus† a non suo episcopo; quia talis etiã non recipit ordinis executionem. 11.q. 2.3.&.4.7. q.1.c.episcopus.21.dist.c.1.&.2.&.c.eos. de temp. ordin.lib.6.quod est verum; nisi fiat de licentia sui episcopi,vt in.d.iuribus ¶ Sed aduerte; quia,vt refert Spec.in.d.§.iuxta. versic.item quòd est irregularis.Quidam dicunt quòd ordinatus ab alio episcopo,non est suspensus ipso iure;sed suspendendus.de tempo.ordi.quod translationem.de ordi ab episcopo.qui re.Epi.c.3.&.c.1.ad si. Vnde si celebrat, non est irregularis.Nec obst.iura.¯s.alleg.in contrarium quia loquuntur tantum de suspensione. Posset tamẽ suspendi,ne celebraret,vt.d.c.quòd translationẽ. Et si postea celebraret, efficeretur irregularis. Et hoc etiam probat stylus curiæ, secundum Spec. nam quã do pro talibus scribitur,dicitur,mandamus, quatenus ipso ad tempus suspenso super hoc auctoritate nostra dispenses. Vnde est notandum,dum dicit, super hoc;& non dicit, super irregularitate dispenses, quod facere consueuit, quando esset contracta irregularitas.Item dicit suspẽso,quasi innuat,quòd propter id nõ sit ipso iure suspensus. Et si diceres;in quo ergo mandatur dispensari?Respondeo, vt non deponatur,nec aliter grauiter puniatur;quod fieri potest, vt in.d.iuribus.Hoc etiam tenet Hostien.& sequitur
134 Ioan. Andr.in.d.c.quod translationem.Et in† sum. not.quòd generaliter quicunq; promoueri non potest ad ordines,vel ad honores sine dispensatione, & quicunq; ineligibilis,est irregularis. Et omnes casus qui impediunt promouendos, vel iam promotos eijciunt,Et qui pœnam depositionis merentur, inducunt irregularitatem. Ex quibus regulis infertur, quod omnes infrascripti sunt irregulares;videlicet,Ordinatus extra statuta tempora, vt.c. cum quidam. de tempo.ordi.Item non ordinatus celebrans. Et ois ille qui nullum habens ordinem, diuinum officium exercet; Et qui exercet officium superioris ordinis, quam habeat,vt.c.2.de cleri.non ordi.11.q.3.c. priuilegium.25.q.2.sic decer.& hoc tener Spec.in titu, de leg.§.nunc de episcoporum. versi.18. Item recipiens plures ordines sacros eodem die,vt.c.dilectus ¯s.de tempo.ord.¶ Item Minor.14.annis. ordinatus in subdiaconum,vt.c.non est compos.¯s.dę tẽp.ord. ¶ Item Promotus per saltus,vt.c.tuæ.¯j.de cle.p sal. pro.¶ Item si laicus nullum habens ordinem in præsbyterum ordinetur. Vel qui prætermisso ordine sacro in episcopum ordinatur.40.dist.c.sicut.52.dist. c.sollicitudo.& traditur in.c.vni.¯j.de cle.p sal pro. ¶ Item Rebaptizatus,vt.c.1.¯j.de aposta. de consec. dist.4 c.quid ħs.¶ Itẽ Symoniacus in ordine. ¯s. de symo.c.si quis.&.1.q.1.statuimus.&.c.erga. de si ni. c.tanta.&.c.inquisitionis.de accus.¶ Item Neophytus,vt.78.dist.per totum.¶ Item clericus audiens leges,vel physicam vltra duos menses.¯s.ne cle.vel mo. non magno. Quod verũ est;nisi locus studij haberet aliud priuilegium; prout est.in hoc almo studio Senarũ.In quo & fratres,& clerici alij possunt,& leges & physicam audire.¶ Item pœnitens. 50. dist. in.c. canones.55.dist.c.pœnitentes.¶ Itẽ ad monasteriũ accedens causa peragendæ ibi pœnitentia pro quocunq; delicto,siue leui,siue occulto.¯s. de renũ. post trãslationẽ.50.dist.c.si ille. ¶ Item accusatus accusatione pendẽte,vt.c.si.de testi.¶ Itẽ cõuictus,& cõ fessus,& condemnatus de crimine.15.q si. c. si quis. Facit.¯s.de testi.c.testimoniũ. Et idem si non sit condemnatus;dummodo crimen sit enorme,& manifestum.50.dist.c.de his verò.¶ Itẽ denunciatus de aliquo crimine,vt.c.omnipotẽs.¯s.de accus.¶ Item accusator accusatione pendente.2.q.3.c.Euthemium. ¶ Item excommunicatus suspensus, vel interdictus, scienter ordines recipiens.¯j.de sent.excom.c.cum illorum.¶ Item recipiens ordines ab hæretico, schismatico,vel suspenso, etiam ignoranter. ¯s. de schisma.c.2.1.q.7.conuenientibus. ¶ Item contrahens matrimonium cum ioculatrice, vel vili muliere, vel ancilla.34.dist.c.si quis viduam.&.c sanè. 2. de cler. coniug.¶ Item promotus post inhibitionem sub pœna anathematis;vt.¯s.de eo qui fur. ordi. suscep. c.1. Et prædictos omnes casus, vide per Specul. in.d.§.

in.d.§.iuxta.versi.item est irregularis ordinatus.usq; ad ver.item in veteri testamento.¶ Item irregulares
135 †dicuntur omnes illi, qui post peractam pœnitentiam non habent ordinis executionem.de quibus in c.nisi cum pridem. š. de renun. Et hoc contingit in pluribus casibus,videlicet,in homicidio. 50. dist. c. miror.š.de tempo. ordi.c. fi. ¶ Item in symoniaco ordine.1.q.1.erga.š.de symo.c.tanta. Vel in beneficio quo ad illud restituendum. c. inquisitionis.de accusa.¶ Item si excommunicatus. vel suspensus vel interdictus facit se ordinari in contemptum clavium. de senten.excom.c.cum illorum.§.si autem. ¶ Item si tales præsumunt celebrare. 11.q.3.c. si quis episcopus in concilio. de vita.& hone.cle.c.ut clericorum. Vel beneficia conferre. ¶ Item si quis à contemnente interdictum,beneficium reciperet; vel ipsum interdictum violare præsumeret.de exces.prælat.c.tanta.&.š.dixi.¶ Itē falsarius literarum Papę. vt.ỹ. de cri.falsi.c.ad falsarium. Qui tamen.secundum Inno. in.c.nisi cum pridem.in versi.intrusio. si occultus sit post absolutionem,& pœnitentiam peractā,sine peccato,ordinari potest.¶ Item hæreticus.ỹ.de purga. can.c.sollicitudines. Et similiter qui fuit hæreticus. 1.q.7.c.convenienribus.§.1.22.dist. nos sollicitudinem. ¶ Item exhibens hæreticis ecclesiastica sacramenta.š. de hæret.c. excommunicamus.§.si verò clericus. &.§.si verò clerici. ¶ Itē sodomita.ỹ.de exces. præl.in.c.clerici.¶ Item præsbyter,qui peccatorem sibi confitentem prodijt.c.omnis.ỹ.de pœn.& rem. §.fi.¶ Item incorrigibilis in nimia contumacia perseverans.š.de dol.& contum.c.veritatis.§.fi.32.q.4. c.fortè.š.de iudi.c.cum non ab homine.¶ Item criminosus notoriè de iure,vel de facto.š.de tēp. ord. c.fi.¶ Item vtens officio assassinorum, vel eos defendens,vel occultans; licet ex hoc mors non sequatur, vt.c.pro humani.eo.tit.lib.6.¶ Item apostata, vt.š. de apostatis.c.fin.¶ Item schismaticus, vt c. 2. š.de schism.¶ Itē intrusus 16.q.7.c.si qs deinceps.7.q.1.factus.&.c.seq.¶ Itē voluntariè electus p abusum secularis potestatis.š.de electio.c.quisquis. ¶ Itēm secūdum Ioan. Andr.omne crimen quod ipso iure inducit infamiam civilem.4.q.7.in.§.porrò.&.l.1. C.de infami.ff.de his qui not.infa.l.ait prætor. ¶ Item in famia descendens ex delicto per sententiam declaratoriam.2.q.7.c. Euthemium.§ hinc colligitur. infamis enim est irregularis ; sive sit infamia iuris, vt 50.dist.c.qui aliquo.&.2.q.3.§.notandum.l.1. C.de infami.&.š.de testi.c.testimonium. Sive sit infamia facti.š.de accusa.c. omnipotens.2.q.3.Euthemium §.hinc colligitur.90.distin.in.c.tantis.l. 1. C. de dignit.lib.12.& de exces.prælat. c. inter. §. postremo. ¶ Item in casibus in quibus Papa non potest dispensare ; quos habes per Specul. in titu. delega. §. nunc breviter. Et in quibus ipse solus dispensat, qui notantur per Specul. in. d. titu. §. nunc ostendendum. ¶ In his etenim casibus,etiam si occultum sit, non potest quis ministrare,vt per Spec.in.d.titu.§.qualiter. In alijs autem casibus non impeditur executio ordinis post peractam pœnitentiam. Sed sufficit sola pœnitentia suo satisfacere creatori. Nec illa,si latentia,vel occulta sint,inducunt irregularitatem, vt š.de symo.c.fi.51.distinct.c. ferrum.&.32.q.5.in.c. Christiana.š.de cohab.cler.& mulie.c. in nostra. de renun.c.nisi cum pridem.§.personæ. Alij tamen contra argu.pro eis.50.distinct.c.sacerdotes.&.c. de his verò. Sed dici potest quòd inducūt irregularitatem canonicam,quæ per sententiam abolerur.& nō alias præterquam in homicidio, & in alijs præmissis casibus.š.de tempo.ordi.c.fi.Vincen.tamen dicit in. d. c.fi.quòd nunquam pro peccato occulto acta pœnitentia impeditur quis vti ordinibus habitis,& ascendere ad superiores ; nec invenitur expressum vti in symoniaco in ordine.š.de symo.c.tanta.nec acta pœnitentia indiget dispensatione quo ad vsum, vt in.c. Christiana.&.c.ferrū.š.alleg.&.51.distin. c. qui sub gradu.Intelligit enim servato.s.ipso iure.arg.pro eo š.de tempo.ordin.c.fi.ibi,non debet &c. Et intelligo loqui contraria de crimine,in quo lata est sententia de fama.vel infamia irregulari. 25. dist. primum 61.dist.sacerdotibus.Item non obst.ỹ.de tēpo.ord. c.ad aures.quia loquitur de regulari, qui non habet nolle,neq; velle.Quo ad hoc autem,vt nunquam inde accusari possit,bene est necessaria dispensatio.š. de fil.presbyte.c. ex tua . Vbi autem aliquis manifeste deliquit,peccat celebrando,sive egerit pœnitentiam,sive non,vt.d.c.sacerdotibus.&. c. ex literis.ỹ. de furt.& hoc tenet Specul.ad literam.in.d §. iuxta. versi.sunt quoq; vsq; ad versi.item nota.q suspensus. & vide etiam Ioan. Andr. in. c. nisi cum pridem. in glo. super ver.ex loco.š.de renun. ¶ Nunc superest
136 vt attingamus casus,in qbus qs per homicidiū † vel mutilationem incurrit irregularitatem; verum quia homicidium pluribus modis committi potest; vide licet,facto proprio,mandato,ope,auxilio, consilio, negligentia,& consensu , seu ratihabitiòne ; ideò de singulis videamus.¶ Circa primum igitur membrū
137 quando † facto proprio quis committit homicidiū manu propria,efficitur irregularis;sive Christianum sive Paganum,aut Saracenum interficiat.50.distinc. c.clericum.&.c.de his clericis.&.ỹ.eod.c. pen. vnde dominus ad Dauid quamuis pijssimus esset;Non edificabis mihi templum;quia vir sanguinis es.de cons. dist.1.in princ.Beatus. Tho. secunda secundæ q. 63. artic.7. Ad materiam istam vide. D. m. in.c.pen.ne cleri.vel mona.& ibi plures quæstiones.¶ Primo igi
138 tur quæro circa prædicta . Quid† si aliquis iustitia mediante hominem interficiat;an efficiatur irregularis?Sol.dic quòd sic.sive talis sit principalis officialis;sive sit iudex,vel assessor,executor,vel lictor;quia mandato superioris hominem interfecit,suspendendo,vel decapitando.23.q.5.c.princeps.&.c.sæpe.Et idem si sit miles socius,qui iustitiam exequatur. 50. dist.c.si qnis post.19.q.3.c.monasterijs.Secūdo quę
139 ro, Vtrum† omnis qui intervenit in iudicio in causa criminali,in qua agitatur causa sanguinis ; videlicet mortis,vel mutilationis,sit irregularis?Solu.Spec.q sic sive talis sit iudex , sive assessor,vt dictum est. sive sit advocatus,sive actor,vel notarius,dictator sententiæ,vel promulgator;vel procurator,vel testis,vel accusator.50.distin.c.si quis viduam.&.š.ne cleric.vel mona c.sententiam.&.c.clericis.ỹ.eod.c.postulasti.
140 51.distin.c.1.Sive† tales sint clerici. sive laici; quia licet laicus sit immunis à culpa, non tamen est immunis ab irregularitate,secundum Goffr.in.d.c.sententiam. Quam sententiam sequitur Ioan. Andr. Et quod dictum est de dictatione,Host.intelligit, etiā, si non

ſi non dictet vt iudex;ſed vt aſſeſſor, ſeu iuris peritus
qualitercunq; enim dictet,ſi inde ſequitur ſententia
ſanguinis,eſt irregularis;licet nō ipſe, ſed alius pro-
nunciet;quia proferenti præbet conſilium, & auxi-
lium,vt dicam. j.in tertio membro principali huius
141 articuli.Idem† eſt ſi authoritatem, vel benedictio-
nem ſuam exhibeat purgationi vulgari,vel vindictæ
ſanguinis,vt. j.de exceſ.prælat.c.ex literis. Nec vide
tur diſtinguendum,an mors inde ſequatur, vel non.
Licet quò ad effectum diſpēſationis videatur in hoc
diſtinguendum.de quo dicam. j. in. 3.q.principali.
142 Tertio† quæro,quia ſupra dixi,quòd aduocatus, vel
procurator qui interueniunt in cauſa ſanguinis,effi-
ciuntur irregulares;vtrum hoc habeat locum,ſiue in
terueniat pro parte actoris,ſiue pro parte rei? Solu.
quidam dicunt.quòd ſic; per.c.1.51.diſtin.& tradit
Spec.in tit.de aduoc.§.in cauſa.&.d.§.iuxta.verſ.itē
litigioſus. Vnde dicebat Hoſt.in.c.1.de poſt.quòd
licet quidam dicant quemlibet etiam clericum poſ-
ſe defendere accuſatum.arg.53.q.5.c.reos. de imm.
eccl.c.inter.tutius tamen eſt quòd abſtineat. Quid
enim ſi propter ſuam imperitiam accuſatus ſuccum
beret,& mutilaretur. ¶ Item quid ſi propter mali-
tiā,& cauillationes ſuas abſoluatur, & accuſator pa-
tiatur talionem? clarum eſt quòd efficeretur irregu-
laris. & ideò quia lingua facile labitur, vt.ff.ad leg.
Iuliam maieſta.l. famoſi.ante ſi.periculoſum eſt qui
buſcunq; clericis talibus intereſſe. Sed, ſecūdū eum,
talis ſecus eſt,ſi nō poteſt aliquid ſibi imputari. arg.
de æta.& qualita.c.ad aures.&.ſ.eod.c. de cætero.&
in.c tua nos. j.eod.remittens ad not. plenius in hoc
143 noſtro.c.per eū. Vbi quærit† de clerico iuris perito
qui fratrem ſuum accuſatum criminaliter ſuo patro
cinio iuuit;ita quòd fuit abſolutus;& accuſans deca
pitatus,an ſit irregularis. Et tandem arguit quòd nō.
cum ipſe non tenderet ad ipſius pœnam; ſed iſtius
abſolutionem. nam ſi eccleſia etiam reos ſanguinis
extraneos defendit, vt in præallegatis iuribus. & fa-
cit.C.de epi.audien.l.addictos. fortius iſte fratrem
defendere prout.ad hoc.c.petitio.de iureiurā. & de
præſump.c.aſſerte.&.c.literas.&.l.2.ff. de recepta.&
imputet accuſator ſuæ malitiæ, & duritiei, ſi pœnam
talionis paſſus eſt,vt.c.tua nos. j.eo.&. c. poſtulaſti.
& hoc debuit præſcire,euenire poſſe. ¶ Itē nec ſem-
per de facto talionis pęna imponitur accuſatori de-
ficienti.nam quandoq; prece, vel prætio remittitur.
Vel in pœnam aliam commutatur.ff.de his qui not.
infam.l.quid ergo.§.pœna grauior.&.l. ſeuerior. C.
eod.titu.¶ In contrarium facit;quia clericus in hoc
exercet rem ſibi prohibitam,& illicitam. ſ. ne cler.
mona.c.ſententiam.& accuſatori præbet proximam
cauſam mortis.ergo quicquid intēdat, irregularis eſt
ſ.eod.c.præced.&.c.is qui.eo.tit.lib.6.cum lex pro
motionis,in facto,non in voluntate conſiſtet. 15.q.
1.c.ſi.ergo cum ex hoc officij exercitio ſit commiſ-
ſum homicidium, fateri illum oportet irregularem.
50.diſtin.c.ſi quis viduam. j.de cler. pugnā. in duel.
c.Henricus.Nec obſtat,quòd eccleſia defendat reos
ſanguinis;quia illud non facit ſic,quòd ex defenſio-
ne ſequatur ſanguis. ſ.de immun.eccl.c. inter alia.&
j.de verbo.ſignifi.c.nouimus. Nec obſt.coniunctio
perſonæ. ſ.de poſtul.c.ſi Nec valet, quòd accuſator
ſcire debuerit. Nec obſtat,quòd quandoq; parcitur;
quia illud eſt rarum,& incertum. ff. de leg. l.nam ad
ea.¶ Demum Hoſtien.ibi recitans opin.dicit, ſe ſe-
quutum hanc ſecundam opinionem; ſcilicet, quòd
non poſſit eſſe aduocatus, etiam pro reo. & hoc di-
cit in ſum.in titu.de obliga.ad ratioci.§.quid ſi obli
gatus.verſic.quid de criminibus.& in tit.de poſtula.
3.qui pertinet.verſi.illud tamen. & in tit de homic.
§.qua pœna.verſi.illud autem certum eſt. Et facit,ſe
cundum eum; quia in ciuilibus vbi non poſſumus
vnum iuuare, quin alter lædatur, abſtinendum eſt.
14.q.5.c.deniq;. fortius in criminalibus.Sed hæc ve
ra,ſecundum eum,quando ex aduocatione, vel ſen-
tentia,teſtimonio,vel ſcriptura,mors, vel truncatio
eſt ſequuta;quia talia poſt baptiſmum exercens non
promoueretur.50.diſt.c.1.quia ſicut ex facto naſci-
tur irregularitas;ita ſine facto non oritur.Secus igi-
tur ſi ex facto, vel verbo aduocati mors ſequuta non
eſt;ad quod probandum, & ne fiat irregularis, qua-
tuor dat conſilia.¶ Primum,quòd quantum poteſt,
fingat, & comminetur ad retrahendum accuſatorē,
& ſe velle reum defendere.hoc tamen officium non
aſſumat propter canonis interdictum.Quod ſi fece-
rit,puniri poterit. ſ.de maio.& obediē.c.2.Propter
tamen ſolam officij aſſumptionem, non efficitur ir-
regularis.Secundum conſilium eſt,quòd ſi nullo mo
do vult abſtinere à patrocinio rei; quibus modis po
teſt,laboret,vt accuſator deſiſtat ante inſcriptionē;
quia poteſt,vt. ſ.de accu.c.licet.Tertium, vt cū pri-
mum venit coram iudice, proteſtetur quòd ad pœ-
nam accuſationis non intendit,ſed ſolum ad defen-
ſione accuſati. Vnde ſi datur libellus ſine inſcriptio-
ne,non petat inſcribi.poſſet tamen forſan excipere;
ſe non teneri reſpondere tali libello.¶ Item ſi iudex
ſuppleat ex officio,poterit dicere,quòd de hoc ſe in
tromittat.& ſæpe conſuluit proteſtationem repeti;
& nihil fieri, vel dici,per quod illi renuncietur. ſ.de
conſtit. c. cum M. Vnde nec accuſatorem calumnia
arguat,vbi abſtinere poſſit,ſalua defenſione accuſa-
ti. Et hoc obſeruans, cum non videatur directè in
mortē accuſatoris tendere, licet indirectè ad hoc tē
dat,videtur tutus ab irregularitate.ad hoc.c. 2. eod.
tit.lib.6.Vel ſaltem eſſet caſu diſpenſabilis.Dicebat
etiam, quòd cum abſoluitur reus,quia accuſator ni-
hil probauit,ſed probauit per falſos teſtes de hoc cō
uictos,videtur potius ex ſua calumnia damnari, quā
ex facto aduocati ipſius rei.¶ Quartum conſiliū eſt;
cum reus abſoluitur,quod toto poſſe laboret aduo-
catus rei, pęnam ſanguinis imponendam accuſatori
commutari in carcerem,exilium,pecuniam,vel ſim.
& ſi poſſet a principio ſuper hoc ſibi per clientulum
& iudicem cauere,bonum eſſet,& tutum,etiā ſi ſran
geretur cautio ad hoc. j.eod.c.Petrus. &. ſ. de im-
mun.eccle.c.inter alia. Sed ſi ab initio ſibi nō cauit,
vel cauere non potuit; ſi poſt ſententiam hoc obti-
net,ſatis eſt ex verbo,vel facto mors ſequuta non ſit.
ita etiam ſecurus eſſet,vbi iudex in criminibus ex of
ficio inquirendo, procederet contra infamatum;
quem ſtudio ſuæ aduocationis obtineret abſolui;cū
aliàs decapitatus fuiſſet per hoc enim non poteſt di
ci aduocatum irregularem. Et his caſibus ſaluari po
teſt opinio Barto. Pro qua facit; quia ſi armis poſ-
ſum ſocium defendere de ſenten. excomm. c. dile-
cto.lib.6.fortius verbo.Facit. ſ. de appel. c.dilecti.

Item si pro bono,& licito aliquid facimus,absit &c. 23.q.5.c.ne decidendis. versi. absit. Porrò si constat reum culpabilem; & aduocatus suis falsis probationibus,vel allegationibus illum obtinuit absolui; vel aliàs directè,& sine protestatione,vel contra protestationem suam veniendo calumniam accusatoris arguit,propter quod fuit mortuus, tūc fit vera opinio Hugo.& Ioan.quod iste sit irregularis. In dubio tamen dicit Host.aduocatum suę conscientię relinquēdum,vt.ī.eo.c.petitio. Et subiungit, quòd licet magistraliter, & ad studentium exercitium scripserit; huius tamen dubij solutionem Papę reseruat;ad quē talia dubia declarare spectat.allegat.c.per venerabilem.§.rationibus.s̄.qui filij sint legit.& prædicta po
144 nit Ioan. And.in.c.1.s̄.de postulat. Quarto† quæro, quid de iudice officiali,vel milite, qui talia suscepe runt officia,non fuerunt tamen ea executi. Solu.dic, secundum Vgo.& Ioan.50.dist.§.si quis. quòd tales non prohibentur à susceptione ordinum. Alij verò tenent contrariam sententiam,dicentes,eos irregulares,propter propositū, quod habuerunt circa exercendum causam sanguinis.hoc videtur sequi Spec.in d.§.iuxta.versi.quid de iudice.¶ Quinto quæro;cle-
145 ricus† in causa sanguinis aliquid scripsit, puta, circa receptionem testium; sed non scripsit in forma auctentica,an sit irregularis? Solu.secundum Inno.dic quòd non. Et idem dicit etiam,si scriberet auctenticè;dummodo sententia sanguinis non sequatur ex illa scriptura;quoniam sola scriptura in illo casu non constituit scribentem in irregularitate, vt traditur
146 in.d.c. sententiam. Sed si† ex tali scriptura sequatur homicidium,qualitercunq; scribat,vel dictet, incidit in irregularitatem,secundum Ioan.Andr.in.d.c. sentētiam.Quod facit ad limitationem eorum, quæ
147 dixi.s̄.in.2.q.huius articuli.Sexto quæro† Pone aliquis dominus,vel princeps recepit aliquam literam, in qua continebatur,quòd ipse deberet,& capere,& suspendere quendam homicidam,qui morabatur in tali hospitio,qui dominus dedit literam clerico suo vt sibi ipsam legeret;quod fecit; vnde homicida captus fuit,& suspensus;an talis clericus sit irregularis? Sol.dic,quòd sic,secundum Ioan.And.in.d.c.sententiam.Et ita refert ibi fuisse responsum per Clem.Papam.4. quoniam ex tali clerici lectione homicidiū sequutum fuit.Nec prodest clerico,si dicat se ignorasse tenorem literæ; quoniam debet eam sibi prius legere. Vel quando peruenit ad lectionem capturæ, & suspensionis,debebat subsistere;& ipsam reddere, quòd ad se non pertinet legere talem literam. argu. eorum quæ dicuntur in.c.sicut dignum.s̄. eod. & in
148 c.clericis.s̄.ne cleri.vel mona. Septimo† quæro, Pone aliquis miles fuit in bello.nec per eum stetit,quin occideret;an sit irregularis?Sol.dic, quod sic, secundum Vgo.& sequitur Specul.in.d.§. iuxta. versi. quid de iudice. Secus est,si talis percussisset;nec ad
149 hoc operam dedisset.¶ Octauo quæro. Vtrum† exercens artem chirurgiæ sit irregularis?Solu.dic , quòd si propter imperitiam suam mors fuerit secuta ex incisione,vel adustione,quam fecit,vel potione,quam dedit infirmo,efficitur irregularis,vt.c.tua nos.§.1. ī.eo Secus si adhibet omnē diligentiā,q̄ debet;quia
150 non efficitur irregularis;quia mors† præsumitur potius culpa medicinati euenisse,quam medici negligē

tia,vel imperitia.23.q.5.c.de occidendis. s̄. de æta. & qual.c.ad aures.Et ideò consulit medico,ne promoueatur ad ordines.Et idem dicendum est in Bar-
151 bitonsore,† seu Phlebotomante.& in alijs simi. personis.Hoc tenet Spec.in.d.§.iuxta.versic. item exer-
152 cens.& in versi.facto. in fi.Intellige† autem chirurgum non prohiberi à promotione, nisi propter periculū;quoniam de facili in officio suo errare potest. Vnde si quis laicus exercuerit hoc officium , non ob hoc est irregularis;licet multi sub eius cura obierint;Nisi propter eius incuriā perierint,vt dixi. Cle-
153 ricis† autem hoc officium omnino est interdictum. Ita quod,si cessare nolunt,deponendi sunt;quamuis ex hoc solo non sint irregulares. Nisi sub eorum cura aliqui obierint;quia tunc secundum Inno. sunt irregulares.in.d.c.tua nos.ī.eo.&.s̄.ne cle. vel mona. c.sententiam.¶ Et dicit D.m.in.c.tua nos.quòd tria
154 †requiruntur ad hoc,vt non sint irregulares.¶ Primo quòd illud officium conueniat sibi; & sic, vt sit laicus;quia clericis est interdictū;vt.d.c. sententiā &.c.non magno.&.c.fi.ne cler.vel mona. Et licet litera in.d.c.tua nos.loquatur in monacho;tamen idem est in quolibet alio clerico; & ibi sic contingit de facto. Secundo quòd si peritus.vnde non sufficit quòd appellet se medicum peritū. Tertio,quòd adhibeat omnem diligentiam secundum artem suam. Quarto quòd informet infirmum de his,quæ sunt necessaria egritudini suæ; quibus seruatis euentus mortis non imputatur ei. Et ad prædicta facit quod not. in.c. ad aures.de æta.& qualit.& vide quæ dicam circa hanc materiam in.d. c. tua . Et prædicta etiam in effectu vult Host. in sum.eo.titu.§.qua pœna.versic.ideò licet medico. Vbi concludit, quòd quilibet medicus debet ad conscientiam suam recurrere. arg.c. ad aures.s̄.de æta.& qualit. &.d.c.tua.ī.eod.&.ff. de offi. presid.l.illicitas.§.sicuti.ff.ad leg. Aquil.Idem iuris. institut.ad leg.Aquil.§.imperitia.& argu.c.exhibita ī.eod.tit.Et subdit, quòd propter graue scandalum interdicitur executio,quāuis nihil deliquerint, arg. c.ex literis.1.ī eod.& à contrario sensu.c.significasti.2.§.1.ad.l.fi.ī.eod. Et etiam consulnit Goffred. quòd promoti , & maximè promouendi, ab opera practicandi,& potissimè chirurgi,abstineant a curis quæ incisiones,vel adustiones requirunt. s̄. ne cler. vel mona.c.sententiam.& c.tua,cum in nullo vacillare debeat conscientia. 33. distin. c.laici.Nono quę-
155 ro,Aliquis videns infirmum non posse euadere, nec mori;& videns illum pati maximam pœnam,reuoluit illum in aliud latus,vt citius moriatur;an efficiatur irregularis,si ex hoc mors secuta sit;puta,quia ex hoc præcluditur via anhelitus; vel ex violentia motus rumpitur apostema, & suffocatur.Et efficitur irregularis.Si verò talis non moreretur citius, non efficeretur irregularis. Licet aliàs pœnitere debeat de peccato,hoc tenet Spec.in.d.§.iuxta.versi.quid si ali
156 quis infirmum . Subdit† tamen Specul. quòd si de his,& similibus casibus ambigeretur , quòd talis debet declarare,conscientiam suam, siue læuem, siue temerariam,alicui prudenti,& docto viro . Alioqnin debet eligere tutiorem viam, vt dixi supra in præ-
157 ced.q.& dicam in seq.Decimo † quæro ; aliquis extraxit gladium , sagittam, vel telum infixum in caput,vel corpus alterius,propter quod vulneratus ci-
tius

tius obijt, an efficiatur irregularis? Solu. dic quòd
ſic.arg.l.culpa.&.l.quod quis.ff.de reg.iur.&.j̄.eod.
c.tua nos. Facit quod dixi in præced. q. & dicam.j̄.
158 q.35. Vndecimo quæro. Cuſtodiens† infirmum de-
dit ei ad bibendum, vel comedendum aliquid mi-
nus perite contra conſilium medicorum, & contra
conſuetudinē; propter quòd infirmus mortu' eſt, an
talis ſit irregularis? Sol. dic quòd ſic. Secus ſi fecerit
bona fide; dummodo, vt dictum eſt, non ſit in lata
culpa, vel negligentia diſſoluta, quæ quaſi dolus eſt,
vt.l.1.§.1.ff.ne ſi menſ.fal. mo. dixer.& traditur per
Bart.in.l.quod Nerua.ff.depoſi. &.c.1. de commo-
da. Et ſi ſcrupulum habet, debet deponere ad conſi-
lium ſapientis; quia depoſita erronea conſcientia, ſi
poteſt illam deponere, poteſt adminiſtrare, & pro-
moueri, ſecundum Raynal.argu.50.diſtin.hi qui ar-
borem.&.c.ſeq.& hoc tenet Spec.in.d § iuxta.verſi.
ſimiliter. Duodecimo quæro, Quid ſi aliquis adeò
ſe arctauit in victu, quòd non potuit viuere; an dica-
tur irregularis? Iſta quæſtio non habet effectum quo
ad ordines; ſed quo ad peccatum. Sed, vt habeat ali-
159 quem effectum pone, quòd adeò† ſe arctauit in vi-
ctu, quòd aliquod membrum eſt ſibi debililatum,
propter quod oportuit illud incidere, vel mutilare;
an dicatur irregularis. Sol. videtur primo dicendum
quòd non; quia iſte nec interfecit, nec mutilauit; ſed
debilitauit. ergo non efficitur irregularis ex hoc ca-
pite ¶ Ego arbitror dicendum contrarium; quia ta
lis videtur ſui ipſius homicida, arg. clem. exiui. §. nec
quiſquam. de verbo. ſignific. cum ipſe dederit cau-
ſam proximam mutilationi. Facit quod dicam. j̄. in
articulo negligentiæ. Sed aduerte, quia talis incidit
in duplicem irregularitatem; Vna eſt, propter muti-
lationem, vt dictum eſt. Alia, reſpectu deformitatis
corporis; de qua dixi. s̄. in. 2. q. huius. 7. q. principa-
lis. Er licet eſſet diſpenſatum in vna; tamen eſſet in
alia etiam neceſſaria diſpenſatio. quod no. Ergo for
tius efficitur irregularis duplici irregularitate, ſi ali-
quod proprium membrum ſibi mutilauit; quoniam
quis ex ordine charitatis magis tenetur diligere ſe-
ipſum, quam proximum, vt dixi, vt in cle. 1. de inre-
iuran. ſed mutilando proximum efficitur irregula-
ris, vt in clem. vni. eod. lit. ergo fortius ſi ſeipſum. 23.
160 q.5. ſi non licet. Tertiodecimo† quæro, Aliquis com
miſit homicidium præter voluntatem ſuam fortui-
to, an incidat in irregularitatem? Solu. dic, quòd aut
dabat operam rei licitæ; & adhibuit omnem diligen
tiam, quam debuit; & non incidit in irregularitatem
vt. j̄. eod. c. ſeq. &. c. hi qui. &. c. ſi duo. 50. diſtin. Sed
ſi dabat operam rei illicitæ; tunc efficitur irregularis
vt in tex. noſtro, &. c. ſicut dignum. &. c. præsbyterũ.
&. c. continebatur s̄. eo. tit. &. c. Ioannes. &. c. ſi. cum
ſimi. j̄. eo. Et per prædicta dicit Zabarel. in. c. cum de
corem. de vita & honeſt. cleri. & ſequitur ibi Ioan. de
Imo. quòd reſpondit in quæſtione de facto in Foro
Iulij. cum fieret repræſentatio natiuitatis domini, &
Magorum, & Herodis &c. & vnus clericus cecidiſſet
ſupra alium, propter quod ille mortuus eſt, vel debi
litatus in aliquo membro; quòd talis propter hoe
non fuit irregularis; quia non dicebatur dare operã
rei illicite, per not. per glo. in. d. c. cum decorem. Et
bene dicit ſi alia culpa non fuit admixta. Quartode
161 cimo† quarto, Aliquis non valens aliter motrem vi-
tare, interfecit, vel mutilauit ſuum inuaſorem; an in-
currat irregularitatem? Sol. dic, quòd licet olim eſ-
ſent opiniones de quibus in. c. ſicut dignum in fine.
magnæ glo. s̄. eod. &. 50. diſtinct. c. de his. &. c. 2. ta-
men hodiè eſt determinatum quòd non. in clem. vni
ca. eod. titu. Et prædicta habent locum, etiam ſi ex
propoſito quis vibrando gladium, vel proijciendo
telum interfecit innaſorem, vt tenet glo. fi. in. d. cle.
162 Quintodecimo† quæro; Pone, Aliquis poterat fuge
re, & ſic euadere; & non fugit, ſed inuaſorem interfe
cit ſe defendendo, an ſit irregulari? Sol. glo. in verſi.
non valens. in. d. clem. 1. eo. titu. videtur tenere quòd
ſic. & idem etiam tenet gio. in. c. ſuſcepimus. s̄. eod.
Guil. verò in. d. clem. 1. dicit, quòd dictæ glo. debent
intelligi in ſuis caſibus, & conſimilibus; puta, quan-
do potuit ſe reddere ſecurum, claudendo oſtia do-
mus. vel includendo ſe in turri; vel in alio loco tuto.
Aliàs dicit ipſum non eſſe irregularem, licet potue-
rit fugere; quia fugiendo poſſet cadere; & ſic proſtra
tus poſſet interfici. Nec quis tenetur ſe tanto pericu
lo exponere, per tex. in. l. 2. §. pe ff. ſi quis cautio. &. c.
accedens. s̄. vt lite non conteſt. Item quia qualitas,
& loci, & temporis non patitur plus deliberandi cõ
ſilium, vt. l. 1. ff. de exercito. &. l. 1. §. merito. ff. depo.
Facir tex. in. l. quicquid cum deſtinatione. ff. de regu.
iur. Et prædicta maximè vendicant ſibi locum, ſecũ-
dum eum, conſiderata qualitate perſone; quoniã fu-
163 ga† aliquibus perſonis eſt vituperoſa, vt. l. in eadem.
ff. ex quib. cau. maior. vbi æquiparatur nullo modo
poſſe recedere, vel recedere cum dedecore. Ad idem
ff. de manu. vindi. l. iuſta. Tertio etiam facit; quia cõ-
164 ſeruatio† perſonæ, & conſeruatio famæ æquiparan-
tur, vt. d. l. iuſta. & in. §. ſuſpectus. inſti. de ſuſpe. tuto.
&. l. Iulianus. ff. ſi quis omn. cau. teſt. Ego arbitror,
quòd ſi loquimur reſpectu pœnæ legis Cor. de ſica.
quòd tunc habeat locum opin. Guil. & quod dixi in
c. ſuſcepimus. s̄. eod. Aut loquimur reſpectu irregu-
laritatis, & tunc debet potius fugere, quam interfice
re; quia melius eſt pati aliqualem læſionem famæ,
quam hominem interficere. argu. d. c. ſuſcepimus. Et
hoc etiam videtur tenere Ioan. de Imol. in. d. clem.
165 vnica. Sextodecimo† quæro, qualiter probabitur,
quòd quis interfecerit ob defenſionem neceſſariam
ita quòd aliter non potuerit euadere. Sol. gl. in. d. cl.
vni. eo. tit. dicit, quòd in foro pœnitentiali creditur
aſſerenti ſic eſſe, per. c. ſignificaſti. 2. j̄. eo. &. c. tua. de
265 ſponſ. In foro† autem contentioſo non creditur ſi-
bi; ſed erit neceſſe probate per circunſtantias; vt pu
ta, quia erat in loco tam arcto, quòd non poterat ca
pere partitum aliter, niſi occidendo, vel mutilando
inuaſorem. Idem etiam tenet ibi. Zenze. Vnde dicit,
hoc, vt plurimum, pendere ex arbitrio iudicantis. Si
cut in illo, qui contrectat rem alterius, dicens, do-
minum permiſſurum; quoniam non ſtatur eius aſſer
tioni, niſi id probet ex veriſimilibus coniecturis, vt
167 inſt. de obli quæ ex deli. naſ. §. placuit. Quidam† ta-
men dicunt, ꝙ omnino ſtatur ſacramento ſuo per. c.
ſignificaſti. & per. c. ſi verò. de ſent. excõ. Quod verũ
intelligit Zenze. vbi non ageretur de alterius præiu-
dicio; Aliàs ſecus. & ſequitur Io. de Im. in. d. cle. De-
168 cimoſeptimo quæro, Aliquis credẽs euadere mortẽ
fugiendo, incæpit fugere, & cũ eſſet de nocte; ſciens
certũ locũ periculoſum, propter ſciſſuras, ſeu aper-
turas

turas terræ,vel propter aliquem puteum,sciens bene viam, imaginatus est quòd iste sequens caderet in præcipitium,& moreretur.fugit per illam viam; sequens eum cecidit in puteum,& mortuus est; an iste fugiens sit irregularis? Et videtur dicẽdum quod nõ; quia non interfecit;sed tantum passus est;sed ille sequendo seipsum interfecit. Solu.arbitror dicendum quòd si quidem ille,per aliam viam potuerit fugere; sed habens animum deprauatũ,& intendendo quòd ille moreretur,fugit per illam viam periculosam, ex hoc fit irregularis. Maximè, si facilius poterat per aliam euadere; quoniam iste videtur dedisse causam homicidio.vnde propter causam,& animum ad interitum hominis efficitur irregularis.Secus si non poterat per aliam viam securè fugere. Et maximè si veniens ad locum periculosum dixit prosequenti eũ,
169 quòd caueret. Decimooctauo quæro, †Aliquis aggreditur patrem meum,vel filium,vel maritum, vel vxorem,vel socium,aut aliter mihi coniunctum;qui filius,pater,& similes,non possunt aliter euadere; nisi illos iuuero,an si defendẽdo mutilo, vel interficio aggressorem,efficiar irregularis? Et videtur dicendũ quòd non,per.c.dilecto.de senten. excom.lib.6.vbi dicitur, quòd licet vnicuiq; vicino propulsare iniuriam inferendam proximo. Vnde per verbum vniuersale,cuiq;,dicunt ibi Inno.& Host.quòd tam laico,quam clerico hoc est licitũ. Ad idem facit quòd not.Inn.in.c.si vno.1.de senten.excom. vbi dicit, ꝙ in casibus prædictis percutiens clericum non est excommunicatus.In cõtrarium facit.c.ex multa. ꝟ. de vot.&.23.q.8.c.reprehensibile.&.7.q.1.c. sciscitatis & quod ibi not.Sol.dic, quòd licet hoc videatur per missum,quantum ad aliam pœnam fori contentiosi, vt traditur per Bal.plenè in repeti.l.1. C. vnde vi.& tract. in. d. c. dilecto.33.q.3.in sum.&. c.fortitudo &.c.non inferenda.Tamen quantum ad irregularitatem,secus est;quia quis occidens defendendo,nõ aliter euitat irregularitatem; nisi quando aliter mortẽ propriam vitare non potest. Et hoc tenet glo.in.d. clem.& idem tenet ibi, Lapus & Pau. Facit tex. ibi, dum dicit,inuasorem suum.& sic secus si occidat inuasorem alterius;licet filij,vel sibi cõiũcti. Facit.c. nonne.ꝟ.de præsum.25.dist.c.qualis.&.c.Apostolica.de his quæ fi.à.præl.Non obstant iura. ꝟ. in contrarium allegata;quia loquuntur in casibus, in quibus ad pœnam requiritur dolus,& culpa;sed irregularitas incurritur sine dolo,vel culpa, vt supra dixi in princ.istius articuli,ergo &c. Et simili modo põt responderi ad Inno. quia ad hoc,vt per percussionẽ clerici incidatur in irregularitatem,requiritur quòd diabolica suasione procedat.17.q.4.si quis suadente diabolo. quod non est in casibus prædictis. Facit quod notat Ioan.And.in.c. inter opera. de sponsal. Idem etiam tenent Math. Zab. Ioan. de Imo. &. D. m.in c.2.de vit.& honest.cleric. ¶ Aduerte tamen, quia Math.in.d.clemen.1.dicit, quòd prædicta habent locum,prẹterquam in vxore,& marito,qui cen
170 sentur† vna,& eadem caro,vt.c. Martinus de cogna. spir.30.q.4.c.sciscitatur.&.c.si quis.&.33.q.5.c. ad-
Cõis opi. monere.Sed hoc* communiter reprobatur; quia licet quo ad generationem prolis, & alia bona matrimonij censeantur vna, & eadem caro; tamen secus
171 est quo ad alia.Simile adduco in filio,qui† censetur eadem persona cum patre quo ad acquisitionem, vt l.quod dicitur.ff.de verb.oblig. & etiam quo ad quædam alia. vt.35.q.3.§.hanc auctoritate; non tamen quò ad omnia,nisi quę sũt in iure expressa. ¶ Sed cõtra prædictam communem conclusionem facit;nam si potui hominem defendere,& à morte liberare, & non liberaui; videor irregularis;tanquam homicida; quia qui potest hominem liberare,& non liberat, videtur eum occidere,vt. c. sicut dignum. versi. illi. ꝟ. eod.& in.c.quanto.de senten.excommu.& in.c. dilecto.de senten.excommu.lib.6.&.l.necare.ff. de libe. agno.33.q.3.non inferenda.83.dist.§. 1. ergo videtur talis in maxima perplexitate; quia si patrẽ, filiũ, dominum, aut seruum non valentes aliter euadere, liberat interficiendo, efficiatur irregularis. & si id non facit,eodem modo efficitur irregularis;quid dicemus? Posses fortè dicere, quòd hoc casu, quando non potest aliter liberare, quàm occidendo,non efficitur irregularis,si non liberat;Secus si aliter,quàm occidẽdo posset liberare;puta,clamando, seu in medium ponendo,vel capiendo aggressorem,vel quid simile.& sic mitius agatur in casu primo, quã in hoc secundo;quia in primo casu non liberando,ne occidat,non efficitur irregularis.in secundo sic. Et ratio sit;quia facilius clamor;& alia similia concedantur, quam interfectio. In hoc tamen secundo sunt opinio.vt dicam.ꝟ. in articulo negligentiæ. Vel posses dicere,quòd si occidendo prædictas personas liberauit;quia aliàs, nisi occidendo liberare non poterat, quòd sit irregularis,quo ad ordines suscipiẽdos. sed in susceptis possit licitè ministrare. argu.eorum quæ olim tenebant Ioan.& Goff.& in.c.2.&.3.& in.c.sicut dignum.in fin.magnæ.glo.ꝟ.eo.&. 50.dist. in.c. de his. & hoc refert gloss. in versicu. & eidem. in
172 elemen.1.eod.titu.¶ †Decimo nono quæro, Vtrũ beatus Petrus effectus sit irregularis, qui pro defensione Iesu Christi abscidit auriculam seruo Pontificis,vt habetur Lucæ c. 22.&.34. q. 1.c. si Petrus.& 23.q.4.c.pro membris. Et videtur dicendum quòd sic,argu.eorum,quæ dixi in præced.quæstio.Item cũ non fecerit auctoritate superioris, vt.23.q.4. c.ille gladium. Specul. in titu.de leg.§. iuxta. versic. nunquid ergo beatus Petrus dicit,ꝙ non.Mouetur;quia tunc non erat clericis prohibitum arma sumere; nec irregularitas erat inducta,quæ fuit inducta à iure positiuo.Sed de hoc die,vt dixi in.3.&.4. quæst. principali. Sed etiam ex alio capite arbitror ipsum non fuisse irregularem,argu. eorum quæ dicam in articu
173 lo consilij.¶ Vigesimo quæro, † Quidam poterat euitare mortem non occidendo; sed mutilationem membri euitare non poterat,nisi occidẽdo,vel mutilando inuasorem; an occidendo, vel mutilando fit irregularis? Et videtur dicendum quòd non. argum. l.vulgaris est quæstio.ff.de furt. canonizata de pœn. distinct.1.c.vulgaris. vbi dicitur, quòd qui aurem hominis tetigit, totum corpus tetigisse videtur, vt not. in. c. auditis. ꝟ. de præscript. ¶ In contrarium facit; quia defensio debet esse ordinata,ita quòd ad vindictam non tendat. Nec debet excedere moderamen inculpatæ tutelæ, vt. l. 1. C. vnde vi.& c.significasti. ꝟ. eod. Vnde dicitur Exodi.c. 21.quòd mors pro morte, & oculus pro oculo dari debet. Lap.in.d.Clem.1.eod.titu.arguit pro, & contra; & tandem

tandem videtur tenere, quòd iste talis sit irregularis. Sed mihi plus placet opinio contraria; quia mutilatio,& occisio† æquiparatur, quo ad contrahendam irregularitatem, vt in.d.clemen.1.ergo eodem modo debet æquiparari quo ad eandem vitandam. Et hoc videtur tenere Zabarella.Floren.¶ Secundo moueor per tex.in.c.fin.eod.titu.lib 6. Maximè si non apparet, quòd animo occidêdi percusserit. vt puta; quia repercussit manu vacua. Vel habens gladiū percussit cum calce,aut baculo. Vel habens lanceam ferratam reuulso ad se ferro percussit cū hasta. l. omne delictum. §. si quis commilitonem. ff. de re milita. Vide quod dixi in.c.de his.quasi circa fin.s.de accu. & Bart.in.l.1.§.Diuus.ff.ad leg.Corn. de sicar.& dicam in. c. significasti. 2. j. eod. ¶ Vigesimoprimo

175 quæro,†quid si duo iouicem se percusserunt, & alter alterum occidit,vel mutilauit, nec apparet quis fuerit aggressor,testes tamen dicunt, quòd vnus aggressus est alterum , sed ignorant quis fuerit aggressor; an superuiuens dicatur irregularis? Et videtur dicendum quòd non, per no.per gloss.in.l.1.§.cum arietes.ff.si qua. pau. fe dica. ¶ In contrarium facit; quia non est probata defensio, quæ est necessaria ad vitandam irregularitatem, vt in. d. clem. 1.eod. tit.nam probatio obscura non reuelat probantem, vt in.c.in præsentia.de proba.Matth.in.d.clem. soluit. q in dubio mutilans videtur fecisse ob tutelam sui corporis. & ideò non incidit in irregularitatem, propter.l.scientiam.§.si cum stramēta.ff.ad.l. Aquil. Sed tex.ille non probat. Vnde dicit idem Matthe. posse distingui.quis eorum consueuit esse magis rixosus. nam aliàs attenditur consuetudo alicuius. ff. de pigno.actio.l.vel vniuersorum.ff.de vsur.l.qui semisses. s.de pig.c.illo vos.& sequitur. D. Cardinal. Flo.¶ Ego vero arbitror dicendum, quòd aut isti dabant operam rei licitæ; & alter alterum interfecit præter voluntatem suam, & cum hoc imputetur casui,quem non præcedit aliqua culpa,vt.d.l.scientiā, § si cum stramenta.ff.ad leg. Aquil. talis non efficitur irregularis,vt.c.dilectus. cum tribus sequenti. j. eod.Si verò dabant operam rei illicitæ; tunc nō est dubium,quòd iste tenetur probare necessariam defensionem,vt.d.clemen.1.Si ille non probauit,iudicatur irregularis. Facit quod not.in.l. si rixa. ff. ad leg.Cornel.de sicar.In dubio tamen,satis æqua videtur,esse opi.Matth.Et tenendo eam.nor.vt scias articulare,quòd mutilatus erat rixosus, mutilans pacificus,mutilatus iuuenis,mutilans maturæ ętatis, & sic de similibus, ¶ Vigesimosecundo quæro, Furio-

176 sus,vel dormiens† est aliquem aggressus, qui non valens aliter euadere; nisi suum interfecisset aggressorem,illum interfecit,an occidens efficiatur irregularis? Et videtur dicendum quod sic; quia tales vitio carent,vt.l.diuus.ff.de sicar. & in clem. 1. eod. titu. de quibus dixi.s.in.q.furiosi, & dormientis. Ego arbitror contrarium; quia hoc non videtur contingere vitio offensionis, sed defensionis causa ;cum defendens principaliter intendat ad salutem suam;& ideò debet considerari, quòd principaliter intenditur; non autem quòd secundario, vt io. l. 1.§.huius studij.ff.de iust.& iu.&.l.pen.ff.ad Sylla. &. l.verū.ff.de fur, Pone enim, quòd brutum animal venit contra me, certe licet careat vitio offensionis, seu iniuriæ; vt.l.1.§.ait Prætor.si qua.pau.fecis.dic.possum tamē illud interficere.Nec teneor ad emendam ;,vbi aliàs obligater. Et vide ad prædicta quod tradit Bald. in repet.l.1.C.vnde vi.¶ Vigesimo tertio quæro, Cle-

177 ricus† tenebatur captus à prædonibus; nec poterat aliter euadere, nisi interficeret; vnde vt euaderet, interfecit,& contra promissum fidem; an sit irregularis. Et videtur dicendum quòd sic;quoniam iste contra promissam fidem venit. secundo quia talis non metuebat mortem , licet pateretur corporis crucia-

178 tum.In contrarium facit; quia† prædonibus, & hostibus non tenetur fidem seruare ; imò non seruans, dicitur dolum bonum committere ; vt. l. 1. §. non fuit. ff. de dol. ma. &. l. nam & seruus.in princ. ff.de neg. Tertio quia corporis cruciatus est similis morti.23.q.5.cum hoc.& quod ibi not.&. l. itaq;. ff.ad leg.Aquil.Bald.in.d.repet.primo tenet primam sententiam.Deinde dicit,quòd talis est irregularis, per tex.in clem.1.eod.titu.à contrario sensu. Et subdit, quòd speciale est in irregularitate, quæ contrahitur sine culpa.¶ Mihi placet hæc vltima sententia. Sed non placet simpliciter quod vltimo loco dixi ; quia non est verum,quòd respectu defensionis contrahatur irregularitas sine culpa; licet quo ad iudicem, & officialem propter voluntarium homicidium irregularitas contrahatur sine culpa;vt dixi. s. in quæst. Sed in casu prædicto clericus fuit in culpa ; quia si non timebat mortem vel mutilationem;licet timeret corporis cruciatum, non debebat hominem interficere.Facit.c. suscepimus. s. eod. Secus si verisimiliter timuisset mortem , vel mutilationem. Facit quod dicam in.q sequen.¶ Vigesimoquarto quæro

179 † timens interfici non expectauit prius percuti ; sed ipse prius percussit , & interfecit ; an sit irregularis; Guili.in.d. Clem. 1.eod.tit.tenet,quòd non , si adsit iustus timor mutilationis; vel occisionis, vel aliter euadere non poterat; Licet Vgu. teneat contrarium per.c.si perfodiens.s.eo.secundum eum . Tamen ibi hoc non dicit, loquitur enim de iam percus

180 so,cui hoc non licet ex interuallo. Qualiter† autem probetur iustus timor. Lau.dicit,quòd proprio iuramento . Facit. c. ex literis.& c.significasti, 1. s.eod. Quod est verum in foro pœnitentiali, Sed in foro contentioso deberet probare.Et idem est de eo,qui comminatur mortem alicui , qui immediatè solitus est exequi minas suas,nō enim quis expectare debet, percussionē; quia forte lethalis esset.Et posset sibi dici,Tardè venere Bubulci. est enim melius ante tempus occurrere,quam post vulneratam causam remedium quærere,vt not.gloss. in. c.suscepimus. s.eod. & tex.in.l.fina.C.in quib.cau.in integ.restit. non est necess. &. l. 1. C. quando lib.sine iud. vendi. Vige-

181 simoquinto quæro , † ex forma statuti licet bannitum interficere impunè; bannitus interfecit aggressorem suum ; an sit irregularis? Sol. videtur quòd sic;quia aggressor est executor iustitiæ , vt not. in. l. accusationis.C.quod met. cau. ergo non licet ei re-

182 sistere.¶ In contrarium facit; Primo, quia tale† statutum non videtur valere , vt not. Host. in. c. fin. s. de consue.Item posito quod valeret, non tamen de-

183 bet auferre† defensionem necessariam , quæ est de iure naturali,vt in clemen.pastoralis.de re iud.Idem licet aggressor faciat impunè ; non tamen facit honestè.

neste. Bald. in repet. d.l. 1. C. vnde vi. videtur tenere,
quòd talis non sit irregularis. Et mihi placet hæc
opin. tanquam magis æqua. Non obstat. l. seruus. C.
de his qui ad eccle. confug. quia illa loquitur in resi-
stente contra ius diuinum. Secus in resistente con-
tra ius merè positiuum. Et ad prædicta vide, quæ
latissimè dixi in clem. 1. de iureiuran. in illa quæst.
An liceat reo fugere de carceribus. ¶ Vigesimosex-
184 to quæro, † Quidam non interfecit aggressorem
suum, sed mandantem, seu consulentem, an talis sit
irregularis? Solu. dic ex mente d. Bald. in repet. in
d.l. 1. quòd sic; Nisi talis occisio induceret necessa-
riam defensionem occidentis, quod not. ¶ Vige-
185 simoseptimo quæro, † Vtrum celebranti defenden-
do se; liceat occidere aggressorem suum, ita quòd
non efficiatur irregularis? Sol. Ioã. de Lign. in tract.
de iusto bello tenet erit quod sic. vbi dicit, quòd licet
186 talis clericus interfecerit; tamen † pôt incontinenti
ad altare accedere, & officium perficere. & hoc se-
quitur D.m. in c. 2. ꝫ. de vit. & honest. cler. ¶ Vigesi-
187 mooctauo quæro; † quid si imminet periculum re-
rum, an pro ipsarum defensione occidens, vel muti-
lans sit irregularis? Solu. Pau. in. clemen. 1. eod. titu.
tenet. quòd sic, per. c. suscepimus. supra eod. Hoc
etiam probatur per text. in d. clemen. 1. eod. titu. vbi
text. dicit, quòd non potens aliter euadere mortem,
vel mutilationem, potest interficere sine metu irre-
gularitatis. ergo secus in alijs casibus à contrario,
argu. c. nonne. ꝫ. de præsumptio. Et hanc opin. tenet
etiam Matth. in. d. clem. 1. quia non debet quis pro-
pter res transitorias armis se tueri, & spoliatorem
occidere. 27. q. 7. c. conuenior. &. c. suscepimus. ꝫ.
eod. Idem tenent Lap. Zaba. & Hostien. eod. titu.
§. qua pœna. versicu. alium. ¶ In contrarium tamen
facit, quòd not. Inno. in. c. nisi. §. propter malitiam
ꝫ. de renun. vbi dicit, quòd. Prælatus debet se oppo-
nere pro defendendis possessionibus, & libertate ec-
clesiæ. Nam & per hoc Beatus Thomas fuit martyri-
zatus. Et dicit Hostien. quòd debet se armis defen-
dere, vt. c. dilecto. de sentent. excommunicat. libr. 6.
¶ Aduerte tamen; quia in clerico non est dubium,
quod efficitur irregularis; quia licet debeat defende
re bona, & res; non tamen debet ad sæua procedere,
hoc est ad mortem, vel mutilationem, vt. c. 2. &. c. su-
scepimus. ꝫ. eo. & traditur per. D.m. in. c. 2. ꝫ. de vi. &
hon. cler. Sed in laico maius est dubium per ea quæ
dicta fuerunt in dictis iuribus; cum laico liceat pro
defensione rerum suarum; si aliter illas amitteret, ho
minẽ interficere, vt in dictis iuribus. Quod nõ licet
clerico. Durum tamen esset dicere, & aliquid atteta
re cõtra opi. a tot Doct. approbatam. & pro commu
Cõis opi. ni * opi. facit; quia licet iudex pro defensione insti-
tiæ interficiatur malefactor; tamen efficitur irre-
188 gularis. ¶ Vigesimonono quæro, † q̃d si non occidie
vel mutilat; sed ad sanguinis effusionẽ pcedit se non
defendendo; an incidat in irregularitatẽ. Sol. dic, quòd
sic. Facit. c. sententiã. ꝫ. ne cler. vel mona. ꝟ. de rapt.
c. in Archiepiscopatu. ꝟ. de sent. excom. c. cum illo-
rum. ver. vos tamen. Contrarium tenet Lap. per hanc
hanc literam, quæ tantum ponit hæc duo. Ad contra
rium tamen non respondet. Tu dic quòd. c. senten-
tiam. facit pro. & debet intelligi, quòd clericus non
procedat ad sententiam sanguinis, vnde procedat
mors, vel mutilatio. Ad. c. in Archiepiscopatu. dic,
etiam facit pro; ibi; mortem, vel detruncationem.
Ad. c. cum illorum. dic, quòd id quod ibi dicitur de
sanguinis effusione, consideratur ad effectum infe-
rendi excessum esse enormem, non ad inferendam
irregularitatem. Et per hoc non procedit quod di-
cit Landu. de illo, qui se vulnerauit, & ex imperitia
medici ex illo vulnere obijt. dicit, quod est irregu-
laris. Quod nõ est verũ; qa nõ dedit cãm immediatã
irregularitati. Pro hoc quod dixi. ꝫ. in. 8. q. huius arti
189 culi. ¶ Trigesimo quarto, Pone, q † in vna domo sũt
plures, & vnus proiecit lapidẽ, & pterneuntẽ occidit,
nec cõstat quis homicidiũ cõmisit, qs tenebitur, sol.
Mat. referẽdo & no: 34. q. fin. c. si quatuor. & Spe. eo.
tit. ver. pone. Per quæ vñ, q nullus teneat. Arch. tñ. ꝫ.
de elect. c. cupiẽtes. in gl. nõ debet. dicit hoc proce-
dere in casu pmisso; cũ nõ oẽs deliquerint; quia tũc
sanctius est nocẽtẽ impunitũ relinquere, q̃ innocẽtẽ
condẽmnare. ff. de pœn. l. absentẽ. ꝫ. de symo. c. licet
Hely. Si verò constat, q oẽs deliquerũt; sed nõ æqua
liter; qa oẽs percusserunt, sed vnus occidit; & tũc oẽs
tenẽtur de occulto. 23. q. fi. c. si. ff. ad. l. Aqu. l. itẽ Me-
la. §. si plures. &. c. significasti. 2. ꝟ. eod. ¶ Trigesimo-
190 primo quæro, † An ex qualibet mutilatione qs effi-
ciat irregularis? Solu. dicit Laud. q nõ, vt in. d. cle. 1.
Sed solũ efficitur irregularis pp mutilationẽ alicui
mẽbri principalis, per. c. 1. ꝟ. de cle. pug. in duel. 55.
dist. c. si euãgelica. 32. q. fi. c. si quatuor. Et ideò si ali-
quis mutilat alteri digitũ, non videtur pp hoc irre-
gularis. Facit. c. 1. & fi. ꝟ. de corp. vitia. Et hoc proba
191 tur, qa † digitus nõ est mẽbrũ, sed officiũ mẽbri, vt
ff. de lib. hom. non sunt liberi. gl. & tex. de ædil. ædic.
l. item Ofilius. & per Bal. in repe. l. data opera. C. qui.
accu. non pos. ¶ In contrarium tamen facit, quia ea-
dem ratione deberemus dicere, quòd nec lingua,
nec oculi sunt membra; quia sunt partes capitis; &
officium capitis præstant. Quod tamen videtur
contra. ꝫ. l. is cui lingua. ff. de ædili. edict. Barr. circa
hunc artic. in. l. publicorum. circa fin. ff. de publ. iud.
dicit, q mẽbrum dr̃ quasi corporis pars. Et ita refert
dicere Vgu. grãmaticũ in libro quẽ scripsit de verbo
rum sign. in verbo, metior. Et hoc largè assumendo
192 † mẽbrũ ẽ quælibet particula corporis, sicut quilibet
lapis est pars domus vt. l. eũ qui ędes. de vsuc. Sed p-
priæ loquendo illas appellamus partes rei, quæ di-
stinguuntur per partes officiorum, seu ministerio-
rum. Verbi gratia, Domus habet plures partes, vide-
licet cameram, Coquinam, & Aulam in camera dor
mitur, in Aula comeditur, in Coquina coquitur.
Et ista propriè dicuntur partes domus, vt. l. finita. §.
ex hoc edicto. versicu. sed si plures. ff. de damn. in-
193 fect. Ita & in proposito, membra appellantur,
quæ habent diuersa officia, pedes ad ambulan-
dum; manus ad palpandum; & sic de singulis. Alia
verò quæ adiuuant officium membri, propriè ap-
pellantur officia membri, non membra. Proba-
tur in authenti. sed nouo iure. C. de seru. fugiti.
vbi manus appellatur membrum. Prædicta vera
sunt secundum eum, nisi de mente disponentis
aliud appareret. Verbi gratia, dicit † statutum,
quòd si quis absciderit alicui membrum, simile
membrum abscindatur ei. Nam si aliquis abscidit
digitum; debet similiter digitus sibi abscindi ex re-

 latione

latione qualitatis, arg. l. nonnunquam. ff. ad Trebell. Sed tu formalis potes ad contraria respondere, iudi
195 cio meo; quòd† oculus non dicitur officium capitis nec auris, tanquam membri; quoniam caput non est propriè membrum; sed est caput à quo cætera mem bra descendunt. 12. distinct. c. non decet. & c. non liceat. s. de præscript. in quibus dicitur, quòd non licet membris à capite recedere. & sic arg. Bart. nō habet obstare. Sed redeundo ad principalem materiã;
196 quòd† proprij dicatur membrũ; dic, quòd illud dicitur, quod in corpore nostro habet propriã, & distinctam operationem per seipsum, vt tenet Arist. in. 4. Metaph. & per Bal. in. d. repet. l. data opera. & per. l. capitalium. §. penul. ff. de pœnis. & tenet Bal. in. c. 1. de no. for. fideli. & c. non sunt liberi. ff. de statu hom. Exempla possunt poni in manu, oculo, pede, lingua, ore, naso, & simil. Facit. l. is qui seruum. ff. de sica. Idem tenet Bal. in. d. repet. l. data opera. Item infer-
197 tur ex prædictis, quòd † mamilla mulieris est membrum; cum habet officium proprium, & distinctum.
198 Sed† mamilla hominis non, per Bal. in. d. repet. Et
199 etiam dicit ibi Bald. not. quòd† quando lex, vel statutum facit mentionem de amputatione membri, si aliud nō exprimitur, intelligitur de manu, vt in aut. nul. iud. §. penult. Item ex prædictis infertur, quòd
200 †appellatione membri non comprehenditur dens; quia non habet officium proprium, & distinctũ per se. Hoc tenet Inno. in. c. significauit. s. de corpo. vitia & glo. in versic. manu. in. c. exposuisti. eod. titu. Facit text. & ibi Bart. & Mar. Sillim. ff. de ædilie. edict. l. cui
201 dens. ¶ Quid † aut de Barba. Dic, quòd potest duobus modis accipi. Vno modo pro pilis, vt. l. Item La beonem. §. generaliter. versi. hæc autem. ff. de iniur. & hoc modo sumendo certum est, quòd non est membrum; quia pili; licet capiti adhæreant, & cuti; tamẽ re vera sunt quid separatum a corpore, & nullam habent operationem in eo. ¶ Secundo modo accipitur pro mento, vt tract. de pace tenen. c. 1. §. si quis aliquem colla. 10. & similiter non est membrũ; quia non habet distinctam operationem in corpore nostro; & hoc tenet Bald. in. d. l. publicorum. Subdit tamen, quòd licet non sit membrum instrumentale, tamen est membrum formale; quia dat formam corpori; & sine illa parte corpus esset deforme; & imperfectum. Facit quod habetur in. l. in rem. §. 1 ff. de rei vendic. Et idem dicit ibi Bald. de labijs; quia labia sunt ianua linguæ, gutturis, & palati. ¶ Idem tamen Bald. in. d. repet. l. data opera. dicit de barba, prout de mento accipitur, cogitandum esse. ¶ Et ex prædictis infert Ang. in. d. l. publicorum. quòd si aliquis accusatur ex eo quòd percussit. T. in barba, cum barba accipiatur dupliciter, quòd licet ruditer, seu simpliciter probata sit accusatio; non condemnabitur vt percussor in facie; & ita dicit Ang. fuisse determinatum Perusij. in. q. de facto ipso aduocato existen-
202 te. ¶ Trigesimosecundo quæro. † Si aliquis mutilauit aliquem manu arida, vel alio membro arido, an incidat in irregularitatem? Bald. in. d. l. publicorum, videtur tenere, quòd non; quoniam membrum aridum non dicitur propriè membrum; cum non habeat vitam membri. Sed si est sterile, & habet vitam, tunc bene dicitur membrum. sicut dicitur mulier; licet sit sterilis, vt. l. quæritur. §. de sterili. ff. ædil. edic. Ad quod facit quod not. idem Bal. in aut. sed nouo iure. C. de ser. fugi. Sed ego arbitror in hoc dicendum contrarium, per. c. sicut vrgeri. 1. q. 1.
203 vbi tex. dicit quòd licet† manus arida sit sine sanguine, & inefficax; tamen verum est membrum. Vide quę dixi in. c. sicut Iudæi. s. de Iudę. ¶ Trigesimoter
204 tio quæro, † Quidam non mutilauit, sed debilitauit aliquem aliquo membro; vt puta propter incisionẽ neruorum, an efficiatur irregularis? D. m. in. c. 1. supra de cler. pugnan. in duel. tangit; & non soluit; sed remittit se ad not. in. clem. 1. eod. titu. & quod not. 1. q. 1. sicut vrgeri. Sed aduerte; quia in d. clemen. non reperio hanc. q. decisam, aut formaliter tactam; sed solum, vtrum propter sanguinis effusionem incidat quis in irregularitatem; de quo dixi in. q. præc. Arbitror tamen, quòd talis non incidat in irregularitatem; quia clemen. 1. eod. titu. videtur solum considerare occisionem, vel membri mutilationem; sed hic non est mutilatio, igitur &c. Nam licet membrũ sit debilitatum, remanet tamẽ membrũ, vt dixilin. q. præce. & ideò non efficitur irregularis arg. eorũ quæ dixi. ¶ Trigesimoquarto quæro; quia. s. pluries dixi,
205 quòd† defendendo se, quis non incidit irregularitatem; an hoc liceat fratribus, minoribus, vel prædicatoribus; ita vt se defendentes cum moderamine inculpatæ tutelæ, non incidãt in irregularitatẽ. Et videtur dicendum quòd sic; quia vim vi repellere oĩbus licet. vt. l. vt vim. ff. de iusti. & iu. ¶ In contrariũ tamẽ facit præceptum Euangelicum Matth. 5. quod vult, quòd si quis percusserit te in tuã maxillam dexterã, præbe illi & alteram. & si voluerit tollere tunicam, dimitte ei & pallium. Matth. in clemen. 1. eod. titu. soluit, quòd cuilibet liceat, dummodo incontinenti & cum moderamine inculpatæ tutelæ; quia talis nõ facit animo vlciscẽdi; sed defẽdẽdi se. Quod verũ dĩcit, nisi p votũ se obligauerit in oppositũ. Refert tñ quosdam dicere, quòd non reperitur esse præceptũ perfectionis; sed in imperfectis, est cõsiliũ. Qui autẽ perfecti dicantur, dicit se nō inuenisse determinatũ. Refert et, ꝙ nn. Hug. 1. dist. c. ius naturale. vbi dicit, ꝙ mortaliter peccat ille, qui repcutit, siue sit imperfectus, siue sit perfectus; nisi hoc faciat iudicis auctoritate; & debet potius mortem pati, quã inferre, arg. 23. q. 5. c. ita ne. Deus enim inquit, mihi vindictam, & ego retribuam. Deute. c. 32. & Apostol. ad Rom. c. 12. non vos metipsos defendentes charissimi, vt dicit gl. in. c. suscepim⁹ in ver. iacturã. s. eo. Et ad illud qđ dictũ est, ꝙ vim vi licet repellere, exponit Hug. i. permittitur; quia nō punitur per legẽ, vel licet repellere, i. remouere; nō percutiẽdo; sed opponendo aliqđ obstaculũ. dicit tñ Matth. ꝙ hæc opi. est nimis dura. Et in hoc residet D. Car. Flo. in. d. clem. 1. Mi-
206 hi nō placet vllo mõ d. opi. quia et posito, ꝙ † votũ intercessisset nō interficiẽdi, nō extẽditur ad hũc casum. Quinimò si aliqs expressè voueret, se nō defendere, et si interficeretur, eo casu quo posset se defendere, quòd tale votum, tanquã temerariũ, non
207 obligat. Nam ista est† regula, quòd quandocunq; aliquid vouetur, vel promittitur, quo facto, salus corporalis, vel spiritualis amittitur, vel peccatum mortale incurritur, non est seruandum votum. Sicut nec promissum, pactum, nec iuramentum, nec præceptũ, nec cõsuetudo, nec lex, nec aliud simile vinculũ,

22. q. 4.

22.q.4.c.fina.&.c.inter cætera.&.s̅.de iureiu.c.quã-
to. Nec obst.dictum illud,quòd si quis percusserit
te in maxillam,&c.quia intelligo in proprijs termi-
nis,quòd leuem offensionem non tendentem ad oc-
cisiouem,vel mutilationem debet quis cum patien-
tia ferre,& alteram maxillam præbere. Nec obst.ꝙ
dicitur. Mihi vindictam,& ego retribuam, quia il-
208 lud† est verum,quòd non debet fieri vindicta, quan
tacunq; sit offensio; sed se tueri, ac defendendo de-
fendere vitam, auctoritas iam dicta non prohibet.
aliud enim est vindicta; & aliud defensio; vt patet.
Ad auctoritatem Apostoli respondeo cum dicit;
209 †non vos defendentes &c. quia intelligitur quando
aliter,quàm se defendendo.euadere poterãt. Et hoc
est quod subditur; sed date locum iræ. Vel secundo
posset intelligi; Non vos defendentes,à martyrio,
amore Iesu Christi.¶ Vnde ego dico,,quòd & fratri
bus minoribus,prædicatoribus,& cuiuscunq; perfe-
ctionis sint;licet defendere se;moderatè tamẽ,vt di-
ctum est.Ad quod ẽt dicendũ moueor,per tex.in. d.
cle.1.quæ indistinctè loquitur.¶ Item secundo mo
ueor; quia si licet occidere; defendendo necessario
patrem,aut matrem,vel socium,vt dixi.s̅.q.18. for-
tius licet occidere defendendo se; quia omnis ordi-
nata charitas incipit à seipso.Nec votũ hãc ordinatã
charitatem videtur remouere.Præterea maius pecca
tum videtur esse fornicatio,quam homicidiũ.Quod
videtur probari ex.l.vt vim.ff.de iusti.& iur.cum sua
materia coniuncta.l.palam.§.non est ignoscendum.
210 ff.de ritu nup.Sed† propter virginitatem conseruan
dam non est licitum se ipsum perimere, vt not.in.c.
ex parte.2.& ibi per Goffr. & Docto. s̅. de sepul.&
33.q.5.c. si non licet. vbi hoc concludit Augu. Vbi
211 plus subdit,quòd† non debet quis se perimere, vt ci
tius consequatur vitam æternam. Sed qui potest se
defendere.& non defendit,dicitur se interficere; vt
dicam.j̅.in arti.de homic. commisso per negligen-
tiam.ergo &c.¶ Præterea concludunt Docto.quòd
212 †si quis fuit falso confessus cõmisisse se aliquod de-
lictũ propter quod ad mortem cõdemnatur,ꝙ si nõ
reuocat illam confessionem ante mortẽ moritur in
peccato mortali damnatus,vt dicit.D.m. in.d.c. ex
parte.& traditur in.c.1.s̅.de testi.cog. Et adde quæ
dixi.s̅.in.12.&.27.q.huius artic. Sit ergo conclusio
in hac materia,quod omnibus indifferenter est per-
missa necessaria.defensio cum moderamine inculpa
213 tæ tutelæ.¶ Trigesimoquinto quæro, †Quidã erat
mortiferè vulneratus;interfeci eum,an efficiar irre-
gularis?Sol.dico quòd sic,arg.eorum quæ dixi. s̅.9.
&. 10. q. huius articuli. Et vide quod not.Bald.in
l. ita vulneratus. in. fi. ff ad.l. Aquil. vbi narrat de
214 illo aduocato, qui consuluit † consanguineis eius,
qui malum mortifere vulnerauerat, & erat captus,
vt vulneratum interficerent; ad hoc vt captus eua-
deret à pœna.l.Corn.de sica.per.l.item Mela.§. Cel
sus.ff.ad.l.Aquil.Sed dicit ipse,quòd tale consilium
non procedit, quando est certum, quòd vulneratus
sit omnino ex vulnere moriturus.d.l.ita vulneratus.
Sed quando esset dubium. d.§. Celsus. Et subdit,
quòd talis aduocatus pro mercede sua esset furcis
215 suspendendus.¶ Trigesimosexto quæro,† de ea mu
liere quæ interfecit fœtum proprium, seu puerperiũ
in corpore,vtrum sit irregularis? Solu.huius. q.satis
potest colligi ex his quæ dixi.s̅.eo.c. si aliquis. & ex
his quæ traduntur,in.c.sicut.j̅ eod. Tradit Specu.in
tit.de iud.deleg.§.iuxta. versi.item qui homini. vbi
dicit, quòd si partus erat viuificatus; quod quando
sit,dixi in.d.c.si aliquis.s̅.eo, talis efficitur irregula-
ris.Facit quod no.in dictis iuribus.&.2.q.4.c. con-
216 suluisti.Et sic sequitur,quòd qui aliquid dedit † mu
lieri ad bibendum,ne conciperet,vel homini,ne ge-
neraret,vel aliquid simile fecerit, non est irregula-
ris;cum non sit ibi nec homicidium, nec mutilatio.
Licet grauiter peccet, vt dixi in.d.c.si aliquis. ¶ Et
aduerte;quia si probabiliter dubitat mulier,quæ ꝓ-
prio facto puerperium interfecit, an esset viuifica-
tum,vel non;nec aliquid certi potest apparere,est cẽ
senda irregularis.argu.text.nostri.Et intellige de ea
irregularitate,quæ potest cadere in fœminã, de qua
217 dixi.s̅.in.5.q.¶ Item† dicendum est de eo qui dedit
causam abortui. Et de medico,omnes enim efficiun
tur irregulares;si certum est, quòd partus esset viui-
ficatus; Vel est dubium. Secus si esset certum contra-
rium,hoc tenent Ioan. Andr.&.D.m.in.d.c.sicut. j̅.
eo.&.D.Ant.ibi per.c.significasti.2.s̅.eod.Prædicta
218 tamen procedunt,quando† talis interfectio puerpe
rij sit facta à volente; & sponte.Secus si casualiter,vt
puta,maritus,vel frater,vel cognatus ludebat, vel tri
pudiabat ludo permisso.& leni;tamen secutus est in
de abortus;nam hoc casu non efficitur irregularis,vt
not.Docto.Ioan.Andr.D.Anto. &. D.m.in.d.c.si-
cut. j̅.eo. ¶ Sed circa prædicta posset dubitari,
219 quid† si aliquis interfecit hominem monstruosum,
an fiat irregularis?Solu;Bald.in.l.quod dicitur.ff. de
libe. & posthu. videtur in fini. determinare quòd
sic,per illum text. quia satis est, quòd habeat spiri-
tum, & animam. Quod procedit secundum Ang.
& Ioan.de Imol.ibi,quando habent plura, vel pau-
ciora membra,quam deberent. Secus si habeat ca-
put animalis bruti;quia tunc non est homo,vt. l. nõ
sunt liberi. ff. de statu. homi. & quod ibi not. per
220 gloss. & Docto.¶ Trigesimoseptimo quæro, † Per-
cussi furem, vel latronem, vel similem, non tamen
læthaliter vulneraui, aduenerunt alij,& similiter per
cusserunt;an sim iregulari?Sol.dic, quòd si non feci
animo occidendi,quod videtur,quòd non sim irre-
gularis,arg.c.significasti.2.j̅.eod. Sed si feci animo
occidendi,licet ex vulnere non fuerit læthaliter vul-
neratus,videor effici irregularis, argum.a contrario
sensu.d.c.significasti.& tenet ibi gloss.2.& Specul.in
titu.de iudice deleg.§.iuxta.pœna.versic.illud etiam
no.& Hostien.in sum.huius titu.§. qua pœna versic.
illud autem certum. ¶ Innocen.ibi dicit, quòd si
quis habuit animum occidendi,& processit ad actũ,
licet non læthaliter percusserit; sed percussus inte-
rijt,ex aliorum percussionibus, quòd homicida est
censendus.¶ Hostien.tamen ibi,dicit, quòd hoc est
verum,ad hoc,vt voluntas possit imputari ei inquan
tum potuit eum liberare à morte, & non liberauit,
per no.in.c.sicut.§.illi.s̅.eod.&.c.Petrus.s̅.eo.Et in
hoc resider.D.Ant.in.c.significasti. Sed hoc non pla
cet D.m. qui dicit, quod dicta restrictio non con-
gruit illi literæ;vbi non ponderatur, an ille clericus
potuisset illũ liberare,vel non;& est verisimile quod
nõ potuisset,ex quo illi parochiani fecerunt insultũ
subitaneum. Sed Papa ibi ponderauit, an habuerit

animum occidendi. Et ideò concludit. D.m. quòd si habuit animum occidēdi, & vna cum alijs percussit; licet percussio sua non fuerit mortifera, quòd tamen est irregularis; quia præstitit opem homicidio. Pro quo est textus apertus. 23. q. fina. c. fina. Ad idē allegat. c. sicut dignum. s. eod. §. fina. vbi clerici fuerunt depositi pro homicidio; quia præstiterunt opem, dando consilium, vel veniendo cum armis. ¶ Ego verò arbitror, quòd posito quòd habuerit animum occidendi, nec lęthaliter vulnerauit, si tamen excessit modum debitæ defensionis terum, nimis leue percutiendo, vel vulnerando; vt quia acriter percussit in capite; vnde ille stupefactus est, propter quod fuga illius est retardata; & sic superuenientes illum interfecerunt; & hoc casu indubitanter arbitror, quòd talis sit irregularis; tum quia fuit in culpa; tum quia dedit causam. Facit quod dicam. j. in artic. de causa, seu occasione. Secus si non habuit animum occidendi, & non fuit in culpa; & nō præstitit opem, vel consilium, vel non mandauit. Ita intelligo d. c. significasti. Si verò habuit animum occidendi, adhuc arbitror, q si prius ipse occurrit, & vulnerauit, non tamen sæuè, aut modum excedendo, deinde discessit, nec aliquam causam dedit, propter quam superuenientes vulnerauerint, & interfecerint; certè non video, quare iste debeat dici irregularis, quoniam animus interficiendi non facit quem irregula-
221 rem; quia † irregularitas ratione homicidij, non contrahitur sola voluntate; nisi homo actu occidatur, aut mandato, ope, vel consilio &c. vt dicam in fine huius articuli. Et facit quod dixi. s. q. 19. Nec obst. tex. in. d. c. significasti à cōtrario sensu, dum dicit, & si percussor voluntatem non habuerit occidēdi, quasi sentiat, quòd secus esset, si habuisset animum occidendi, quia non sumitur argumentum à contrario sensu propter prædictas rōnes; & quia esset cōtra regulā irregularitatis. Sed si ipse vna cum alijs venisset & vulnerasset animo interficiendi; quia veniendo cū alijs, videtur dedisse opem, vt dixi tunc erit irregularis; & ita potest sumi argumentum à contrario sensu, in. d. c. significasti. Alias mirabilis esset decisio. d. c. Et prędicta procedunt, quando esset clarum, quòd ex vulnere ipsius clerici, vel ipsius primi percutiētis, non fuisset mortuus. Secus si esset dubiū, ex quo vulnere esset mortuus; quia tunc indubitanter esset irregularis, non habita distinctione, an habuerit animū occidendi, vel non, vt. d. c. significasti. ¶ Trigesimo-
222 octauo quæro, † quid si vnus à pluribus fuit vulneratus, nec aliquod vulnus per se sufficiens est ad mortem, sed contra simul iuncta mortem infligerunt, an aliquis. vel omnes sint irregulares. Solu. dic', quòd omnes. text. est. 23. q. fina. c. final. Et sic patet, quòd ea quæ dixi in præceden. q. procedunt, quando est certum quòd vulnus sit mortale. Et hoc tenet etiam Hostien. in. c. significasti. j. eod. & D. Ant. & Docto. ibi, qui allegant not. per Bar. in. l. fina. ff. ad leg. Cor. de sicar. & ad hanc. q. considerabis ea quæ dicam in
223 seq. q. ¶ Trigesimonono quæro, † Aliquis in rixa reperitur interfectus; ignoratur quis eum interfecit; an omnes qui in rixa interuenerunt sint irregulares? Et ad hanc. q. vide quæ dixi. s. q. 30. 10. 44. dist. c. quiescamus. &. 11. q. 3. c. nolite. & in. q. sua quæ incipit, Quinq; erant. arguit pro, & contra; & tandem decidit, quòd omnes sint irregulares. Et hoc etiam tenuit Gof. in. c. significasti. 2. j. eod. & Specula. in tit. de iudice. delega. §. iuxta. versicu. quid si in rixa. Mouentur per. c. fina. 23. q. fina. & l. item Mela. §. sed si plures. ff. ad leg. Aquil. Facit quod dixi in. q. præced. ¶ Sed Guil. Naso. tenuit contrarium, dicens, neminem, tanquam irregularem repellendum, arg. c. petitio. s. eod. &. c. significasti. Facit etiam, quia in pœnis benignior &c. Item facit, quia ratione dubietatis, superflua, & vitiosa tolerantur. 13. q. 2. c. non estimemus. &. 14. q. 5. c. deniq;. Et quia sanctius est innocentem &c. Archid. in. d. c. nolite. simpliciter refert opi. tamen potius adhæret primæ opinio. Host. in. d. c. significasti. dicit, hoc relinquendum propriæ conscientiæ singulorum. Idem concludit finaliter in summ. huius titu. §. qua pœna. versicu. sed nunquid omnes. Pro quo facit. d. c. petitio. j. eod. Ioan. And. in. c. significasti. in glo. sua quæ incipit. argum. ad quæstio. dicit, quòd miratur de Innocen. d. decretalis significasti. actore, qui noluit. d. q. determinare. Nam in antiqua sua decretali, decisa postea per Grego. in hac compilatione sub illo. &. j. continebantur hæc verba, Vtrum de illis sit simile sentiendum, quorum vnus, sed qui omniuo nescitur, homicidium perpetrauit, si forsan ad sacros ordines recipiendos præsentetur, vtrum omnes sint pariter repellendi, cum discerni non possit, qui debeant culpabiles iudicari, diligens inuestigator aduertat. Hæc sunt verba formalia. Hic tamen casus, vt dicit Ioan. Andr. est valde diuersus à casu. d. c. significasti. Item dicit Ioan. Andr. quòd miratur de Gręgor. compilatore, qui decidens literam illam, non declarauit hoc dubium; sed scienter in compilatione hoc omisit. Item miratur de Bonifacio, qui etiam scienter voluit hoc dubium relinquere, non ponendo in compilatione, 6. extrauag. quæ attribuebatur Gregorio, quæ incipiebat, nullum. quam gloss. Host. allegat in titu. de tempo. ordinan. per quam fuit motus in d. c. significasti. ad tenendum opinio. suam & etiam refert Ioan. Andr. in addit. Specula. in. d. versicul. quid si in rixa. Et si Bonifacius putabat illam extrauagantem iniquam, debebat formare contrarium. Concludit tamen Ioan. Andr. in. d. c. significasti, quòd nisi appareat de culpa omnium distincta, licet vnus solus occiderit; tamen ex quo non constat, omnes repelluntur. Si verò non constat de aliquo; videlicet, quòd saltem vnus ex multis fuit qui interfecit, omnes admittuntur. Facit quod not. gloss. in versicul. qui culpabiles. in. c. cupientes. §. cæterum. de cleric. libr. 6. & placet hæc opinio. D. Anto. in. d. c. significasti, & mihi. Et vide Specula. eod. titu. versicu. pone, quatuor. & adde quæ dicam in seq. q. Et pro ista sententia etiam facili expresse text. noster; quia in dubijs securior pars &c. Aduerte tamen, quia pro opin. Hostien. facit quod hic ponit Innocen. & Ioan. Andr. tradit pro regula hic quasi in fin. qui dicit, quòd licet in dubio quis debeat se putare irregularem; tamen
224 † iudex non debet illum reputare irregularem. Et ideò possumus dicere, quòd aut nos loquimur respectu iudicis, & vera sit opin. Guil. Aut respectu fori pœnitentialis, & tunc stabimus opi. Host. quia in his, quæ pertinent ad pœnitentiā stamus pœnitenti.

nitenti. Vnde si ipse scit, qđ non percusserit, nullo
modo debet putari irregularis. Sed si aliquo modo
dubitat; debet cōsuli sibi, vt se irregularem reputet,
per tex. nostrum. s̄. de symo. c. Mattheus. & arg. corū
quæ dixi. s̄. in. 3. q. princ. & c. fin. de his, qui fili. occi.
225 Quadragesimo quæro, † clericus percutit in aliquo
conflictu, vbi plures fuerunt interfecti ab alijs, an sit
irregularis? Sol. Doc. in. d. c. petitio. j̄. eo. dicunt, qđ
ex sola percussione non est irregularis per illum tex.
qui est valde notab. quia ibi quærebat clericus, &
fatebatur se percussisse, & Papa respondet solum de
occisione; & sic vult, ꝙ ex sola percussione non effi-
ciatur irregularis. Sed contra hoc oppo. de. c. sicut.
§. fina. s̄. eo. & quod not. 50. distin. c. si quis viduam.
Sed dicta decisio, & tex. in. d. c. petitio. debet intel
ligi, secundum Inno. quando quis interuenit in bel
lo iusto, de quo in. c. sicut de iureiuran. & . c. senten-
tentiam. s̄. ne cle. vel mo. Secus si bellum esset iniu
stum; quia qualitercunq; clericus præstitisset opem,
vel consilium, efficeretur irregularis; licet homici-
dium per alios sit commissum. Et ex hoc infertur,
226 quòd † si clerici vadunt cum pugnantibus, vt eos au
daciores reddant, vel timorem inimicis inferant in
bello iniusto, efficiuntur irregulares, de quo dicam
Cōis j̄. in artic. de ope, & auxilio. Et hoc etiam tenet
opi. Io. And. & * communiter Docto. Sed contra prædi
cta op. de. c. 3. j̄. de cleri. percuſ. vbi ille clericus non
percussit; & tamen sibi imponitur pœnitentia. & ta
men erat pro parte illorum, qui violentiam repelle-
bant; & sic iustè. Sol. aduerte, quia. d. c. habet plures
227 intellectus. † Primus est, ꝙ ibi interuenit dispensa-
tio, & sic de iure communi erat irregularis. Et secū
dum hunc intellectum fortiter obst. ille tex. Sed pos
set intelligi, ꝙ ibi excessit modum, fortè animando
alios ad occidendum. Sed hic intellectus continet
diuinationem. Et prædictū intellectū tenuit Iacob.
antiquus Doctor. & tangit Spec. in. d. §. iuxta. versic.
sed nunquid clerici. Si verò. c. petitio. intelligatur
simpliciter, & ꝙ ex dispensatione processit, obst. de
cisioni da qua. s̄. Et est cōtra. c. dilecto. de sent. excō.
Cōis lib. 6. Et ideo dictus intellectus * communiter repro
opi. baṫ, maxime per D. m. in. d. c. 3. Alius intellectus est,
qui placet D. m. ꝙ ibi non fuit effectus irregularis;
sed pnīa imponitur ad cautelam. Et sic non contra-
dicit decisioni, de qua. s̄. Posset fortè, & tertio dici,
ꝙ illa pęnitentia imponitur; quia aliqualiter exces-
sit modum proijciendo lapides. Et ex prædictis pa-
tet reprobatā esse opi. Spec. in. d. § iuxta. ver. potest
etiam dici, ꝙ clericus. qui dicit, ꝙ clericus qui cum
armis, vel sine, interest bello iusto, vel iniusto, in quo
aliqui sunt interfecti, est irregularis; licet ipse non
occiderit. 50. distin. c. si quis post. 16. q. 3. c. porrò.
23. q. fina. c. quicunq; ex clero. 1. q. 1. c. fina. Nam
ex prædictis expresse reprobatur. d. opi. Sed aduer-
te, quia contra. d. c. petitio. induco. d. c. 3. de cle. per-
cuſ. etiam aliter; videlicet, quia tex. dicit ibi, sed ali-
quem non percussit; quasi sentiat à contrario, ꝙ se-
cus esset si percussisset, quia fuisset effectus irregula-
ris, qđ est contra ea, quæ. s̄. dixi. Sol. arbitror posse
dici, ꝙ ibi narraṫ qđ de facto contigit, non ꝙ de-
beat ibi sumi argumentum à cōtrario sensu; & adde
228 quæ dixi. s̄. q. 37. Quadragesimoprimo quæro, † vtrū
interficiens, vel mutilans fœminam, sit irregularis.
229 Quidam dicunt ꝙ non; quia † est animal imperfe-
ctum. Secundo, quia non fuit facta ad imaginē Dei,
sicut homo, vt. c. 2. s̄. eo. sed ad imaginem hominis.
33. q. 5. c. hæc imago. Et hanc opi. videtur sequi Car.
Flo. in. d. cle. 1. eo. tit. Ego credo contrariam senten-
tiam esse verissimam; circa qđ, vide quod dixi. s̄. in
6. q. princ. Vltimo circa hunc articulum homicidij
facto proprio commissi, seu irregularitatis respectu
230 homicidij, collige duas regulas. Prima est, ꝙ † ratio-
ne homicidij, vel mutilationis nunq̄ contrahitur ir-
regularitas sola voluntate; nisi homo actualiter oc-
cidat, vel mutilet. s̄. eo. c. sicut. § 1. 11. q. 1. c. si. quis
vero. & ponit. Spec. in. d. tit. de iudic. deleg. §. iuxta.
231 verſ. item dico. † Lex enim promotionis factum, re
quirit nō voluntatem. 15. q. c. fin. Host. in. c. significa
sti. 2. j̄. eo. & ibi Doct. Vel nisi cām præstet homici-
dio, vel mutilationi, prout statim subijciemus Secū
232 da † regula est, ꝙ si facto proprio quis commisit ho
micidium casuale, vel mutilationem, & adhibuit di-
ligentiam, quam potuit, & debuit, & dabat operam
rei licitæ: vt puta, pulsando cāpanas cecidit tintina-
bulum, vel reficiendo ecclesiam cecidit lapis, vel li-
gnum, & aliquem interfecit; clamabat tamen cum
videret cadere, caue, caue; nam hoc casu in nullo im
putatur ei, si casus fortuitos non præuidit. Et secun
dum prædicta intellige. c. dilectus filius. c. ex literis.
2. c. significasti. 1. c. Ioannes. & . c. fina. j̄. eod. Et ex
his habes expeditum hunc primū articulum. ¶ As-
sumo nunc ex ordine articulum, quando quis homi
cidio dedit causam, aut occasionem; Et quoniam
hoc potest contingere multipliciter, videlicet, ope,
auxilio, fauore, mandato, iussu, seu præcepto, con-
silio, seu persuasione, seu suggestione. Idcirco sin-
gulas species prosequamur; quibus expeditis, vide-
bimus de homicidio, quod committitur per negli
gentiam; & tandem de homicidio quod committi
tur per consensum, vel ratihabitionem. Et aduerte,
quia ad hoc, vt per ordinem hæc materia possit alle
gari, & inueniri prosequar quæstiones per quotas,
coniungendo sequentes cum præcedentibus. Re-
deuntes igitur ad homicidium, qđ per causam, vel
occasionem committitur, antequam descendamus
ad species. Quadragesimo secundo quæro genera-
233 liter, † vtrum ille, qui causam, vel occasionem dedit
homicidio, vel mutilationi, sit irregularis? Sol. dic ꝙ
sic; si causam dedit ex voluntate. Probatur in. c. prę-
sbyterum. c. suscepimꝰ. & c. de cętero. s̄. eo. & j̄. eo.
c. Petrus. à contrario. Et probatur ex pluribus casi-
bus, quos statim narrabo; quia qui causam damni
dat, damnum dedisse videtur. 50. dist. c. studeat. j̄. de
iniur. c. fin. Et aduerte, quia cum hoc vocabulū, cau
sa, accipiaṫ multis modis, excludam prius modos,
234 qui ad propositum non pertinent. Nam † causa quā
doq; ponitur pro iudiciali conflictu certarum perso
narum, vt. c. forus. verſ. causam. j̄. de verb. sign. Quan
doq; causa idem est, ꝙ vltima voluntas. l. itē veniūt.
in prin. ff. de petitio. hęred. Quandoq; prospectio.
ff. de transac. l. qui cū tutoribus. §. ei qui. Quandoq;
ponitur pro titulo, vt. l. nec vllam. in princ. ff. de pet.
hęred. Quandoq; pro honore, vt. l. si debitor. ff. de
distra. pig. Quandoq; pro fructu, vt. l. si mater. C. de
instit. & substi. Quandoq; pro contractu, vt institu.
qui. mo. tol. ob. §. est autem. & de libel. obla. c. fin. &

c.1.de plus peti. Quandoq; pro actione.l.fin.ff.qui satisd.cogan. Quandoq; pro intentione, vt traditur in.c.ficut.ſ.de re iudi. & tex. & glo.in.c.cum dilecti.ſ.de accu.& hoc modos ponit Host.& post eum Io.An.& d.Ant.in.c.dilecti. in glo.super verbo, ex cã. Quandoq; etiam ponitur pro modo, seu forma; vt cũ dico,lego vxori, quæ eius cã parata sunt.l quin tus.ff.de auro,& argen.lega. Quandoq; ponitur pro exemplificatione facti, vt.l.si ex plagijs.§.in cliuo. ff.ad.l.Aquil.ibi,ius positum est in causa agendi.hoc est,in exemplo facti. Et ſm has significationes,quibus sumitur vocabulum causa, talis cã non pertinet ad propositum nostrum. Quandoq; sumitur cã pro impulsu ad aliquid faciendum, vt dicit Io. Mo.in c.fi.de iur.calũ.lib. 6. & ita sumitur in.l.1.§.sexum.

235 ff.de postu.Vñ differentia† est inter rationẽ, & causam; quia ratio est gerendorum ordo ex causa veniẽtium. Vnde potest esse causa sine ratione, vt in.c.1. de sponsa. cum si. sed ratio non potest esse sine causa. Et hoc modo satis ad propositum pertinet. Sed

236 clarius ad propositum debes scire, ꝙ causæ† dicuntur quatuor, efficiens, materialis, formalis, & finalis; de quibus per Doct. ſ.in princ.decretalium.dixi in prin.cle. Vel ſm dialecticos potes dicere, ꝙ cãæ sũt

237 † duæ, vna fiendi, alia essendi. Prima pertinet ad efficientem, & finalem. Secunda ad materialem, & formalẽ.de quibus per Io.An.in prima gl.decreta. Redeundo igit ad propositum, qñ ex proposito, seu intentione, quis præstitit cãm homicidio, vel mutilationi, efficitur irregularis, vt dictis iurib᷑. &.ī.dicã. Siue præstiterit cãm efficientem; vt puta, mandato, præcepto, seu iussu. Siue materialem, vt puta, ministrando arma, vel ducendo hominẽ per viam, in qua sciebat esse inimicos suos capitales. Vel formalẽ, puta instruendo, vel informando, consulendo, vel quid simile; vt modus daret homicidio. Vel finalẽ, vt puta, per pręmij constitutionem ad homicidiũ cõmittendum Et licet prædictæ causæ aliter possint sumi; tñ in præsenti materia placuit ꝑdicto modo ad materiam adaptare. Et hęc, vt dixi, procedunt, qñ ex ꝓposito, & voluntate, homicidio, vel mutilationi causam præstitit. Dummõ effectualiter homicidiũ, vel mutilatio secuta sit; cum declaratione tñ quã statim ponã in sequenti. Si verò præter intentionẽ homicidium cõmissum sit, cã à te præstita, debes distingue re, ꝙ aut quis dabat operam rei licitæ, & non efficit irregularis; quia si talis non tenet ex facto proprio cõmittens homicidium; multo minus ex homicidio cõmisso per alium. Aut quis dabat operã rei illicitę, & tunc tenet; siue causa sit proxima, seu remota; dũmodo ordinata ad homicidiũ, vel mutilationem; vt puta, mandaui tibi vt verberares. P.ita tñ, ꝙ non interficeres, vel mutilares; certè si interfecisti, efficior irregularis, vt.c.fi.eo.tit.lib. & probatur in.c.Petr᷑. ī.eo.à contrario. Secus aũt si non esset ordinata ad homicidiũ; vt puta, faciebat quis taxillos ad ludum, in quo ludo conuenientes, ad inuicem se interfecerunt. Nam licet, ſm cõmunem * opi. ars faciendorũ taxillorum sit prohibita; tñ non est ad homicidiũ ordinata. Nam et si dedissem causam proximam homicidio, sed non ordinatam, non teneter; puta, feci fenestrã, qua tu te præcipitasti, & obijsti. Et hoc vt dixi, procedit, si non ea intentione feci, vt te præci-

Cõis opi.

pitares. & vide quæ dixi in.c.præsbyterũ.&.c.de cætero.ſ.eo.Remotio igitur, vel proximitas causæ nõ multum operantur; sed operatur intentio; ꝙ causa sit ad homicidium ordinata. Sed verum est, ꝙ in or-

238 dinatis procedit illud gñale dictum, Quicquid† est cã causæ, est causa causati, vt.l.manumissionis.&.l.ex hoc.ff.de insti.& iut.50.dist.c.studeat.ſ.eo. c.si aliquis.&.c.sicut.&.ſ.de testi.c.sicut.31.q.2.c.de nuptis. quia nihil interest, an quis occidat, vel morti præstet cãm, vt.l.nihil interest.ff.ad.l.Cor. de sic. ff. de offi.præsid.l.illicitas. §.sicuti. 1.q.1.c.placuit.ff. ad.l.Aquil.1.qui occidit.&.c.fin.ī.de iniur. cum si. Et hęc notabis quia satis sicco pede, & ineptè Doct. in hac materia loquuntur. Et hæc procedunt respectu materiæ nostræ in genere. Sed vt melius hæc intelligi possint ꝓsequar plures casus per species, qui tamen ex prædictis regulis satis faciliter deciduntur;

239 & alij similes. Quadragesimotertio quæro,† clericus illicitè exercebat rixam; superuenerunt consanquinei, vel amici clerici, & præter voluntatem dicti clerici interfecerũt illum, an clericus sit irregularis Sol.Doct.concludunt ꝙ sic, in.c.Petrus.ī.eo.& ibi d.Ant.& D.m.per illum tex. qui dicit, ꝙ ideò ibi excusatur, quia non dedit causam, vel occasionem. Nam culpa hic præcedit casum. Facit.c.significasti, 1.ī.eo.&.l.1.§.cum arietes. ff.si quadru.pau.feci.dica.&.C.de adulter.l. qñ Alex.&.C.ad leg. Iul. de vi publi.l.qñ multa.&.ſ.eo.c.præsbyterum.&.c.de cętero.Cauere igitur debet clericus, ne sit rixosus, vel litigiosus.46.dist.per totum. Secus si causa esset remota, vel propinqua, & iusta; vt puta, quia se defendebat; quia tunc non esset irregularis.23.q.5.c.cum homo.& not.ſ.eo.c. de cętero. & dixi in præced.q. Et ideò prædicta decisio procedit, qñ cõsanguinei, vel amici mei superuenientes illum interficerunt.

240 Secus† si superuenerunt inimici illius, & eum occidissent. Facit qđ not.in.c.significasti.2.ī.eo.& tenet D.m.in.d.c.Petrus. Et rõ diuersitatis sit; quia hoc casu homicidium non fuit cõmissum intuitu clerici; sed primo casu sic. Hoc tñ arbitror limitandum,

241 † nisi ipse ea intentione id fecisset; nam posito ꝙ se defenderet, si tamen poterat discedere, & nõ discessit, sed illum retardauit vt superueniret eius inimici, vt illum interficerent. tũc secuta interfectione, esset irregularis. Aduerte tñ, quia glo.2.23.q.8.in.c.fin. dicit, ꝙ si clerico cum alio rixante superueniunt fratres clerici, & interficiunt alium præter, & contra voluntatem clerici, ꝙ clericus non efficitur irregularis, arg.1.q.4.c.quia præsulatus.ī.de cleri.percuſ.c. penul. Hoc tñ non videtur esse sine dubio; si ipse clericus fuit cã aggressuræ, per no.in.c.fin.eo.tit.lib.6.

242 Quadragesimoquarto quæro,† clericus cępit furẽ, & ligauit, & dimisit ipsum ligatum penes alium; qui timens ne solueretur, illum interficit, an clericus sit irregularis Sol.dic, ꝙ si iste sit in aliqua culpa; vt puta, quia robustum dimisit penes debilem; vel duos penes vnum, vel minus bene ligauit; & non est dubium, quòd est irregularis, vt.c.suscepimus.ſ.eo. Et hoc procedit siue custos inter fecerit, siue fuerit interfectus. Sed si non fuit in aliqua culpa, ꝗ possit imputari; vt quia propter aliquam cãm iustã retinuit; quia noluit fortè eum expellere, ne videret à circunstantibus; & sic ipse fur infamaret, certè nullo mo-

do

do esset irregularis. Adde quæ dixi in.d.c.suscepi-
243 mus.§.eo.Quadragesimoquinto quæro, † clericus ex eo q nõ probatur intentionem suam in iudicio, ad purgandum conscientiam suam, vel ad probandã veritatem, non valens esse in duello, dedit pugilem, vel ab alio prouocatus pugilem dedit, qui alium interfecit; vel ab alio fuit interfectus, an sit irregularis? Sol. dic q sic, vt in.c.2.de cle.pugnan.in duel. Et ratio est, quia init in culpa rem probibitam attentando, & causam dedit homicidio. Quadragesimosexto
244 to quæro, † Aliquis tenet vrsum, vel leonem, vel ceruum, qui aliquem interfecit, an sit irregularis. Sol. quidam dicunt q sic; quia potest imputari sibi; quia tenuit tale animal, arg. 50.distin.c.2.qui arborem. & c.sæpe. Alij tenent contrarium, dummodo talis non fuerit in lata culpa, arg. ff.si qua.pau. feci. dica. l.2.& fin. Et hoc tenet Io. An. in vltima.q.& do. Ant. & Specul. in tit. de iudic. deleg. §.iuxta. versic. quid si aliquis. Sit ergo conclusio, qđ si talia animalia tenebat, quæ consueuerant nocere, vt vrsum, leonem, & aprum; & illa non tenuit ligata debito modo, q efficitur irregularis. Aliàs secus, vide glos.23.q.5.
245 c.de occidendis. Quadragesimoseptimo q̃ro, † clericus viso latrone clamauit, vt caperetur; vel simpliciter clamauit, quòd ibi erat latro, accurrentes illũ interficiunt, an sit irregularis. Sol. Inno. in.c.significasti.2.§.eo. dicit, quòd si hoc fecit, vt ille moreretur, est irregularis. Sed si ad hoc tantum, vt caperentur, non est irregularis. Idem tenet Inno. in.c. olim.1.de restit.spolia. Hostien. dicit, quòd cum lex promotionis non consistat in voluntate, sed in facto, vt in.c.fina.15.q.fin.& dixi.§.in regula, quam dedi post.41.q. quòd talis simpliciter est irregularis. Et hanc opinionem finaliter tenet etiam ibi Innoc. qui in hoc articulo fuit sibi contrarius; dicens, quòd si clamauit ad latrones, vel capite, capite; vel alio modo quo possit intelligi, quòd dicto, vel facto suo, vel ex negligentia homicidium perpetratum est; irregularis est. Nisi hoc fecerit ob periculum corporis sui; quia tunc non esset irregularis, vt puta, si clamauit succurrite. Et ratio est, quia talis non intendit in alterius mortem; sed ad sui liberationem; & in hoc non fuit in culpa. Facit quod not. Io. An. post Inno.in.c.cum olim.1.§.de restit. spolia.in glo.in verbo duxeritis. quæ incipit, quomodo hoc liquet. §.de pœn. c.quod in dubijs. Item quia, quod quis ob tutelam corporis sui fecit, rectè fecisse videtur, vt dixi.§.14.q.& seq. Et propter dictam rationem, quidam tenent primam sententiam Inno. Mouetur, quia melius est alium liberare à peccato, quam seipsum à morte corporali; cum ergo sic clamando, liberet animam volentis furari, vel eum occidere, non debet esse irregularis. Sed dicit Io. An.& bene, q hoc est falsum; quia secũdum hoc, sequeretur, q si quis clamauit post furem cum rebus furtiuis fugientem; & ad clamorem suum alij insequentes ipsum ceperunt, ex qua captura ille postea esset occisus, q talis non esset irregularis; qa sic clamando animam eius à morte liberaret, quia restituit ablatum, & sic dimittitur peccatum; & tamen hoc est falsum; vt not. in.c.de cætero.§. eo. Et in hanc sententiam etiam residet Io. An.& do. Ant. Et eandem quasi sententiam tenet Specul. in.d.§. iuxta. versic. quid si cum velles. & d. Ant.in.c.olim. 1.de resti. spol. Sed D.m.in.d.c.significasti. dicit, quòd hęc decisio non est sine dubio, posito, qđ clamans non esset auidus, vel intenderet ad mortem; sed tantum ad conseruationem sui, aut rerum suarũ. Et profectò non est sine dubio, per ea quæ dicam in sequenti. Et pro contraria sententia facit.c.prælatis. de homicid lib.6. Quadragesimooctauo quæro,
246 † quid si iudex, vel officialis insequitur furem, vel malefactorem, & quærit à te, an videris illum, tu verò sciens, q ille quæritur ad mortem, indicas eum; an sit irregularis? Sol. dicit Specul. in.d.§.versi.quid si iudex. qđ si per tuam responsionem fur est inuentus, & occisus, qđ es irregularis. Secus si nesciebas, vel non suspicatus fuisti, q ad mortem quæreretur, vel ad pœnam sanguinis. Quadragesimonono quę-
247 ro, † quid si ille sciuit illum furem ad mortẽ quæri, qui non poterat fugere, nisi per alteram de duabus vijs; & sciens q per alteram fugerat, dixit, per hanc non fugit, an sit irregularis; Et videtur quòd non; quia non indicauit eum. In contrarium facit, quia dicendo, per hanc non transiuit; implicat illum per aliam transisse, arg.c.nonne.§.de præsumptio. Sed aduerte; quia si penitus esset ignarus, non efficeretur irregularis, vt puta si tutor, vel artifex, certus q ibi non transiuit, respondet illum per illam viam non transiuisse; quia hunc non potest aliqua culpa imputari, vt not.Io. An.in addi. Spec.in versic.quid si index. Tutius est ergo tacere; vel quærentem ambiguis verbis eludere dicendo, nunquid ego sum custos illius, vel alio simili modo, de penit.distin.1.c.voluissent.§.ex his itaq;.versi.deniq;.43.distin.c.mandatis.in fin.. Et si ibi non erat nisi vnica via, per quam ille transiuerat, & officiali; instat, quòd debeat dicere, an pertransiuerit, non debet mendacium dicere. Sed exemplo beati Francisci potest eludere hoc modo, dicendo. Hac non transiuit, tangendo sibi manicam. Quinquagesimo quæro, † clericus non va-
248 lens aliter recuperare res suas, tenet furem, ne fugiat cum rebus suis, donec eum exhibeat iudici, vel eius auxilium innocet, ad res suas recuperandas; an fiat irregularis? Solut. quidam dicunt, quòd licet fur postea puniatur pœna mortis, vel mutilationis, non sit irregularis; dummodo intentio detinentis non fuerit ad mortem, vel mutilationem; & hoc tenet Specul.in tit. de iudi.dele. §.iuxta. versi.item si clericus. & D.m.in.c.2.eod.tit.lib.6. quod facit contra communem * opi.de quo dixi. §.q.47.& dicam Cõis opi.
249 in seq. Quinquagesimoprimo quæro, † Quid si clericus tradit officiali furem, perens, q eum puniat citra sanguinis effusionem, an fiat irregularis. Sol. licet officialis occidat, vel mutilat, non fit propter hoc irregularis, nec etiam nocet illi si ad conuincen
250 dum furem tradiderit intersigna; & † idem si simpliciter deponit q̃relam de iniuriantibus sibi, & ecclesiæ suæ; quamuis tales vix absq; sanguinis effusione valeant coerceri. §.eo.c.tua nos.§.ad vltimum.&.c. postulasti.&.23.q.3.c.Maximianus. &.q.5.c.1.&.c. vnum. &.c.pœna. ff.de bo. liber. l.qui cum maior. §.1.& hæc vera quando non intenderet ad mortem, nec hoc in animo gereret; quia forte expresse instabat, vt citra sãguinis effusionẽ castigaret. §.de rapt. .c. in archiepiscopatu, vel in exilium mitteretur.

ꝰ.de iudicis.c.cum non ab homine.ꝩ.de verb.signi.
nouimus. vel in perpetuum carcerem detrudaretur
ꝰ.de hæret.c.excommunicamus. 2.de aposta.c.à no
bis.23.q.5.c.non vos. Et ex prædictis infertur, qđ
251 † clericus expellens latronem de ecclesia, de quo in
c.sicut.1. 17.q.4. qui per sacerdotem extrahendus
est, vt eadem.q.c.diffiniuit. non sit irregularis, quia
non dicitur morti tradere; sed lex. 23.q.5.c.cum
homo.& hoc tenet Archid.in.d.c.diffiniuit. Quod
apud me satis est dubium, per ea quæ dixi.ꝰ.in.2.3.
&.4.q.de officiali, quæ mediante iustitia, cōdemnat
ad mortem; & ideo intellige dictam decisionem,
quando nullo modo expellens intenderet ad mor-
tem, vel mutilationem. Et ex prædictis infertur,
252 quòd † ciuiliter agens contra furem non est irregu-
laris; licet iudex causa probata, illum interficiat ex
officio, vt not.in.c.postulasti.ꝩ.eo. quod intelligo,
si modo non intendit ad mortem per illam viam.
Absit enim, ꝙ ea quæ propter bonum facimus, si
præter voluntatem nostram alicui male contingat,
debeat nobis imputari.23.q.5.c.de occidendis.ver.
253 absit. Et ex prædictis etiam sequitur, quòd † si ali-
quis procurauit aliquem capi per officialem, occa-
sione alicuius delicti, propter quod certum erat il-
lum non debere condemnari ad mortem, vel mem-
bri mutilationem, quòd non efficitur irregularis;
licet iudex illum puniret pena mortis, vel mutilatio
nis, ex eo, quia inuenerit illum culpabilem alijs cri-
minibus, tali pœna dignis; si modo ille, nec credi-
dit, nec cogitauit hoc posse contingere. Et hoc te-
net Spec.in.d.§.iuxta. versi.quid si clericus. & Host.
in summa.eo.tit.§.qua pœna.ver.verum circa hanc.
254 Et ex prædictis fortius infertur, qđ † non est irre-
gularis clericus à quo iudex secularis aufert furem
per ipsum captum, & ipsum suspendit. Hoc tenet
glo.18.q.1. Aduerte tamen, quia in omnibus præ-
dictis casibus vtilis est protestatio, qđ non intendit
ad pœnam sanguinis, secundum formam.c.2.eo.tit.
lib.6. de qua statim dicam in seq.q. Quinquagesi-
255 mosecundo quæro, † Quid si clericus certissime
scit, quòd non potest consequi debitum suum sine
sanguinis effusione, vtrum possit sine metu irregu-
laritatis implorare officium iudicis secularis? Inno.
in.c.postulasti.ꝩ.eo. tenet ꝙ non; immo ꝙ potius
debet dimittere decimas, & primitias, arg.c.2.&.c.
suscepimus.ꝰ.eo.Io.An.in.d.c. postulasti. dicit te-
nendum esse, ꝙ hodie habetur, in.c.2.eo.tit.libr.6.
quasi voluit dicere, ꝙ si præmittit protestationem,
non imputatur clerico, si iudex secularis postea il-
lum damnet pena mortis, vel mutilationis; & sic vi
detur sentire, ꝙ etiam si clericus esset cert', ꝙ iudex
secularis illi imponeret pœnam mortis; non tamen
tenetur desistere à petitione iustitiæ; & hoc tenet
D.m.in.d.c.postulasti.qđ dicit notandum, ad intel-
lectum.d.c.2.& dicit hoc esse satis rationabile; quia
alias daretur materia spoliandi clericos bonis suis
256 Quinquagesimotertio quæro, † Quid si clericus ac-
cusat, vel dicat, Accuso talem de tali furto, & prote-
statur, ꝙ nō intendit ad vindictam; an sit irregularis,
si iudex illum postea condemnet ad mortē? Sol.Io.
An.in.c.2.tit.lib.6.dicit, ꝙ caute facit clericus; si po
tius dicat, conqueror, q̃ accuso, & sic seruentur verba
tex.d.c.2.Facit quod no.2.q.7.c.Laicos. & seq.in fi.
prime gl.per.c.nullus.2.11.q.1.& per id quod not.
Inno.in.c.cum P.ꝰ.de accu.Putat tamen Io.An.qđ
licet dicat, Accuso. & protestaretur, ꝙ non efficia-
257 tur irregularis. Nam & † quærela inofficiosi testa-
menti dicitur accusatio.C.de inoffi. testa.l.parenti-
bus.&.l.in arenam.& sequitur D.m. Facit etiam, qa
258 † largo modo denuntiator potest dici accusator, vt
c.2.& ibi dixi.ꝰ.de accu. Quinquagesimoquarto q-
259 ro, † Quid si ex cōsuetudine, vel statuto pro homici
dio, vel simili delicto abbas, vel prælatus debeat ha-
bere penam pecuniariam; vtrum abbas cum prote-
statione accusando, ꝙ non intendit ad pœnam san-
guinis; sed dumtaxat intendit consequi pœnam pe-
cuniariam, an efficiatur irregularis, si iudex illum ac
cusatum interficit? Sol. Andr.23.q.5.c.si vos. dicit
ꝙ non; quia licet delictum sit publicum; tamen agi
tur quasi ciuiliter, arg.c.referente.de delic.pue.ꝰ de
ordi.cogni.c.cum dilectus. Nec prohibetur abbas
agere ad penam ciuilem imponendam, vt.ꝩ.de pur-
ga.vulg.c.dilecti.nec est ordini abbatis, vel dignita-
ti contrarium, vt.ꝩ.eo.c.postulasti.ff.de bo. liberto.
l.qui cum maior.ſm Vinc.& est tex.in.d.c.2. & not.
23.q.3.c.Maximianus. & tenet D.m.in.c.2.in fi. eo.
260 tit.lib.6. Quinquagesimoquinto quæro, † Aliquis
princeps, vel dominus fecit legem, cuius auctorita-
te homines traduntur morti, an sit irregularis? Sol.
quidam tenent, ꝙ non; & seq. Archid. 23.q.5.c.of-
ficia.quia talis non animaduertit in certam personā,
nec etiam voluit hominem in suam constitutionem
incidere, cum eam promulgauerit; sed tantum pro-
pter bonum publicum hoc fecit, vt homines à deli-
ctis abstraherentur. Facit quod not.gl.3. distin.c.fi.
& quod legitur. & not.23.q.8.c.pessimā.&.23.q.5.
c.de occidendis. ver.absit vt ea. & idē tenet Io. An.
in.c.1.ꝩ.de sagit in glo. Quinquasimosexto quæ-
261 ro, † Syndicus alicuius vniuersitatis accusat de cri-
mine publico, propter quod imponitur pena mor-
tis, an omnes de vniuersitate sint irregulares? Aduer
te, licet hæc satis congrue possit hic adaptari ratio-
ne causæ, quare dederunt hic mandantes; tamen ma
gis congrue adaptatur ad articulum, de mandato.
Ideo dic, vt dicam in.q.de mandante. Quinquage-
262 simo septimo quæro, † Episcopus, & inquisitor he-
reticæ prauitatis pronuntiauerunt quem hæreti-
cum, scientes, quòd statim post pronuntiationem
ille morti traderetur, an sint irregulares? Sol. Ar-
chid.23.q.8.in glos.summæ.tenet ꝙ non. Facit.23.
q.8.c.legi.&.23.q.5.c.si audieris. idem tenet Spec.
in tit. de iudice dele.§.iuxta. versic. porro. in fin.
263 Quinquagesimooctauo quæro, † Episcopus damna
uit aliquem ad perpetuum carcerem, moritur car-
ceratus, an sit irregularis? & videtur dicendum qđ
non; quia iste videtur naturaliter mori; quia videtur
euenire iudicio Dei, vt insti. de capi. dimi.§.1. In
contrarium facit; quia ille, qui moritur in carcere vi
detur mortuus in cruciatu.ff.de custo. reo.l.1. Hæc
formaliter dicit Bal.in.l.1.C.de his qui à nō do.ma
nu.& aliter non soluit. Tu vero dic, ꝙ aut episcopus
adeo exasperauit carcerem, vel attenuauit vitam, ꝙ
verisimiliter mors erat de proximo futura, & effici-
tur irregularis; si carceratus propter hoc moritur;
alias secus. Hoc sentit D.m.in.c.pen.ꝰ de aposta. &
ibi dixi Not.d.Ant.& D.m.in.c.3.ꝩ.de crim.fal Io.

de

de Ligna. in. cle.1.de pęnit. & remiss. tenet Bald.in l. de pecoribus.in fin.C.ad leg. Aquil. Quinquagesi-
264 monono quæro, † clericus pulsauit campanam ad condemnationem alicuius damnati ad mortem, vel mutilationem; vel pulsauit tubam, vt communiter fit in Italia,an fiat irregularis? Solu. Ioan. And. in.c. Ioannes. in. fi.☞.cod.&. D. Ant.ibi tenent quod sic; secus si pulsasset ad captionem furis,vel ad auxilium suum; quia fortè erat obsessus. Vide quæ dixi. ☞.in
265 47.q. Sexagesimo quæro,† Quid de officialibus,militibus,notarijs,Bicuarijs,& alijs,qui capiunt malefactores,qui damnantur ad mortem, an sint irregulares? vide quæ dixi. ☞. q. 3. 4.& in proximis præc.qq.
266 Sexagesimoprimo quæro,† Quidam licitè tenebat cultellum in manu,alius insilnit in eum, & vulnus lethale recepit, an ille sit irregularis? Solu. Archid. 50.distin.c.quia te.tenet quòd non. Et mihi placet; si modo ille illum cultellum in manu non tenebat, vt alter se in illum impellendo interficiet; & ideò descendit ex his,quæ dixi in præcedentibus. Sexage-
267 simosecundo quæro,† Titius impellit Seium in medium,an si aliquis moritur prædictorum, alij sint irregulares? Vgu. 50.distinct.in.c.sæpe.dicit quòd sic. Tu verò pro decisione istius.q. recurre ad ea, quæ dixi supra in regulis generalibus huius articuli, de eo qui præstitit causam. in. q. 42. Nam qualitercunq; quis tendit in mortem, vel mutilationem efficitur irregularis. Vel si præter intentionem contingit, & fuit in culpa dando operam rei illicitæ;& culpa erat ordinata ad casum. Et ex prædictis poteris decidere plures aliàs similes.qq.¶ Visis igitur regulis generalibus circa articulum eorum qui causam præstiterunt homicidio,vel mutilationi, & pluribus casibus specialibus, videamus specificè alios articulos, quibus quis dicitur homicidio causam præstare, & assumamus primo articulum de ope,auxilio, seu fauore prosequendo ordinem quęstionum.Sexagesimoter-
268 tio igitur quæro, † Quis fiat irregularis ex eo quia præstitit opem, fauorem,vel auxilium. Circa quam
269 .q.ante omnia aduertendum est,quòd† hæc tria synonima capiuntur,vt traditur.in.l.is qui opem. &.l. in furti.§.qui ope.& ibi per Bart.ff.de furt.&.c.sicut dignum.☞.eo.& per Bar.in l.4.ff.ad legem Iul maie. cum simil. & ideò pro omnibus dictis verbis vtar verbo, auxilio. Et ad omnium dicendorum claram intelligentiam, debes scire, quòd quandoq; prohibetur quis præstare auxilium; non contemplatione certi actus;sed simpliciter.Quandoq; vero prohibetur contemplatione certi actus.Primo casu potes fi-
270 gurare exemplum. Dictat † statutum, quòd quicunq; dederit opem, vel auxilium bannito puniatur in tantum. Vel quòd nullus præstet auxilium hæretico, vt. c. excommunicamus. 1. ☞. de hæretic. Et hoc modo auxilium sumitur multum latè, pro quolibet adiutorio, seu fauore, siue quis pecuniam mutuet,siue alimenta tradat, siue patrocinium præstet; vel simile. quod ad eius vtilitatem pertineat. 50.4.post princ.ff.ad legem Iul. maie.& in.d. c. excommunicamus.& licet hoc non pertineat principaliter ad materiam nostram; quia tamen articulus est pulcher,& quotidianus, & sumus in materia auxilij, & vt intelligamus quiditatem terminorum, & differentias,dic,quòd cum quæritur,an quis ex tali auxilio teneatur;dic, quòd aut quis a superiore implorat per viam supplicationis aliquam gratiam pro ipso bannito,vel hæretico,vt puta, ne postquam abiurauit detrudatur in perpetuum carcerem, & hoc est licitum. Facit.l.si fuerit.ff.de reb.dub.&.l.metallum.&.l. diui. ff. de pœnis. Hoc tamen fallit in eo, qui esset damnatus pro crimine læsæ maiestatis. Et idem quoties statutum expressè hoc prohiberet. Quandoq; verò præstatur auxilium defendendo per viam iustitiæ coram superiore; vt quia petit quis cassari bannum, allegans aliquam iustitiæ causam, & an hoc casu si succumbat, debeat puniri, vide Inno. in.c.solet.de senten.excommu.in.6. Quandoq; præstatur auxilium extra iudicium, vt mittendo pecuniam,præstando necessaria ad victum,vel quid simile,& tunc non est dubium quòd punitur,ve.d.l.4.ff. ad legem Iul.maie.& vide Bart.ad prædicta,in.l.furti.§.ope.ff.de fur. Secundo casu,quando prohibetur præstari auxilium contêplatione alicuius certi actus vt puta,homicidio,vel mutilationi,vt.c. sicut. supra eod.& circa hoc dic, quòd auxilium præstari ante factum;& sic ante homicidium,vt associare aliquem ad homicidium perpetrandum,vt.c.1. ver. illi autê. ☞.eod.arma præstando,seu ministrando,vt.c.senten tiam.☞.ne cle.vel mona.&.l. si pignore. §. qui ferramenta.ff.de furt.Item scalas accommodando, vt ingrediatur ad occidendum, vt. d. c. qui ferramenta, vel præbendo domum, in qua se occultent interfectores.l.qui domum.ff.ad legem Iul.de adult.vel farcinas,aut paramenta recipiendo,vt.d.c. sicut. versic. his quoq; . Quandoq; vero potest præstari in ipso actu, assistendo scilicet homicidio,quo facilius possit committi ad timorem eius, qui occiditur; & ad defensionem occidentium, vt.d.c.sicut.versi.illi etiã &.l.raptores.§. ne igitur. C.de rapt.virg. Quandoq; pręstatur auxilium post homicidium,vt puta ad euadendum occisorem; de hoc dicam. ☞. In primis autem duobus casibus, dico, quòd qualitercunq; quis præstiterit auxilium scienter; si homicidium inde sequutum sit ex intentione, efficitur irregularis, vt.d. c. sicut.licet vno casu sit leuior culpa, quam alio, & facilius dispensetur, vt dicam.☞.in. 10. q.princip. Si verò præter intentionem, & voluntatem præparauit quis arma,vt defenderetur patria;vel mutuauit pecuniam pro defensione patrię; qua conducti sunt stipendiarij,qui homicidia perpetrati sunt. & hoc casu distinguerem,prout supra distinct. 11.q.41.videlicet,an pręstans daret operam rei licitę, & aptę, & ordinatę ad homicidium, vel mutilationem; & tũc fit irregularis;aliàs secus. Nam omnis ille qui pręstat auxilium homicidio,dicitur causam pręstare; licet non contra. Ceterum vt quosdam casus specialius attingamus, subijciam quasdam speciales. qq. prosequendo ordinem quęstionum, & secundum ipsarum determinationem poteris etiam determinare,& qualificare, quę dicta sunt. Sexagesimoquarto
271 quęro igitur,† Aliquis in bello ministrauit arma; illi,quibus ministrata sunt, commiserunt homicidiũ, vel mutilationem; an ministrans sit irregularis? Sol. si bellum iniustum,non est dubium,quòd talis est irregularis; licet sequutum fuerit homicidium pręter intentionem; quia sufficit culpa, & causa ordinata ad homicidium. Et hoc est verum, si arma essent talia,

lia,quæ essent apta ad occidendum; secus si omnino
fuissent inepta. Sed dubium est magnum, si bellum
est iustum.glo.3.in.c.ita quorundam.s.de Iude. sim
pliciter tenet, quòd sit irregularis, gloss.verò. io.c.
272 quod in dubijs.j.de pœnis.dicit,quòd † in bello iu
sto licet clericis hortati bellantes. Et quasi idem sen
tit gloss. in ver.prodire.7.q.1.c.sciscitaris. Inno. &
273 Hostien.in.c.penul.j.eod.tenent, quòd † qualiter-
cúq; auxilio suo mors,vel mutilatio sequuta sit,etiã
in bello iusto,clericus sit irregularis.Idem tenet Spe
cul.in.d.tit.de iudice dele.§.iuxta.ver.item clericus.
& versi.potest etiam dici.per tex.51. distin.c. si quis
post.16.q.3.c.porrò.23.q. fi.c.quicunq; ex clero. 1.
q.1.c.fi.hanc etiam opi.tenet Rayn. in summa huius
tit.Ioan.And.in.c.dilecto.de senten.excomm.lib.6.
tenet, quòd non licet arma ministrare.Specul.verò
in.d.§.iuxta.ver.quid si clericus in bello.dicit,quòd
si talis non intendit quòd balistarius aliquem inter-
ficiat,vel interficere velit; sed solum vt inimicos ter-
reat,vel se,siue sua defendat;vel recuperet; talis non
est irregularis;licet ille aliquem interficiat, pro eo,
quòd aduersarius noluit aliena dimittere,vel ab op-
pugnando desistere. Er eodem modo dicit non esse
irregularem illum, qui in bello iusto præpositus est
exercitui,vt sumptus faciat,& cuncta disponat;si for
tè præcipiat lanceas,vel sagittas emi, vel ministrari;
vel si hortatur ad currendum post hostes, vt illis prę-
da,vel captiui auferantur; licet inde mors sequatur;
dummodo ipse nullo modo intendat ad mortem.
Archid. 23.q.8.c.final. refert opi.& tandem in effe-
ctu videtur sequi dictam vltimam opin.Ioan.Andr.
post Inno.latius assumit hunc articulum in.d.c. sen
tẽtiam.Primo recitata dicta vltima opi.dicit, quòd
talis,qui prædicta intentione arma ministrauit, non
est irregularis. Assignat rationem;quia ille qui ba-
listam,vel arma parauit, aut ministrauit, non com-
misit homicidium facto proprio, nec consilio, nec
mandato, vel voluntate; quia illum occidi non vo-
luit;ergo non est homicida.50.distin.c.si quis viduã
j.eod.c.significasti.2.de cle.pugnan.c.3.&.2. Mul-
to ergo minus si tradidit arma non pugnanti,quæ ta
men credidit recipi ab illo ad sui defensionem.Alle
gat etiam no.per Hosti.in.c.ita quorundam.s.de Iu
dæ.Ioan.Andr.dicit super gloss.4. quòd in non pu-
gnantibus,quibus clericus arma ministrat,quos cre-
dit petere ad defensionem, diligenter plura sunt cõ
sideranda;causa,scilicet petitionis armorum,& per-
sonarum qualitates;quibus consideratis poterit quis
faciliter arbitrari, an tradens arma sit dignus pœni-
tentia,vel an sit irrregularis; quia nunquam, secun-
dum Ioan. Andr. licet clerico in bello quantũcunq;
iusto ministerium, vel consilium ad mortem præbe-
re.j.de pœnis.c.quod in dubijs. Facit quod legitur,
& not.in.c.ex multa.in fin.s.de voto. Nec etiam ad
sui defensionem licet ministrare; alioqum ministrãs
est homicida,& irregularis dicitur,quia dat operam
rei illicitæ ministrando arma ad bellum; & quia noo
adhibet omnem diligentiam, quam potest, ne fiat
homicidium;sed ipsum procurat potius perpetrari,
& causam propioquam præbet,argu.tex.nostri.&.c.
cum Ioan. &. c. final.j.eodem. Subdit etiam Ioan.
Andr. in. d.c.sententiam.quòd istis balistarijs,& si-
milibus,qui quasi continuo sunt viri sanguinei, pro-
hibitum est parare balistas vel sagittas, etiam in iu-
sto bello;sicut prohibitum est præesse,vt.d.c. senten
tiam. Ensem verò, & lanceam eis parare non est pro-
274 hibitum. Nec ob.quòd † ille qui scribit sententiam
sanguinis reputetur irregularis.d.c.sententiam,vt di
xi.s.in.5.q.huius articuli;quia respondeo,quòd ille
qui scribit sententiam sanguinis, intendit ad occi-
dendum;& ideò,quamuis non præstet consilium,vel
auxilium,censetur tamen irregularis;sed io casu prę
dicto intendit se,& sua defendere,& recuperare; nec
intendit ad occidendum.vnde si mors inde sequitur
non est imputandum se defendenti, sed duritiei ad-
uersariorum,vt.c.postulasti.j.eod. Et hoc in effectu
voluit etiam Inno. in. d. c. sententiam. dicit tamen
ibi, quòd si aliquis præponatur bello, quod non sic
directè ad occidendum; sed ad sua defendenda, vel
recuperanda, quòd hoc liceret,vt not.in.c. olim.s.
de restit.spolia. Tutius est secundum Hostien. quòd
nulli bello præponatur,acies, & similia ordinando.
275 Ego arbitror secundum. D. m. quòd † si bellum sit
iniustum,& mors inde sequuta sit ex auxilio alicuius
qualitercunq;, quòd talis sit irregularis. Si verò sit
iustum,dic, quòd aut est necessarium pro defensio-
ne personarum,aut rerum.Si personarum, nullo mo
do efficitur irregularis;& hoc casu etiam proprio fa
cto committens homicidium, non efficitur irregu-
laris,vt dixi.s.in.14.&.18.qq. Ergo non efficitur ir
regularis,ille,qui tenetur defendere,si præstat auxi-
lium.Secundo casu, quando pro defensione rerum,
dic,quòd oon licet ministrare arma, intendendo ad
mortem; quia tunc si per auxilium suum in ministrã
do,& parando fuit sequutum homicidium,efficere-
tur irregularis; secus si certum esset, quòd non esset
sequutum homicidium; vt puta, quia non erant ar-
ma apta ad occidendum;quia tunc ministrator non
esset irregularis; quia lex promotionis factum, noo
intentionem requirit,vt sæpius dixi.Nisi fortè ex au
xilio taliter præstito per alium, fuerit commissum
homicidium,licet non per illum, cui arma fuerunt
ministrata,ita quòd ipse fuerit caosa causæ, & causa
sua fuerit ordinata ad causatum; licet per causam
mediatam. In administratione tamen armorum li
mita,nisi essent talia, quæ nisi ad occidendum sunt
apta,vt bombarda, balista, & similia;propter quod
posset dici esse in culpa; nisi forte ipse ad terrorem
talia præparasset, cum protestatione,ne proijcerent
versus homines.Item debet prius,si potest, antequã
ministret dirimere bellum; quia non dirimendo, si
posset efficeretur irregularis; quia tunc esset in cul-
pa.Et ita intelligo,quod dicit beatus Thomas,secun
276 da secundæ q.40.articu.2.qui dicit,quòd † auctori-
tate potest clericus,iuste pugnantibus,suis exhorta-
tionibus subuenire; sicut in veteri lege Deuterono.
c.20.mandabatur, quòd sacerdotes sacris tubis in
bellis clangerent. Siquis autem clericus interesset
bello,non vt præesset viris sanguineis, sed vt respon
deat militibus, sumptus ministret, tractatus teneat,
sententias proferat, & negotia apte disponat, hoc
licet,vt tenet Specul.in.d.§.iuxta. ver.clericus. Vbi
narrat se præfuisse talibus negotijs peragendis io
exercitu. Quod mihi placet, si bellum est iustum.
Ei ita quotidiè videmus Legatos Apostolicos præ-
esse,qui tamen propter peccata nostra,& abusiones.

& no-

& nefaria tempora hodierna, non solum prædictis
incũbũt, sed omnibus sæuis, nefarijs, & scelestibus.
Vide ad prædicta glo. 23.q.3.c.Maximianus. & glo.
50.distinct.c.miror.&.33.distinct.c.final. Sexagesi-
277 moquinto quæro, † Quidam adsociauit scientet il-
lum, qui ibat ad interficiendum aliquem; tamen su-
per homicidio committendo non habuerunt ali-
qua verba; vel si habuerunt, associans illi dissuasit,
cui tamen associatus noluit aquiescere, Vnde asso-
cians timens de ipso, ipsum associauit, ad hoc vt si
necessitas incumberet ipsum defenderet, an secuto
homicidio, vel mutilatione associans sit irregularis?
Solu. Doct.in.c.sicut.s̄.eod.dicunt quòd sic. Idem
Hosti.in summa.eod.titu.§. qua pœna. versicu. quis
vadat.per not. in.d.c.sicut.versicu.illi. & versic.final.
Idem Specu.in titu.de iudice delega.versicu. quid si
aliquis vadit.& hoc indubitanter verum, si associans
intenderet ad mortem; secus, si nulla fuit culpa; quia
associauit causa pacificandi, vel ex alia iusta causa.
Nam licet hoc casu aliquod robur accrescat socia-
to; quia timor aduersarios incutitur; non tamen effi
citur irregularis. Hoc probatur in.c.præsbyterum. a
contrario.s̄.eod.& tenent Inno.Ioan.And.& Doc.
in.c.petitio.j̄.eod. Facit. 23.q.5.c.de occidendis.
278 versic. absit vt ea. Sexagesimosexto quæro, † Quid
de aduocato, procuratore, & similibus; quorum pa-
trocinio agendo, vel defendendo sequutum est ho-
micidium, vel mutilatio. Hæc quęstio posset hic op-
time adaptari; sed dic, vt dixi.s̄.eo.artic.q.2.3.&.4.
279 Sexagesimoseptimo quæro, † Vtrum ille qui pro-
pter habendã indulgentiam, portat ligna ad combu
rendos hæreticos fiat irregularis? Sol.Specu.in.d.§.
iuxta ver.quid de his, videtur tenere, quòd sic; si li-
gna combusserunt hæreticum. Idem tenet Ioan.
Andr.in.c.sicut.s̄.eod. Et ex prædictis habes expe-
ditum hunc articulum de irregularitate, in quam
quis incidit ratione auxilij, opis, & fauoris præstiti.
Superest igitur, vt veniamus ad articulum de irregu
laritate commissa, præcepto, iussu, seu mandato, &
sequamur ordinem quæstionum. Sexagesimooctauo
280 quæro, † Qualiter, quis incidat in irregularitatem
propter præceptum, iussum, seu mandatum; & circa
hanc.q.aduertendum est, quòd licet præcipere, & iu
281 bere idem videantur importare; quia † vtrunq; ne-
282 cessitatem importat, vt dicam; tamen inter † hæc
duo, & mandatum est differentia; quia iussus, & præ-
ceptum important necessitatem, vt. l. 1. & ibi
gloss. ff. quod iussu. &c. ff. quod cum eod. l. 1. &
l. si mandato. Sed mandatum non semper im-
portat necessitatem, vt traditur in. d. l. 1. & per
Bald. in. l. 1. C. quomodo & quando iud. & not.
gloss. in regula, ratihabitio.de re iur. lib. 6. Et not.
283 etiam, quòd † hæc semper præcedere debent; videli-
cet, præceptum, iussus, & mandatum, vt not.in.l.si
quis mihi bona.§.iussum.ff.d.eacquir.hære. Nec suffi
cit, quòd incontinenti sequatur, vt ibi trad. Secus in
consensu, & ratihabitione, de quibus.j̄.subijciam.q.
284 10.c.1.† Est autem præceptum, quod quid facien-
dum, vel non faciendum decernit; est enim idem,
quòd imperare & iubere, & componitur ex pie, & ca
pio secundum Papiam; quia iussu principis capitur,
vel dicitur à præcipio, quasi præ alijs capere. Vel di-
citur quasi præcellentis cęptum, id est, captum; quia
a solo superiore capitur. Facit. 32.q. 1. c. integritas.
12.q.5.c. si dicat. & si est iustum obligat semper, &
ad semper. Vnde dicimus præcepta legis &c. Vi-
de ad prædicta Archid.de consecr.distinct.1.c. præ-
ceptum. Quandoq; tamen ponitur pro monere, vt
not.glo.fin.12.q.1.c.2.facit.18.q.1.c.sic enim. Et
hoc est ratione subiectæ materiæ; sicut etiam dici-
285 mus † in verbis imperatiuis, & in verbo, debet. quæ
quandoq; propter subiectam materiam non impor
tant necessitatem, vt dixi post glo.in verbo, debet.
in.c.si vir.j̄ de adult.trad.in.c.1.s̄. de desponsa. im-
pub. per Legistas in. l. 3. C. de pigno. Sed redeun-
do ad principalem materiam nostram dico, quòd
286 † qualitercunq; ex mandato, vel iussu commis-
sum sit homicidium, vel mutilatio, præcipiens, vel
mandans efficitur irregularis, vt. c. sicut. s̄. eod. &
c. fi. j̄. de cler. pugnan. in duel. &. c. si quis viduam
50.distinct. & probatur ex alijs particularibus. qq.
infra dicendis, quod tamen intellige, & declara.
vt infra in illis subijciam. Sexagesimonono quæ-
287 ro, † Aliquis dominus mandauit. T. vt. S. occideret,
vel mutilaret; & ille exequutus est mandatum, an sit
irregularis? Solu. Hoc non videtur esse dubium,
quòd sic. respectu mandantis. An autem manda-
tarius, dic vt dixi. s̄. q. 25. Septuagesimo quæro,
288 † Mandauit quis Titio, vt. S. vulneraret; postea
sibi prohibuit expressè quòd non occideret, vel mu
tilaret; an fiat irregularis; si postea sequutum est
homicidium, vel mutilatio. Solu. text. est expres-
sus hodiè, quòd sic, in. c. final. eod. titu. libr. 6. &
ratio est, quia ille mandando fuit in culpa. De-
buit enim hoc cogitare euenire posse, & verisimi-
liter. Præterea mandatum fuit illicitum, & ca-
sus est ordinatus ad causam. Ergo efficitur irre-
gularis, vt dixi. s̄. in artic. de causa. in regulis gene
ralibus. q. 41. & probatur in. c. continebatur. s̄. eo.
facit. l. qui occidit. ff. ad legem Aquil. Septuage-
289 simoprimo quæro, † Quid si mandatarius in casu
prædicto non occidat; sed occidatur, an mandans
sit irregularis? Ioan. Andr. in. c. final. j̄. eod. di-
cit, quòd quicquid dicant Innocen. & Hostien. in
consulente, mandans est irregularis. Et hoc mihi
placet, per rationes quas allegaui in præceden. q.
quæ vendicant sibi locum hic. & sequitur. d. Dom.
Fortius ergo idem dicendum est in eo, qui simpli-
citer mandauit homicidium committi; si manda-
tarius occidatur. Septuagesimosecundo quæro,
290 † Mandauit Titius Seio vt occideret. P. de die. S.
occidit illum. P. de nocte, an sit irregularis? Solu.
ex præceden. sequitur, quod sic. Quinimmo, &
talis in foro contentioso teneretur de homicidio. &
291 † idem in eo, qui concessit arma, vt quis interfi-
ceret. T. post depositum officium; licet ille interfe-
cerit durante officio, vt dicit not. Bart. in. l. is qui
292 opem. ff. de furt. vbi tractat, † an si alteratur quali-
tas pœnæ, quia grauius punitur homicidium de no-
cte, quam de die, vel grauius puniatur interficiens
officialem, quam priuatum, an mandans debeat puni
ri de interfecto cum illa conditione, vel sine; & con-
cludit, quòd debeat puniri, ac si mãdasset interfiei de
nocte, vel officialem. Septuagesimotertio quæro,
293 † Mandauit. T. Seio vt interficeret. M. deinde reuo-
cauit mandatum, non obstante reuocatione. S. in-

terfe-

terfecit.M.an mandans sit irregularis? Solu. Specul. in tit.de leg.§.iuxta.versic.idem quoq;.& seq. dicit, quòd si mandator demum contrarium mandauit non efficitur irregularis,per.c.1.ꝟ.de regul. iur. Idē
294 etiam dicit, † si mandatarius scit, quòd mandator fecit pacem cum occidendo. 22. q. 1. c. omne. vel quod parentelam, & amicitiam secum contraxit, vt c.2.ꝟ.de despon. impuber. licet mandator hoc non
295 significauerit mandatario; quia † certus certiorari non debet,vt.l.1.ff.de act.empt.&.c. cum inter vniuersas.ꝟ.de elect.& idem Ioan. And.hic in.6. q.per not.in.l.3.§.final.cum l.seq.ff.de admin.tut.In contrarium tamen facit,quod dicam de reuocante consilium.q.78.Et vide ad hanc.q.quod dixi. ꝟ.de sent. excommu.c.peruenit.9.prin.artic q.8.&.9.Septua-
296 gesimoquarto quæro,† Quid si mandatarius,qui interfecit,iuratus,& examinatus deposuit, quòd propter præceptum, vel mandatum non interfecit; sed propria voluntate;an mandans sit irregularis? Solu. dicit Ioan. Andr. quod si famosum sit, quòd ex illo mandato scandalum sit suscitatum, nō est ei soli credendum,arg.c.ex literis.ꝟ.eod.Si verò sit occultum tunc mandans debet sequi conscientiam suam, arg. c.exhibita.§.1.&.c. peritio. ꝟ. eod. In dubio tamen debet abstinere.Et adde ad hanc materiam, quæ plenissimè dixi in clem.1.de tenun.& vide Bal. in. c.1. de pace iur.fir.Et vide etiam,quæ dicit Bal. post Iac.
297 But.† de eo, qui mandauit fieri maleficium per illum,qui alias sine mandato erat facturus.tetigi de ci-
298 tat.artic.34.q. 2. Septuagesimoquinto quæro † Iudex ecclesiasticus,vel prælatus præcepit iudici sæculari vt puniret malefactorem, an sit irregularis? Sol. glo.fin.15.q.6.c.2.arguit quòd non, per illum text. & per tex.23.q.4.&.q.5.c.Regentes.&.q.8.c.vt pridem. In contrarium tamen allegat. 23. q.8. c.his a quibus.& ibi Archid.tenet primā opi.& dicit, quòd Vgu. & Lauren. eam firmant, per. c. siquis viduam. 50.distinct. quia & Deus dixit Moysi; malefactores non permittes viuere super terram.Sed forte hoc limitandum est,si modo mandatum sit generale de puniendo omnes malefactores;secus si speciale, vt puniret Titium de homicidio,sacrilegio;vel simili; ex quo omnino mors sit futura . Facit quod dixi.ꝟ.q. 55.Hoc tamen non est sine dubio, si mandatum esset simplex,vt puniret Titium non adiecta certa pœna;secus,si vt suspenderet, vel decapitaret. Septua-
299 gesimosexto quæro,† Syndicus ab vniuersitate constitutus accusat de crimine publico ex mandato vniuersitatis,propter quam accusationem sequitur condemnatio ad mortem , vel mutilatio ; an omnes de vniuersitate sunt irregulares? Solu.Ioan. Andr. in.c. dilectus. 2. ꝟ. de symon. dicit, quòd. q. prædicta non procedit. Nam syndicus non accusat nomine vniuersitatis; sed proprio, & ad vtilitatem vni-
300 uersitatis; sicut † tutor nomine proprio ad vtilitatem pupilli; de quo articu. latius ibi dixi.& trad.per Cyn.& Doct.in.l.2.C.de accu.& per Bart.in.l. 2. ff. eod.Subdit tamen Ioan. Andr. quòd si syndicus admitteretur nomine vniuersitatis,staret remedium.c. 2.eod.tit.lib.6.quasi sentiat,quòd sine illa protestatione, si vniuersitas intenderet ad mortem, omnes sunt irregulares. Ego arbitror hæc intelligenda , secundum declarationes, & limitationes præcedentiū

quæstionum.Item dico hoc verum,si apparet, quòd omnes de vniuersitate consenserint. Et quanquam
301 † vniuersitas sit corpus fictum,& imaginatum;& li-
302 cet † communicato consilio delinquat,non videantur delinquere singuli de vniuersitate, secundum ea quæ dixi in.d.c.dilectus.in.2.q.tamen omnes singulares consentientes, quorum vota possunt secerni, propter eorum voluntatem ad homicidium , ex eo, quia causam dederunt,sunt irregulares,argu.eorum quæ dixi in.d.c. dilectus. in vltima. q. Incidit tamen decisio huius.q. in dubitationem , de qua dixi. ꝟ. q. 30. &. q. 38. Vnde dicerem , quòd eo casu,quo sine protestatione, ex mandato, & accusatione inde sequuta,propter quam damnatus fuit ad mortem, vel mutilationem efficerentur irregulares, omnes illi quorum vota possent secerni ad eam intentionem. Si verò non possunt secerni, dicamus , quòd omnes
303 sint irregulares;quia † in dubio,quis potius debet iudicari irregularis,vt hic.Vel possumus dicere, quòd hoc relinquendum sit conscientiæ vniuscuiusq;,secū dum varias opinio.quas retuli in.d q.39.Et ideò vtilis esset cautela, quòd vniuersitas in constitutione syndici protestaretur,secundum formam. c. 2. eod. tit.lib.6.Et ex his habes expeditum hunc articulum de mandato,præcepto,& iussu.Sequitur nunc ex ordine vt videamus de irregularitate, quæ committitur consilio,persuasione, suggestione, instigatione, vel monitione alicuius. Prosequendo igitur ordinē
304 quæstionum.Septuagesimoseptimo quæro,† Qualiter quis in prædictis casibus fiat irregularis. Et ad-
305 uerte, quia † consilium differt ab ope,stricto sumpto vocabulo.l.in furti.§.ope.de furt.&.l.sæpe.ff. de verbor.signifi. licet largo modo ille qui dat consilium, dicatur præstare opem.l.qui seruo. §. idem Pomponius.ff.de furt.vnde in plus se habet opem ferri , quā consilium præstare ; quia omnis ille qui consuluit,
306 opem fert,sed non contra , † Est autem consilium, quædam probabilis persuasio debito tempore alij insinuata, secundum Bald. in. l. 1. C.de manu.vindic.licet ibi loquatur de consilio, quòd requiritur ad substantiam , seu formam alicuius actus, de quo etiam per Bart.in.l.1. §. si plures.ff.de exercit. .Potest autem & hoc pertinere ad materiam nostram; sed melius dicit Oldr.consilio.44.quod incipit,quęritur si episcopus serio.vbi dicit, quòd consilium videtur præsupponere quandam mutuam deliberationem.Ideò inter absentes non congruit,vt.ff. de arbitris.l.si vnus.§.fin.& hoc consilium debet præcedere deliberatio,quia quæcunq; animi destinatione peragēda sunt,non nisi certa,& vera scientia perfici debent.l.quæcunq;.ff.de re.iur.Debet igitur consilium
307 habere deliberationem,cuius † duæ sunt partes , secundum Aristot.5.Ethi.quarum prima est Eubolia. hoc est,bona consiliatio.Altera,custodia hoc est bona consideratio,seu coniecturatio . Potest autem se habere dupliciter, vno modo prout quis in se deliberat,& deliberando eligit. Alio modo , prout quis alteri consulit.vt aliquid faciat,vt sentit Barto. in.l. sæpe.ff.de verbo.signifi.& Ioannes.Andr. in. c. cum olim. ꝟ. de arbi. & de secunda specie est materia nostra. Item aduerte, quia consilium potest esse malum,& bonum,vt.l.1.§.persuadere. ff.de seruo corrupt.probatur in.l.consilij.ff.de reg.iur. Vnde est in.
anti-

308 antiquo prouerbio, † Malum consilium consultori
pessimum, quod vnde habuerit originem dixi in gl.
in verbo, consiliarios in clemé. 1. de foro competen.
309 sicut dicimus in† dolo; quia quidam bonus, & qui-
dam malus; vt in rubri. coniuncta. l. 1. §. non fuit. ff.
310 de dolo. † Persuadere autem, est de aliqua re audi-
tori fidem facere, seu præbere, vt not. in. d. §. per-
suadere. Vnde Cicero ad Herennium. Si audaciter
fuerit persuasus, hoc est, si oratio fidem fecerit. Glo.
tamen in versic. inflammasse. in. c. sicut. s. eod. dicit,
quòd persuadere est idem quod inflammare; sed de-
bet intelligi verbis, aut rationibus. Et vide text. in
311 d. §. persuadere. quòd † plus est persuadere, quam
compellere, cogere, seu mandare. Et ideo, quandoq;
persuadens plus punitur, quam faciens, vt not. gl. 50.
distinct. c. miror. Facit. 81. distin. c. tanta. Aduerte,
312 quia† qui persuadet non dicitur mandare. l. 1. §. idē
Pomponius. 2. in versi. si verò. ff. depo. Et vide ad
prædicta Dyn. in regula, scienti. de reg. iur. libr. 6.
313 † Suggerere verò, est insinuare, subministrare, subij
cere; vel dic, quòd suggerere, est suadere, seu quasi
latenter consulere; & propriè causa decipiendi, vel
nocendi illi, cui suggeritur, & etiam alteri. Hoc tra-
dit Archid. 11. distinct. in. c. primates. Facit. c. sicut.
versi. si verò. s. eod. licet quandoq; accipiatur in bo-
nam partem, vt in Euangelio. Ioan. cap. 14. Ille sug-
geret vobis omnia. Ita sumitur in. d. c. primates. &
7. q. 1. &. c. 1. s. de decimis. c. suggestum. cum
314 simil. † Instigare verò, est animum incitare ad iram,
seu latratum. Vnde propriè non pertinet nisi respe-
ctu patientis ad canes. Vnde Terentius, Tu verbis
315 instiga. † Monere propriè sumitur in bonam partē,
& est maiorum, seu æqualium. Persuasio verò, seu
suasio etiam inferiorum; largo tamen vocabulo etiā
accipimus in malam partem, vt si mouet quis aliquē
quem modum debet quis tenere in homine interfi-
ciendo; & est idem, quòd instruere, & docere. Est igi
tur aduertendum, quòd licet prædicta ita differre vi-
deantur; tamen quantum ad casum nostrum, dicen-
dum est, quòd omnes prædicti, qui consuluerūt, per-
suaserunt, suggesserunt, instigauerunt, vel monuerūt
ad homicidium committendum, fiunt irregulares;
homicidio, vel mutilatione inde sequuta. 50. distin.
c. si quis viduam. & c. sicut. s. eod. & probatur ex in-
fra dicendis. Septuagesimoöctauo igitur quæro,
316 † Consuluit, quis, vel suasit homicidium commit-
tendum, ille verò non statim commisit homicidium
sed ex interuallo, an consulens, vel suadens sit irregu
laris. Solu. dic, quòd sic; licet tempore perpetrati ho
micidij, consulens sit in amicitia cum occiso; nisi
consulens tempestiue reuocasset consilium, & denun
tiauerit illi, qui debebat interfici, vt sibi caueret, arg.
ff. man. l. si mandasset. &. ff. ad Macedo. &. l. si tamen
§. si filius. &. l. 1. ff. quod iussu. &. s. de procu. c. manda
to. &. c. ex insinuatione. s. de rescrip. c. ex parte. secū
dum Inno. hic. Facit quod not. Lodouic. Ponta. in. l.
post dotem. ff. de solu. matrim. dixi de procur. §. 12.
versic. dicit tamen Inno. quòd ad hanc denuntiatio-
nem nō astringitur, si firmiter, & probabiliter credi
derat, quòd is cui cōsulerit adquiescat, reuocationi
consilij, & sequitur hic Ioan. And. in. 5. q. Dicit ta-
men, quòd tunc efficitur consulens irregularis, si cō
sultatus fuit motus ex consilio; secus si non fuit mo-
tus ex consilio. Facit quod notatur in. c. cum I. &. A.
s. de re iudi. & hoc dicit verum, maximè, quòd reuo
cato consilio non tenetur, si intra certum tempus
mandauit homicidium committendum; deinde re-
uocauit consilium; & tamen ille post illud tempus
commisit homicidium, arg. not in. c. de illis. s. de
sponsa. & sequitur etiam hoc domi. Anto. hic. Sed
317 quæro, † quæ sit ratio, quòd in mandato de occiden-
do sufficit simplex reuocatio absq; notificatione,
vt dixi. s. in. 23. q. & hic, si dubitat, non sufficit sim-
plex consilij reuocatio. Sol. dicunt hic Docto. quòd
mandatum sit gratia mandantis tantum. Ideò non
est præsumendum quòd mandatarius non acquie-
scat reuocationi; sed consilium, suasio, seu suggestio
sit gratia eius cui consulitur, quod, vt plurimū, sit ra-
tionibus vrgentibus, & ideò non ita de facili persua
detur contrarium; & ideò non sufficit sola dissuasio
318 sed† requiritur, quòd certificet illum, qui occidi de
bebat, si eum remordet conscientia; & hæc est com-
munis * sententia, quam etiam seq. hic Ioan. And. D. Cōis
Ant. & D. m. & Bart. in. l. non solum. §. mandato. ff. opi.
de iniur. dixi in clem. 1. de renunt. Debet tamen esse
cautus iste qui denuntiat, seu intimat hoc occidēdo
vt non propalet illum qui debebat interficere. argu.
46. distinct. c. clericus. &. 2. q. 1. c. si peccauerit. Se-
319 ptuagesimonono quæro. Vtrum ille qui non con-
suluit directè homicidium; sed quodammodo indi-
rectè; vt puta, quia suasit iactum machinæ; vel bom-
bardę, vel ad faciendum insultum ad castrum capien
dum, an sit irregularis, si aliquis inde moriatur. Sol.
Inno. hic. dicit, quòd sic, quia occasionē verisimilem
& propinquam dedit homicidio; quia talia non con
sueuerūt fieri sine occasione; immo homicidium est
talibus valdè propinquum; ergo imputatur, arg. not.
in. c. de cætero. &. c. continebatur. s. eod. maximè,
quia hoc non est officium clerici, vel volentis in
præsbyterum promoueri. Facit quod not. in. c. susce
pimus. s. eod. &. c. final. de postu. & seq. hic Hostien.
Ioan. Andr. D. Anto. &. D. m. Octuagesimo quæro,
320 † Vtrum ille qui consulit, quòd castrū furtiue vel prodi
torie capiatur, sit irregularis, si inde homicidium,
vel mutilatio committatur. Solut. quidam dicunt
quòd non nisi esset verisimile, quòd hoc non posset
fieri absq; homicidio. Alij dicūt, & fortè melius, se-
cundum Inno. quòd si talis opus illicitum, erit irre-
gularis, etiam si casu sequatur mors, vt in iuribus al-
lega. in præceden. q. Fallit. c. fin. eod. titu. lib. 6. &
quod dixi. s. q. 60. & sequitur Ioan. Andr. in. 2. q.
Ego arbitror posse distingui, quòd aut bellum erat
iustum; & hoc modo licet furtiue, vel proditorie ali
quid consultatur, non dicitur res illicita; sed dolus
bonus, vt. l. 1. §. secundo. ff. de dol. & ideò si præter
intentionem, & verisimilitudinem sequutum est ho
micidium, non efficeretur irregularis, argu. eorum
quæ supra pluries dicta sunt; & ita procedat prima
opinio. Alias procedat secūda. Octuagesimo primo
321 quæro, † Aliquis consuluit vt malefactor caperetur.
qui captus, damnatus est ad mortem, an sit irregula-
ris illo occiso. Solu. Inno. hic dicit, quòd non, si præ-
ter intentionem suam sequatur illius occisio, argu.
c. final. s. eod. secus, si directè consuluisset in mor-
tem. Facit. c. sententiam. s. ne cler. vel mona. Et
hoc tenet hic Ioan. Andr. in. 3. q. & dicam infra.
Octua-

322 Octuagesimosecundo quæro,† Officialis capto malefactore,quærit ab aliquo, quid facere debeat de illo,ille respondet,talem morte puniendum,vel mutilandum, hoc consilio motus officialis illum suspendi facit:an consulens sit irregularis.Sol.Rayn.tenuit quòd sic;quia consulens fuit in culpa;quia consuluit super casu qui de facto tunc erat, arg.c. ex literis.ꝫ. de excess. prælat. Contrarium tamen videtur tenere gloss.in.d.c.ex literis.& gloss.in.c. fin. ȝ. distinct.& Goffred.in.c.clerici.ꝫ. ne clerici vel mona. Tu verò distingue ex mente Hostien.in.d.c.ex literis. & Ioã. Andr.in.d.c. clerici. ꝫ. ne cleri.vel mona. & in.d.c. ex literis.& Specu.in.d.§.iuxta.versic. quid si iudex; quòd aut nõ imminet casus in facto de præsenti, aut imminet.Primo casu,Goff. Ioan. Andr. & Archid. & D.m.tenent, quòd non sit irregularis; quia potest in genere respondere;lex sic dicit,arg.23.q.5.c.1.& 5.q.6.c.delatori.Specu.verò in.d.loco dicit, quòd si clericus respondet quem morte puniendum generaliter pro tali crimine, & iudex sequutus sit suam responsionem, & illum taliter delinquentẽ damnat ad mortem, quòd si respondens erat iurisconsultus, aut doctor, qui consultus consueuit talibus respondere;& tũc aut iste errauit in apicibus iuris, vbi sunt variæ Doct.opi. & respondet, secundum suam opinionem,in qua etiam periti errassent, & non efficitur irregularis;dum tamen exprimat,& super hoc variæ sunt opinio.Aut errauit per crassam, & supinam ignorantiam;quia nullus in illo articulo dubitasset; & est irregularis ; quia fuit in culpa ; cum esset iuris consultus.Si verò non est iurisconsultus;sed simpliciter dicat , quid de hoc sentiat,nec præsumere debet,quòd iudex suam sequatur opin. non efficitur irregularis; ex quo non respondet ad casum,,qui de facto pendeat. Secundo casu, quando crimen in facto de præsenti imminet puniendum, efficitur irregularis siue ex generali,siue ex speciali responsione sequatur homicidium ; secus si ex sua responsione non sequeretur homicidium ; quia fortè iudex erat dispositus ad illum decapitandum , & iste fuit interrogatus a quodam alio , quæ pœna imponatur pro tali delicto , & respondet , quòd capitalis.nam ex hoc non efficitur irregularis; quia homicidium non fuit sequutum suo consilio; secundum.D.m.in.d.c. ex literis . Octuagesimotertio

323 tio quæro,† Officialis alicuius episcopi habet iurisdictionem temporalem,quærit ab episcopo,quid agendum sit; de aliquo capto de crimine, pro quo venit imponenda pœna mortis. Solu. dic, quòd debet respondere, quod ad ipsum non pertinet de talibus respondere;sed quòd alios peritos debeat consulere super hoc , arg.c.ex literis.de excess.prælat.Potest tamen,secundum quosdam dicere.quod puniat, secundum quod iura volunt;dum tamen non exprimat de.pœna sanguinis aliquid,argu.c. omnis.3.distinct.Facit quod dixi.ꝫ.65. q. Octuagesimoquarto

324 quæro,†Quidam, volenti liberari hominem a morte,retraxit illum consulendo ne liberaretur;an sit talis consulens irregularis.Sol.Specul.in tit.de legato. §.iuxta.vers.quid si cum velles.tenet,quod sic,per.c. si quis viduam. 50. distinct. & de pœnit. distinct. 1.

325 c.periculose. Octuagesimoquinto quæro , † Aliquis interrogatus , an captus esset a morte liberandus,respõdit,malum est,quod euadat impunitus, an sit irregularis ; si postea condemnetur ad mortem. Solut.Specula.in.d.§.iuxta.versicu.quid si episcopus dicit, quod sic. & idem tenet. D.m. post Doct. in. d. c. ex literis. ꝫ. de excess. prælato. secundum vnum intellectum . Octuagesimosexto quæro ,

326 † Quid si consanguinei , vel amici alicuius offensi , quærunt consilium a consanguineo, fortè clerico de vindicando offensam ; quia dicunt, quod volunt interficere offensorem , qui tamen noluit consulere ; sed tacuit , an efficiatur irregularis si mors inde sequatur . dic , vt dicam infra. q. 95.

327 Octuagesimoseptimo quæro , † Aliquis timens interfici , vult aufugere , ego dixi , quod non timeret, & promisi fidem , & securitatem , vnde propter persuasionem meam , & fidem promissam, non fugit ; propter quam causam interfectus est in eo loco, in quo interfici timebat, an fiam irregularis. Solu. dic, quod sic, secundum quosdam , nisi promittens quasi probabilem , & certam securitatem habuisset posse firmiter adimplere, quod promisit ; vt puta , quia habebat in illos , de quibus iste dubitabat , dominium , aut patriam potestatem ; aut erant sibi tali amicitia, consanguinitate , vel affinitate coniuncti , quod potuit eos á tali proposito reuocare. Si vero non habebat probabilem credulitatem , & sic fuit in culpa ita temerarie promittendo ; vel fuit in negligentia proxima dolo , efficitur irregularis, vt tenet Specula. in. d. §. iuxta versicu. quid si aliquis

328 mori. & bene . Octuagesimooctauo quæro.†Contra hospitium episcopi fit improuisus insultus, episcopus, qui intus est, & timet de sua, & suorum morte, consulit suis , vt assumant balistas, & arma; dicens, Defendatis vos, & nos; illi sic faciunt; & plura homicidia hinc inde perpetrata sunt; an sit irregularis? Solut. Hostien. hic dicit, quod si iste timebat de persona sua, & suorum, licitè fecit. Facit quod dixi.ꝫ.q.14.& q.18. & quod statim dicam in seq.q.Facit.c. dilecto. de senten.ex commu.lib.6.

329 & c.2.§.final.ꝫ.eod.&† homicidia sunt imputanda duritiei insultantium,vt.c. postulasti. ꝫ. eod. Si vero pro rebus conseruandis tantum consuluit, debuit potius ipsas exponere . Vide quæ dixi. ꝫ.q. 28.Tutius tamen est,secundum Ioan. Andr.hic.11.q.quod non faciat expressam monitionem de balistis. Facit quod dixi.ꝫ.q. 64. & q.89.& ꝫ.de sagit.c.1. Nam hoc casu non imputabitur sibi ; quamuis hi , quibus in genere consuluit , vt sumerent arma, sumpsetint balistas ; quia multa licent in genere , quæ non specie. ꝫ. eod. c. postulasti. & ꝫ. de iure patronat. c. ex literis . Facit quod dixi supra. q.

330 82. Octuagesimonono quæro , † Quidam consuluit, seu persuasit alicui , quod pro patria sua, vel suo iure, aut proximi, defendendo sumat arma, & se periculo exponat ; & in illo conflictu aliquis est interfectus, an sit irregularis. Solu.dic, quod non , etiam si mortuus esset ille , cui consultum fuit. argumen. 23. q. 3. c. pro membris. & c. sequen. & q. 8. c. igitur . & c. conuenior. & c. hortatu . secundum Innocen. hic quem sequitur Ioan. Andr. in. 10. q. & gloss. in. c.quod in dubijs. ꝫ. de pœnis.Facit quod dixi.ꝫ.q.18.& q.64.

idem

idem Archid.23.quæst.8.in summ.& hoc verum,nisi ille sciret talem omnino moriturum; quia tunc fieret irregularis. Idem not. Specu. in. d. §. iuxta
331 versic.portò si quis. ¶ Nonagesimo quæro, Quid si aliquis alicui consulat, quòd se indubitanter exponit morti pro amore Iesu Christi, vel pro fide, vel pro libertate ecclesiæ, an talis consulens sit irregularis? Solut. dic, quòd talis non est irregularis, etiam si postea ille moriatur, cum Christus pro nobis mortuus fuerit, & ei teneatur rependere vicem, prout fecerunt sancti Martyres.
332 ¶ Nonagesimoprimo quæro, † Quidam consuluit alicui, vt alium occideret; ipse verò aggrediens ab aggresso occiditur; an consulens sit irregularis? Solut. Quidam dicunt, quòd sic. quia dedit operam consilio illiciti operis. vnde quicquid mali, culpa, vel casu inde sequutum est, sibi debet imputari, vt c. continebatur. & c. suscepimus supra eod. Potuit enim considerare, quòd etiam ab illo poterat occidi. & sic est irregularis. 50. distinct. c. hi, qui. &. c. penult. Alij tenent contrariam sententiam; quia iste nullum consilium dedit in mortem istius interfecti; immo eum mori nolebat, quia si hoc intendisset, sine dubio esset irregularis, vt. d. c. hi qui. &. c. sæpe. & infra eod. c. significasti. Sed si excitaret aliquem ad occidendum aliquem in loco, vbi instaret periculum mortis, fieret irregularis; etiam si is cui consuluit occideretur; semper enim apparet, quòd non fuit diligens, nec bonum dedit consilium; ex quo ille qui recepit, fuit interfectus. Secus si non consuluit fraudulenter; quia licet consilium fuit malum, & magnæ negligentiæ; non tamen fuit ad mortem ipsius; quia consilium debet intelligi, vt caute
333 ageret. Et † fines mandati diligenter sunt seruandi. c. cum dilecta supra de rescript. l. diligenter ff. mandati. & ideò si non cauit sibi, vt debuit, & fines mandati excessit, sibi imputet, maximè cum excedendo non videatur fecisse consilio illius. Et hoc tenet hic Innocen. & sequitur Ioan. Andr. in. 7. quæst. versicu. quid si Titius. & Specul. in titu. de leg. §. iuxta. versicu. quid si aliquis. Sed Ioan. Andr. ibi in addit. tenet, quòd simpliciter consulens sit irregularis, per. c. fina. eod. titu. libr. 6. & hoc mihi plus placet. In mandante verò quid iuris sit, dixi supra. q. 71.
334 ¶ Nonagesimosecundo quæro, † Aliquis consuluit alicui, vt se proijceret in mare, vel præcipitaret per fenestram; & ille hoc facto moritur, an suggerens sit irregularis? Solu. Inno. dicit, quòd sic, per. c. si quis viduam. 50. distinct. ¶ Nona-
335 gesimotertio quæro, † Pone, rusticus erat super asinum, & volebat transire flumen, & cum esset in medio fluminis asinus incepit nolle ire nec ante, nec retro; sicut asina Balaam, vt. 2.q.7.§.item cum Balaam. & sequen. clericus vero, vna cum alijs, quia aqua crescebat clamauit ad illum, vt descenderet de asina ne periret; credens verisimiliter eum euadere posse ille verò ad eorum clamorem descendens submersus est, an præsbyter, & alij sint irregulares? Solut. dic, quod non absit enim vt ea quæ propter bonum facimus &c. 23. q. 5. c. de occidendis. versicu. absit. hoc tenet Specul. in. d. §. iuxta. versic. sed pone, Rusticus. ¶ Nonagesimoquarto, & vl-
336 timo quæro, † Quid de medico, vel alio qui suasit abortum mulieri pregnanti? Solut. collige ex his quæ dixi supra. 36. quæst. Adde tamen ad prædicta, quæ dicam in. c. nupet. infra. de sentent. excommunicat. Vnum distinguamus circa consilium
337 † Vtrum ille esset facturus, vel non; ad hoc vt consulens teneatur de consilio, vel non; de quo ibi per D.m. Et ex his habes expeditum hunc articulum de consilio, persuasione, &c. Sequitur nunc ex ordine, vt videamus de irregularitate commissa ex homicidio commisso per negligentiam, desidiam, seu incuriam. Vnde sequendo ordinem quæstionum.
338 ¶ Nonagesimoquinto quæro, † Vtrum ille ex cuius negligentia, seu desidia commissum est homicidium, vel mutilatio, sit irregularis. Circa quod vi-
339 dendum est, quòd † negligentia dicitur priuatio diligentiæ, vt dicit Bart. consilio quod incipit cha-
340 rissime domine, & est. 102. lib. 1. Vnde sicut † diligentia est mater virtutum in suo opere. 83. distin. in.c.nihil; ita negligentia est nouerca eruditionis vt.d.c.nihil. & ideo semper sonat in vitium, vt not. Ioã.And.post Arch.c.2.de reb.eccl.non alien.lib.6. & est peccatum mortale, vt.c.ea quæ.supra de offic. Archidiaco.dixi in. c. 3. supra de accusation. in tertio notabi. & eius mater, vt plurimum, est securitas.vt inquit Grego. in moralibus.& Oldra.consilio 81.in fin. Facit.l.nec supina.ff.de iuris & fact.igno
341 ran.† Desidia verò, quasi pro eodem ponitur; dicitur enim quasi deorsum sedens; hoc est, in terra.
342 † Incuria verò, dicitur quasi sine cura, & sic sine diligentia; & sic quasi pro eodem ponitur cum ne-
343 gligentia. Nam † curiosus, idem est, quòd diligens.
344 Vnde † cura dicitur quasi cor vrens, vt not. Archid. in.c.1.de fil.præsbyter.lib.6.inde descendit benefi-
345 cium curatum. † Vtrum ergo ille cuius negligentia commissum est homicidium sit irregularis. dic, quòd sic; quia talis qui negligit, cum potest subuenire vitæ alterius, dicitur occidere. 83. distinct. c. pasce. & 87. distinct. c. si. 75. dist. c. si quis abscidit. ff. de lib. agno. l. necessarie. Facit. ff. de re mili. l. omne delictum. §. qui præpositum. 11. q. 3. c. non solum. 12. q. 2. c. aurium. 50. distinct. c. contingit. 47. distinct.
346 sicut. & 15. quæst. 7. c. 2. & ratio est, quia † facientis culpam proculdubio habet, qui quod potest corri-
347 gere, negligit emendare. † Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. 86. distinct. c. facientis. & c. sicut supra eod. Idem tenet Specu. in. d. §. iuxta. versic. quid si potui. Facit. c. quanto infra de sentent. excommu. & c. dilecto. de sentent. excomm. lib. 6. Et faciunt notab. ver
348 ba † clarissimi, & eloquentissimi oratoris. F. Philadelphi sic dicentis. Non minus peccat, prohibere crimen qui valens cessat prohibere, quam qui dirus insontem præmit, & fatigat. Et hoc est verum siue dolose negligat obuiare homicidio, siue ex culpa. Nec obst. quod quidam voluerunt, quos seq. D. m.
349 in. d. c. quanto. vbi voluit, quòd si † culpa quis negligit obuiare verberationi clerici, non efficiatur excommunicatus; quia respondeo, quòd ibi requiritur dolus,

dolus, ad hoc vt sit excommunicatus propter vio-
lentam manuum iniectionem in clericum, vt. c. si
quis suadente. 16. q. 4. Sed in casu nostro sufficit
sola culpa, vt. c. præsbyterum. &. c. continebatur.
&. c. suscepimus. supra eod. & supra sæpius dictum
est. Vnde secus dicerem, si non sint in aliqua cul-
pa; vt puta, quia videbat nimis magnum periculum
subesse circa personam suam, si voluisset obuiare,
vel non videbat posse obuiare quin alterum occide-
ret; quia tunc non esset irregularis, nec diceretur ne-
gligere; quia tunc dicitur negligere, cum potest ob-
350 uiare, & non obuiat, vt. d. c. facientis. Et quis † illud
dicitur posse, quod de iure, vel honeste potest. 22.
q. 2. c. faciat. & glo. in verbo, potest. in clemen. sæpe.
de verfi. signi. &. l. filius. ff. de condit. instit. & per glo.
in. c. si eo tempore. de rescript. lib. 6. &. l. nepos Pro-
culo. ff. de verbo. signifi. & quod commode possu-
mus, vt in dictis iuribus. not. Pau. in clemen. 1. de
præben. & in clemen. causam. de elect. & quod sine ti
more, vt not. gl. pen. in. c. quia propter. supra de elec.
per. c. bonæ memoriæ Maguntinus. de elect. & quod
sine difficultate, not. glo. instit. de act. §. pęnales. 35.
351 distinct. c. ab exordio. & ideò † non dicimur posse
quod per extraordinarium remedium possumus,
no. Innocen. in. c. pastoralis. de cau. pos. & propriè.
& Lap. in regula semel. de reg. iur. libr. 6. & not. in. l.
apud Iulianum in fin. ff. de lega. 1. Et ideò talis
non dicitur negligere; & per consequens non est ir-
regularis. Et prædicta adde ad ea quæ dixi. supra. q.
352 18. ¶ Nonagesimosexto quæro, † Aliquis petijt
à me consilium de interficiendo aliquem. ego non
consului, sed neglexi contradicere. an sim irregula-
ris? Solu. Inno. hic tenet, quòd sic. argu. c. Matthe. de
symo. Idem tenet hic Ioan. Andr. & D. Ant. Secus si
expressè prohiberem, arg. sicut nobis. supra de sym.
infra eod. c. Petrus. &. 1. q 4. quia præsulatus dummo
do ex corde hoc faciat; alioquin in conspectu Dei
tenetur, si tacite consentit homicidio; quia lex pro-
motionis non solum in facto consistit; sed in volun-
tate. & in animo. 15. q. 1. c. fin. &. q. 6. c. 1.
353 ¶ Nonagesimoseptimo quæro. † Vtrum ille qui nõ
reuelat tractatum ei, in cuius mortem scit conspira-
tum esse, sit irregularis sequuta morte. Sol. gl. si. infra
eod. c. Petrus. sentit quod non. Facit, quia talis non
videtur commisisse homicidium facto, mandato,
consilio, vel defensione. 50. distinct. c. si. quis viduam
&. d. c. Petrus. & hoc est verum si prohibuit. Facit
quod dixi in præced. q & hoc est verum si credidit,
vel credere debuit, quòd per suam prohibitionẽ illi nõ
starent, quin perpetrarent homicidium; aliàs secus;
Alij verò tenent indistinctè, quòd non tenetur reue
lare; sed satis sit prohibuisse. Specu. in. tit. de lega. §.
iuxta. versicu. quid si amici. & Inno. in. d. c. Petrus. &
ibi. Ioan. Andr. &. D. m. distinguunt, quòd aut quis
dolose non reuelauit. Aut non dolose, Primo casu,
est irregularis, arg. c. quantæ. infra de senten. excom.
aliàs secus. D. m. consulit, quòd reueler. Nam pro-
pter opiniones, de quibus supra indicaretur irregu-
laris, arg. tex. nostri. dico tamen, quòd debet esse cau
tus, ne prodat illos qui coniurarunt. Et adde quæ di-
xi supra. q. 73. &. q. 79. Et prædicta procedunt,
quando non fuerunt propalata sacerdoti in con-
354 fessione. Nam tunc † nullo modo debet manife-
stare, etiam si iurasset dicere veritatem; quia il-
lud non scit, vt sacerdos; sed vt Deus, vt c. si
sacerdos. infra de offi. ordi. ¶ Nonagesimooctauo
355 quæro, † Aliquis vult te interficere, nisi ei dem ali-
quam pecuniæ quantitatem, an tenear dare ad hoc
vt liberem te a morte; & si non dedero, an sim ir-
regularis, si te interficit ille? Sol. glo. 83. distinct.
c. 1. arguit quòd sic, per illum text. & per text. 86.
distinct. in. c. non satis. in princ. Faciunt iura quæ al-
legaui supra in princip. istius articuli negligentiæ.
Refert tamen gloss. quosdam dicere, quòd soli præ-
lati ad hoc tenentur. 12. quæst. 2. c. gloria, 16. quæst.
1. c. final. Alij dicunt, quòd quilibet tenetur redi-
mere vitam alterius: & hæc videtur mihi tutior. Pro
uideat ergo, si potest, aliter quam dando pecuniam;
si non potest aliter, det illam. Nonagesimonono
356 quæro, Quid si negligentia est commissa in male
ligando vrsum, vel leonem, dic vt dixi. supra. q.
47. Centesimo, posset hic adiungi quæstio, de
eo qui adhibuit pœnitentiam homicidio; cuius
quæstionis decisio, satis colligi potest ex his quæ
supra dixi in articu. de ope, & auxilio. quæst. 63.
& sequen. quia quis debet abstinere, & maxime
clericus, si aliquo modo per sui præsentiam auxi-
lium, vel causam præstare posset homicidio, vel
mutilationi; secus si ex sola curialitate interesset,
vide Specula. in. d. §. iuxta versicu. quid si episco-
pus. & D. m. in. c. ex literis. infra de excess. prælat.
Postremo loco superest, vt attingamus de irre-
gularitate, quæ contrahitur ex homicidio com-
misso consensu, collaudatione, seu ratihabitione.
357 † Est autem consensus, in idem plurium tacitus
sensus. l. 1. ff. de pact. tradit Ioan. Andr. in. c. cum
olim. de arbit. & vide gloss. magnam in fin. in. c. 1.
de reb. ecc. non alie. lib. 6. quæ dicit, quòd consensus,
358 & † collaudatio est multorum voluntas ad quos res
359 pertinet simul iuncta. Et aduerte; quia † consensus
potest præcedere actum, interuenire in actu, & sub-
sequi post actum; nisi consensus requiratur de forma
quia tunc semper debet interuenire in actu, & quan
do hoc sit, vide notabiliter Docto. post Innocen. in
c. cum consuetudinis. supra de consuet. & per gloss.
in. c. edoceri. s. de rescript. gloss. in. c. 1. s. de procur.
in. c. causam. s. de iudi. in. c. cum vos. s. de his quæ
fi. a præla. per gloss. in. c. 1. de reb. eccl. non alienan.
lib. 6. per Bart. in. l. 1. § si plures. in repet. ff. de exer-
cito. &. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquiren.
hæred. & in regula ratum. de reg. iur. lib. 6. Bald. in. l.
fin. C. ad Mace. De primis duobus modis; videlicet,
quando ante actum, vel in ipso actu, non est art. no-
ster; sed satis est dictum in art. præcedentibus. Solum
ergo hic examinabimus, quando consensus subsequi
360 tur actum; sicut & † ratihabitio, quæ semper adhibe
tur post actum. vt in dicta regula, ratihabitio. Sed
redeundo ad propositum nostrum, Centesimopri-
mo quæro, Vtrum per talem consensum, & collauda
tionẽ, & ratihabitionem efficiatur quis irregularis,
verbi gratia, commisisti homicidium me ignorante
nec causam præbente, dico, quòd placet mihi illud ho-
micidium, per te commissum; vel illud collaudo, an
sim irregularis? Solu. Specul. in dicto titu. §. iuxta
versic.

versic. sed quid si agenti. Primo videtur tenere, ꝙ
361 sic. Nam † ratihabitio retrotrahitur, & mandato
comparatur, vt in dicta regula. ratihibitio. &.l.1.
§.quoties ff. de vi & vi arm. &.ʒ. de elect. c.pen. cũ
simili. Quod enim quis non pronuntiat in ore,
in corde audit Deus; & voluntas pro opere reputatur,
14.q.1.§.si ago. Hoc idem tenet Hostien. in
summa §.qua pœna. versic. quid ergo si placet. vbi
dicit, hoc verum, si talis gauderet de morte illius;
secus si gaudet malefactorem punitum esse.23.q.5.
in.c.reos. licet doleat de morte personæ, & compatiatur
figuræ Dei, & tristatur, quòd taliter deliquerit
propter quod imago Dei ita punita sit, arg.
c.2.ʒ.eod. &.C.de pœnis.l.si. quis in metallum.ʒ.
de senten. excom.c. vt famæ. & sequitur ibi Spec.
Subdit tamen, quòd in dubio relinquitur conscientiæ
suæ, quam intentionem habuerit.ʒ.eo.c.exhibita
ʒ.de iureiuran. c.mulier 23. distin. c.habuisse.ʒ.de
ętat. & qualit. c.ad aures. Sed tandem dicit,
quòd, credit, quòd per solam ratihabitionem,
siue placentiam non fiat quis irregularis; vbi nullus
consensus, vel exhortatio, vel cooperatio, vel præces
præcesserint, nec eius nomine factum sit, arg.
362 ff.man. l.si vero. §.si post. † Peccatum enim quod
sola voluntate committitur, sola voluntate contraria
aboletur; quia nihil tam naturale &c.l.nihil.ff.
de reg. iur. &.in.c.1.ʒ.de reg. iur. Et hoc etiam
videtur sequi Ioan. And. in addi. qui allegat quod
in simili nota. in.c.is,cui.2.respon. de sent. excom.
363 libr.6.vbi, † per solam ratihabitionem iniectionis
violentæ manus in clericum, non incidit quis
in excommunicationem; nisi illa iniectio fuerit facta
nomine ratum habentis. Et videtur etiam sequi
Inan. And. & do. Ant. in.c. postulasti.ʒ.eod.
qui simpliciter allegauit dictum Specul. Et hoc
mihi placet; nam si non fuit suo nomine gestum,
deficit factum, quod requirit. lex promotionis.
15.q.1.c.fin. Vltimo quæro circa hanc septimam
364 quæstionem, † Vtrum peccata, seu delicta, quæ
alias inducunt irregularitatem, illam inducant, si
sint occulta. Sol. gl. in.c.nisi.§.personę.ʒ. de renun.
colligit ꝙ sic; quod verum dicit ibi Goffre. si sit
tale peccatum, de quo non sit peracta pœnitentia,
vt.c.fina.ʒ. de tempo. ordi. Hostien. dicit, quòd
peccatum occultum non inducit irregularitatem,
in qua requiratur prælati dispensatio. Inducitur
ergo irregularitas, sed sufficit sacerdotis
dispensatio in confessione, cum contritione, &
pœnitentia. Et ex his copiosæ, & ordinatæ habes
expeditam hanc septimam.q. princ. Octauo prin-
365 cipaliter quæro, † de effectibus irregularitatis.circa
quam quæst. aduertendum est, quòd hæc quæstio
satis videtur esse intricata; in ea tamen procedam
vt clarius potero; & aduertendum est, quòd
tres principales possunt insurgere effectus, Primus,
impeditiuus promotionis ad ordines. Secundus,
administrationis in receptis ordinibus impeditiu᷒.
Tertius, depositiuus ab officio ordinum. Et quoniam,
vt supra vidisti in.7.q. princ.& in.5.q. plurimis
modis, & ex diuersis, quis incurrit in irregularitatem,
& plures sunt eius species. Idcirco as-
366 sumendo aliquas. Primo quæro, † Quis sit effectus
irregularitatis, quę prouenit homini ex defe-
ctibus, qui in eo sunt, sine facto, & peccato suo. &
circa irregularitatem prouenientem ex defectu natalium,
dic, quòd effectus est promotionis impeditiuus.
vt.ʒ.de filijs præsby. per to. tetigi. ʒ. in
princ. 7. q. vbi posui plures rationes. Secundo quę-
367 ro, † Quis sit effectus irregularitatis prouenientis
ex bigamia. Sol. simile dic, quòd est promotionis.
82.distin. c.proposuisti. 26.distin. c.vna. versi.
bigamus. de quo latius de biga. per to.& per Hosti.
in summa. in tit. de biga.§.fina. & 50. distin. c. ex
pœnitentibus.&.c.quicunque.&.c.confundat. Item
368 † si prius habuisset ordines non solum per bigamiam
postea sequentem; sed etiam per simplex
matrimonium, impediretur administrare in illis
369 ordinibus. Sed † in bigamo est, si recte memini,
quia amittit omne priuilegium clericale. Tertio
370 quæro, † Quæ sit irregularitas, quæ contrahitur ex
deformitate proprij corporis. Sol. dic similiter,
quòd est impeditiua promotionis ad ordines.55.
distin.c.pœnitentes.43.distin.c.mittatur. &.c.vsq;.
34.distin. c.præcipimus. 36.distin. c.illiteratus. &
371 de his latius.ʒ.de corpo. vitia. per to. Sed † propter
hanc deformitatem non impeditur quis administrare
in susceptis ordinibus, nisi sit talis deformitas,
seu tale vitium corporis, quod inhabilitauerit
illum talem ordinem exercere, vt.c.præsbyterum.ʒ.de
clerico egro. dixi.ʒ.in princip. 7.q.
372 princ. versi. secundo quæro. Quarto quæro, † Quis
sit effectus irregularitatis contractæ ex violatione
censuræ. Sol. dic, quòd effectus est, vt tales impe-
373 diantur promoueri.ʒ.de furt. c.fina. Et † quæ sint
delicta impedientia ordinationem, vide.33.distin.
c.maritum.&.34.distin.c.præcipimus. & vide generalius
d.21.distin. vsque ad.50. distin. & ad.81.dist.
vsque ad.90. Nam vt dicit Apostol. ad Thimot.
374 epistol.1.c.3. Oportet † episcopum irreprehensibilem
esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem,
pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem;
non violentum, non percussorem; sed modestum,
non litigiosum non cupidum, suæ domni
375 bene præpositum, non neophicum. Quæ † omnes
qualitates extenduntur ad alios clericos; licet Apostolus
loquatur de episcopo.81.distin.c. Apostolus.
35.distin. c. cognoscamus. & Hostien. in summa.
de tempo. ordi. §.& cui. Esset etiam difficile nimis
prosequi vnumquodq; delictum, & defectum,
secundum enumerationem quam feci, & secundum
quem, vel quod quis incidit in irregularitatem,
& de effectibus singulorum; esset enim quasi
reuoluere totum corpus iuris; & ideo pro effectibus
recurrendum est ad titulos speciales. Et pro
386 † quibus criminibus quis sit deponendus, vide.81.
distin.c.1.&.c.Maximianus. &.23.q.2.c.si quis per
capillum. & tex. in.c.præterea.ʒ.de iure patro.39.
distin.c.Petrus. de coha. cler. & mulie.c.sicut. glos.
penul.35.distin. c. pen. gloss. 50. distin. c.si episcopus.
& .c.si. quis præsbyter. & glos. 1.q.1.c.præsentium.
& glo.1.82.distin. & glo. in.c.fina. ʒ.de cler.
pugnan. in duel. & glo. magistra.12.q. fin. in sum.
& glo. 23.q.3.c. non in perpetuam.31.q.c.non debet.
Glos. in.c. vt clericorum. ʒ.de vit. & honest.
cler. Innocen. in cap. ex tenore. & cap. pen.ʒ.de
377 temp. ordi. per Paul. in clem.1. de offi.ordi. De †

inducentibus autem suspensionem, vide aliquod in.dd.iuribus. & vide glo.32.distin.in.c.nullus.glo. & Doct. in.c.accusatus.ꝫ.de symo. per Innoc. in.c. tanta.eod. tit. per glo. & Doct. in.c. ex tuarum. & c.inter. de purg. canon. & latissime de vtroque per do.Ant. & D.m. in.c.atsi clerici.in princ.ꝫ.de iudi. Sed quantum ad propositum attinet ponit ibi do. Ant. & D. m. quòd omne delictum cum irregularitate, dignum est depositione, per not. per Innoc. in.c.nisi. cum pridem. ꝫ. de renun. & aliquid per Innoc. in.c. cū nostris. ꝫ. de cōces.præb.& adde ad hanc materiam, quæ dixi.ꝫ.in.4.q. princ. & quod trad. in.c.dilectus. ꝫ.de tempo. ordi. & per Spec. in tit. de leg.§.nunc de episcoporum. Item not.

378 quòd † irregularis propter crimina non solum deponitur ab officio sacerdotali; sed ab omni officio cuiuscunq; ordinis, vt.c. presbiterum. & ibi not. &.c.de cetero & ibi dixi.ꝫ.eo. Item not.quòd

379 † irregularitas nō priuat quem beneficio ipso iure, tex. est & ibi.do. Ant. in.c.nisi cum pridem. in prima parte super.3.glo.ꝫ. de renun. Innoc. in.c.cum nostris. de conces.præben. & in.c.si celebrat.de cle. ex. mi.in addi. per Innoc. & vide etiam ad hanc materiam Hosti. in summa. in tit. de cle. ex. mi.

380 Quinto quæro, † de effectu irregularitatis, quæ contrahitur ex homicidio. Sol. dic, ꝙ illa non solum impedit effectum promotionis, & administrationis, & non solum in susceptis ordinibus remanere; sed ad maiores ascendere, & nō solū ante peractā pœnitentiam; sed etiam post peractam pœnitentiam; nisi interueniat dispensatio Papæ, vel inferiorum secundum diuersas qualitates homicidiorum; & maiores, vel minores culpas secundum ꝙ colligitur in.c.sicut.ꝫ.eo.& ea q̄ dixi in.7.q.princ.in artic. de homicidio. & secundum ꝙ trad. in.c. dilectus. de tempo. ordi. & per Spec. in tit.de legato.§.nunc de episcoporum.&.§.iuxta. vet. sunt quoq; ; dicam in.10.q.princ. Talis tamen qualitercunq; sit irregularis, non potest etiā in minoribus ministrare.D.m. post Inno. in.c.2.ꝟ.de cle.pug.in duel. Et hoc arbitror verum; licet Spec. in.d.§. iuxta versi. item quandoq;. dicat, quòd aliquis est irregularis, vt non promoueatur, sed non vt ministret in susceptis, vt c.continebatur. in fine.ꝫ.eo. & in tex. nostro in fin. Quod ego intelligo, respectu facilioris dispensationis, quantum ad episcopum, dicam in.10.q. princ. Et ex his habes expeditam octauam.q.princ.

381 Nono principaliter quæro, † Qualiter in hac materia irregularitatis sit formandus libellus. Sol. dic, Iste articulus satis est difficilis, propter varios casus, qui varias requirunt rationes, & varias conclusiones, propter varios effectus; sed sufficiat vnam formam exempli gratia, posuisse, quæ erit ista, Coram vobis reuerendo in Christo patre, & domino do. Carolo dignissimo episcopo Senensi, Franciscus Tardeus &c.dicit, & exponit, quòd Sempronius clericus de anno præsenti.1440. de mense Iunij interfecit Titium, seu vulnerauit super platea sancti Martini in ciuitate Senarum; vel quid simile commisit, propter quòd incidit irregularitatem. Quare petit per vos, & vestram sententiam dictum. S.priuari, seu priuandum esse decerni beneficio suo, vel deponi ab officio, seu ordinibus suis, vel degradari, seu administratione ordinum interdici, loquendo, seu petendo vnum, vel alterum, secundum quod videri t expedire, & prædicta dicit, & petit omni meliori modo &c. Facit.c.cum non ab homine.ꝫ.de iudi.&.c.sicut dignum.ꝫ.eo.50.distin.c.clericum qui paganum.c.si

382 episcopus.& seq. Decimo, & vltimo quæro † Qualiter tollatur irregularitas. Sol. quattuor modos reperi, quibus tollitur. Primus est per baptismum. Secundus est per dispensationem. Tertius per ingressum religionis. Quartus per pœnitentiam; & ideo hanc.10.q.princ. examinabimus per quatuor

383 princ.qq.¶ Primo igitur quæro principaliter, † vtrū irregularitas tollatur per baptismum. Sol. dic, vt dixi.ꝫ.c.presbiterum. Secundo principaliter quæ-

384 ro, † Vtrum irregularitas tollatur per dispensationem. Hæc quæstio est satis difficilis; arbitror tamen in ea distinguendum esse, ꝙ aut dispensatio est publice facta super irregularitate manifesta, seu occulta per sacerdotem in foro pœnitentiali, & hoc secundum membrum venit examinandum quarta, & vltima.q. Circa primum dic, quòd per dispensationem tollitur irregularitas; si dispensatio tenet, & facta sit super irregularitate ab habente potestatem cum solennitatibus requisitis; ratio est, quia

385 † dispensatio hoc sonat. Est enim iuris, seu rigoris; seu iuridicæ vindictæ relaxatio.1.q.7.§. nisi rigor.

386 Et hoc probatur, quia † dispensatio facit licitum, quod erat alias illicitum, vt not. glo.in verbo, licere. in.c.dudum.ꝫ.de elect. probatur etiam in.l.2.in fin. &.l.quæris.&.l.sed si hac.§ patronum.in fin. ff. de in ius vocan. Nec ille cum quo dispensatum est, potest vlterius accusari, vt late dixi in.c.de his.in quinto membro.ꝫ.de accusa. Sed hic insurgit dubium,

387 † Quis possit dispensare cum irregulari. Circa quod distingue, quòd aut nos loquimur in irregularitate contracta ex homicidio. Aut in irregularitate contracta ex alijs causis, vel culpis, de quibus dixi supra in.7.q.princ. Primo casu subdistingue, ꝙ aut loquimur in homicidio voluntario, aut casuali. Si voluntario similiter subdistingue, quòd aut homicidium sit iniuste, aut iustitia mediante. Si iniuste, aut nos loquimur in dispensatione quo ad ordines. Aut in dispensatione quo ad beneficia. Primo casu, glos. magna in.c.sicut.ꝫ.eo. sentit, quòd cum homicida voluntario quo ad ordines etiam Papā non dispensare. Idem videtur tenere Spec. in tit. de

388 legato.§.nunc breuiter.versi.5.vbi dicit, quòd † non potest dispensare cum homicida voluntario, vt possit ministrare etiam in officio altaris. quantumcunq; post peractam pœnitentiam, per.c.fina.ꝫ.de temp.ordi.50.dist. c.miror.1.q.8.c.si. quis omnem ꝟ.de exces. præla. c.ex literis. ꝫ.de accus. c.inquisitionis. &.c.1.ꝫ.eo. Idem etiam tenet Spec.in dicto tit.§.iuxta. versic. quando autem. & per quem. &

389 ver.curia Romana. pro qua gloss. facit, quia † irregularitas causata ex homicidio videtur inducta de iure

390 diuino, vt dixi.ꝫ.in.3.q.princ. Sed † Papa non dispensat cōtra legem diuinam.25.q.3.c.sicut quidā. si ergo ab altaris ministerio remouetur per legē diuinam; fortius à celebratione.d.c.miror. et si interfecerit paganū.50.dist.c.clericū.Hosti. tñ &* communiter Doct. contrarium, in.d.c.sicut.vbi volunt, Cōia opi.

quòd

ꝙ Papa posſit diſpenſare cum homicida volunta-
rio;Et ad iura quæ volunt,vel videntur velle, ꝙ cum
homicida voluntario non diſpenſetur; reſpondent,
ꝙ debet referri ad difficultatē;hoc eſt,ꝙ de difficili
Papa diſpenſat;ſi tamen vult,poteſt; quia videtur ſi-
bi hoc permiſſum à lege diuina. Facit.c.propoſuit.
s̄.de conceſ.præb. Nam & in veteri teſtamento re-
391 peritur,ꝙ† fuit diſpenſatum cum nepote Aaron, q
vocatus fuit Phinees,qui duplex cōmiſerat homici-
dium.& poſtea fuit permiſſus miniſtrare diuina. Itē
392 † Paulus Apoſtolus fuit homicida, & tamen diuina
miniſtrauit. Vnde iura præſumunt, quòd Vicarius
Dei,etiam hoc poſſit cauſa ſubſiſtente. Facit quod
not.Inno.in.c.quod ſuper his.s̄.de voto. Et Archi-
dia.hoc tenet.23.q.8.c.occidi. Facit.c.inter corpo-
ralia.s̄.de transla.præl.&.c.ſignificaſti.j̄.eo.& idem
tenet hic.D.m.& in.c.ſicut.s̄.eo. Pro hac ſententia
facit quod tradit do.Domi.in.c.is qui. in princi. de
ſenten.excommu.lib.6.qui dicit poſt Innocen.in.c.
393 cum pridem.§.perſonæ.s̄.de renun.ꝙ† Papa poteſt
diſpenſare cum omni irregulari. Ex prædictis ſequi-
394 tur,ꝙ † inferior à Papa non poteſt diſpenſare cum
homicida voluntario quo ad ordines. quod intelli-
395 ge,ſcilicet vt promoueri poſſit. Sed dubium eſt,† an
Epiſcopus poſſit diſpenſare,vt clericus,qui poſt ſu-
ſceptos ordines commiſit voluntarium homicidiū,
poſſit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. Circa quod
dic,ꝙ in ſacris non eſt dubium, ꝙ non poteſt, vt.c.
continebatur.s̄.eo.& probatur in.c.2.j̄.de cler.pu-
gnan.in duel.ibi,non debet, &c. Et ſic probat ille
396 tex.ꝙ† in minoribus ordinibus reſpectu adminiſtra
tionis,poteſt Epiſcopus ſuo iure diſpenſare. Et hoc
tenet Hoſti.Io.And.& do.Anto.in.d.c.2. Mouen-
tur per not.in.d.c.presbyterum.&.c.continebatur.
in fi.s̄.eo.& per tex.noſtrum in fi. Sed tu aduerte,
397 quia† prædicti tex.loquuntur in homicidio caſuali,
non voluntario,in quo non eſt tanta culpa, vt de ſe
398 patet. Item† in caſuali poteſt eſſe magna culpa,mi-
nor,leuis,& leuiſſima, vt in dictis iuribus. Facit in
ſimili.c.ſicut.s̄.eo. Non obſtat tex.in.c.2.de cle.pu
gnan.in duel.quia ibi dum tex. facit mentionem de
ſacris ordinibus,poteſt ſumi large pro quolibet or-
399 dine,etiam minore. Nam† & large quilibet ordo
minor eſt ſacer, vt not.in.c.clericus ſi tonſuram. &
ibi per.D.m.s̄.de vi.& hone.cler.licet maiores com
muniter propter excellentiam appellantur ſacri, vt
not.glo.in ſimi.33.diſtinct. & pro hac ſententia,ꝙ
non poſſit Epiſcopus diſpenſare. facit tex.in.c.1.j̄.
de cler.pugnan in duel. vbi tex. videtur indiſtinctè
prohibere diſpenſationem Epiſcopo, quando vo-
luntariè commiſſum fuit homicidium, vel membro
rum mutilatio. Sed volens tenere primam opinio-
nem,poſſet reſpondere,ꝙ ille tex.intelligitur quan
tum ad promotionem;& prædictam ſecundam opi-
nionem, ꝙ non poſſit Epiſcopus diſpenſare, tenet
D.m.hic,& in.d.c.2. ¶ Sed aduerte, quia poſſemus
ſaluare opin.Docto.in homicidio voluntario com-
miſſo,mediante iuſtitia, vt ſaltem poſſit Epiſcopus
diſpenſare quo ad adminiſtrationem ſuſceptorum
ordinum minorum,vt ſtatim dicam. ¶ Et hæc pro-
cedunt quo ad ordines;ſed quantum ad beneficium,
400 † an poſſit diſpenſare cum homicida voluntario, vt
poſſit beneficium retinere,dic,quòd Papa pōt;quia
in eis habet abſolutam poteſtatem, vt.c.propoſuit.
401 s̄.de conceſſ.præb. Sed† in Epiſcopo dicendum eſt,
quòd non poteſt diſpenſare quo ad curatum benefi
cium,arg.c.fina.s̄.de fil.presbyt. ſed quo ad benefi-
cium ſimplex poteſt etiam Epiſcopus diſpēſare, ſe-
cundum Goffre.& Hoſti.in.d.c.2.j̄.de cle.pugn. in
duel. Nec obſtat qđ ille tex.nihil dicat de Epiſco-
po.ſed ſimpliciter loquitur. Quia reſpondeo,quòd
immo poteſtas,de qua ibi, debet intelligi conceſſa
Epiſcopo,& non inferiori prælato; niſi aliud expri-
matur. & adde quæ ſtatim generalius dicam de po-
tentia Epiſcoporum circa poteſtatem diſpenſandi.
Idem etiam tenet Specu. in titu. de lega.§.nunc de
epiſcoporum. verſi. nono. & verſi. trigeſimo.
Secundo caſu, cum quæritur de homidio volun-
tario commiſſo, iuſtitia mediante, fortius dicen-
dum eſt, quòd Papa poſſit diſpenſare, & ſimili-
ter Epiſcopus hoc caſu in omnibus caſibus,in qui-
bus poteſt propter homicidium commiſſum iniu-
ſtum,arg.prædictorum. Facit quod not.Spec.in tit.
de lega.§.nunc breuiter. verſi.quinto. & quod not.
51.diſtinct.c.aliquantos. Et hoc caſu poſſet ſaluari
402 opin.Hoſti.& aliorum,qui volūt, quòd† Epiſcopus
poſſit diſpenſare, quòd homicida voluntarius poſ-
ſit in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. Et prædicta
procedunt,ſiue quis proprio facto commiſerit ho-
micidium,vel cauſam,vel occaſionem dederit, iuſſe
rit,præceperit,opem,& auxilium præſtiterit,ſm qđ
dixi.s̄.in.7.q.Facit.d.c.1.&.2.de cle.pugn. in duel.
&.c.ſicut.s̄.eo.50.diſt.c.ſi quis viduam. Hoc etiam
ſentit Spec.in titu.de lega.§.iuxta. verſi.quid de his:
403 vbi dicit,quòd† cum his qui portauerūt ligna,vt hæ
retici comburerētur,non diſpēſat niſi Papa. Sed de-
bet intelligi,vt.s̄.dixi. Si vero loquimur in homici-
dio caſuali,qđ culpa ſit commiſſum;quia aliàs nun-
quam homicida incidit in irregularitatem, dicen-
dum eſt, ꝙ cum tali irregulari non diſpenſat etiam
niſi Papa,quo ad hoc vt poſſit promoueri ad ordi-
nēs; ſed quo ad hoc vt poſſit in ſuſceptis miniſtrare,
dic,quòd in ſacris non poteſt niſi Papa. In minori-
bus non eſt dubium,quòd Epiſcopus poteſt diſpen
ſare,vt hic in tex.noſtro.&.c.continebatur.s̄.eo.te-
net Spec.in.d.§.iuxta.prope finem. Et quantum ad
beneficium ſimplex,poteſt, quia ſi poteſt in volun-
tario,fortius debet poſſe in caſuali. Hoc tenet Hoſt.
in.c.2.j̄.de cle.pugn.in duel. & Io.And.ibi,dixi in
c.presbyterum.&.c.ſeq.s̄.eo.

¶ De ſecundo membro principali,videlicet,quis
poſſit in alijs irregularitatibus diſpenſare, diffuſa,
ampla,intricata,& longiſſima eſſet materia, & occu
paret vltra.30.lectiones,& eſſet quaſi reuoluere to-
404 tum corpus iuris. Sed reſpectu† diſpenſationis fien-
dę per Papam,dic,vt latius traditur per Spec. in tit.
de lega §.nunc breuiter.per totum. & latius vide in
tracta.meo de diſpenſa.§.quinto. in primo princip.
405 artic.& † de concilij poteſtate circa diſpenſationē,
vide ibi.in.3.artic.principali. De poteſtate vero Le
gatorum vide ibi per Spec.in titu.de lega.§.conſe-
quenter.verſi.item legatus.& verſi.generaliter.& la-
tius per me in.d.tracta. verſi. primo princip. artic.
quinto. De Patriarcharum vero,& Archiepiſcopo
rum poteſtate,vide Spec.in.d.titu.§.nunc de epiſco
porum poteſtate.vide etiā in.d.§.nunc de epiſcopo

rum.& latius per me in d.§.quinto. articulo.4.6. & 7. ¶ In quo articulo inter alia sume illam regulam
406 generalem,ꝙ † in omnibus casibus, in quibus quis potest legem,& constitutionem condere,& iurisdictionem habet,potest pariter dispensare. Ista enim
407 iudicio meo procedunt à pari,quod probatur,† dispensatio est iuris communis relaxatio vtilitate,seu necessitate pensata, vt per Specu.in tit.de lega.§.1. per Innoc. in.c.dilectus.de tempo.ordi.1.q.7.§.pro tempore.&.§.nisi rigor.Archid.in.c.licet. de elect. lib.6.Ioan. And.in reg.semel.de regu.iur.lib.6. & in prnęm.6. in verbo dispensari. D.m.in.c.diuersis.ꝫ. de cler. coniuga. Si ergo est relaxatio iuris,ergo id debet hoc posse, qui potest illud ius relaxare, per reg.1.de regu.iur.& reg.nihil est tam naturale.ff.de reg.iur.¶ Et aduerte,vt dixi,quia in materia ista variæ fuerunt opiniones. vide Spec.in.d.§.nunc de episcoporum.Et me in.d.7.artic.& vide.D.m in.c.at si
408 clerici.ꝫ.de iudi. vide glo.quæ tenet, ꝙ † Episcopus possit dispensare vbicunque à iura permissa est dispensatio,in.c.quisquis.de elect. & in.d.c.at si clerici.Innoc.in.d.c.dilectus. de tempo.ordi. vbi Ioan. Cald.latissimè tractant hunc articulum.Et vide glo. fin.in.c.in quibusdam.ꝫ.de pœn.& glo.in.c.excommunicamus.ꝫ.de hæreti.& Archid.28.dist.c.quando.super glo.Io.And.in.c.1.ne præla.vic.suas. glo. penul.1.q.7.§.pro tempore.glo.50.distinct.in sum.
409 &.c.miror.Sed quæro,iuxta prædicta,vtrum† eo casu quo permittitur dispensatio cum irregulari, illa sit adeo debita, quòd peccet superior non dispensando,glo.50.distin.c.vt constitueretur.dicit,quòd est debita,si subest iusta causa,vt ibi,&.45.distinct. c.licet.1.quest.7.c.dispensationes.11.q.3.c.pleruncque.23.q.1.c.noli.in fi. & 50.distinct.c.consideran-
410 dum.† Est enim dispensatio quædam misericordia,
411 vt hic. Sed† quilibet tenetur esse misericors. 86.distin.c.non satis.45.distin.c.disciplina.in princ. &.c. omnis.Idem tenet glo. in.c.domino sancto. 50.distinct.per illum tex.& arg.24.distin.c.fraternitatis. & sentit glo.1.in fi.50.distinct.in.c.miror. & idem Hostien.in.c.2.ꝫ.de cler.pugnan.in duel.si modo talis sit corrigibilis; alias secus, quia non debet superior pati istum mendicare in opprobrium cleri; ex quo corrigibilis est.93.distinct.c.diaconi. Facit qđ nota.in.d c.vt constitueretur. quod tamen dictum Hostien.non placet.D.m.in.d.c.2. Nam dicit ipse,
412 pro homicidio, vel alio grauissimo crimine debet quis deponi, & detrudi perpetuo in monasterium ad agendam pœnitentiam.ꝫ.de pœ.c.tuæ. ergo cessat ratio,nec cogatur mendicare in opprobrium cleri, cum in monasterio prouideatur omnibus de victualibus.c.nouimus.ꝫ.de verbo.significa. Et ideò concludit, ꝙ talis dispensatio est omnino gratiosa. Facit tex.in.d.c.2.dum dicit,misericorditer.ergo superior non peccat non dispensando. ¶ Ego dicerem,ꝙ vbi subesset iusta,& legitima causa dispensandi;vel quia maxima verteretur vtilitas ecclesiæ, vel magnum scandalum,vel alia similis causa vrgens, ꝙ tunc superior cogeretur dispensare; quia alias peccaret;quia debet semper potius inclinare ad misericordiam.90.distinct.c.fina.ꝫ.de sortile.c.2. C.de iudi.l.placuit.quia præceptum misericordiæ est omnibus commune.d.c.non satis. &.d.c.disciplina. & ad hoc posset implorari officium superioris, vt sentit glo.in.d.c.vt constitueretur. & expressius voluit glo.1.q.7.c.exigunt.arg.c.nullus. de iure patro. & hoc casu diceretur debita,& ius continere.Facit qđ not.Archid.in.c.licet canon.de electio.lib.6.& hoc reperio tenuisse. D.m. in.c.at si clerici.§.de adulterijs.ꝫ.de iudi.licet prius hoc prætogitassem.Quandoque vero non subest vrgens necessitas, vel vtilitas ecclesiæ,vel similis causa;sed solum vtilitas personæ, vt quia est bonæ conditionis,& lapsu quodam errauit,& multum est contritus,& dolens de excessu suo, & hoc casu erit in potestate prælati dispensare, nec peccat dispensando,aut mittendo. & hoc modo po
413 test intelligi.d.§.de adulterijs. dum dicit, † potest. quod verbum est facultatis.l.sæpe.ff.de off.præsid.& .l.non quicquid.ff.de iudi. Et idem dicendum vbicunque hincinde subessent rationes dispensandi, & non dispensandi.& hoc casu dispensatio dicitur pro-
414 priè gratia. ¶ Si verò non subest causa, peccat dispensator, vt not.Innoc.in.c.cum ad monasterium. de sta.regu.1.q.7.§.at si illa. not.Spec.in tit.de lega. §.nunc breuiter.versi.& not.do.Anto.in.d.§.de adulterijs.quia non dispensator,sed dissipator diceretur.
415 ¶ Item quæro, † vtrum eo casu,quo potest Episcopus dispensare, requiratur consensus capituli, glo. tenet ꝙ non,in.c.cum ex co.de elect.lib.6.vbi dicit, ꝙ hoc communiter* obseruatur. Idem tenet glo. 50.distin.c.ex pœnitentibus. ¶ Sed Archid.ibi tenet contrarium. & do.Domi.in.c.1.de fil.præsbyt. lib.6. ¶ Spec.in tit. de lega.§.generaliter.versi.debet autem. videtur concludere, ꝙ non requiratur, nisi de honestate.¶ Io.de Imo.in.d.c.cum ex eo.dicit,quòd prima opin.procedit de consuetudine.Secunda,de iuris rigore.& idem ibi do.Domi. & hanc tenet.D.m.in.d.§.de adulterijs. licet do. Anto. tenea ibi contrarium. Sed opin.D.m.mihi plus pla- *Cõis opi.*
416 cet,vide ibi eum. ¶ Vltimo quæro, † vtrum si vnus ex pluribus causis,seu criminibus in plures inciderit irregularitates, sufficiat vna dispensatio, an requirantur plures? Sol.Vincen.in.c.testimonium. ꝫ.de testib.& Io.And.hic sentit,quòd sufficiat vna. Di-
417 cit enim ibi in casu simili, ꝙ † si testis fuit emendatus per dispensationem,dispensatio prodest quo ad omnes tam ciuiles,q̃ criminales causas,per not.in.c. ex tuæ.ꝫ.de fil.presby.& in.c.fi.ꝫ.de schisma. & hoc idem videtur tenere Archidia.2.q.7.c.clericus.Qđ ego arbitror verum,si dispensatio fuit simplex,& generalis,& proprio motu facta; non autem ad partis petitionem;vel si fuit facta ad partis petitionē, fuit facta petitio generalis per partem, non exprimendo aliquas irregularitates. Sed simpliciter petendo secum dispensari super omnibus qualitatibus cuiuscunque generis forent,arg.l.2.C.de abolit.& qđ not.in.l.sub prætextu.C.de transac.secus si non fuit simpliciter facta; sed aliqua irregularitas solum fuit expressa, quia tunc valebit solum super illa. Facit .l.1.§.si plura.ff.ad Turpillia.&.l.de pupillo.§.si pluribus.ff.de noui ope.nuntia.Idem dicendum,si præcessit petitio dispensationis sub certa specie irregularitatis,& fuerit dispensatum;quia tunc generalis dispensatio restringeretur ad causam expressam;
418 quia † species præcedens restringit sequens genus, vt traditur in.c.sedes.ꝫ.de rescript.in clemen.

non

non potest.de procura.in.l.fi.§.cui dulcia.ff.de vin.
triti.oleoq; lega.Facit.l.age cum Ge.&.l.si de certa.
C.de transact.& quod traditur in.c.1.ꝫ.de transact.
Idem si postulans expressisset aliquam, vel aliquas ir
regularitates clausula generali adiecta;quia tunc re-
fertur solum ad expressa,argumen.not.in.d.c.sedes.
vel saltem non ad maiores ; Nisi fortè expressa fuis-
set clausula illa, & si longè maiores essent expres-
sis; sed fortè in dispensatione super irregularita-
te, in qua quis potest prouidere sibi ;vt adeo com-
ponat petitionem , quòd non videatur subrepti-
tia, hoc non sufficeret. vide quod dixi in simili in
d.clem.non potest. Sunt igitur ponderanda verba
419 dispensationis,& vide quod dicunt Doct.de † ban-
nito pluribus bannis, an sufficiat vnica absolutio.
per Cyn.Iaco.de Are. Bal.in.l.de pupillo.§.si pluri-
420 bus.ff.de no.ope.nuntia.& de† excommunicato plu
ribus excommunicationibus,an sufficiat vna abso-
lutio, vide Docto. & ibi dicam in.c.cum pro causa.
421 ꝫ.de senten.excom.¶ Tertio quæro,vtrum per† in-
gressum religionis tollatur irregularitas.Sol.tex.fa-
422 cit quòd sic; quia in ipso ingressu omnia crimina vi
dentur extincta,in authen.de monachis. in princip.
coll.1.tenet Goffre.in libellis,rub.8. in fi. Facit de
pœniten.distinct.1.§. his authoritatibus asseritur.
prope princ.de fil.presbyt.c.1. Spec.in titu. de reo.
versi.sed nunquid pro commissis. vbi hoc tenet quo
ad Deum.Et Io.And.ibi in additio.dicit.Et quo ad
ecclesiam, per.d.§.his authoritatibus . in glo. argu-
mentum,quæ allegat.33.quæst.2.c.admonere.§.scri
pturæ.ꝫ.de voto.Glo.fin. in.c.2.ꝫ.de aposta. ponit
423 duas opiniones.Prima est,ꝙ† irregularitas, quæ in-
surgit ex proprio delicto, non tollitur ; sed fauore
religionis cum tali dispensatur, per.c.1.ꝫ.de eo qui
furt.ordi.recep. Aut est irregularitas,quæ non insur
git ex proprio delicto, & tunc tollitur per ingres-
sum religionis, ita quòd sine dispensatione potest
promoueri ad ordines, vt in contrarijs; sed non ad
dignitatem sine dispensatione.ꝫ.de pœn. c.in qui-
busdam.&.c.1.ꝫ.de fil.præsbyt. Secunda opin.glo.
est,ꝙ nullo casu tollatur,sed solum conceditur po-
testas dispensandi tam in secundo casu, quàm in pri
mo.do.Anto. dicit tenendam primam opinionem.
Sed secundam tenet glo.56.distin.in.c.1.Spec.in ti-
tu.de lega.§.iuxta.ver.potest etiam dici. dicit,quòd
cum irregulari propter homicidium potest dispen-
sari per Episcopum secundum quosdam ad subdia-
conatum,si transiunt ad religionem ; sed securius est
secundum eum hoc fieri per solum Papam. Remit-
tit tamen ad nota.in.d.c.2.de aposta. Glo.19.q.fin.
c.penul.arguit per illum tex.quòd per ingressum re-
424 ligionis tollatur . vult enim ibi tex. quòd† pater fi-
lium factum monachum non potest exhæredare, li-
cet prius commiserit ingratitudinem. Allegat auth.
425 de monachis.in princ. vbi dicitur,ꝙ † monachatus
abstergit omnem maculam. In contrarium allegat
c.priscis.53.distin.c.2.Lau.& Archid.ibi,remittunt
se ad not.per glo.in.d.c.2.de aposta. D.in.in.d.c.2.
dicit,ꝙ in hac materia non potest dari certa doctri-
na,quia in quibusdam tollitur per ingressum religio
nis,in quibusdam non. Concludit tamen,ꝙ fauore
religionis mitius agitur cum irregulari. Vnde con-
cludit,ꝙ tantum in casibus à iure expressis tollitur
irregularitas per ingressum religionis, cum non ha-
beamus canones loquentes cõtrarium. Nam.c.1.de
fil præsbyt.loquitur in casu suo,nec tollitur irregu-
laritas in totum.immo nec beneficium potest quan
doq; habere,vt.d.c.in quibusdam.ꝫ.de pœ. Ego ve-
426 ro facio in hoc istas conclusiones. Prima,ꝙ† irregu
laritas proueniens alicui ex defectu, seu deformita-
te personæ, non tollitur per ingressum religionis.
nec cum tali fauore religionis facilius dispensatur.
Huius conclusionis ratio de se patet ; quia non mi-
nus est mancus post ingressum religionis, q̃ ante.
427 Secunda conclusio est,† irregularitas causata ex de-
licto,vel peccato occulto tollitur per ingressum re-
ligionis,& vitæ probitatem,nisi sit causata ex homi-
cidio,vel mutilatione. Prima pars huius conclusio-
nis probatur per tex.in auth.de monachis. in princ.
& ratio est, quia cum talis sit irregularis quo ad se,
non quo ad alios, satis est quo ad se pœnitentiam
egisse.Facit quod dicam in seq.q. Ad idem facit qđ
not.in.c.testimonium.in glo.ꝫ.de testi. Secũda pars
428 conclusionis probatur,quia† homicidium, vel mu-
tilatio est tale delictum, quod etiam post peractam
pœnitentiam impedit ordinis exequutionem, vt.ꝫ.
dixi.& in.c.inquisitionis.ꝫ.de accusa.Tertia conclu
429 sio sit,† irregularitas contracta ex tali delicto, vel
culpa,quam ius aliqua ratione induxit, quæ rõ ces-
sat,& tollitur per ingressum religionis, tollitur & ir
regularitas. Hæc probatur in.c.1.de fil.presbyter.
430 56.dist.c.1.Nam† potissima ratio, quare illegitim⁹
non potest promoueri,est propter dubium paterni
criminis. quæ ratio videtur cessare in eo facto mona
cho.Facit.c.cum cessante.ꝫ.de appel. Quarta con-
431 clusio sit, † irregularitas publica, cuius inducendæ
rationem non tollit ingressus religionis, per ingres-
sum religionis nõ tollitur.In ea tamen ingressus re-
ligionis operatur,vt facilius cum tali valeat dispen-
sari.Hęc conclusio probatur in.d.c.2.ꝫ.de aposta.&
c.1.de eo qui fur.or.rece.&.c.præses.51.dist. Prima
tamen pars huius conclusionis,fallit in omnibus ca-
sibus,in quibus aliud in iure reperitur expressum.
432 Quarto quæro, vtrum† per pœnitentiam tollatur ir
regularitas. Sol.Archid.post Vgu.50.distin.c.mi-
433 ror.dicit,ꝙ† licet pœnitentia absorbeat peccatum,
in pristinum tamen statum non reformat.de pœnit.
dist.3.c.qui vult.1.q.7.c.si quis.15.q5..in.c.presby-
434 ter.in princ.† Pœnitentia enim non est modus tol-
lendæ irregularitatis, quantacunque sit, etiam si
tanta esset,quanta fuit latronis, qui statim transcen-
435 dit ad gloriam ; Nam quantacunque sit contri-
tio;non tñ sufficit ad tollendam pœnam tempora-
lem;prout est irregularitas. Ego verò dicerem præ-
436 dicta procedere,† quando irregularitas esset publi-
ca;secus si occulta;quia tunc arbitror,ꝙ tollatur per
437 pœnitentiam. † Ita potest intelligi.c.domino sctõ.
50.dist.Facit,quia quo ad Deum iste est tutus. Item
438 quo ad ecclesiam,quia† ecclesia non iudicat de oc-
cultis,in.c.sicut.2.ꝫ.de symo. qđ tñ dixi de irregula
439 ritate occulta,arbitror ꝙ† habeat locum qñ nõ eẽt
cõmissa ex homicidio,vel mutilatione. & ratio est,
quia hęc impedit ordinem,etiam post peractam pœ
nitentiam. Idem ergo dicendum in alijs,quę post
peractam pœnitentiam impedirent ordinis exequu
tionem. Et ex his, Deo duce, habetis expeditam

hãc materiam irregularitatis, in qua, si vera sunt quæ 440 scripta sunt, cum † canonum statuta omnes ligent, & ab omnibus debeant obseruari, vt.c.1.§.de constitu. necessaria sequitur conclusio, quòd vnusquisq; sit irregularis.

CAP. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale non imputatur ei, qui dabat operã rei licitæ, nec fuit in culpa.*
2 *Clericus licitè equitat pro salute corporali.*
3 *Casus contingens ex equi ferocitate, præter culpam, & voluntatem equitantis, an imputetur equitanti, quo ad irregularitatem.*
4 *Statutum puniens currentem equo in platea aliqua pœna, non comprehendit currentem contra voluntatem, ex ferocitate equi.*
5 *Homicidium solo actu commissum, non inducit irregularitatem, nisi voluntas, vel culpa adfuerit.*

1 Dilectus filius. † Homicidium casuale non imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ, nec fuit in culpa. hoc dicit. Communis diuisio.
2 secunda ibi, ideoq;. ¶ Not. primo, q † clericus licitè equitat pro salute corporali. Aliàs aũt si non licitè equitaret, equitando fuisset in culpa; & sic postea teneretur ex casu superuenienti, vt.c. præsbyterum. & c. continebatur.§.eod. ¶ Vltimo not. quòd † casus
3 contingens ex ferocitate equi, præter culpam, & voluntatem equitatoris, nõ imputatur equitatori quo ad irregularitatem, si illam quam debuit, adhibuit diligentiam, faciendo frenum aptari, stimulando equum calcaribus, vt conueniebat, secundum Inno. & Hostien. Nec fuit in aliqua culpa, vt dixi; quia si cognouisset equum esse ferocem, tunc fuisset in culpa. Facit quod not. Bart. in.l. fina.§. si propter.ff de
4 publica. vbi dicit, quòd † si statutum dicit, quòd currens equo per plateam, puniatur certa pœna, prout est hic, quòd ille qui contra voluntatem suam ex ferocitate equi currit per plateam cum equo, non tenetur ad pœnam. Pro quo facit tex. in.l. Cæsar.ff. de publica. ¶ Glo. penul. ibi, in promouendo. dic, Hæc glo. non bene dicit; quia iure non probatur hæc differentia inter promotum, & promouendum, nec
5 repetitur iure cautum, quòd † solo actu commissum homicidium inducat irregularitatem; si ibi non fuit culpa, aut voluntas, & in contrarium est tex. in.c. ex literis.1.§.eo. &.c. exhibita.§.eo. & vtrobique not. quinimmo videtur probari contrarium in tribus capitulis sequen. & licet iustitia mediante, fortè quis commiserit homicidium, incidat in irregularitatem, vt dixi in.c præced. in tertio articulo septimæ quæstio. princip. quod voluit sentire glo. tamen efficitur irregularis, etiam quo ad ordines iam susceptos; licet facilius cum eo possit dispensari, vt dixi in.2.q.10.quæstio. princ. in.d.c. præceden. tamen ibi adest voluntas, & ideò opin. communiter* reprobatur per Doctores. Cõis opi.

CAP. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Clericus licitè, quæ sua sunt, curat.*
2 *Consilium petenti, accusatore, vel infamia deficiente, creditur circa circumstantias actus.*
3 *Nihil cum scandalo agendum.*
4 *Sequestrum non tollitur per satisdationem, vbicunq; per satisdationem non tollitur causa inducens sequestrum.*

Ex literis. Potest summari, vt præcedens. Et diuiditur in tres partes. Primo, ponitur consultatio. Secundo, Papæ indagatio, ibi, nos autem. Tertio, ibi, ad te. ponitur responsio. ¶ Noto
1 primo, q † clericus licitè insistit circa curam rerum suarum. quod intellige secundum not. in.c.1.§. de celeb. miss. & sic casus inde contingens, præter voluntatem suam, non imputatur ei, etiam quo ad irre
2 gularitatem. ¶ Vltimo not. q † deficiente accusatore, vel infamia, creditur petenti consilium circa circumstantias actus; licet contra ipsum petẽtem posset esse aliqua suspicio. Facit.c. significasti.1.§.eo. titu. In glo.2. in versi. scandalum. ibi, reddit hominem. dic, hæc glo. bene dicit, licet iste obsfugiendum scandalum debeat cessare, vt dicit gl. seq. & in.c. praeced.
3 & ideò est, quia † nihil cum scandalo agendum est, vt vt in.c.2.§. de præscrip. Facit quod not. Inno. in.c. veniens.§. de renun. cum simi. Et not. q licet hæc gl. & seq. videantur velle, q si adest infamia, sufficiat sola purgatio, secus si scandalum. tamen eadem glo. seq. in fi. concludit, q ad vtrunque sufficit purgatio. quod non placet Hosti. qui tenet primam opin. glo. Sed potes concordare, q si purgatio est sufficiens, vt faciat scandalum cessare, tunc sufficiat, & habeat locum finis glo. &.c. tua. allegatum in glo. aliàs habeat locum prima opi. Facit quod in simili dicimus
4 in sequestro, q † non tollitur per satisdationẽ, vbicunque per satisdationem non tollitur causa inducendi sequestrum, vt in.c. literas. & in.c. ex transmissa.§. de resti. spol. &.c. cum locum.§. de sponsa. traditur per.D.m. & Doct. in.c.2.§. de seque. poss. & fruc. & latius dixi in cle.1.eo. tit.

CAP. XV.

SVMMARIVM.

1 *Operam dans rei vtili, & necessariè excusatur ab homicidio fortuito, & casuali.*
2 *Proijciens aliquid in locum, per quem nullus transire consueuit, non tenetur proclamare.*
3 *Homicidium solo actu præter voluntatem, & culpam commissum, impedit promouendum.*

Ex literis. Sũma, & diuide, vt.c. dilectus. secunda ibi, quo circa. ¶ Not. primo, q
1 ad hoc, vt qs non obligetur ex homicidio, qđ commisit facto proprio, vel p causam præstitam, requiritur, q ipse agat rem necessariam, & vtilem. Sed dicit.D.m. q illud, quod dicitur de necessaria, non est vetum,

verum,quia ſatis eſt, ꝙ det operam rei licitæ, vt.c.
2 dilectus.ſ.eo. ¶ Secundo not. quòd† quando quis
proijcit aliquid in loco,per quem nullus conſueuit
tranſire,non tenetur elamare. Facit quod not.in.l.ſi
putator.ff.ad leg.aquil. Aliàs ſecus, vt hic dicit gl.2.
¶ Vltimo not.ibi,ad altiores ordines. tex. expreſsũ
contra opin.glo.pen.in.c.dilectus.ſ.eo. quæ voluit,
3 ꝙ ſolo† actu pter volũtatem,& culpam commiſſum
homicidium impediat promouendum.

CAP. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento ſoli alicuius quandoq; ſtatur.*
2 *Ignorantia poteſt probare tribus modis,remiſſiuè.*

Significaſti. Sũma,& diuide vt .c.dilectus. & de
materia dic,vt ibi
dixi.& eadẽ quaſi poſſunt colligi notabilia. Primo,
ponitur conſultatio. Secundo,Papæ indagatio,ibi,
cumque. Tertio,reſponſio,ibi,ideoq;. In glo.ſi eſt
ita.ibi,& præcipue cum conſcientia, &c.dic, Noto
1 iſtam glo.quæ vult,ꝙ† probatio eorum, quæ depen
dent ex conſcientia,poſſit fieri per proprium ſacra-
mentum. Legiſtæ allegant glo. pro ſingulari, Inſtit.
de actio.§.aliæ. & ad idem vide glo.in.c.ſtatutum.
§.aſſeſſorem.de reſcrip. lib.6. & vide glo. in.l.ſi cui.
§.iiſdem.ff.de accuſa.per Bal.in.l.at qui natura.§.cũ
me abſente.ff.de nego.geſt. & per Bart. in.l.pro hæ-
2 rede.ff.de acquir.hæred. &† tres bonos modos pro-
bandi ignorãtiam,poſui in.c.de his. quaſi in fi.ſ.de
accu.In eadem,ibi,adiungere compurgatores. dic,
Hoc verum, ſecundum Hoſtien.quando ſubeſſet in-
famia; aliàs ſtaretur ſoli iuramento, vt ſtatim di-
ctum fuit.

CAP. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Homicida non cenſetur ille,cuius amici, vel conſanguinei eo prohibente,& cauſam non dante commiſerunt.*
2 *Cautela,vt quis homicida non cenſeatur.*
3 *Irregularitas quandoq; contrahitur ex homicidio per alios perpetrato.*

1 Petrus. † Non cenſetur homicida il-
le,cuius amici, vel conſangui
nei homicidium commiſerũt
eo prohibente,& cauſam non
dante.h.d. Primo ponitur facti narratio. Secundo
2 prouiſio,ibi,quo circa. ¶ Noto primo, † cautelam
tenendam ad hoc vt clericus non teneatur de homi
cidio,quando ſuſpicatur illud ab amicis, vel con ſan
guineis committi.dic,vt dixi in.c ad audientiam.ſ.
eo.in.96.quæſt.ſeptimæ quæſtio.princip. ¶ Vltimo
3 not.ibi,cauſam,vel occaſionẽ. quòd † quis efficitur
irregularis propter homicidium per alios commiſ-
ſum,ſi cauſam,vel occaſionem dedit. de quo dic,vt
dixi in.d.c.ad audientiam.quæſtio.42. Et inducitur
iſte tex.ad queſt.de clerico,qui faciebat quæſtionẽ,
quam poſui in.d.c.ad audientiam. q.43. ſeptimæ.q.
princip.ſ.eo. In glo.pen. in fi.dic, Not.bene hanc
glo. de qua materia dic, vt dixi in.d.c.ad audien-
tiam.in.q.95.& 96.& ſequen. In glo.fina. in fi. dic,
de hoc articulo,vt latiſſimè dixi in.d.c.ad audien-
tiam.quæſt.43.

CAP. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerico pro tuitione rerum ſuarum,maxime eccleſiæ, licitum eſt arma mouere.*
2 *Iudex quando peritorum conſilio vti debet.*
3 *Periti vnius dicto tunc ſtatur,quando ſolus eſt in loco.*
4 *In dubio quomodo iudicandum.*
5 *Defenſio quomodo fieri debet.& nu.7.*
6 *Forus animæ,& quaſi animæ,quando dicitur.*
7 *Confeſſio facta in foro animæ, vel quaſi interpretatur pro confitente.*

Significaſti. Quo ad legẽ ꝓ-
motionis, homi-
cida, & irregula-
ris reputatur,qui vulnerauit vna cum alijs, & vulne-
ratus obijt, nec apparet ex cuius vulnere obierit.
h. d. Vel ſic,ſecundum.D.m. irregularis cenſetur,
qui alium læthaliter percuſſit,licet ab alijs fuerit oc
ciſus.Idem ſi non apparet,an læthaliter eſſet ab alijs
percuſſus, & obijt, & non apparet ex cuius vulne-
re deceſſerit. Idem eſt,ſi non percuſſit læthaliter,&
habuit animum occidẽdi,& ex aliorum vulneribus
percuſſus expirauit.h.d.Tu intellige,& declara hunc
tex.vt dixi.ſ in.c.ad audientiam.in.q.35.37. & 38.
& ibi poſui quid veniat ſub iſto &.ſ. Primo poni-
tur conſultatio.Secundo,diſtinguens reſponſio,ibi,
1 nos in præmiſſo. ¶ Noto primo,quòd† licitum eſt
clerico pro ſaluandis rebus, maxime eccleſiæ arma
mouere,dummodo non procedat ad ſæua,vt dixi in
d.c.ad audientiam.q.38. ¶ Secundo not. ibi,peri-
2 torum iudicio,ꝙ † vbi iudex tenetur aliquid deci-
dere de iure, quod directè non poteſt probari per
ſenſum corporeum, ſed iudicio intellectus, debet
aſſumere peritos in illa arte. & not. ꝙ tex.dicit,pe-
ritorum; & ſic ſentit, ꝙ non ſufficiat teſtimonium
3 vnius Aduerte tamen,quòd ſi in loco non eſſet, niſi
vnus,ſtaretur dicto illius,ſecundum.D.m.& dixi la-
4 tius.ſ.eo.c.præsbyterum. ¶ Tertio not. quòd† li-
cet in dubio quo ad pœnam temporalem imponen
dam quis debeat potius iudicari innocens, quàm
nocens.l.abſentem. ff.de pœn. tamen quantum ad
pœnitentiam,& ad animam debet potius quis iudi-
cari culpabilis,vt dixi in.d.c.ad audientiam.¶ Vlti-
5 mo not. ꝙ † defenſio debet fieri cum moderamine
inculpatæ tutelæ, dic vt dixi in.d.c.ad audientiam.
q.13.14.15.& ſequen. ¶ In glo.2.in fi.dic,vt dixi in
d.c.ad audientiam.37.& 38.q. vbi poſui intellectũ
illius.c.¶ In glo.in verbo credendum,in fi.dic,not.
hanc glo.quæ quotidie allegatur, quòd in foro pœ-
nitentiali ſtatur confeſſioni alicuius, etiam in fauo-
rem ſuum. & probat iſte tex. ꝙ non ſolum in foro
animæ ſtatur tali confeſſioni,ſed etiam in foro qua-
6 ſi animæ. Dicitur autem† forus animæ,quando quis

confitetur peccata sua sacerdoti pro pœnitentia
recipienda, & absolutione. Forus quasi animæ
dicitur, quando quis ne accusatus, aut denontia-
tus, aut inquisitus petit consilium salutare, quid
agere debeat. Nam creditur sibi, vt hic. & idem
probatur in.c.ex literis.1.ꝰ.eod.& vide glo.antepe.
in clemen.1.de pœ. Aduerte tamen, quia talis con-
fessio non præiudicat volenti postea accusare, vel
inquirere.dic de hoc, vt dixi in.c.de his.ꝰ.de accus.
6 in quarto membro. Et not. quòd† talis confessio,
quæ fit in foro animæ, vel quasi, interpretatur pro
ipso confitente. Ita concludit Oldra. consil. 182.
per tex.nostrum,& per tex.22.q.5.c.humanæ.¶ Gl.
in verbo, discerni, oppo. ꝙ non pariter puniantur,
dato animo occidendi, primus vulnerans,& secun-
dus occidens glo.sol. distinguendo inter ius canoni
cum,& ciuile. In eadem in fi.dic, ꝙ aut agitur de pœ
na pecuniaria imponenda ex.l.Aquil. quæ conside-
rat interesse,& damnum, non autem animum,& ꝓ-
cedit.l.huic scripturæ.§.Celsus. Aut agitur quo ad
pœnam temporalem, vel pœnitentiam, vel irregula-
ritatem,& quilibet tenetur de occiso, vt hic, & de
pœna corporali probat tex.in.l.si ita vulneratus. in
fi.ff.ad leg.Aquil. & ad prædicta vide Bar. in fi.ff.de
sicar. & quod dixi in.d.c.ad audientiam. q.35.37.
& 38.¶ Glo.in versi.tutelæ. in princip. allegat con-
cordantias,& declarat,& qualificat tex.deinde alle-
gat plura contraria, deinde & tertio gloss. sol. pro
prima parte, si tria concurrant; deinde circa mate-
riam ponit distinctionem Alani,& Ioan. In eadem
glo.in fi.dic, de hoc articulo glo.quantum ad mate-
riam irregularitatis. de qua canonistæ principaliter
tractant in hoc titulo, vt plenissimè dixi in.d.c.ad
audientiam.ꝰ.eo.à.q.13.vsque ad.19.q.inclusiuè.
Sed quantum ad materiam.l.Cornel. de sicar. vide
Bart.& Docto.in.l.1.C.vnde vi. & latius,& melius
per Bal.in repeti.illius.l.quam materiam etiam ca-
nonistæ hic attingunt, sed multum imperfectè, vi-
de vt dixi, Bal.in.d.repeti.vbi ponit qua ratione de-
fensionis possunt offendere aggressorem,& quo tem
pore id fieri debeat,& qualiter,& quando dicatur
fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ. Quæ ego
hic omitto propter euitandam prolixitatem. Sed
potes multa colligere ex his, quæ dixi in dictis.qq.
7 inter quæ memoriæ commendabis, quòd† licet quis
debeat se defendere cum moderamine inculpatæ tu
telæ; si tamen modum excessit,& excedendo interfe
cit, non tenetur talis excedens pœna legis Corne. de
sica.sed pœna extraordinaria ita voluit Bar.in.d.l.1.
& melius Bal. ibidem Io.And.in.c.significauerunt.
ꝰ.de pœnit.& remiss.& in addit.Spec.eo.titu.& hoc
etiam voluit glo.nostra hic in prioc. in ver.si tamen
defendens.& ibi tamen si quis modum excedit, quæ
tamen glo.singulariter videtur limitare illam opin.
Cōis opi. communem,* si ex proposito non excedat,& bene.
nam tunc arbitror, ꝙ si ex proposito excederet,&
interficeret, puniretur pœna legis Corn. & prædicta
not.ad intellectum statutorum. Pone, dictat statu-
tum, quòd defensori licitum sit offendere offensorē
suū intra tres dies eodē genere offensionis,& dica-
tur idem genus, quando eadem pœna veniret impo-
nenda, quæ veniret primæ offensioni. aliquis defen-
dendo se excedit modum, quæritur an habeat benefi
cium statuti; allegabatur in quæstio.de facto ꝙ non;
quia maior pœna veniret imponenda. & ideò dice-
batur, ꝙ iudex debebat imponere integram pœnā.
Allegabatur in cōtrarium statutum, quòd volebat,
ꝙ poneretur integra pœna, si excedebatur modus,
loquebatur in offensione facta per offensum contra
primum offensorem; sed cum in terminis prædictis
essemus in defensione, non debebat iste puniri, nisi
pro excessu. & hoc arbitror verissimum.

C A P. X I X.

S V M M A R I V M.

1 *Mors infirmi, vt non imputetur medico, & quæ concur-*
rere debent.
2 *Medico, quod per imperitiam commisit, imputari debet.*
& nu.4.& 5.
3 *Pietatis causa nihil iniustè agendum.*
4 *Dispensatio cum homicida casuali quando facilis.*
6 *Medicina omnis est venenosa.*
7 *Medicus, an teneatur mederi pauperi infirmo suis ex-*
pensis.
8 *Medico datum infirmitate durante, an repeti possit.*
9 *Dominus membrorum suorum nullus est.*
10 *Peritis in arte sua est credendum.*

Tua nos. Religiosus exercens chy
rurgiam, si ex ea mors se
quatur, irregularis est,
etiam si sit peritus,& diligens,& pietatis causa fece-
rit; sed cum eo, post satisfactionem, potest miseri-
corditer dispensari.h.d.vsque ad.§.ad vltimum.pri-
mo ponitur consultatio,& responsio. secunda ibi,
1 nos igitur.¶ Noto primo, plura† quæ debent con-
currere ad hoc, vt mors infirmi non imputetur me-
dico. Primo, vt tale officium, seu exercitium sibi
conueniat. Vnde debet esse laicus, non autem cleri-
cus; quia clericis interdictum est exercitium chyrur
giæ, vt.c.sententiam.ꝰ.ne cler.vel mon. &.c.non ma
gno.&.c.fin.eo.titu. Nec obstat tex.noster, qui lo-
quitur de monacho, quia sic contingit de facto. Se-
2 cundo requiritur, quòd† sit peritus; alias tenetur;&
& hoc facit contra Docto imperitos, qui dant con-
silia, propter quæ fertur sententia iniusta, quia tenen
tur satisfacere.argumen.hic,&.l.illicitas.§.sicuti.ff.
de offic.præsi. &.l.idem iuris.§.1. ff.ad leg.Aquil.&
in reg.non est sine culpa.de regu.iur.lib.6. Facit qđ
not.gloss.in.c.1.de confess.lib.6. Tertio requiritur,
quòd sit diligens,& ex parte sui adhibeat omne stu-
dium circa curam infirmi. Quarto, ꝙ informet æ-
grotum de his, quæ contraria sunt ægritudini suæ.
Nam his omnibus seruatis, euentus mortis non im-
putatur medico. Facit.c.ad aures.de æta.& qualit. &
adde ad ea, quæ dixi in.d.c.ad audientiam.in.8.q.
7.q.princ.¶ Secundo not. ꝙ quamuis clericus sit pe
ritus in arte chyrurgiæ, non tamen debet illam exer-
cere, etiam pietatis causa, imò peccat;& sic infertur,
3 ꝙ† propter pietatem non debet quis aliquid iniustè
agere. 1.q.1.c.non est putanda. Ego tamen arbitror
hoc verum, nisi instaret necessitas. fortè quia nul-
lus in loco reperiretur, qui posset adhibere curam,
& instaret mortis periculum, nisi prouideretur; quia
hoc

hoc casu arbitror, quòd non diceretur in culpa im-
mo non curando videretur ipse necare, & homici-
dium per negligentiam committere, vt dixi. ̄j.in.d.
c. ad audiētiā.45.q.vnde intelligo, quòd non debet
exercere chyrurgiam; nisi vbi alius haberi non pos-
4 sit. Vltimo no.quòd† cum homicida casuali facilius
dispensatur; quando culpa non fuit magna. Et ad-
uerte, quia tex.noster loquitur in executione officij
sacerdotalis,& tamen dicit, quòd potest misericor-
diter dispensari, quando clericus peritus erat, & ad-
hibuit omnem diligentiam. vnde solum fuit in cul-
pa immiscēdo se exercitio prohibito, & videtur vel
le text. quòd episcopus possit cum hoc dispensare;
quia culpa videtur leuis; secus si esset magna,& sic vi
detur iste tex.esse contra opin.D.m.io.c.2. ̄j.de cle.
pugnan. in duel. vbi voluit, quòd si culpa præcedit
casum, non possit episcopus dispensare, vt possit ad-
ministrare in sacris ordinibus, de quo dic, vt dixi in
d.c.ad audientiam.io.2.q.10.q.princip. ¶ Glo.1.2.
&.3.sentiunt contrarium, quòd mors quæ euenit cul
pa infirmi non imputetur medico, ex quo adhibuit
debitam diligentiam. Sol.dictæ gloss. quòd contra-
rium procederet, si iste non assumpsisset exercitium
sibi prohibitum, dic vt dixi in.c. ad audientiam. q.
42.& seq.Extra gl.tractant hic Inno.Host. & Doct.
aliqua tam circa personas medicorum, quam infir-
morum,& infirmos custodientium. Circa medicum
5 conclusio est,† quòd si est peritus, & non fuit in ali-
qua culpa non imputatur sibi mors contingens, etiā
in foro animæ. Nam hoc exercitium in personis, qui
bus non est prohibitum est laudabile, & honorabile
iuxta illud Salomonis Ecclesia.38.Honora medicū;
quoniam propter necessitatem illum creauit altissi-
mus. Si vero medicus reperitur in aliqua culpa pro-
pter mortem infirmi, tunc efficitur irregularis, vt pu
ta dando medicinam non bonam, non bonis aroma
tibus compositam,& simil. Vel differendo liberatio
nem causa maioris lucri. Et volunt Doct.quòd si me
dicus dubitaret, an medicina esset profutura infir-
mo, vel non, quod in dubio debeat potius abstinere,
& infirmum Deo curandum relinquere, quā ipsum
incertæ medicinæ periculo commendare, & potest
6 esse ratio, vt arbitror; quia† omnis medicina veneno
sa est, vt.l.qui venenum.ff.de verb. sign. vide Bald.in
l.illicitas.§.sicut.ff.de offic.præsi.&.l. si ab hostibus.
7 §.1.ff.si solu.matri.cum simil. Et an† medicus tenea-
tur mederi pauperi infirmo suis expensis, not. ̄j.de
senten.excomm.c.quantæ.83.distinct.§.1.&.c. non
satis.1.q.1.c.qui studet. Spec. in titu. de sala. §. fina.
versicu.ex premissis.& vide Bar.in.l.Archiatri. C.de
profes.& medi.libr.10. Item vide text. singularem
qui fortè non est alibi, in.l. si medicus. ff. de var. &
8 extraor.cogni.vbi dicitur, quòd† datur officium iu-
dicis ad restituendam venditionem factam medi-
co, durante infirmitate; quia videtur hoc fecisse ti-
more vitæ ammittende. Et sic videtur, quòd si da-
tur medico aliquid vltra debitum, durante infirmi-
tate, illud non videatur datum ex mera liberalitate,
sed potius ex voluntate liberandi. & sic videtur pos-
se repeti in vtroq; foro. Vide D m.in.c.fin.de im-
munit.eccl.& Barto.in.d.l. Archiatri. Et prædicta
etiam not.contra Docto.iuris, qui durante lite, tales
faciunt exactiones. dic, vt latissimè dixi in tracta.
de aduoca.§.18.De infirmo autem concludit Inno.
quòd licet non obediat medico; non tamen incur-
rit peccatum inobedientiæ; quia non est prælatus
suus. Aduerte tamen; quia non debet infirmus ali-
quid assumere, quod verisimiliter induceret mor-
tem; quia minus licet hoc contra se facere, quam
9 contra alium.33.q. 5. c. si non licet. nam † nemo est
dominus membrorum suorum, vt.l.liber homo.ff.
ad.leg.Aquil.& pro tali non est orandum; quia mo
riuntur in peccato mortali, nec est tradendus ec-
clesiasticæ sepulturæ.23.q.5.c.placuit.13.q.2.c.non
æstimemus. Circa custodientes vero dicit Inno.
& seq.Doct. quòd grauiter peccant, si aliquid no-
ciuum tradant infirmo. Item peccant non obe-
10 diendo medico; quia † credendum est peritis in
arte sua, vt. c. præced. &.l. 1. §.1.ff.de ven.inspic.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus, qui iudici sæculari intersignia furis deditā quo fuit vulneratus non est irregularis; licet fur postea occidatur.*
2 *Fur nocturnus latro appellari potest.*
3 *Prosternere,& vulnerare differunt.*
4 *Statutum imponens pœnam vulneranti, non habet locum in prosternente.*
5 *Clerico pro suarum rerū defensione licitum est vulnerare.*
6 *Mors casualis promouendum non impedit.*
7 *Furatus quinq; solidos, aut vltra laqueo suspenditur.*
8 *Intellectus.c.si quis solidos de pace tenen.*

1 .§.Ad vltimū. † Clericus q
iudici sęcula
ri dedit inter
signia furis à quo fuerat vulnerat⁹ nō est irregularis
licet fur postea occidatˉ.h.d.Secunda ibi,nos igitur.
2 ¶ Noto primo,ibi,latrones,q† accedens ad furādū
de nocte,potest etiam appellari latro.dic,vt dixi in
3 c.2.̄s.eo.Secundo not. q † aliud est prosternere, &
4 aliud vulnerare, vnde† statutum imponens pęnā vul
neranti non habet locum in prosternente.Noto ter
5 tio,q†pro defensione rerum clerico licitū est vulne
rare.nam hic scholaris vulnerauit,& non imputatur
sibi de quo dixi in.c.ad audientiam. q. 18. Vltimo
6 not. quòd † mors casualis non impedit etiam pro-
mouendum, si nihil potest sibi imputari.dic, vt dixi
in.c.dilectus.̄s.eo.in gl.penul.¶ Glo.pe.oppo.qua-
druplici ter,& sol.dupliciter.In eadē in fin.dic, Hæc
vltima solu.nō est bona; quia per prius illi apparito
res absciderant illi virilia,& oculos eruerant, quod
sufficit ad incurrendam irregularitatem, vt in c.2.̄j.
titu.1.& in.c.is,qui.eod. titu.libr.6. & in clem.vni-
ca.eod.tit.lib.6. Vnde datur tertia sol.in glo.seq.vi-
delicet, quòd propter intersignia non fuit iste con-
uictus de furto,& ideo non efficitur irregularis; sed
hæc solu.non videtur bona; quia satis est, q dederit
causam mutilationi. & ideo dantur aliæ sol. extra
glo.Est ergo quarta solu. quòd tempore istius decr.
quæ fuit facta post compilationem authenticorum,
pro furto non erat pęna mortis, vel mutilationis ali
cuius membri, vt in auth.sed nouo iure.C.de furt.&
in corpore vnde sumitur. Vnde si officialis talem
pœnam imposuit, nō debuit imputari scholari.̄s.de
emptio.

empt.& vend.c.fi. Sed hæc lectura non placet Hosti.
quia hic præsupponitur, ꝙ hic fur intrauit de nocte
cum armis;ergo erat pœna mortis,vel mutilationis,
vt in.d.auth.sed nouo iure.&.l.capitalium.§.grassa-
tores.ff.de pœ. Et præterea propter nouam constitu
7 tionem Federici,† fur ans quinque solidos, vel vltra,
debet furca suspendi,vt.§.si quis solidos.de pace te-
8 nen.in vsibus feud. Sed ille.§.melius intelligitur per
legistas,ꝙ talis pœna imponitur propter fractam pa
cem.Item in omnibus ferè locis furca suspēduntur,
etiam modico. Vnde non licuit scholari talem ge-
neralem consuetudinem ignorare. Et ideò dicit
Host.quòd verus intellectus est, quòd scholaris non
fuit in aliqua culpa.& ita Papa interpretatur. Et po
test esse ratio,quia nec prohibuit testimonium, nec
dedit opem,vel quid simile.sed solum officiali quæ-
renti intersignia,illa dedit. & sic fuit causa multum
remota,& sic non tenetur,vt not.glo.in.c.exhibita.
ꝭ.eod.Et hoc placet.D.m. Alij tamen dicunt,ꝙ fur
aliquas res abstulerat, ob quarum recuperationem
scholaris dedit intersignia,vt fieret iustitia. vnde nō
imputatur sibi Sed prædicta intellige secundum qđ
dixi in.c.ad audientiam.ꝭ.eod. à.48.quæstio. vsque
ad.53.inclusiue.

C A P. X X.

S V M M A R I V M.

1 *Homicida est,qui causam abortui dat,si conceptum erat viuificatum anima rationali. aliàs secus.*
2 *Monachus,qui dicitur mortuus mundo potest impregnare mulieres,& maximè commatres.*
3 *Mulieri asserenti se præguantem ex T. an credatur.*

Sicut ex literarum.

1 Qui† dat causam abortui,homicida est, si conceptū
erat viuificatum anima rationabili,aliàs secus.h.d.
Et examina materiam huius.c.secundum quod di-
xi in.c.si aliquis.ꝭ.eo.&.c.ad audientiam.quæst.36.
Communis diuisio.secunda ibi,nos. ¶ Not.primo
2 ex tex. quòd† licet monachus dicatur mortuus mun
do.16.q.1.c.qui vere. &.2.q.7.c.placuit. &.l.Deo
nobis.C.de epis.& cle.tamen secundum Io.An. po-
test impregnare mulieres;& maxime commatres. &
vide Specu.in titu.de teste.§.1. versi. item quod est
3 monachus. Quærunt hic Doct.quia tex.dicit,quòd
mulier asserebat se prægnantem ex monacho,vtrum
ei credendum sit,si forte monachus,vel alter asserat
contrarium. Sol.Host.hic dicit,ꝙ non,& remittit se
ad not. in.c.Michael.ꝭ.de fi. presbyt. &.c.per tuas.
ꝭ.de proba.&.c.ex transmissa.ꝭ.qui fil.sint legi.& vi
de Bal.in.c.cum seruum.ꝭ.de ordi.cogni.qui dicit,
quòd erronica confessio filij credentis matri suæ,
non nocet sibi. & vide quod not.in.l.si vicinis.C.de
nupt.& per Bar.in.l.quod senatus.ff.de libe.agno.
¶ Glo. in princ. allegat concordant. deinde op-
ponit dupliciter,& soluit. In eadem ibi, licet non
teneatur lege canonica,dic,hoc procedit quò ad ir-
regularitatem; sed quò ad peccatum, & pœnam
peccati, benè tenetur lege canonica; licet anima
adhuc non sit infusa, vt dixi in.d.c.si aliquis. & in
d.quæstio.36.

C A P. X X I.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus iudicem secularem quando adire possit, & eius brachium implorare.*
2 *Iudicium vbi semel ceptum est, ibi & finem accipere debet.*
3 *Vix fieri dicitur id quod fit, sed difficillime.*
Christophorus de Castiliono fuit primus doctor in legibus auctoris.ibidem.
4 *Laicus potest excommunicari,arceri,& personaliter affligi pro decimarum solutione.*
5 *Vindicta malorum cedit in laudem bonorum.*
6 *Obediensia humilibus parum prodesset, si contemptus contumacibus non obesset,*
7 *Iustorum gaudium,in punitione impiorum.*
8 *Excommunicatio quando dicitur contemni.*
9 *Excommunicatus, si per annum induratus steterit in excommunicatione,est suspectus de haresi.*

Postulasti.

Non imputatꝰ cle
rico, qui ciuiliter
petit iustitiam de
laico,si iudex laicus postea exercet in laicum vindi-
ctam sanguinis. Communis diuisio.secunda ibi,ad
quod.& materiam istam examina, vt dixi in.c.ad au
dientiam.ꝭ.eo. à.q.47.vsque ad.q.53. ¶ Not.pri-
1 mo,ꝙ† si contra laicum non sufficit remedium ec-
clesiasticum, potest clericus adire iudicem secula-
rem,& eius brachium implorare. quod facit ad not.
in.l.vbi cęptum.de iudi. & ad not. in.c.ex tenore.ꝭ.
2 de rescrip. Nam licet illa lex dicat,ꝙ† vbi iudicium
semel est cęptum,ibi,& finem recipere debeat:tamē
illud est verum,si potest ille ibi consequi iustitiam,
& finem; secus si coram tali iudice propter poten-
tiam aduersarij, vel aliud simile,iudicium non pos-
set ibi finem accipere;quia tunc ad alium potest ac-
cedere,vt hic. ¶ Secundo not.ibi,vix absque sangui
3 nis,ꝙ† vix dicitur fieri,quod fit, sed difficillime fit.
circa quod vide quod traditur in.c.2.de cogna. spi.
lib.6.&.l.vix certis.ff.de iudi. & ideò Hosti. repre-
hendit illos,qui exponunt,vix.i.nullo modo.ita ex-
ponit Bar.in.l.si iure.ff.de lega.3.& male,secundum
do.Christoph.de Castiliono, qui fuit primus meus
doctor in legibus. Et ad prædicta vide glo.in versi.
vix.in proęm.6. & tex.in.l.alienationis.ff.de verbo.
4 signific. ¶ Tertio not.ꝙ† pro solutione decimarum
laicus potest excommunicari, & personaliter arce-
ri,& si necesse est,etiam personaliter affligi, vt sta-
5 tim dicam ¶ Vltimo not.ꝙ† vindicta malorum ce-
dit ad laudem bonorum. Vnde dicit notab.tex.in
c.1.ꝭ.de postu.præl. quòd† parum obedientia pro-
desse videretur humilibus, si contemptus contuma-
7 cibus non obesset. Vnde dicit Psal.57.† Lætabitur
iustus cum viderit vindictam. Et vide notab. iura,
quæ allegaui in.c.ad liberandum.ꝭ.de iudæ.& quod
dixi in.c.vergentis.ꝭ.de hæret.&.c.significasti.ꝭ.eo.
8 Quęrunt hic Docto. quando† quis dicatur excom-
municationem contemnere.Sol.dicit Hosti.si intra

præfixum terminum per iudicem sub excommunicationis pœna,vt aliquid faciat,vel non,ille contrarium attentet; &† si per annum induratus steterit in
9 excommunicatione,suspectus est de hæresi,arg.c.ex communicamus.§.1.s.de hære.dic,vt ibi tex.tamen in.c.fina.de pœn.lib.6. loquitur de biennio. sed ibi narratur factum.¶ Gloss.fina. in principio colligit, infert,& probat,& in fine oppo.& non soluit. In eadem ibi,puniatur pecunialiter.dic,& sic potest agere vt laicus capiatur. Facit.c. 1.s.depositi.vt flagellis affligatur.14.q.6. c.si res.dummodo non procedatur ad sanguinis effusionem, vt in.c.in archiepiscopatu.j.de rapto.Item ad seruitutẽ, quam etiam imponit ecclesia, vt.c.ita quorundam. s.de Iudæ. In eadem in fin.dic de hac materia, vt habetur in.c.2. de homici.lib.6.& dixi & in. d. c. ad audientiam.q. 52.&.53.

CAP. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale non imputatur ei; qui non occidit, nec fuit in culpa, etiam si ad cautelam veniam postulauit.*
2 *Ludus inter pueros,etiam clericos, non est prohibitus.*
3 *Culpa,veniæ impetratione an recognoscatur.& nu.12.*
4 *Homicidium casuale non imputatur etiam promouendo ad sacros ordines.*
5 *Aetas puerilis quæ.*
6 *Ludus,qui virtutis causa fiebat,licet in eo sanguinis effundi posset,de iure.ff.erat permissus. Et quid hodie.nu.7.*
8 *Armorum appellatione, veniunt lapides.*
9 *Dolus a culpa differt.*
10 *Dolus quid.*
11 *Culpa leuis quæ.*
12 *Absolutionem petens ab excommunicatione, videtur fateri se excommunicatum quòd intellige.vt.nu.15.*
13 *Priuatio præsupponit habitum.*
14 *Absolutio quandoq; petitur ad cautelam.*

1 Exhibita. †Homicidiũ casuale non imputatur ei,qui non occidit,nec fuit in culpa,ẽt si ad cautelam veniam postulauit.h. d. Primo ponitur petitio.Secundo exauditio.Secunda ibi, quo circa.¶ Noto primo,quòd† ludus inter pueros, & cle-
2 cos non est reprobatus; alàs homicidium inde contingens fuisset huic imputatum. Secundo not. quòd
3 †per veniæ impetrationem extraiudicialiter factam videtur quis recognoscere culpam. Vltimo not.
4 quòd † homicidium casuale non imputatur etiam promouendo ad sacros ordines, quod est contra gl. penul.in.c.ex literis.1.s.eo.¶ In glo.1.ibi, illa ætas quicquid ignorat.dic, videtur ergo hæc glo. ex hoc, & ex iuribus quæ allegat,sentire ad intellectum tex. quòd iste puer erat in ætate infantili, cuius contrarium sentiunt gloss.sequentes, & bene;tum quia ponitur, quòd iste esset clericus; tum quia dicit text. quòd non animo lædendi ; tum etiam quia pars ad sui excusationem hoc principaliter allegasset. Et aduerte,quia glossator videtur fuisse in magna dubitatione.& ideò non firmauit pedes. Nam in gloss.4. videtur sentire, quòd noxius erat ludus. Si ergo erat noxius, ergo talis erat in culpa, dando operam rei illicitæ, & per consequens casus superueniens debebat ei imputari,vt.c.continebatur.s.eod.Vnde glo. 1.sol.quod iste erat in infantili ætate,& male, vt dixi.Secunda gl.videtur sentire, quòd ludus esset permissus ; & ideò casus superueniens non imputatur. Tertia glo.videtur sentire, quòd ratione deficientis voluntatis homicidium committẽdi excusatur. Sed hæc non est bona, si ludus esset prohibitus, vel ille fuisset in culpa . Vnde D. m. dicit pro concordia,
5 quòd text. debet intelligi de puero. quæ † puerilis ætas incipit a septennio, & durat vsq, ad. 14. vt in proemio vi. per glo. & traditur in. c. ad nostram.s. de regula.20.q.1.c.1.22.q.5.c.paruuli.Vnde beneficio ætaris iste ludus erat licitus, qui aliàs maioribus non fuisset licitus;quia ludus noxius,&c.vt.l. nam ludus.ff.ad legem Aquil. Ex quo infert.D.m. quòd casus contingens inter minores ex ludo lapidum imputatur ipsis proijcientibus;secus inter pueros. Sed iste intellectus mihi nullo modo placet, licet videatur communis. Vnde aduerte,quòd hic articulus potest habere duo dubia. Primum, vtrum puer possit incurrere in irregularitatem, de quo dic, vt dixi in 9.q.5.q.prin.in.d.c.ad audientiam. Secundũ dubiũ est,vtrum ex ludo saxorum,puer, qui aliàs potest incurrere in irregularitatẽ,illã incurrat, si inde mors sequatur. Et profecto tẽpore istius decr. ego nescio
6 videre, quòd talis ludus esset præmissus. Nam† licet iure. ff. videretur premissus ludus, qui fieret virtutis causa, licet in eo veniret sanguis effudendus, & sic ludus saxorũ,vel similis.l.qua actione.§.si quis
7 in colluctatione.ff.ad legẽ Aquil.tamen† hodiè per l.1.C.de spec.&c.c.1.j.de tornea.omnis ludus videtur prohibitus, licet virtutis causa fiat, si inde mors sequi potest verisimiliter,& sanguinis effusio, vel cũ armis,vel simili genere.sed ludus saxorum est huius-
8 modi. Nam † appellatione armorum, veniũt lapides vt no.gloss.in.c.si quis perfodiens.s.eo.&.ff.de furt. in.l.si pignore.§.si furem.& insti.de pub.iud.§.item lex Cornelia.& ideo,si puer esset doli capax,non video quare non incideret in irregularitatem ex morte inde contingente. vnde tenendo , quòd iste esset ludus saxorum, dico quòd iste non excusatur, ex eo, quòd ludus esset permissus ; sed propter multa concurrentia.Primo,quia non habuit animum perenutiẽdi.Secundo,quia per imprudentiam medici. Tertio, quia per incuriam patris,vnde nec facto,nec voluntate;nec ex causa, vel occasione non videtur iste cõmisisse homicidium.De voluntate,& facto,clarũ est. De causa,& occasione satis patet propter cõfessionẽ partis;quia incuria sua,& imprudẽtia medici fuerũt causa;& ideò non mirum si non efficitur irregularis quia percussio non erat talis, per quam ille deberet mori.Facit.c.præsbyterum.in.fi.s.eo.nisi diceres,ꝙ satis est ꝙ dederit operam rei illicitæ,& ex causa, licet remota,mors fuerit sequuta, vt.c.tua in princ.s. eo.Faciũt ea,quæ dixi ibi.& quę dixi in.d.c.ad audientiã.q 41.& ideo satis videtur difficile sustentare, ꝙ tex.loquatur in ludo saxorum.Vnde ego arbitror,ꝙ tex.possit intelligi,ꝙ loquatur de alio ludo permisso,& ꝙ iste puer proiecit lapidem in alium, qui volebat

lebat discedere a ludo, & ne discederet, vt solet fieri, iocosè proiecit lapidem, intendens proijcere ex op posito ipsius, pro vt pluries ego vidi. nam nō video, quòd in ludo saxorum quis faceret animo percutiē di. Et potest iste tex. reddi singularis in hoc; quòd licet leuis culpa in maiore præcedens homicidiū reddat aliquem irregularem; tamen in puero cuius ætas non est ita matura, sed inconsiderabilis, non reddit puerum irregularem; Secus si fecisset ea voluntate, vt interficeret, pet quam redditur doli capacitas; secundum quod dixi in. d. 9. q. 5. q. princ. in. d. c. ad audien

9 tiam. quia† nō debet ita culpa imputari, sicut dolus, vt de se patet; quia dolus præsupponit affirmatiuā;

10 quia† est calliditas, & fallacia, seu machinatio ad circumueniendum, fallendum, vel decipiendum alium adhibita, vt. l. 1. ff. de dol. Culpa verò ponit negatiuam, videlicet negligentiā, vel inaduertētiam. Nam

11 †leuis culpa est deuiatio incircunspecta ab ea diligētia, quam habent communiter homines intelligentes, vt dicit Bar. in. l. quod Nerua. ff. depo. &. D. m. in c. 1. ꝰ. commo. Quam diligētiam, & consideratione puer non potest habere; licet intelligat, & sit doli capax; quia non potest esse prudens propter inexperiētiam rerum; vt dicit Philos. 1. Ethico. Et quod iste ludus non esset ludus saxorum, satis colligitur, dum dicit, quòd non animo lędendi proiecerit lapidem, cū talis ludus fiat gratia percutiendi. ¶ Gloss. in verbo, corruens, sentit contrarium, quòd iste deberet reputari irregularis; quia incutiendo timorem, dedit causam homicidio, & glo. solu. In eadem ibi, fugiebat. Inno. hic dicit, quòd si ictus lapidis fuisset causa læsionis, proijciens teneretur, arg. c. de cætero. ꝰ. eo. & idem dicunt Abb. & Vinc. Subdit hic. D. m. ꝙ iste intellectus nimis restringit tex. nostrum. Tu verò dic, vt dixi in glo. pen. & de arg. glo. dic, vt dixi in. d. c. ad audientiam. ꝰ. eo. q. 42. ¶ Gl. pen. oppo. quòd ex eo, quòd iste puer veniam postulauit, videtur fateri se culpabilem. glo. sol. In. fi. gl. dic, contra hanc glo. facit, quòd not. glo. in. c. venerabilem. ꝰ. de elect. vbi vi

12 detur probari, †quòd petens absolutionem ab excōmunicatione, videtur fateri se excommunicatum. ꝙ etiam sequitur ibi Host. & in c. 2. ꝰ. de ord. cogn. hāc etiam opi. videtur tenere Bart. in. l. decem. ff. de ver.

13 oblig. Facit, quia sicut † priuatio præsupponit habitum, vt in. c. ad dissoluendum. de despon. impube. ita venia videtur præsupponere culpam. 13. distin. c. nerui. Sol. dicit Host. quòd. c. venerabilem. & quod ibi not. procedit, quando quis in iudicium petit absolutionem solennē; secus si extra iudicium omissa solēnitate. Præterea, hic fuit petita venia ex benignitate,

14 vt mitigaretur dolor patris; sicut † quando petitur absolutio ad cautelam, vt. c. solet. de senten. excom. lib. 6. Dicit etiā Host. quòd. c. venerabilem. nō probat illud ad quod allegatur communiter; quia ibi ille cognouit se ligatum, quando petijt absolutionē. Et vide ibi Inno. & in. c. 2. ꝟ. de ord. cognit. vbi vide

15 tur velle, quòd † petens simpliciter absolutionem, non videtur fateri se excommunicatum; cum possit illam petere ad cautelam. Sed bene videtur fateri se habere conscientiam læsam. hoc tenet Archi. in. c. 1. de except. libr. 6. & Ioan. Andr. D. m. ibi. & hic hoc sentire videtur. Ista sit cōclusio, quòd quotiescunq; petitio veniæ, vel absolutionis, vel petitio priuationis habet multiplicem intellectū ad habitū; quia intrinsecè pōt habitus præsupponi, & nō præsupponi; & hoc casu, nunq̄ fit positio habitus. Et de materia hac vide per Doc. in dictis iuribus, maxime per legistas, in. d. l. decē. & l. si qdē. C. de excep. & l. non vtiq;. ff. de excep. & in reg. exceptionē. de reg. iur. lib. 6. & in auth. cōtra qui propriā. C. de nō num. pec. dicā in d. c. 2. ¶ Gl. fin. quærit, & sol. In eadē, in fi. dic, secundum Inno. ꝙ esset dispēsatio, vbi iste occasione lapidis proiecti fuisset læsus. dic, vt. ꝰ. dixi. Et not. glo. ex qua colligitur, ꝙ ēt oīs iuris rigor, videtur ex quadā misericordia, & veritate descendere, quæ se habēt ad conseruandam iustitiam pro communi vtilitate hominum.

CAP. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale non imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ, nec fuit in culpa.*

2 *Ecclesia non prohibetur habere plures campanas.*

3 *Custodis officium est, campanas pulsare.*

1 Ioannes. †Homicidium casuale non imputatꝰ ei, qui dabat operam rei licitæ, nec fuit in culpa. h. d. Prima pars narrat factum. Secunda diffinit, ibi, nos igitur attendentes. ¶ Not. primo, ibi,

2 campanas, quòd † non prohibetur ecclesia habere plures campanas; quia pluralis loquutio. &c. Quidā tamen voluerunt contrarium, per. c. patentibus. ꝟ. de priuil. de quo articulo dic, vt ibi latius dicam. & vide notab. consilium Oldr. consil. 228. quod incipit, vtrum fratres prædicatores. Secundo not. summarium. cui concordat. c. dilectus. &. c. ex literis. 1. &. 2. &. c. significasti. ꝰ. eod. Sed oppo. contra text. Videtur enim, quòd huic sacerdoti deberet imputari hoc homicidium, ex eo quòd videtur fuisse in culpa, vt in. c. tua. ꝰ. eo. Quòd autem fuerit in culpa probatur; quia dabat operam exercitio ordini sacerdotali non conuenienti; quia pulsare campanas, nō ad ipsum, sed ad clericum pertinere videtur. 25. distin. c. perlectis. Solu. dicit Ioan. Andr. quòd. c. tua. loquitur in officio prohibito; secus si exercitium esset licitum; licet ad illud quis nō posset astringi. Et aduerte, quia tex. debet intelligi in ecclesia in qua non erat custos; fortè, qa erat ecclesia parochialis; Secus si ibi esset custos, quia tunc videretur esse in aliqua

3 culpa† custodis officium attentando, ad quem pertinet pulsare cāpanas, vt. c. 1. de offi. cust. Nisi a custode hoc impetrasset, vel cōsuetudo haberet, quòd qlibet posset campanas pulsare. Nō tamen arbitrarer quòd per hanc leuem culpam, quæ non est ordinata ad casum, quis efficeretur irregularis, arg. eorum quę dixi. ꝰ. eo. tit. in. c. ad audientiam. q. 42.

CAP. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Clerico, etiam contra catholicæ fidei hostes, pugnare non licet.*

2 Cle-

2 *Clericus,licet in conflictu in quo plures cæsi sunt, percusserit; tamen ex sola percussione non fit irregularis.*

Petitio. Clericus pugnans etiam cõtra inimicos catholicæ fidei, debet ab altaris ministerio abstinere, si in prælio percusfit, & de homicidio eum cõscientia remordet.h.d.communis diuisio. Secunda,
1 ibi,mandamus.Noto primo,quòd† clericus est prohibitus pugnare etiam cum infidelibus, non solum eos,aut eorum terras inuadendo;sed etiam proprias terras defendendo ab inuasionibus infidelium.quod intellige, quando terra esset munita alijs hominibus qui possent illam defendere aliàs secus, si posset esse timor & rerum,& personarum, secundum quòd dixi in.c.2.§.eod.aliàs autem si esset solus timor rerũ, posset defendere non procedendo ad sæua,vt dixi latius in.d.c.ad audientiam. q.38. Secundo not.quòd
2 †licet clericus percusserit in conflictu,seu in prælio in quo plures fuerunt interfecti; tamen ex sola percussione non efficitur irregularis,ex quo certum est quòd non interficit. de quo articulo.dic,vt latius dixi in.d.c.ad audientiam.q.39 &.40.In gl.1.in fi.dic de hac materia vt latissimè dixi in.d.c.ad audientiã. §.eo.q.44.

C A P. X X V.

S V M M A R I V M.

1 *Clericus licitè ædificationi templi insistit.*
2 *Statutum vrbis Senarum contra rusticos ducentes asinos,& mulas,qui post percussionem dicunt, caue.*
3 *Casus fortuitus qui dicatur.*

Quidam. Licet casum ponat diuersum,tamen in effectu idẽ dicit,quòd.c.Ioannes.In tex.ibi laquearij.dic, cum quo lapides trahebantur, secundum Ioan.And. quia fortè cum isti ædificarẽt, & traxissent pondus in altum, vt faciunt muratores, quan tum expediret,& sacerdos intenderet ad dissolutionem laquei,cæpit laqueus frangi, & periculum imminere inferioribus;vnde præsbyter alta voce clamauit ad inferiores vt sequitur. Qualiter autem factum esset incertum est,secundum Ioan.And.¶ No
1 to primo,quòd†clericus licite insistit in ædificatione ecclesiæ.ẽt si cũ propria persona operetur; quia si non fuisset hoc licitũ imputaretur sibi,& q; sit licitũ
2 facit.12.q.2.in.c.aurum.Secundo not.contra† istos clamentes submissa voce, Caue,caue &c. vel qui clamant post casum contingentẽ; quia per hanc protestationem non excusantur, prout faciunt communiter rustici ducentes asinos,& mulas,qui post percussionem dicunt caue,contra quos est Senis statutum, quòd tales possunt impune offendi. Vltimo not. ex tex.quòd largo sumpto vocabulo,casus fortuitus dicitur ille, qui potuisset prouideri per aliquem modum,licet diligentissimus ad id non aduerteret. Ad idem.c.cum Ioannes.§.eo.Nam & ibi, & hic vterq;
3 casus potuisset præuideri. † Proprie verò, & strictè casus fortuitus est inopinatæ rei euentus, cui nullo modo prouideri potest,vt dicit Bart.in.l.quòd Nerua.ff.depo.& per.D.m.in.c.1.§.commod. In gl. fin. in.fi.dic,de hac materia. vt in. d. c.1.&.in.c.bona fides.per glo.& Doct.in reg.contractus.ff. de reg.iur. & latè per Bar.in.d.l.quòd Nerua.ff. depo.&. l.si ex legati.ff.de verb.oblig.

De Torneamentis. Rub.

S V M M A R I V M.

1 *Torneamentum quid,& vnde.*
2 *Feriæ vnde.*
3 *Dies quilibet,cur feriatus dicitur ab ecclesia; & qui dicantur de iure ciuili,& canonico.*



Ontinuatur hæc rubrica hoc modo ad præcedentes. Viso de homicidio in genere; quia quidam sunt actus ex quibus interdum, licet non semper homicidium sequatur, vt sunt torneamenta, vel duella, aut ars sagittariorum; ideò subijcitur hic rubrica de torneamentis|. & duæ seq. rubricæ. Et præmitte ad intelligentiam ma-
1 teriæ, quòd† torneamenta, vt dicit text. in.c.1.§. eod.quandoq; appellantur feriæ, quandoq; nundinæ. Tu verò dic, quòd torneamenta possunt ita describi, quòd sunt personales congressus, in quibus milites ex condicto, seu conducto, vel edicto ad ostentationem virium suarum, & audaciæ congrediuntur temere. & hoc voluit Host.in sum.eo. titu.§. 1. & arbitror, quòd hoc vulgare processit ab hoc verbo, tornus. quod secundum grammaticos a torqueo dicitur, cum quo vasa torneantur, vnde torno, as, idem est, quòd aptare in gyrum voluendo, & reuoluendo. Vnde torneamenta dicta sunt; quia in illis præliantes communiter solent circuire, hincinde ire, & reuenire; & sic propriè torniare circumcirca locum deputatum; torquentes, & se cruciantes mutuis ictibus hastarum.
2 Et arbitror, quòd† feriæ etiam appellentur a feriendo, vt dicit. D. m. qnia tales se feriunt, & mutuis ictibus se percutiunt. Vel forte, & melius dicuntur feriæ; quia diebus feriatus fiunt, hoc est, diebus fœstiuis, quo commodius homines extracti a negotiationibus suis, possent talia ad spectacula accedere; licet secundum ecclesiæ ordi-
3 nem, † quilibet dies dicatur feriatus. & bene,quia quolibet die debemus a vitijs abstinere. Sed secundum iura ciuilia, & canonica, proprie feriæ dicuntur fœstiui dies, quibus cessant homines a foro, & negotiationibus, vt. §. de feri. per tot. &. ff. &. C. de fer. & hic bene succedit, quòd text.in d. c. 1. §. eod. appellat illas nundinas, torneamenta; quia, vt arbitror, olim diebus nundinarum fiebant tormenta; vt & plures personæ accederent ad videndum, & melius res ibi portatæ venderentur fiebant torneamenta.

Cap.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Torneamenta fieri non debent, & vulneratis in eis conceditur pœnitentia, sed si moriuntur, denegatur ecclesiastica sepultura, si animo pugnandi accesserunt; alias secus.*
An tali pœnitenti cōcedi debeat corpus Christi. nu. 14.
2 *Torneamenta quot nominibus appellantur.*
3 *Argumentum sumptum à vulgari loco, valet.*
4 *Vsus communis loquendi habet locum etiam in statutis correptiuis.*
5 *Ludus, ex quo periculum corporis, & animæ sequi potest exerceri non debet.*
6 *Ecclesia potest laicis probibere ludum periculosum, & pœnam apponere.*
7 *Ecclesia, directā iurisdictionem etiam in laicos animarum ratione, habet.*
8 *Sepultura ecclesiastica morienti in torneamentis, licet pœnitenti cur denegetur.*
9 *Pecuniam hasta, & pila ludere, & sponsionem facere gloria, & virtutis causa licet.*
10 *Fortitudo, sine iustitia non est laudanda.*
11 *Ludi propter publicam lætitiam sunt tolerandi.*
12 *Ludus brachiorum, & pugnorum vtroq, iure permissus etiam si inde mors sequeretur.*
13 *Gladiatores omnino sunt prohibiti.*
15 *Christi corpore assumpto, an remaneant immediate substantia, & essentia.*
Et quid si ille qui assumpsit esset sacerdos. nu. 16.
17 *Minus conceditur, maiore concesso. Quòd intellige, vt ibid.*

1 Fœlicis. †Torneamenta fieri non debent, & vulnerato in eis conceditur pœnitentia; sed si moritur, denegatur ecclesiastica sepultura, si accessit animo pugnandi, secus si accessit alia causa, vt puta, vt debita sua exigeret. h.d. cum sequenti. c. Primo prohibet. Secundo pœnitentiam imponit, ibi, quod si.
2 ¶ Noto primo, quot† nominibus appellantur torneamenta. quia quandoq, feriæ, quandoq; nundinæ,
3 vt dixi in rubrica. Secundo not. quòd† valet argumētum sumptum a vulgari loco. Ad idē facit quod no. in. c. 1. de iniur. lib. 6. &. c. 2. de reb. eccle. non alien.
4 lib. 6. &. c. ex literis. s̄. de sponsa. Nam † communis vsus loquendi habet locum etiam in statutis correctiuis, vt l. librorum. §. quod tamē Cassius. ff. de lega. 3. &. l. cum delanionis. §. asinam. de fun. instruc. &. l.
5 labeo. ff. de supel. leg. Tertio not quòd† non est licitum exercere ludum etiam virtutis causa, si ex illo sequi possit periculum corporis, & animæ. Quarto
6 not. quòd † ecclesia potest prohibere laicis ludum
7 periculosum, & pœnam apponere. & hoc† propter periculum animarum, propter quam causam ecclesia habet directam iurisdictionem etiam in laicos, vt no. in. c. fi. s̄. de præscript. & in regula. possessor. de reg. iur. lib. 6. dixi in. c. ecclesia. s̄. de constitu. Vlti-
8 mo not. casum† in quo pęnitenti denegatur ecclesiastica sepultura, & hoc fit ad terrorém. ¶ Gl. in versi. ostentationem. format contrarium, & sol. In eadem
9 l. solent. dic, quòd† licitum est pecunia ludere, & spōsionem facere gloriæ, & virtutis causa, & hasta, & pila; luctando, pugnando, saliendo, currendo & simil. aliàs non est licitum. Hæc tamen vera dicit Hostien. quando sine armis ludunt, vel non sit timor mortis. Nam etiam de iure canonico hoc non videtur prohibitum. Sed si esset timor mortis; quia cum armis, & de iure canonico, & ciuili prohibitum est, vt in authen. omnes obedi. §. 1. colla. 5. vbi dicitur, quòd
10 †non est laudanda fortitudo sine iustitia. Et aduer-
11 te, quia † ludi qui sunt propter publicam lætitiam videntur tolerandi. facit. C. de paga. l. vt profanos. &. C. de specta. lib. 11. l. 1. &. l. nemo. dummodo, vt dictum est, non sit timor mortis, vel sanguinis, vt not. glo. in. d. l. 1. C. de specta. vide tex. in. l. 1. §. bestias. ff. de postul. &. l. Athletas. in princ. de his qui not. infam. in quibus videtur probari, quòd torneamēta sint licita, & finaliter cōclude iudicio meo quòd de iure ciuili, & canonico ludus gratia virtutis, & exercitij, & fortitudinis ostendendæ est permissus, dummodo non possit graue nocumentum afferre, ita quòd verisimilis mors non sit inde sequu-
12 tura; vnde† ludus brachiorum, & pugnorum est permissus etiam vtroq; iure, etiam si casus mortis inde contingeret; quia verisimiliter non est ordinatus ad talem casum, & deberet talis recipi, si moreretur, si alia non obstarent, ad ecclesiasticam sepulturam. Facit. l. qua actione. §. si quis in colluctarione. ff. ad leg. Aquil. facit etiam quia talis ludus etiam personis ecclesiasticis est permissus excepto ludo pugnorum; nisi leuiter fieret, vel nisi commiscerent se laicis, dic, vt dixi in. c. continebatur. s̄. eo. facit. C. de expensis ludo. pub. per to. lib. 11. sed si arma admiscerent, aut mors timeretur, talia cruenta spectacula in ocio ciuili, & domestica quiete non placent. Quapropter
13 † omnino esse gladiatores prohibemus. C. de glad. l. vnica lib. 11. ¶ Glo. 3. colligit arg. dic, vt in ea. Gl.
14 in verbo, non negatur. format. q. vtrum † pœnitenti sit concedendum corpus Christi, & solu. In eadem in fi. dic. Sed aduerte, quia videtur ex hoc posse sequi vnum absurdum. Pone enim, quod assumpto corpore Christi immediate ille moriatur, continget, quod cum corpus suum non sit tradendum ecclesiasticæ sepulturæ, vt hic, quòd corpus sacratissimum ponetur
15 in loco non sacro. Sed forte dici potest, quòd† immediatè quòd est assumptum non remaneat ibi substantia, seu essentia corporis Christi; sed euolat, & remanent accidentia; & hoc procedit secūdum vnam opinionem; sed secundum aliam opinionem, quæ vult, quòd remaneant etiam essentialia, arbitrarer posse solui contrarium, quòd ex quo datur principium; hoc est, quòd corpus sacratissimū datur homini non sacro, ex hac principali permissione, quæ processit a saluatore nostro, vt concederetur etiam locus non sacer, posset etiam corpus illud non tradi lo
16 co sacro. Sed maius dubium esset† si ille qui accepisset communionem fuisset sacerdos. Ego in his non insisto; sed submitto me determinationi theologorum. vide magistrum sententiarum in. 4. lib. distinct. 14. ¶ Glo. fi. in princ. colligit arg ex tex. quod probat per multa iura, deinde allegat iura in cōtrarium, & solu. in fin. dic, not. singulari. hanc glo. ad so
17 lutionem argumenti, quod fieret, si † conceditur maius;

maius;ergo & minus &c.nam illud est verum, si minus,& maius regulantur a pari ratione,de quo argumento per legistas in auth.multomagis.C.de sacrosanct.eccle. Vltimo quæro,quid vult dicere tex.dum dicit,ex conducto.Solu.dic quod litera hic variatur; aliqui habent ex contradicto, & tūc importat quod ita conueniunt inuicem; & aliqui habent ex edicto, tunc quod per principem edictum mittitur,propter quod vocantur debentes pugnare;habetur etiam ex conducto,& tunc importat milites, qui superioribus conceduntur.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Intentio in his,quæ aguntur maximè consideranda.*
2 *Voluntas,& propositum distingunt maleficia.*
3 *Statutum pœnale strictè interpretandum.*
4 *Sepultura ecclesiastica ei, qui non recepit corpus Christi deneganda non est.*
5 *Defunctorum corpora, vt ecclesiasticæ traderentur sepulturæ, quæ fuerit ratio.*

Ad audientiam. Sūma vt in præcedenti.Primo consultatio.Secundo,responsio ibi,nos.
1 ¶ Noto primo;quòd† in his quæ aguntur considerãda est principalis intentio.nam† voluntas, & propo
2 situm distingunt maleficia,vt dicit glo.nostra.Secundo not.ex tex nostro quòd illi dumtaxat est denegãda ecclesiastica sepultura, qui mortuus est in torneamento, quando ad illud accessit causa ludendi, vel prælandi;secus si ex alia causa, vt puta, vt reciperet
3 credita, vel videndi causa . nam cum † statutum de quo in. c. præced. sit pœnale , debet strictè interpretari in proprijs terminis, in quibus loquitur . vt in reg. in pœnis. de regul. iur. lib. 6. Vltimo not. ibi , maximè si Dominicum corpus su-
4 sceperit argumen. quòd † etiam ei qui non recipit corpus Christi, non est deneganda ecclesiastica sepultura, vt hic in gloss. fina. Gloss. 1. colligit illud, quod collegi super text. & probat per multa iura. ¶ Gloss. 3. quærit, & solu. In eadem
5 in fin. dic . † Quæ autem fuerit ratio ecclesiasticæ dispensationis, seu constitutionis quod corpora defunctorum traderentur ecclesiasticæ sepulturæ, vide. 12.q. 2. c.cum grauia. Gloss.fina.format vnam. q. & solut. In fin. dic, sentit ergo glo. quòd secus esset, si ipse non recepisset pœnitentiam; sed hoc est verum, quando constaret quod ipse decessisset in peccato mortali, nec apparuissent signa pœnitentiæ. Si vero hoc non constaret, & semel in anno pœnitentiam egisset, non denegatur ecclesiastica sepultura ; licet in vltimo non recipiat, dummodo hoc non fecerit ex contemptu, dic, vt dicam in. c. ĩ. omnis. de pœnit. & remis. & de signis contritionis,probatur in.c.a nobis.ĩ.de senten.excom.

De clericis pugnantibus in duello. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Duellum quid.*
2 *Pugna iudiciaria fit inter duos, actorem scilicet, & reum.*
3 *Monomachia quid & vnde.*



Ontinuatur hæc rubrica, vt dixi in præcedenti. ¶ Sed quæro pro declara
1 tione dicẽdorum, † quid sit duellum.Solu. Quidã, vt Hosti.hic in summa,dicunt, quod est singularis pugna ad probationem veritatis inuẽta. Nam qui vincit probasse vr̃,si non vincit defecisse. Vel melius dic,sm Ioã.de Lign.in tract.de bello.qđ est corporalis pugna duorũ,vel pluriũ;sed ꝓpriè duorũ deliberata hinc inde ad purgationẽ,gloriã, vel odij exonerationem;verbum autem,pugna , fuit positum in diffinitione vt genus. Et dixi deliberata hinc inde, ad differentiã pugnæ,quæ fit ad necessariã defensionem,vt.l.1.C.vnde vi.&.l.scientiam. §. qui cum aliter.ff ad.leg. Aquil.in cle.vnica.de homic.in.c.olim ĩ.de restit. spol. nam in tali pugna ex parte aggressi non est deliberatio;sed ex parte aggredientis,& quã doq; vtriusq;,vt.d.clem. 1.dixi in. c. ad audientiam. in quarto membro.7.q.princ. 13.q.& seq. In duello autem requiritur vtriusq; deliberatio,facit quod statim dicam in.c. 1. Dixi duorum,quia tunc propriè duellum est, sumpto argumento ab ethymologia, quasi duorum bellum, vt in. c.cum secundum.ĩ.de præben.16.q.ĩ.c.cum quis.ff.de verb.signifi.l.tugurij. Item potest dici, quòd pugna dicitur duorum ad differentiam contractuum, qui mutuo consensu contrahuntur. Adiungi tamen in descriptione. vel plurium;quia etiam largo vocabulo potest inter plures committi,vt dicit Liuius ab vrbe condita de tribus Horatijs ex parte Romanorum, vt creditur, &
2 tribus Curiatijs ex parte Albanorum. Dixi autem corporali,ad differentiam † pugnæ iudiciariæ, quæ etiam fit inter duos,videlicet actorem,& reum.vt.c. forus.ĩ.de verb.signi.4.q.4.c.nullus.l. rem non nouam. C. de iudi. Dixi ad purgationem,vel gloriam, vel odij exonerationem ad ostendendum effectum rei.Et not.quòd quasi idem importat verbum, mo-
3 nomachia; quia† monomachia dicitur duorum pugna,in qua vnus est ex vna parte,& alius ex alia a monos,quod est vnus,& machia, quod est pugna. vt.2. q.5.c. monomachiam. & de hoc etiam habes in.c. penul.ĩ.ne cler.vel mona.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Clericus etiam prouocatus sponte acceptans duellum deponendus est.*

2 Epi-

2 *Epiſcopus non diſpenſat niſi in caſibus permiſſis.*
3 *Irregularitas cauſatur ex homicidio, et mutilatione mem-*
brorum.

Porro. Clericus iniens duellum, ſiue ob
tulerit, ſeu ſuſceperit, deponeo-
dus eſt; poterit tamen epiſcopus
cum eo diſpenſare, ſi mors, vel membri mutilatio ex
illo oon ſint ſequutæ. hoc dici. Secunda ibi, quantú-
cunq;. ¶ Noto primo, vnum crimen depoſitione di
1 gnum, videlicet, duellum, propter † quod clericus
etiam prouocatus ſponte acceptans deponēdus eſt.
Secundo not. ibi, ſponte, quòd ita demum clericus
faciens duellum eſt depoſitione dignus, ſi illud ſpon
te ſuſceperit, ſeu obtulerit; ſecus ſi neceſſitatus ad
defenſionem. Vide quod dixi in. c. ad audientiam. s̄.
de homicidio, in. 8. q. princ. q. 14. quarto membro.
2 Tertio not. quòd † epiſcopus nō diſpenſat niſi in caſi
bus permiſſis; quia ſi regulariter poſſet, non fuiſſet
3 hic ſibi data hæc poteſtas. Vltimo not. quòd † irregu
laritas non ſolum cauſatur ex homicidio; ſed etiam
ex mutilatione membrorum, dixi plenè in. d. c. ad
audientiam in. 7. q. princ. in quarto membro maxi-
mè in. 32. &. 33. q. & ſeq. ¶ Glo. 1. quærit, & ſol. & ra
tionem aſſignat, & benè.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Clericus eſt irregularis non ſolum ſi ipſe per ſe interficit; ſed etiam ſi pugil ab eo datur occiditur; nec conſuetudo excuſat, poterit tamen cum eo circa beneficium habendum diſpenſari.*
Clericus ciuiliter poteſt conuenire laicum de furto coram iudice ſæculari. ibid.
2 *Purgatio vulgaris eſt illicita.*
3 *Reſponſio ambiguitatem omnem tollere debet.*
4 *Homicida verus qui.*
5 *Aduocati cuiuſdam conſilium iniquum.*
6 *Homicidium quatuor modis committitur.*
7 *Homicida ex mandato, vel præcepto in irregularitatem incidit.*
8 *Homicida in minoribus ordinibus an poſſit miniſtrare nō obſtante irregularitate.*
Duelli quot ſint ſpecies. & de materia ipſius ibid.
9 *Duellum quo iure prohibitum.*
10 *Deus quando tentatur.*
11 *Deus non vult innocentem damnari.*
12 *Actiones ad quid adinuentæ.*
13 *Iuris poſitiui intentio, & ſubiectum.*
14 *Duellum in duobus caſibus de iure, ciuili permiſſum. & de iure Longobardo in. 20. & ibidem plura in materia.*
15 *A duello recedens quandocunq; non punitur.*
16 *Laici duellum acceptantis, vel offerentis quæ ſit pœna. Et quæ clerici nu. 17.*

1 Henricus. † Irregularis eſt cleri-
cus non ſolum ſi ipſe
interficit per ſe; ſed et
ſi pugil ab eo datus occiditur, nec excuſat conſuetu-
do; poterit tamen cum eo circa habendum benefi-
cium diſpenſari hoc dicit. Secunda, ibi, quia igitur.
¶ Noto primo, quod † clericus poteſt ciuiliter coo-
uenire laicum etiam de furto, & corā iudice ſecula-
ri. quod intellige ſeruata proteſtatione, de qua in. c.
2 2. de pœn. lib. 6. quod nota. Secundo not. quod † pur
gatio vulgaris eſt illicita etiam ſi hoc habeat conſue
tudo, vt de purga. vul. per totum. Tertio not. ibi, am-
3 biguitatem tuam quod † reſponſio debet eſſe ita cla
ra, vt tollat omnem ambiguitatem. Facit lex certū.
ff. de confeſſ. Quarto not. ibi, homicidæ veri. quod
4 † ille dicitur verus homicida, qui proprijs manibus
interficit; ille autem qui interficit conſulendo, vel
præcipiendo non videtur verus homicida, dic, vt di-
cam in. c. mulieres. ȷ̄. de ſent. excom. Aduerte tamen
quia ego intelligo in quantum tex. dicit, veri homi
cidæ, quòd poſſit aliud colligi videlicet, quod ille
qui vulnerauit ad mortem, licet in ipſo vulnere non
interfecit; ſed poſt multos dies expirauit, dicitur ho
micida. Et hunc tex. not. contra cautelam illius aduo
5 cati, † qui conſuluit conſanguineis illius, qui vulne-
rauerat ad mortem, vt vulneratum interficerent, &
fugerent, & ſic primus vulnerans euaderet, dixi in. c.
ad audientiam. 7. q. principali. in quarto membro.
6 s̄. de homic. Quinto not. quòd † pluribus modis cō-
mittitur homicidium, videlicet, facto proprio, conſi
lio, & præcepto, & defenſione; & licet de defenſione
videatur contineri ſub primo; tamen forte hoc ideò
dicit, quia aggreſſor, qui neceſſariam cauſam defen-
ſionis præbuit, dicitur ſeipſum interficere. Noto
ſexto ibi, pro eo, quod hæc verba idem important,
quód mandato, vel nomine tuo. Facit. c. cum M. fer
7 rarienſis. s̄. de conſtitu. Septimo not. quod † homici
da ex mandato, vel præcepto efficitur irregularis;
poteſt tamen cum eo diſpenſari. Vtrum autem hoc
caſu poſſit diſpenſare epiſcopus, dic, vt dixi in. c. ad
audientiam. s̄. de homic. in. 10. q. princ. Et vtrum ſit
neceſſaria diſpenſatio, eo caſu, quo epiſcopus poteſt
diſpenſare, ita vt poſtquam poteſt, teneatur, dic, vt
dixi in ſecundo membro. d. 10. q. princ. Et vtrum
8 † poſſit ipſe homicida in minoribus ordinibus mini
ſtrare, oon obſtante irregularitate text. hic videtur
quod ſic, dum ſolum prohibet de ſacris. Inno. tenet
contrarium, & bene. Tu dic, vt dixi in. d. c. ad audien
tiam. in. 7. q. princ. & q. 5. Non obſt. tex. noſter, quia
Papa reſpondet de ſacris; quia ita fuit conſultus, de
facto. vel dic, quod hic accipitur verbū, ſacris gene
raliter ſecundum quod quilibet ordo eſt ſacer. Po-
ſtremo, quia ſumus in materia duelli, eſſent plures
quæſtiones tractandæ, quas Doctores omittunt,
quia, vt arbitror, iure longobardo decidebantur. vi-
delicet, quot ſint ſpecies duelli, quod ſatis colligi-
tur ex diffinitione quod ſint tres. Item qualiter com
mitteretur quælibet ſpecies. Et quo iure duellum eſ-
ſet prohibitum, & propter quam cauſam, & inter
quos. Et aduerte; quia licet tex. in. c. 1. s̄. eod. videa-
tur prohibere duellum inter clericos. Idem tamen
dicendum eſt in omnibus etiam laicis, quod proba-
tur in. c. 1. & 2. s̄. tit. prox. Et omiſſis alijs ſpeciebus
duelli, quod fit ad gloriam; & eius, quod fit ad odij
exonerationem, tangēdo ſolūmodo de illo quod fit
purgationem. de quo loquitur tex. noſter & titulus
9 de pur. vulgari. Quæro, † quo iure fuerit prohibitū,

Solu.

Solu.dic.de iore diuino. Probatur, quia ille actus est prohibitus de iure diuino, per quem fit tentatio; sed duellum est huiusmodi, vt hic dicit glo. in verbo prauam, igitur, &c. Maior, seu assumptum probatur per id quod habetur in euangelio Matth. 4. Deuterono. 6. vbi dicitur, non tentabis dominum Deum
10 tuum. Minor, quia † tunc tentatur Deus, cum per quitur contra naturam illud quod non est producibile, nisi ex diuino miraculo, sed in duello purgatorio hoc perquiritur. Probatur, quia naturale est, quòd fortior, & ingeniosior vincat minus fortem, minus ingeniosum; sed aliquando minus fortis, & minus ingeniosus fauet iustitiæ. & per duellum quærimus, vt declaretur eius iustitia per victoriam; ergo Deus tentatur, vt miraculum faciat. Item hoc probatur, quia ille actus est prohibitus de iure diuino, qui est adinuentus diabolo fabricante; quia nihil commune habet diabolus cum Deo; ergo de iure diuino prohibitum. 2. quæst. 5. c. consuluisti. & c. monomachiam. ¶ Vltimo probatur, quia per duellum potest innocens damnari; ergo de iure diuino prohi-
11 bitum; quia † Deus non vult innocentem damnari. 22. quæst. 2. c. quæritur. & quòd per duellum possit damnari innocens, patet ex prædictis. & ex. c. 2. ẽ. de purga. vulga. Et ex prædictis etiam dici potest, quòd sit prohibitum etiam de iure canonico; quia ius canonicum innititur iuri diuino, vt probatur in d. c. consuluisti. 2. quæst. 5. vsque in finem. & per consequens etiam ex prædictis videtur prohibitum de iure ciuili, & positiuo; quia per ipsum fit exclusio iuris
12 positiui. Quod patet, quia † ad consequendum ius priuatum, adinuentæ sunt actiones, Institu de actio. in princ. & ff. eod. l. nihil. & ad vindictam publicam accusationes, & inquisitiones, in quibus certa forma datur, & probationes requiruntur, vt probatur, & patet ex titu. de lit. contesta. vsque ad titu. de regu. iur.
13 & ex titu. de accu. cuius † iuris positiui etiam principalis intentio est, vt vnicuique reddatur ius suum, vt .l. iustitia. ff. de iusti. & iure. Institu. eo. in princ. Sicut ergo hæc obseruãtia est ex iure positiuo; ita eius inobseruantia est contra ius positiuum; vt sicut est propositum in proposito, ita oppositum in opposito. 8. distinct. c. 1. 32. distin. c. hospitiolum. Sed per duellum tollitur hæc obseruantia, igitur &c. Præterea per duellum tollitur iustitia; sed iuris positiui ciuilis proprium est subiectum, iustitia; quia finis iuris ciuilis intendit, vt vnicuique reddatur ius suum, vt. d. l. iustitia ff. de iusti. & iure. 8. distin. c. quo iure. 16. distin. c. placuit. 12. q. 2. c. cum deuotissimam. Et sic ex prædictis patet, ꝙ statutum, vel consuetudo in contrarium non tenet, Oldra. consi. 191. Est tamen
14 aduertendum, ꝙ † in duobus casibus reperitur permissum de iure ciuili, de quibus in tit. de pac. tenen. in vsib. feudo. Alij vero viginti casus sunt, in quibus olim de iure Longobardo reperiebatur permissum. de quibus per Ioan. de Ligna. in tracta. de bello. in artic. de duello, sub tubr. in quibus casibus duellum purgari permit. & per Bart. in tracta. de pugna. & inter quos fieri possit, & qualiter fieri debeat inter principales regulariter, vide in dictis locis. vbi etiã vide, qualiter duellantes ad instar iudicij cõtentiosi iurare debeant; & qualiter ad instar ipsius iudicij, quasi per omnia ordinatum est; quia sicut in iudicio instrumenta necessaria actori sunt actiones, & replicationes; ita reo exceptiones, & duplicationes; ita duellantibus arma offendibilia, & defendibilia necessaria sunt. Et qualiter iurare debeant; & in quibus casibus sit licitum; qualia debeant esse arma; & an licitum sit per alium duellare, vt per pugilem duellum committere, & qualis debeat esse, & plura alia vide in dictis locis. & Hostien. in titu. de purga. vulg.
15 in summa. Illud tamen clarum est, quòd † recedens à duello quandocunque non punitur, quia non facit contra legem, sed secundum legem. Nec succumbens debet puniri de illo crimine, cum talis probatio sit omnino reprobata, vt hic, &. ẽ. de purga. vulg. per totum. & tenet. D. m. in. c. præceden. Facit quod nor. glo. 2. ibi, quæ dicit, quòd sententia non transit
16 in rem iudicatam. Sed † de crimine cõmisso in duello acceptato, vel oblato deberet puniri quantum ad laicos pœna extraordinaria, cum in iure non reperiatur certa pœna, vt. l. nemo martyres. C. de sacrosan. eccle. & dixi in. c. 1. in glo. fin. ſ. de aposta. quod
17 habet locum etiam in foro sęculari. † In clericis vero est pœna depositionis, & irregularitatis, vt probatur hic, & in. c. præcedenti.

De sagittarijs. Rubrica.



Ontinua hanc rubricam, vt dixi in illa de torneamentis. Vel possunt continuari hæ tres rubricæ hoc modo; quia dictum erat de homicidio, & in torneamentis, duello, & sagittaria arte homicidia committuntur; idcirco subnectuntur hæ tres rubricæ post illam de homicidio; & quoniam quandoq; homines præliantur ad gloriam, quod sæpe fit in torneamentis, posuit primo de torneamentis; & quandoq; ad purgationem, & posuit de duello; & quandoq; ad odij exaggerationem, & posuit hanc rub. de sagittarijs.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Sagittarius, & balistarius contra christianos est excommunicandus.*
2 *Exercitium damnatum sagittariorum, & balistariorum ars vocatur.*
3 *Balistariorum ars cur prohibita.*
4 *Nicolaus Picininus Capitaneus prudentissimus, telo par uo percussus.*
5 *In bello iusto quibuscunque armis licitum est præliari, et decipiendo hostes, & parando insidias.*
6 *Dolus bonus qui.*
7 *Arma etiam prohibita contra Sarracenos, Schismaticos, & hæreticos licitum est sumere.*
Et an in bello iusto, vel iniusto. ibidem.
8 *Excommunicatio, an feratur per hæc verba, præcipio sub pœna excommunicationis.*

Artem. † Excommunicandus est sagittarius, & balistarius contra christianos. h. d. ¶ Noto primo, q† balistariorum,& sagittariorum,& per consequens facto rum etiam prohibitorũ exercitium, appellatur ars. Facit etiam tex.in.c.vnico.de vita & bone.cle.lib.6. & ibi Ioan.And.& vide.47.dist.c.sicut hi. ¶ Secundo not.causam,propter† quam ars balistariorum est
3 prohibita;videlicet,quia est pestifera. & dicit Ioan. Andr.q dolebat,q non poterat prohibere ne in prælijs,maxime campestribus,homines tali arte vterentur,quia quandoq; contingit,q vir vilissimus interficiat fortissimum militem, vt non sunt multi anni,
4 quibus† ex paruo telo fortissimus,& prudẽtissimus capitaneus Nicolaus Pecininus percussus fuit. Et multo fortius deberent prohiberi Spingardotæ. ¶ Vltimo not.summariũ; q qualiter intelligẽdum sit.j.dicam. ¶ Glo.1.colligit argm̃ à contrario.deinde limitat,& declarat tex. In eadem in fi.dic,& ra
5 tio est,quia† in bello iusto cum quibuscunque armis licitum est præliari,& decipiendo hostes, & paran-
6 do insidias,vt.23.q.2.c.dominus. & † vocatur dolus bonus,vt.l.1.ff.de dona. & de materia belli vide per Inno.in.c.sicut.s.de iureiur.&.c.olim.1.s.de restit. spol. & quod dixi in.c.ad audientiam.s.de homici.
7 in.4.membro.7.q.princip.Et not.ex glo. q† contra Sarracenos licitum est sumere talia arma, & contra schismaticos,& hæreticos, vt.c.excommunicamus. s.de hęreti. Tu aduerte,quia secundum prædictum intellectum iste tex.non videtur inducere aliquã specialitatem;quia aut bellum est iustum etiam contra christianos,vt dixi. Aut iniustum,& non licet etiam contra infideles; cum bellum iniustum totaliter sit prohibitum,& etiam contra Sarracenos, secundum Inno.in.c.quod super his.s.de voto. Vnde talia arma, quæ vt pars accedunt ipsi toto prohibito,sunt prohibita.Et ideò videtur dicẽdum,q etiam in bello iusto non possit quis cõtra christianos vti huiusmodi armis,licet cõtra Sarracenos sic.Vel forte potes dicere,q etiam in bello iniusto non sit licitũ,sed in iusto sic. Et licet bellum iniustũ sit ex toto prohibitum; tamen non est prohibitum ex pœna excommunicationis. Vnde cum hic adiungatur pœna excommunicationis, restringemus ad bellum iniustũ, per reg.in pœnis.de reg.iur.lib.6.Et adde prędictis quæ dixi in.c.ad audientiam.in.64.q.7.q.princ. In glo.2.dic, habes ergo ex hac glo. duas opiniones.
8 Vna,q† per hæc verba, præcipio sub pœna excommunicationis, vel simili prolata à lege,non est quis excommunicatus,si contrafacit, ipso facto; sed est excommunicandus,secus si ab homine.Secunda opinio est,q siue à lege,siue ab homine emanet tale pręceptum,contrafaciens non incurrit in excommunicationem ipso facto;sed est excommunicandus. Habet enim tale præceptum vim comminationis, quæ comminatio non est sententia, vt.C.commina. vel epist.per totum.& huic glo.similem glo.habes in.c. Salonitanæ.63.distinct. Primam opinionem tenet Goffre.s.de magistr.in.c.quanto. Secundam tenet Tancre.& Io.And. Hosti.dicit,q non incurrit quis in excommunicationem ipso facto, nisi aliud appareat de mente proferentis,puta ex circunstantijs.Tu dic de hoc articulo,vt dicam in.c.1. de eo qui furt. ordi.recep. & licet in.c.sicut.2.s.de symo. remiserim me hic dictum;tamen propter penuriam temporis non potui mihi satisfacere. Et ideo dicam in.d.c.1.

De adult.& stupro.Rub.

SVMMARIVM.

1 *Mœchiæ appellatione venit omnis illicitus coitus.*
2 *Stuprum propriè,& large quid.& nu.5.*
3 *Fornicationis, & mœchiæ nomine omnes coitus illiciti species comprehenduntur.& nu.9.*
4 *Adulterium quid,& vnde.*
6 *Raptus,stuprum violentum in virginem.*
7 *Incestus definitio,& quando committi dicitur.*
8 *Incestus simplex maior est adulterio.*
10 *Monialem cognoscens,stuprum,adulterium,incestum,& sacrilegium committit.*
11 *Monialis qualibet dicitur coniuncta coniunctione spirituali.*
12 *Pollutio nocturna,luxuriæ species,an sit peccatum mortale.*
13 *Mentium bonarum est veteri culpam, vbi culpa non est.*
14 *Peccatum mortale,an consistat in tactibus,& osculis, et alijs huiusmodi illicitis illecebris.*
15 *Gallicanæ mulieres deosculantur hospites suos; Italæ verò manus tangunt.*
16 *Lenocinium quid,& quando committitur.*
17 *Leno est infamis ipso facto.*
18 *Adulter infamis fit per sententiam.*
19 *Peccatum contra naturam est pessimum omnium carnalium vitiorum. & nume.23.& grauius est sacrilegio. nu.31.*
20 *Fornicator simplex minus peccat adultero, & alijs,excepta tactus,& osculi specie.*
21 *Adulterium vnum altero grauius.*
Et est grauius stupro.nu.30.
Et an sit grauius homicidio.nu.32.
Et an maius mendacio.nu.33.
22 *Incestus quilibet,an maior sit adulterio.*
24 *Charitas prima est inter virtutes theologicas.*
25 *Charitas ordinata incipit à seipso.*
26 *Parricidium grauius est simplici homicidio,sui autem interfectio,maior parricidio.*
27 *Peccatum insanabile sui ipsius interfectio.*
28 *Error in speculatiuis circa ea , quæ homini à natura indita est cognitio, grauissimus, & inexcusabilis est.*
29 *Bestijs se immiscens grauius peccat, eo qui peccat contra naturam,& punitur ipse,& bestia. Et grauius est peccatum sacrilegio.nu.31.*

Continuatur hæc Rubrica hoc modo,Visum fuit.s.de homicidio. verum quia in præceptis decalogi pertinentibus, & tendentibus in proxi-
1 mum;secundum est,Non mœchaberis. &† appellatione mœchiæ venit omnis illicitus coitus;vnde venit etiam adulterium, in quo specialia concurrunt, vt apparebit ex.j.dicendis; ideò specialiter exprimit de adulterio. Et quia, vt dixi, præceptum
2 legis erat generale;videlicet,nõ mœchaberis.& † stu

prum

prum largo ſumpto vocabulo, ponitur pro omni
illicito coitu qui ſit extra adulterium; idcirco hic
ſubijcitur de ſtupro; licet ſtuprum proprie acci-
piatur pro deflorarione virginis, vt ſtatim dicam.
Sed quæro ad euidentiam materiæ, quid ſit adule-
3 rinm? Sol. debes ſcire, ꝙ † mœchia, vt dixi, capitur
large pro omni libidinoſa concupiſcentia, vt trad.
32.q.5.c.non męchaberis. Item debes ſcire, ꝙ etiā
fornicatio eſt nomen generis, & poteſt accipi lar-
giſſime, large, & ſtricte. Largiſſime accipitur pro
omni illicito appetitu. Large, ꝓ omni illicito coitu;
vnde etiam adulterinus coitus videtur comprehen-
di, vt hic probatur in.d.c.nō męchaberis. &.32.q.4.
c.nemo. &.28.q.1.c.idolatria. vnde licet coitus
illicitus diuerſificetur per plures ſpecies; tamen oēs
comprehenduntur ſub nomine mœchiæ, & nomine
fornicationis. Sunt autem ſpecies iſtę adulterium,
4 ſtuprum, inceſtus, & ſimplex fornicatio. † Adulteriū
eſt alieni thori violatio, vt in.d.c.non mœchaberis.
&.31.q.6.c.cum ergo. Vnde adulteriū dicitur, qua-
ſi ad alterius thorum acceſſus, vt ibi. & ſic proprie
committitur cum nupta.ff.eo.l.lege Iulia. Vnde nō
eſt adulterium, ſi maritus cognoſcit ſolutam; quia
non accedit ad alienum thorum. nec etiam ſi cum
alia non ſoluta, & maritata coeat, ea ratione, quia
à ſuo thoro diſceſſerit; ſed ex eo, ꝙ violat alienum
thorum, bene dicitur adulterium. Vnde accuſatio
de adulterio non competit contra maritum, ex eo
5 ꝙ relinquat proprium thorum. † Stuprum vero ſtri-
cte ſumptum, eſt virginis illicita defloratio, vt.d.§.
cum ergo. & tunc proprie dicitur committi, quādo
6 committitur cum volente; ſed † ſi inuita virgine, vel
parentibus cōtradicentibus proprie dicitur raptus,
d.§.cum ergo. & in rub. & nigro. C.de rapto. virgi.
7 † Inceſtus autem, eſt illicitus coitus commiſſus cum
conſanguinea, vel affine, vt.d.§.cum ergo. verſ. ince-
ſtus. & dicitur committi, ſiue committatur cū con-
ſanguinea, vel affine ſoluta, vel non, vt.l.ſi adulteriū
cum inceſtu.ff.eodem. Qualiter aūt in teſtamento
veteri committeretur vſq; ad certum gradum, vide
8 Leuitici.cap.18. Et dic, ꝙ † ſimplex inceſtus vincit
adulterium.32.q.7.§.ſunt enim.&.c.adulterij malū.
9 † Fornicatio vero in ſpecie ſumpta, eſt omnis illicit⁹
coitus qui fit præter vxorem legitimam, cui non ad-
miſcetur alia ſpecies, ſeu qualitas per quam tranſiret
in aliam ſpeciem. Vnde eſt proprie viduarum, ſeu
ſolutarum, aut meretricum, ſeu concubinarum; non
virginum, ſeu conſanguinearum, aut affinium; licet
in genere valeat argumentum, eſt adulterium, ergo
fornicatio; & ſic de ſingulis. Vnde propter qualita-
tes prædictas poſſunt in vno, & eodem coitu omnia
10 prædicta concurrere. Pone, ꝙ † quis agat cum virgi-
ne moniali, & conſanguinea, certe talis committit
ſtuprum, quia deflorat, committit adulterium,
quia cum ſponſa Chriſti. committit inceſtum, quia
cum conſanguinea. Et habet locum ēt ſi non eſſet
11 coniuncta aliqua tēporali coniunctione; quia † quæ-
libet monialis dr̃ cōiuncta ſpirituali coniunctione.
Inſuper cōmittit ſacrilegium, quia cum re ſacra. Vi-
de gl.27.q.1.c.cum virginibus. &.ẜ.de vit. & hone.
cler.c.monaſteria.per.D.m.qui etiam idem dicit in
12 c.3.ẜ.de iudi. Eſt inſup, † & alia ſpecies luxuriæ quæ
vocatur nocturna pollutio, de qua, an ſit peccatum
mortale ſunt opi. Quidam dicunt, ꝙ ſi procedit ex
infirmitate non eſt peccatū.6.diſt.c.1. ſecus ſi à cra-
pula, vt ibi not. vnde Deutero. dicitur.c.7.qđ ſi dor-
miens peccauerit, lauetur aqua. Hoſti. in ſumma. eo.
tit.§.fi. concludit, ꝙ ſi vigilando ex propria ſollici-
tatione accidit, eſt peccatum mortale; ſi dormiendo
non eſt peccatum; niſi dormitionē præceſſerit appe-
titus eius rei, ſeu concupiſcentia. nā tunc, & ſi ipſa
pollutio non ſit peccatum mortale; tñ præcedens ap
petitus inordinatus eſt peccatum.32.q.5.c.qui vide
rit. & adde q̄ dixi in.c.ſi cōſtiterit. ẜ.de accu. &.c.ad
audientiam. ẜ.de homic. in.22.q.4.mēbri.7.q.prin.
Pollutus tamen ſimpliciter ꝓp reuerentiam ſacramē
13 ti potius debet abſtinere; quia † bonarum mentium
eſt vereri culpā vbi non eſt. vide qđ not.5.diſt.c.ad
eius.6.diſt.c.non eſt peccatum. Sed q̄ro iuxta præ-
14 dicta, † vtrum in tactibus, oſculis, & alijs huiuſmo-
di illecebris conſiſtat peccatum mortale. Sol. dic,
ꝙ ſi tales actus fuerint ſecundum ſpeciem ſuā abſq;
libidine, ſecundum forte conſuetudinem patrię, vt
15 eſt † in Gallia in qua recepti ad hoſpitium deoſcu-
lantur mulieres in partibus vero noſtris tanguntur
manus; & tale non eſt peccatum. Si vero fiant in cō
cupiſcentia, vel delectatione libidinis, eſt peccatum
mortale, ſecundum illud Matthei.c.5. Qui viderit
mulierem &c. & per Auguſt. in.d.c.qui viderit. Nā
ſi ſolus aſpectus ad illum finem eſt peccatum mor-
tale, fortius oſculum, & tales actus, ſeu tactus, vt ibi,
&.c.nec ſolo. eadem cauſa. &.q. & hanc ſniam tenet
beatus Tho.2.2.q.154.artic.4. ¶ Vlterius aduerten
16 dum eſt, ꝙ † prædictis ſpeciebus luxuriæ quandoq;
commiſcetur lenocinium, ꝙ dicitur cōmittere, qui
adulterum, vel adulteram ſubijcit; vel qui pro com-
perto ſtupro pecuniam accepit, vel damnatam de
adulterio duxit; vel quæſtum fecit ex adulterio vxo
ris; vel deprehenſam adulteram retinuit; ſecus ſi ſu-
ſpectam habeat, & prætextu incredulitatis ignoran
tiam valeat obumbrare. Item tenetur pœna lenoci-
nij is, cuius ope, vel conſilio, dolo malo, factum eſt,
vt deprehenſi in adulterio pecunia, vel pactione alia
interueniente ſe redimerent, vt.c.eo.l.3.&.l.caſtita-
ti.ff.eodē.l.is, cui primo reſpōſo.&.§.ſi iure.&.l.ma
riti.§.hoc quinquennium.ff.de mino. & qualiter pu
niatur, vide in.d.§.hoc quinquennium. & vide, quia
17 † talis eſt infamis ipſo facto † Adulter vero per ſen-
18 tentiam, vt.l.1.ff.de infamibus. ¶ Vltimo loco ad-
19 uertendum eſt, ꝙ † omnium prædictorum peſſimū
videtur vitium contra naturam, & vt intelligas ma-
ioritatem, & grauitatem dictorum delictorum, dic,
ꝙ in fornicatione generaliter ſumpta ad omnes gra
dus, & ſpecies ſupra nominatas facta comparatione,
20 † fornicator ſimplex minus peccat adultero, & alijs
excepta ſpecie tactus, oſculi, & ſimili. probatur.32.
21 q.7.§.ſunt enim.&.c.adulterij. in princ. Item † & in-
ter adulteria vnum eſt grauius altero. Nam grauius
peccat qui vxore ſua dimiſſa, ad thorum alterius ac-
cedit, quam qui non habens vxorem alterius thorū
violat; grauius etiam vxore ſua dimiſſa, eo qui ſuam
dimittens aliam cognoſcit, vt.d.§.ſunt enim. Prædi
ctas autem omnes ſpecies inceſtus tranſcendit; peius
eſt enim cum matre, aut alia conſanguinea fornica-
ri, q̄ cū aliena vxore.32.q.7.c.adulterij. &.d.§.ſunt
22 enim. † An autem quilibet inceſtus ſit maior adulte-

rio,glo.in.d.c.adulterij.videtur velle ꝙ sic.Alij contrarium dicentes,ꝙ solus incestus cum personis enumeratis excedit adulterium.Sed Lauren.& Archi.te-
23 nent primam opinionem. † Omnium autem maximum, & horribilius est peccatum contra naturam, vt.d.§.sunt enim.&.c.adulterij. & tribus seq.siue illud inter masculos,siue inter fœminas committatur, vt.l.fœdissima.C.eo.tit.Nec obstat, qđ adulterium, & raptus videatur maius, ex eo, quia magis vi-
24 dentur contrariari † charitati, quæ est prima, & præcipua inter virtutes theologicas. Nec obstat,ꝙ incestus videatur maius delictum ex eo, quia tanto grauius videtur delictum, quanto exercetur in personam, quam magis deligere debemus; sed secundum ordinem charitatis magis debemus diligere
25 personas nobis coniunctas;quia † ordinata charitas prius ad se, deinde ad proximiores extenditur, secundus gradus prærogatiuam, vt est textus in.c.3.§. de vsupal.23.q.5.c.si non licet. & not. in.l.præses.
26 C.de serui.& aqua.& ideo † parricidium est grauius, quam simplex homicidium. & sui ipsius interfectio grauius, quam parricidium secundum ius canoni-
27 cum,& theologicum. est † enim peccatum insanabile,secundum illud Hiero.c.30.insanabilis fractura tua.&.c.15.plaga mea desperabilis renuit curari. & Isidorus in libro de summo bono inquit, Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ est; sed desperare, est descendere in infernum. Vnde glo.c.3.prouerbiorum dicit, ꝙ nihil execrabilius est desperatione. Sed per incestum polluuntur personæ magis coniunctæ,quam per vitium contra naturam,qđ committatur in personas non coniunctas;ergo &c. quia respondeo, ꝙ in quolibet genere illa species est pessima, quæ est principij corruptio, ex qua alia dependet. Facit.1.q.1.c.cum Paulus. principia aūt rationis sunt in ea, quæ sunt secundum naturam. nā ratio præsuppositis his, quæ sunt à natura determinata,alia disponit secundum qđ conuenit; ꝙ apparet tam in speculatiuis,quam in operatiuis; vnde si-
28 cut † in speculatiuis error circa ea, quorum cognitio est homini à natura indicta, est grauissimus, & inexcusabilis,vt.l.2.C.de in ius voca.& not. in.l.regula.ff.de iuris & facti igno. & de reg.iur.libr.6.in reg.iuris ignorantia.per Dyn.& Io.An.vnde appellamus crassam,& supinā ignorantiam,vt.l.latæ culpæ.ff.de verb.sign. Ita & in agendis,agere contra ea quæ sūt cōtra naturā determinata, est granissimū,& inexcusabile,vt.d.l.2.quia ergo in vitijs,quæ sunt cōtra naturam, transgreditur hō illud ꝙ est secundum naturam determinatum circa vsum venereum. inde est,qđ in materia fornicationis seu mechiæ hoc peccatum est greuissimum. Aduerte, quia ēt hoc pec-
29 cato † grauius esse,videtur vitiū bestialitatis,hoc est, qū quis coniungit se bestijs, aut animalibus brutis. vñ super illud Genesis. c.38.dicitur, Accusauit fratres suos crīe pessimo.gl.dicit,ꝙ cum pecoribus misceb atur. Nam ibi non seruatur debita species, & contra naturam agitur.Leuit.c.20.dicitur,ꝙ talium pœna est mors, & pecus etiam morti debet tradi.Vide etiam.15.q.1.c.de muliere. Post hoc autem, vt dictum est, est vitium contra naturā, in quo licet seruetur species,non seruatur naturalis sexus, vt.l.cum vir.C.de adulte. Et post hoc est incestus per quem

agitur contra naturalem reuerentiam. Aliæ aūt species mechiæ,seu luxuriæ non sunt ita graues; qa per illas solum prætermittitur quod est determinatum fm certam rationem ex præsumptione cōi naturalium principiorum, adiuncta iuris dispositione; & q̄to magis quis tali rationi repugnat per actum phibitum, tanto magis dicitur delinquere. Sed prædictæ rationi magis repugnat, ꝙ quis vtatur venereis non solum contra id quod conuenit generandæ proli; sed etiam cum iniuria alterius; ergo fornicatio simplex quæ committitur sine iniuria alterius, est minima inter species luxuriæ deductæ ad actum. Item grauius est, ꝙ quis abutatur muliere, q̄ est supposita potestati mariti ad vsum generationis, quam si esset supposita ad custodiam, prout est
30 filia parentibus; & ideo † adulterium est grauius stupro. Vtrunq; autē aggrauatur per violentiam;& sic per raptum; & per consequens raptus vxoris, per quem committitur adulterium, grauius est delictū, quam raptus virginis. Vide bea. Tho. secunda secun
31 dæ.q.c.54.artic.12.Et ex prædictis habes,ꝙ † peccatum bestialitatis, & contra naturam sunt grauiora sacrilegio; quia sunt vitia contra naturam, & sic cōtra Deum ordinatorem naturæ, vt est tex. expressus. 32.q.7.c.flagitia,ibi, violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet. & tanto sunt grauiora,q̄ sacrilegij corruptela; quanto ordo humanæ naturæ indictus est prior, & stabilior, quam quilibet alius ordo superadditus. Facit instit.de iure naturali gen. & ciuili.in §.naturalia. &.5.distin. in princ.
32 Vtrum autem † adulterium sit grauius homicidio, dic, ꝙ non; immo homicidium est grauius, vt not. glo.22.q.1.c.prædicandum. 33. q. 2.c.si quod. In contrariū tamen facit text.32.q.7.c.quid in omnibus. vbi dicitur, quod in omnibus peccatis est adulterio grauius. Sed potest exponi,grauius. hoc est, magis frequentatum; quia frequentius, & communis cōmittitur vide gl. & D.m.in.c. at si clerici.§.de
33 adulterijs.§.de iudi.Vtrum † autem sit grauius mendacio? ponit D.m.in.c.fi.ꝫ.de purga.cano.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Stuprantis virginem pœna notatu digna.*
2 *Dormire cum muliere qui dicitur.*
3 *Peccatum mortale remouet homini à Dei gratia, & ab ipsius contemplatione.*
4 *Stuprum vt committatur, requiritur defloratio; non autem dormitio.*
5 *Qualitas dotandæ virginis attenditur in dote constituenda. Et regionis consuetudo.ibid.*
6 *Virginitas,secunda dos dicitur.*
7 *Virginitas,cum connascatur cum persona, semper præsumitur adesse;secus in ætate minore,& ratio.nu.8.*
8 *Bonus quilibet præsumitur; nisi contrarium probetur.*
9 *Pater,an teneatur dotarē filiam contrahentem matrimonium clam,& ipso ignorante.remiss.*
10 *Dos sine matrimonio esse non potest. Quod tamen intellige.vt nu.13.*
11 *Donatio inter virum, & vxorem constante matrimonio est prohibita.*

12 *Vxor, si est nobilis, & vir plebeius, non solum potest dotari, sed sibi dos augeri.*

Si seduxerit.

Stuprans virginem tenetur eã dotare, & ducere in vxorem; & si non vult cum ea contrahere, vltra dotem corporaliter castigatur. h.d. cum seq. Secunda ibi, si vero.¶ Not. primo, vnam† pœnam stuprantis virginem; quia tenetur eam dotare, quam stuprauit, & in vxorem ducere, si fieri potest. Et aduerte, quia ista pœna prima fronte vr̃ habere locum in eo qui seduxit; hoc est, p malitiam, & dolositatem ipsã duxerit. & sic vr̃, ꝙ probanda sit hæc qualitas ad pœnam infligendam. Contrarium tñ hic tenent Doct. quia virgo semper præsumitur seducta; quia non præsumitur sine dolosis insidijs alterius tantum facinus perpetrasse, vt dicit tex. in. l. 1. C. de rapt. virg. Facit qđ not. glo. in reg. scienti. de reg. iur. lib. 6. Secundo not. ibi, dormierit; cum ea, ꝙ † peccans mortaliter cum muliere, dicitur dormire cum illa, quia per tale †peccatum remouetur quis à gratia Dei. & extrahit ab ipsius Dei contemplatione; & sic dormire videt. Vnde scriptura mortaliter peccãtes, dormire dicit, venialiter verò dormitare; sed forte melius diceret dormiscere. Nam† ad stuprum committẽdum, & ad dispositionem istius. c. non requiritur dormitio, sed defloratio. Vltimo not. ibi, iuxta modum dotis, ꝙ †in dote constituenda attenditur qualitas dotandæ, dum dicit virgines, & consuetudo regionis, vide ẽt Doct. in. l. 1. ff. de lega. 2. & . l. cum post. §. gener. ff. de iure dot. Facit quod not. in simili in. c. certificari. s̃. de sepult. Aduerte tamen, quia si vir contrahit cum deflorata, tenetur constituere dotem, prout hic dicitur.† sicut constituuntur virginibus; sed si non contrahit, debet tanto plus dare, quanto pp deflorationem oportet dare, secundum Abb. antiq. & sequitur hic Io. And. in. c. fi. j. de iniur. & sequitur. D. m. quia maior requiritur dos post deflorationem, cum† virginitas sit secunda dos. Sed quæro circa tex. nostrũ. Pone, quòd vir neget eam quam seduxit fuisse virginem; mulier verò, seu eius parentes asserunt contrarium, cui incumbit ꝓbatio? Doct. communiter* dicunt, quòd præsumitur virgo fuisse; & sic vr̃ tenetur ꝓbare contrarium; vnde ratione istius delicti ꝓbatio transfertur in eum. Facit. c. vnicum. s̃. vt eccl. benefi. & qđ not. in. c. continebatur. s̃. de despons. impub. & sequitur. D. m. Sed aduerte, quia hæc. q. ꝓcedit si ad casum, de quo quæritur, requireretur qualitas virginitatis; sed quo ad stuprum simpliciter non videtur hoc ꝓcedere. Facit qđ dicam. j. in glo. 2. in seq. c. & placet mihi dicta sententia ex alia ratione; quia† cum virginitas connascatur cum persona, præsumitur semper adesse; nisi probetur contrarium, sicut dicimus, quòd† quilibet præsumitur bonus, nisi ꝓbetur contrarium, vt. l. merito. ff. pro soc. & si tu diceres; minor ætas etiam connascitur; & tamen illam asserenti incumbit ꝓbatio, vt. c. in præsentia. s̃. de proba. respondeo, quòd virginitas, & bonitas nõ variantur ex solo temporis cursu; & ideò non obstante cursu temporis præsumuntur semper adesse; sed minor ætas ex solo temporis cursu variatur; & sic non est par ratio. Item quærit hic. D. m. de nota-

1

2

3

4

5

6

Côis op.

7

8

bili, & quotidiana quæst. † aliquis contraxit matrimonium cum virgine clam, & sic patre ignorante, an patet teneatur illam dotare? & hanc. q. tangit etiam in. c. penult. s̃. de rapto. dic, vt ibi dicam.¶ Glo. 1. in princ. quærit, qualiter fiat ista dotatio. deinde format vnam quæstionem, quam sol. distinguendo. In fi. glo. dic, secundum. D. m. qđ intellectus glo. est, ꝙ si donatur sponsæ, valet donatio, & res donata potest postea capi in dotem a marito, sed si donatio non sortitur effectum de præsenti, sed confertur in tempus matrimonij; vt puta, vir confitetur animo donandi se recepisse in dotem mille, cum in veritate nihil receperit, non valet donatiõ; quia† dos non potest esse sine matrimonio, vt. c. & si necesse. s̃. de donat. inter vir. & vxor. & . l. 3. ff. de iure dot. & ideò ista donatio videtur collata in tempus matrimonij, quo tempore† donatio est prohibita inter virum, & vxorem, vt in. c. fina. s̃. de dona. inter vir. & vxor. & ideò sentit glo. quòd in casu tex. nostri donatio fieri debet priusquàm contrahatur matrimonium, vt valeat; sed non bene dicit, quia non est pura donatio, cum vir ad hoc sit obligatus ex delicto suo; & ideò non potest dici donatio, vt. l. donari. ff. de donat. & . l. donari. ff. de reg. iur. Et ideò Gofire. & Io. And. dicunt, quòd glo. impropriè loquitur de donatione. Facit etiam tex. dum dicit, dotabit eam. & sic videtur sufficere, quòd vir confiteatur se habuisse in dotem vxoris nomine. In casibus tamen, in quibus vir ad hoc non necessitaretur, procedit glo. Et subdit hic. D. m. quòd† si vxor esset nobilis, & vir plebeius, non solum potest dotari, sed sibi dos augeri, allegat quod not. in glo. in. l. cum voluntate. C. de dote promiss. & Bart. in. l. si diuortio. ff. de verbo. obli. Tu aduerte, quia dum. D. m. dicit, quòd non valet donatio; quia† dos non potest esse sine matrimonio, debet intelligi si matrimonium non sequatur; sed si matrimonium sequeretur, an valeat ipsa confessio dotis receptæ, debet distingui, vt distinguendum est in dote confessa constante matrimonio, quod aut vir confitetur non sub spe futuræ numerationis. Aut animo donandi, de quo dic, quia non est materia nostra, vt latissimè dixi in quodam consilio, quod incipit, ad requisitionem domini Cardinalis de Columna. de quo etiam vide Io. And. in addit. Spec. in titu. de dona. inter virum & vxo. in rubr. & Barto. in. l. diuortio. & in. l. cum quis. §. titio. ff. de lega. 3. & aliquid per Cy. in l. 1. in fi. C. de sacrosf. ec. & Bal. in. l. si voluntate. C. de dot. promiss. & . l. si creditori. C. de fideicom. in antiqua lect. & . l. 2. §. creditũ. & ibi per do. Ang. ff. si cer. pet. In glo. 2 in fi. dic, dicit hic Inno. ꝙ iste est casus specialis, in quo quis cogitur contrahere matrimonium contra id, quod tradditur. 30 q. 2. c. 1. & . 2. & hoc propter delictum similie. s̃. de eo qui duxit in matri. &c. Sed aduerte, quia non debes intelligere Innocen. quòd præcisè ad hoc compellatur, quia contradiceret. c. seq. vbi videbimus de pœna nolentis contrahere.

9

10

11

12

13

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Libido fœlix, quæ dicitur.*

2 *Venereorum concupiscentiæ corpus transformant, & insanias quibuscunque præparant.*
3 *Virginem stupro deceptam quis non cogitur inuitus ducere in vxorem.*
4 *Ecclesia iuris ciuilis rigorem moderare potest.*
Quod tamen intellige, vt ibi.
5 *Disponimus, verbum iuris editorium.*
6 *Virginem deflorans, an indistinctè, si nolit defloratam capere in vxorem, detrudendus sit in carcerem.*
Et quid si non potest illam habere in vxorem. nu. 7.
Et an tale delictum sit depositione dignum in clerico. nume. 8.
9 *Inobedientia est grauissimum peccatum.*
10 *Stuprum secundum. ll. cum quibus personis committi dicatur.*
11 *Stuprum, & adulterium differunt.*
12 *Stuprum strictè, & propriè cum virgine committitur.*

Peruenit. Summatum fuit in præcedenti. Noto primo
ibi, ꝙ Fęlix. quòd istud
fuit nomen proprium, vel adiectiuum, seu appella-
1 tiuum; quia † fœlix libido appellatur, quando quis
re amata potitur, & maxime florida, tex. est in. l. vni-
ca C. de senatuscon. Claudia. Sed primum plus pla-
cet, quia ius canonicum talem fœlicem non appel-
laret; quinimo nec de iure ciuili moraliter; sed dici-
tur impropriè, & verbum libido adiũctum destruit
2 qualitatem, vnde Philoso. 7. Ethic. dicit, ꝙ † concu-
piscentiæ venereorum manifestæ corpus transmu-
tant, quibusdam etiam & insanias præparant, vt di-
3 citur in fabulis de Vlysse. ¶ Secundo not. ꝙ ille, qui
deflorauit virginem, non compellitur præcisè cum
ea matrimonium contrahere; sed causatiuè, si non
vult pati pœnas. Facit ad id quod dixi in. c. præced.
4 ¶ Tertio not. ꝙ † ecclesia potest moderare rigorem,
& duritiem iuris ciuilis; quod tamen est verum quo
ad temporalia, quantum ad forum suum. Vnde ha-
bebit locum in terris ecclesiæ subiectis iurisdictioni
temporali, & non in terris Imperij; quia in illis ius
ciuile seruabitur, quod imponit aliã pœnam, vt hic
in gl. 1. Facit quod traditur in reg. possessor. de reg.
5 iur. lib. 6. ¶ Vltimo not. ꝙ † verbum disponimus, est
verbum iuris editorium. ¶ Sed quærunt hic Docto.
6 † Vtrum indistinctè ille qui deflorauit virginem sit
detrudendus in monasterium, si non vult capere vxo
rem. Sol. Innocen. dicit, quòd hoc sit si non vult do-
tare, arg. c. præceden. & non declarat, an sufficiat ad
euacuandas omnes pœnas. Vnde dicunt Docto. ꝙ
sola dotis constitutio non sufficit; quoniam in præ-
ceden. c. tenetur quis ad duo copulatiuè. s. dotare, &
ducere; & ideò cum alteri non pareat, & vtrunque
facere teneatur, non videtur sufficienter punita ino-
7 bedientia nolentis illam capere in vxorem. † Quid
autem si non posset illam habere in vxorem; quia
erat vxoratus, vel clericus? D. m. videtur velle, quòd
sit locus pœnæ. c. nostri, vt scilicet castigetur, &c. ar-
gumen. not. in. c. 2. s̃. de calum. & teneatur eam do-
8 tare; & subdit, quòd tale † delictum esset sufficiens
ad depositionem. secundum plene not. in. c. at si cle-
rici. §. de adulterijs. s̃. de iudi. Tu aduerte, quia talis
pœna forte non habet locum, nisi quando accederet
potestas, & voluntas. nam iste videtur esse in maiori
culpa; quia videtur esse inobediens, cum possit pare-
9 re, & nolit; quæ † inobedientia est grauissimum pec-
catum. 4. distin. §. hæc & si legibus. &. 8. quæstio. 1. c.
sciendum. Sed si non potest, non videtur inobediẽs.
& sic videtur minori pœna afficiendus. Sed aduerte
etiam, quia plus videtur iste puniendus; ex eo quia
propter prædictas qualitates videtur esse in maiori
culpa, si non potest cum illa contrahere; & sic gra-
uiori videtur pęna afficiendus. Ex quo infero, quòd
forte non esset absurdum dicere, ꝙ iste tex. habeat
locum solum quando quis stuprauit virginem, & cũ
ea poterat contrahere matrimonium; alias non. &
ratio patet ex prædictis. Hæc not. quia non tangun-
tur per Doct. Item quæro, quid vult dicere tex. dum
dicit in fine, sine præcepto licentia. Sol. quidam ex-
ponunt, idest, sine reuocatione; quia ad tempus hãc
pœnitentiam agunt. Vel & secundo, quòd perpetuo
debet esse in monasterio, nec debet exire sine præ-
lati licentia. Et hoc importat verbum, præcepto. &
prima expositio plus placet Hostien. Tu dic, quòd
quando pœna imponitur simpliciter, vel facta ex-
pressione aliqua, quę possit respicere tempus, an sit
perpetua, vel temporalis, dic, vt per glo. & Docto. in
c. ex literis. s̃. de constitu. &. l. seruus. C. de pœ. &. l. si
sine. ff. eo. Vel forte & tertio posset exponi sine præ-
cepto, hoc est, quousque illam acceperit in vxorem;
quia cessante causa, &c. ¶ Glo. 1. quærit, & soluit. In
eadem ibi, relegentur. dic, Hoc verum, si est hone-
sta persona. & præter hanc pœnam relegationis, di-
midia pars bonorum ipsius publicatur. ¶ Glo. 2.
10 quærit, & soluit. In fi. dic, Aduerte, quia † secundum
leges stuprum dicitur committi cum vidua, puero,
vel soluta, quæ non habetur loco vxoris, vel concu-
binæ, vt. l. stuprum. 1. &. 2. responso. ff. eo. & vide tex.
in. l. inter stuprum. ff. de verbo. significa. qui dicit, ꝙ
11 † inter stuprum, & adulterium hoc interest, vt qui-
dam putant, quòd adulterium in nuptam, stuprum
in viduam committitur. Sed lex Iulia de adulterijs,
hoc verbo indifferenter vtitur, & idem tex. in. l. in-
ter. §. 1. ff. eo. vide glo. 32. quęst. 4. c. nemo. Vult er-
go ius ciuile, ꝙ stuprum committatur etiam cum
non virgine, excepta meretrice, & concubina, vt. l.
quæ adulterium. &. l. si ea. C. eo. Vnde stuprum de
iure ciuili videtur esse nomen satis generale. Facit. l.
cum seruum. de ordi. cogni. Et prædicta adde ad ea,
12 quæ dixi. s̃. in continuatione rubricæ. Sed † strictè, &
propriè committitur cum virgine, vt ibi dixi.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Lenocinij crimen contrahit, qui vxorem in adulterio perseuerantem retinet.*
2 *Parcendum non est ei, qui sæpe deliquit.*
3 *Delicta aggrauant multiplicatio.*
4 *Peccati venia licentiam tribuit delinquendi.*
5 *Delicta, vt puniantur publicè interest.*
6 *Peccatum in voluntate est.*
7 *Ignorans consentire non dicitur.*
Fallit in bigamia. vt ibidem.
8 *Bigamia solo facto contrahitur.*
9 *Maritus, an vxori, quæ sæpius deliquit, & pœnituit, alimenta*

menta præbere, & eidem adhærere debeat.
10 *Male meriti egestate labore debent, & alijs sint exemplo.*
11 *Debeo, verbum, vltra propriam significatum, decẽtiam, & honestatem, & quandoq; vtrunque importat.*
12 *Ecclesia nunquam claudit gremium redeuntibus.*
13 *Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.*
14 *Ecclesia etsi pro peccantibus intercedat quo ad pœnam huius seculi, tamen hoc facere non debet pro sæpius peccantibus.*

Si vir. Maritus retinens adulteram coniugem non peracta pœnitentia, particeps est delicti; secus si agit pœnitentiam, non tamen debet eam sæpe recipere. hoc dicit. Secunda, ibi, quod si mulier. ¶ Noto pri-
1 mo, q† maritus retinens vxorem in adulterio perseuerantẽ peccat; quia tacitè videtur leno vxoris suæ, & quasi quæstus causa facere, vt hic dicitur in prima
2 glo. ¶ Secundo not. q † non est parcendum ei, qui
3 pluries deliquit. nam† multiplicatio delictorum aggrauat delicta, vt. l. nunquam plura. ff. de priua. deli. & in alijs iuribus hic in glo. allegatis. quod notabile intellige secundum quod intelligit glo. ratio est in promptu; quia delicta impunita transirent alijs in exemplum, quod esse non debet. Vnde dicitur in. c.
4 vt clericorum. s. de vi. & honest. cleric. quod † venia peccati licentiam tribuit delinquendi, &. c. signifi-
5 casti. s. de homici. &. 50. distin. c. elapsis. In† delictis enim puniendis publica versatur vtilitas, vt. l. 1. ff. de iusti. & iur. &. l. visitatio. §. quod illicite. ff. de pulica. ¶ Sed quæro pro intellectu literæ, quia tex. noster dicit, si vir sciens, quid si fuerit ignorans, vtrum videatur peccare? Sol. dic q non, secundum Docto. à
6 contrario sensu literæ; quia † peccatum non com-
7 mittitur sine voluntate. 15. q. 1. in princ. &† ignorãs non dicitur consentire, vt ibi. &. l. si per errorem. ff. de iurisdi. om. iudi. Talis tamen etiam ignorans cõ-
8 trahit bigamiam, † quæ solo facto contrahitur. 34. distin. c. si cuius. de quo in. c. 2. s. de bigamis. ¶ Se-
9 cundo quæro, vtrum† cum ea vxore, quæ sæpius peccauit, & sæpius egit pœnitentiam, quam vir non debet recipere, vt hic, sit prohibita omnis vita, & omnis participatio. Sol. dicunt Docto. q non; quia necessaria alimenta pietatis causa poterit illi tribuere; sed non debet adhærere illi maritali affectione. D. m. hic tenet contrarium. Nam traditio necessariorum, videtur tribuere causam permanendi in peccato, & vtilius videtur esse, quod esurienti panis tollatur, si de cibo securus iustitiam negligat, quam esurienti panis frangatur, vt iniustitiæ seductus acquie-
10 scat. 5. q. 5. c. non omnis. versi. vt illius. Nam† malè meriti, publice vt alijs exemplo ad deterrenda maleficia sint, etiam debent egestate laborare, vt. l. bona fides. ff. deposi. fortè dici posset, q si maxima incumberet necessitas, & esset aliqua spes de illa, deberet eidem subuenire. & sic loquatur prima opin. Arbitror tamen, q si esset dubium, ne propter egestatem deterior fieret, quòd deberet illi subuenire. ¶ Glo. 2. quærit de ratione, & soluit vnum subdendo, & bene. ¶ Glo. 3. in verbo debet. sentit contrarium, & soluit. In eadem, ibi, honestatis. dic, not. ex
11 hac glo. q† verbum debet, non semper importat necessitatem; sed quandoq; decentiam, & honestatem; & sic conclude, q ratione subiectæ materiæ quandoq; importat decentiam, vt hic, &. c. 1. s. de spons. impube. quandoq; necessitatem, & hoc est ius proprium, vt cle. 2. de sta. monac. dixi in cle. dispendiosam. de iudi. quandoq; importat vtrunque, vt glo. & Docto. in. c. intelleximus. s. de iudi. 25. q. 1. c. 1. Io. And. in. c. non solum. de appel. lib. 6. Archid. 50. distin. c. quantum. & iunctum cum negatiua præcedente semper importat præcepti necessitatem, vt not. Ioã. And. in. c. vltra tertiam. s. de testib. & c. proposuit. s. de appel. ¶ Glo. in versi. sed non sæpe. in princ. sentit contrarium, & soluit. & in fi. colligit argũ. In eadem, ibi, septuagesies septies. Math. 18 dic, quòd ponitur numerus finitus pro infinito; & respondendo magis formaliter ad contrarium, potes dicere, q quantum ad pœnitentiam, quæ releuat peccatorem à morte æterna, in infinitum indulgendum est; quia
12 † ecclesia talibus redeuntibus nunquam debet gremium claudere. Facit. l. fi. C. de epis. & cle. cum simi.
13 quia, vt scribitur Ezech. 33. c. † Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. quãtum
14 vero ad pœnam huius sæculi, † ecclesia & si quãdoq; ratione fragilitatis humanæ pro semel peccantibus intercedat; tamen hoc non debet facere pro sæpius peccantibus per rationem, quam dat glo. nostra. Facit ad hoc quod dicitur in. c. cum non ab homine. s. de iudicijs.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptione violenta quis damnari potest.*
2 *Adulterium signis, & præsumptione violenta concluditur.*
3 *Scholaris, si solus cum sola amasia sua reperitur, non præsumitur dicere pater noster.*
4 *Maritus, an præferatur in cæteris in accusando vxorem de adulterio, & teneatur se inscribere.*
Etiam si sit filiusfami. nu. 8.
Et quid si sit minor. nu. 10.
Et intra q tempus. nu. 12.
5 *Maritus genitalis thori vindex esse debet. & præfertur etiam patri vxoris, nisi sit infamis.*
6 *Adulterium pro stupro quandoq; ponitur, & promiscue his iura vtuntur; licet propriè, & strictè differant.*
7 *Sponsus ad accusationem sponsæ adulterantis admittitur.*
9 *Matrimonium non consistit inter seruum, & liberum, sed contubernium.*
11 *Vxor, an possit maritum de adulterio accusare.*
13 *Vir, & vxor à pari iudicantur. & nu. 24.*
14 *Maiores quandoq; restituuntur.*
15 *Adulterij pœna est tantummodo ecclesiastica.*
16 *Ingressus monasterium æquiparatur morti.*
17 *Mulier ob adulterium nõ cogitur intrare religionem, nisi viro placuerit, & econtra.*
18 *Maritus, & vxor, an, & quando mutuo se accusare possunt de adulterio.*
Et qui sint effectus.
19 *Sacrilegos nuptiarum gladio ferire oportet.*
20 *Maritus est caput vxoris. non ècontra.*

21 *Subrogatum naturam illius, in cuius locum subrogatur, sapere debet.*
22 *Vxor propter sodomiam à viro suo commißam, ab eo discedere potest.*
23 *Pœnæ sunt molliendæ, non exasperandæ.*
25 *Adulterij, vel fornicationis nomine comprehenditur omnis illicitus coitus.*
26 *Matrimonio ex crimine sodomiæ maior infertur iniuria, quàm ex crimine naturaliter commißo.*

Maritis. Breue est, & communiter non summatur. potest tamen sic summari. Maritus ꝓpter suspitionem potest
accusare vxorem de adulterio, & in accusatione cæteris præfertur. h.d. ¶ Glo. 1. potest recitari per cōtrarium, & quæstionem. In eadem in fi. dic, & ratio
1 est, quia † ex violenta pręsumptione potest quis damnari, vt. c. afferte. & c. literas. de præsump. maximè in adulterio, quod non videtur directo in sensum testis cadere, hoc est, quia vt plurimum, occultè commit-
2 titur, & † per signa, & violentas præsumptiones, quasi videtur concludi; puta, si maritus reperit vxorem in camera, vel in loco secreto cum amatore suo, solam cum solo, qui fortè non habet brachas; vnde dicit
3 Bal. in. l. neq; natales. C. de ꝓba. ꝙ † si scholaris reperitur solus cum sola amasia sua, ꝙ non præsumitur, ꝙ dicat pater noster. In glo. fi. in fi. dic, pro intelle-
4 ctu istius glo. videtur examinandum, † quis admittatur ad accusationem adulterij, & an maritus cæteris præferatur, & an teneatur se inscribere. Circa quam materiam Host. videtur distinguere, ꝙ aut fit accusatio coram ecclesiastico iudice, & nullus admittitur, nisi maritus, vt not. Host. in sum. qui ma. ac. poss. §. ꝙ admittiẗ ad accusandum. Sed si accusatio fiat coram seculari iudice, tunc admittitur maritus præ omni-
5 bus. Nam maritus genitalis thori vindicē esse oportet, vt. C. eo. l. quamuis adulterij. vnde præfertur etiá patri vxoris, nisi pater dicat generum infamem, aut arguat generum, non ex animo accusare, sed cū vxore colludere; aliàs autem præfertur maritus, vt dictum est; quia præsumitur, ꝙ accusationē prosequetur propter animi indignationem, cum maiori cura, & diligentia, etiam si pater mulieris primò libellum obtulerit; nec distinguitur, an matrimonium teneat, an sit vxor vulgaris; nam vt dicit Hosti. Soli ne Atridæ vxores amant suas. Vnde Virg. Aenei. nono. Sunt & mea contra Fata mihi, ferro sceleratam [excindere gentem, Coniuge prærepta; Nec solos tangit Atridas, Iste dolor. & ff. eo. l. si vxor. §. plane. Nec obstat. l. si ea quæ. & l. qui adulterium. C. eo. quia ibi
6 nullo modo erat vxor, & ponitur † adulterium pro stupro. & iura quādoq; vtuntur his verbis ꝓmiscue; licet propriè, & strictè differant, vt dixi. s̄. in rubr. &
7 c. 2. in glo. 2. nedum autem maritus, sed † etiam sponsus ad accusationem admittitur; quia nec matrimonium, nec speciem matrimonij permittitur violare, nisi spōsus vellet accusare illum, q primo matrimonium cōtraxit cum ea. ff. eo. l. si vxor. §. diuus. & l. miles. §. querebatur. ff. eo. tit. & C. eo. l. ꝓp violentiam.
8 & ad hāc accusationem admittitur maritus, † etiam si sit filiusfa. etiam patre inuito. 27. q. 2. qui desponsatam. & ff. eo. l. inter. §. filius. & l. filiusfa. De iure tñ
9 ciuili; quia † inter seruum, & liberum nō cōsistit matrimonium, sed contubernium; seruus violatum cōtubernium non poterat vindicare, vt. C. eod. l. seru. De iure canonico quo ad solutionem mutuæ seruitutis, vr̄ ꝙ possit, vt not. Host. in tit. de coniug. seruo.
10 §. 1. & fi. & ad talem † accusationem admittitur maritus minor, vt in. c. ex parte. s̄. de resti. spo. & vide qđ not. in. l. si maritus. §. lex. ff. eo. † mulier tñ, licet vxor sit, repellitur ab accusatione adulterij, vt. l. 1. C. eo. canonizata. 32. q. 1. publico. & ratio colligi potest ex his, quæ dixi. s̄. in rubr. in descriptione adulterij. not. etiam. 32. q. 1. §. publico. vbi dicitur, ꝙ nō negaẗ simpliciter, ꝙ vxor non possit accusare; sed dicitur, ꝙ mulier non admittitur ad accusandum eodē modo cum viro. Vnde rectè subditur, Nec idem priuile-
12 gium &c. † Vir enim iure mariti & sine inscriptione, & sine metu calumniæ accusat mulierem de adulterio intra. 60. dies vtiles, vt hic dicit gl. Facit. 4. q. 3.
13 aliquando, & hoc non facit mulier, licet alias † vir, & vxor à pari iudicentur. 32. q. 5. c. præceptū. & c. christiana. & 32. q. 1. c. si quis vxorē. sed post. 60. dies nō potest vir accusare vxorem; nisi iure communi tanq̄ extraneus, vt hic dicit glo. & probatur in. l. si iure. C. eo. nisi fuisset absens ꝓp rem publicam; quia tūc admittitur ad illos. 60. dies. Et ille est casus specialis, in
14 quo † maiores restituuntur. ff. ex qui. cau. ma. l. si qua militi. & ff. de adul. l. miles. §. quidam. Sed hoc quod dicitur in. §. publico. 32. q. 1. non vr̄ tenere sm iura nostra; nam sicut maritus vxorem, ita & vxor maritū licitè accusat, & inscribit contra eum, obligando se ad pœnam talionis; & hoc quando agitur coram seculari iudice; sed si coram ecclesiastico nō inscribit, vt in. c. tuæ. de procu. & idem videtur notari in auth. vt lic. ma. & auiæ. § quia vero. & § causas. Glo. tamē in. d. c. publico. miratur, ꝙ inscribendum sit hodie, cum pœna secularis sit commutata in ecclesiasticā, vt. C. eo. authen. sed hodie. vnde etiam sm leges di-
15 cit. d. glo. ꝙ vxor potest accusare virum; cum † adulterij pœna sit tantum ecclesiastica; & subdit, ꝙ ideo
16 etiam hodie tenetur vir inscribere; quia † ingressus in monasterium ęquiparat morti; & ideo dicit, ꝙ licet sit commutata pœna adulterij, quantum ad mulierem, ꝙ ex quo vir se obligat ad pœnam talionis, si non probat, cōdemnabitur sicut mulier; sed si mulier esset conuicta, detruderetur in monasterium, vt d. auth. sed hodie. ergo & mulier. Et sic aliquis cogiẗ recedere ab vxore sua absq; causa fornicationis, qđ vr̄ absurdum. Nam quicunque volet recedere ab vxore sua accusabit eam; & cum succubuerit, poterit ab illa recedere; & sic alia via consequetur quod desiderauit; contra not. 33. q. 5. hæc imago. & d. c. tuæ. de procu. Host. in sum. eo. tit. §. quę pœna. ver. sed opponitur. dicit, ꝙ raro contingit casus iste. & ideo non est curandum. vt. l. nam ad ea. ff. de legi. Vel dic secūdo, sm eum, ꝙ iudex eum aliter puniet in casu isto, vel in bonis, vel aliter, arg. not. in. c. super his. s̄. de accu. & c. 1. de calum. Vel tertio, & melius respōde, vt dicit glo. in. d. §. publico. ꝙ eodē modo condem-
17 natur vir, quo mulier. † Mulier. n. non cogitur intrare religionem, nisi viro placuerit; ita & nec vir, nisi vxori placuerit. & sequitur Host. in. d. ver. vel dic, sm glo. prædictam, quòd inscriptio fit solum quantum ad pœnam amissionis dotis, vel donationis ꝓp nuptias.

ptias. Tu vero potes circa hanc materiam conclude-
18 re,ꝙ†accusatio adulterij potest fieri ad multiplicē
effectum. Vno modo quo ad pęnitentiam imponen
dam,& ad hanc admittuntur non solum maritus, &
vxor;sed quilibet. 2.q. 1.c.si peccauerit.&.s̄.de iudi.
c.nouit. nec contra hanc currit aliqua præscriptio,
vt not.glo.in versi pœnitentia. 33.q.2.c.admonete.
Alio modo potest agi criminaliter quo ad pœnam,
& quantum ad pœnam legis Iuliæ de adul.vxor non
admittitur ad accusandum virum,vt dixi. Alij vero,
quia delictum est publicum, admittuntur ad accusa
19 tionem viri,vt.l.q̃uis.2.C.co.† Sacrilegos autem nu
ptiarū gladio puniri oportet,vt ibi,& Instit.de pub.
iudi.§.item lex Iulia. Sed ad accusationem vxoris
vir præfertur omnibus per rationes prædictas. Et rō
differentiæ inter maritum,& vxorem potest esse; qa
20 †maritus est caput vxoris,non contra,vt.c.contine-
batur.s̄.de despon.impub.Item maius præiudicium
generatur marito ex adulterio vxoris pp dubium
prolis,q̃ vxori ex adulterio mariti. Si vero ageretur
criminaliter ad aliam pœnam,q̃ legis Iuliæ; vt puta,
fustigationis,& detrusionis in monasterium, ad quā
potest agi solum contra vxorem, vt.d.auth. sed ho-
die.& in hoc ēt arbitror, ꝙ maritus præferatur alijs,
immo fortè alijs non liceret,arg.illius literæ,q̃ vult,
ꝙ liceat viro intra biennium illam recipere. glo.tñ
ibi videtur velle,ꝙ etiam alij admittantur. Sed an
hoc casu maritus teneatur se inscribere, dic ꝙ sic, si
accusat post.60.dies. Sed intra.60.dies maius est du
bium,& vr̃ ꝙ nō; quia cum hæc pœna sit subrogata
in locum pœnæ antiquę,sicut olim non tenebatur se
inscribere intra.60.dies,vt dicit hic gl.ita & hodie,
21 cum†subrogatum debeat sapere naturam eius,in cu
ius locum subrogatur,vt in iuribus vulg.& hoc mihi
placet. Si vero ageretur de adulterio ciuiliter, vt se-
paretur matrimonium quo ad thorum; & vt accusa-
tor lucraretur dotem,vel donationem pp nuptias;
& ad talem accusationem admittendi sunt soli con-
iuges,vt.c.quemadmodum.s̄.de iureiur.&.c.quāto.
&.c.gaudemus.de diuor. Nam sicut maritus potest
accusare vxorem quo ad hunc effectum dotis lucran
dæ;ita & vxor maritum,vt lucretur donationem pp
nuptias,vt.c.quoniam.vt lit.non conte. &.c.plerun-
que.s̄.de dona.inter vir.& vxo.quod not.¶ Vltimo
22 q̃rit hic.D.m.vtrū†pp sodomiam cōmissam à mari
to,vxor possit ab eo discedere? Inuo.in.c.1.s̄.eo.te-
net ꝙ non. Mouetur,quia pp nullum crimen debet
separari matrimonium quo ad thorum;nisi pp adul
terium;nisi maritus ad illud peccatum vellet trahere
vxorem. 28.q.1.idolatria. & sic intelligit.c.omnes.
32.q.7.Io.And.transit allegando iura pro, & cōtra.
Vgo.& Lau.& Io.Cald.hic tenent oppositum. pro
quibus facit.c.adulterij.&.c.vsus.&.c.non solū. ver.
omnes.32.q.7.& quod not.2.q.4.meo. Sed pro In-
no.facit.32.q 7.c.dominus.&.q.5.c.si vxorem. &.c.
23 præceptum.de diuor.c.2.Item,quia†pœnæ sunt mo
liendæ,vt in reg.in pœnis.de reg.iur.lib.6. Secundā
opi.tenet Archi.35.q.2.c.extraordinaria.vbi tenet,
ꝙ propter hoc vitium,& vxor virum, & vir vxorem
24 dimittere potest;cum†non debeant ad imparia iu-
dicari.& hoc tenet etiam Ray.& do.Anto.hic; quia
25 †nomine adulterij, seu fornicationis comprehen-
ditur omnis illicitus coitus.32.q.7.c.non solum.ca.
causa.q.4.c.meretrices. & sequitur hic.D.m. Nam
26 † maior iniuria infertur matrimonio ex nephario
crimine contra naturam,quàm ex crimine naturali-
ter commisso.Facit quod dixi.s̄.in rub. Cum ergo
Apostolus dicat, ꝙ ex causa fornicationis licet ma-
trimonium dirimere, videtur intelligere etiam de
prædicta fornicatione.& hęc opi.plus mihi placet.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *Pollutio,an,& quando polluit ecclesiam.*
2 *Reconciliatio ecclesiæ quomodo fit.*
3 *Presbyter, suppresso nomine confitentium, potest celare,& publicare peccata,quæ audiuit in confessione.*
4 *Mala tria prouenientia ex crimine sacerdotis.*
Delicti venia concedit audaciam delinquendi.ibidem.
5 *Fama,quæ habuit ortum à participe criminis, sufficiens est ad indicendam purgationem.*
6 *Compurgatores quales esse debent.*
7 *Purgationes arbitrariæ sunt.*
8 *Deficiens in purgatione adulterij suspenditur ab officio.*
9 *Condemnatio vnius ex pluribus,qui tenentur eodem crimine,alteri non nocet.*
Mulier etiam per testes de adulterio conuicta in iudicio non nocet adultero.ibidem.
Res inter alios acta,alteri non nocet.ibidem.
10 *Confessio mulieris non sufficit ad indicendam purgationem.*

Significasti. Sacerdoti de adul
terio infamato,
indicitur purga-
tio, quam si præ-
stiterit in officio suo dimittitur;alioquin ab illo su-
spenditur.h.d. Sed.D.m. dicit, quòd hoc summa-
rium non continet dubitationem,vnde ipse sic sum-
mat. Ad solam mulieris confessionem confitentis se
adulteriū cōmisisse cū sacerdote,nō debet sacerdos
puniri;sed sibi infamato debet indici purgatio,quā
si præstitit absoluitur; deficiens verò ab officio su-
spenditur.hoc dicit. Secunda ibi, ideoque manda-
mus. In tex.ibi,dormiuisse.dic,idest,vigilando co-
gnouisse.In tex. ibi, super quo quid fieri debeat re-
quisisti;videlicet,an tali mulieri sit indicenda pœ-
nitentia,seu pœna,& quid de adulterio,& an eccle-
sia sit reconcilianda. ¶ Noto primo,quòd propter
pollutionem, ecclesia ita demum indiget reconci-
liatione,si ad hoc accedit infamia. Ex quo infertur,
1 quòd†pollutio non polluit ecclesiam, nisi à princi-
pio sit publica,vel effecta publica ex post facto; &
ratio est,quia ex quo ea in veritate est sancta,non po
test pollui,vt in.c.vestra.de cohab.cle.& mulie. Sed
quo ad nos, & horrorem dicitur pollui, vt.c.1.de
conse.eccl.vel alta.lib.6.& ideo debet reconciliari,
2 quæ†reconciliatio fit solenniter per aspersionem a-
quæ benedictæ,vt hic,cū sale,vino,& cinere.50.dist.
in.c.relaxis.23.q.4 c.combusta.¶ Secundo not.ibi,
3 nomen adulteri celans. arg.ꝙ†presbyter potest pu-
blicare peccata,quæ audiuit in confessione, dūmo-
do taceat delinquentes,quos manifestare nō potest;
nisi de ipsorum voluntate, argumē.tex.nostri,latius
dicam

dicam in.c.dilectus.de excess.prała. Tertio not.ibi,
4 ne contra Apostolum. Tria† mala prouenientia ex
publico crimine sacerdotis. Primo, scandalizantur
corda laicorum. Secundo, vituperatur officium,&
ordo clericalis. Tertio, præstatur materia,& quasi li-
centia delinquendi. Iuxta illud, Leuit.8. Si sacerdos,
qui est vnctus, peccauerit, delinquere faciet populũ,
vt.c.magnæ.s̄.de voto. tex.tamen hic intelligit non
data pœna ipsis peccantibus. nam delicti venia con-
cedit audaciam delinquendi.50.dist.si lapsis. Quar-
5 to not.ibi, mala fama, ꝙ† fama, quæ habuit ortum à
participe criminis, sufficiens est ad indicendam pur
gationem; licet enim mulier confiteretur delictum;
tamen ex sola confessione sua nec indicẽda fuit pur
gatio, nec pęna iniungenda: tum quia sola, tum quia
mulier, tum quia criminis particeps, vt.c.veniens. &
c.quoniam.s̄.de testi. Quinto not.ibi, cognouerũt,
6 †quales debeant esse compurgatores, quia debent
esse tales, ꝙ non sit verisimile eos deierare. Sexto
7 not.ibi, ad arbitrium. ꝙ† purgationes hodie sunt
8 arbitrariæ. Vltimo not.casum, in quo† deficiens in
purgatione adulterij suspenditur tãtum ab officio.
Sed contra hoc vltimum opponitur, videtur enim,
ꝙ debuerit durius puniri, vt.s̄.de cohab.cle.& mu-
lie.c.si autem.&.c.tua.in fi. & saltem videbatur de-
ponendus, vt.c.cum non ab homine.s̄.de iudi. Sol.
dicit Hosti. ꝙ verum est, ꝙ poterat grauius puniri;
sed Papa hic mitigauit pœnam. Io.And.hic,& me-
lius dicit, ꝙ si ad aliquam pœnam actum fuisset, de-
ficienti in purgatione debuisset imponi illa pœna,
vt.s̄.de accu.c.accedens. sed hic non fuit actum ad
aliquam pœnam, nec aliqua forma intentata, ideò
propter infamiam debet suspendi,& sequitur.D.m.
& est notabilis intellectus. & adde ad ea, quæ dixi in
d.c.accedẽs. ¶ Glo.2.arguit,& in fi.opponit. In ea-
dem in fi. dic, ꝙ iura allegata in contrarium parum
9 faciunt. Quamuis enim† plures teneantur ex cõmu-
ni delicto; tamen probatio contra vnum non nocet
alteri. Nam potuit esse, ꝙ ille fuit conuictus ex falsis
probationibus, vt.l.denuntiasse.ff.eo. quæ probat, ꝙ
etiam si mulier fuisset conuicta de adulterio in iudi-
cio per testes, non tamen nocet adultero. Et idem
probatur in.l.& si crimine.C.eo. Facit etiam, quia
res inter alios acta alteri non nocet. Vide quod la-
tius dixi in.c.penul.s̄.de re iudi.& vide Bar.in quæ-
stio.quæ incipit, Perusinæ ciuitatis. In glo.in verbo
reconciliare. in fi. dic, ꝙ ibi dicitur, ꝙ pertinet ad
Episcopum, non ad inferiorem. & adde quæ dicũtur
in.c.1.de consec.eccle.vel alta. ¶ Glo.pen.In princ.
colligit argũ.deinde opponit,& soluit. In eadem in
10 secunda dic, not.igitur ex glo. ꝙ† sola confessio mu
lieris non fuisset sufficiens ad indicendam purgatio
nem. Facit quod dixi in tex. quia mulier, quia sola,
quia particeps. Facit.c.1.s̄.de confess. &.l.fina.C.de
accu. Debet igitur intelligi tex. quando ex tali con-
fessione transiuit infamia apud bonos,& graues; &
fortè propter scandalum quod imminebat. quo ca-
su etiam cessante infamia, videtur posse indici pur-
gatio. Facit quod traditur in.c.qualiter.2.s̄.de ac-
cusa.& hoc tenet.D.m. Glo.tamen fin.in.c.ex lite-
ris.s̄.de homici.videtur sentire contrarium. Sed dic
de hoc, vt dicam in.c.inter.ĩ.de purga.canon. In
glo.fina.in fi.dic, vt dixi super tex. & vide quæ dixi
in.c.accedens.s̄.de accusa.&.c.insinuatum. supra
de symonia.

C A P. V I.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus laicum excommunicare potest propter adulterium.*
2 *Matrimonium est vnum ex septem ecclesiæ sacramẽtis.*
3 *Adultera petens absolutionem ab excommunicatione ratione adulterij, debet cauere, ꝙ illud amplius non committet.ibidem.*
4 *Absolutio ab excommunicatione non fit sine satisfactione.*
5 *Exceptio excommunicationis obstat agenti possessorio recuperandæ.*
6 *Mulieri petenti viri restitutionem, obstat exceptio adulterij manifesti.*
7 *Exceptio defectus notoriæ proprietatis, obstat petenti restitutionem.ibidem.*
8 *Matrimonium propter adulterium totaliter non soluitur. sed separatur thorus.& nu.46.*
9 *Possessorium recuperandæ non datur mulieri spolianti se quasi possessione viri.*
10 *Replicatio fornicationis obstat excipienti de fornicatione.*
11 *Petenti coniugis restitutionem, adulterij exceptio opponi non potest.*
12 *Ius matrimoniale quid.*
13 *Dolus cum dolo compensatur.*
14 *Delicta paria compensatione mutua delentur.& sub nume.28.& nu.47.*
15 *Fornicator bigamiam incurrit.*
16 *Semita tutior in dubus eligenda.*
17 *Practica sentẽtia absolutoria in possessorio recuperãdæ.*
18 *Mulier spontè recedens à marito, non perdit quasi possessionem, qua animo solo retinetur.*
19 *Vir,& vxor à pari iudicantur.*
20 *Adulterij decem specialia.*
21 *Adulterium quot modis probatur.*
Filius natus ex muliere cohabitante cum viro suo, præsumitur filius viri: licet mulierem tempore conceptionis cum alio concubuisse probaretur.ibidem.
22 *In dubijs benignior interpretatio facienda est. ibidem.*
23 *Aegrotus qui mulierem supposuit medico, qui eum aliter sanare nolebat; an eam de adulterio possit postmodum accusare.*
24 *Vir est caput mulieris. & viro obedire debet mulier.*
25 *Vxor Lot cur mutata in statuam salis.*
26 *Abraham adulterij reus non est, qui vxore valente filios ex ancilla suscepit.*
27 *Adulterium sine dolo non committitur.& nu.39.et 41.*
29 *Maritus, qui fuit leno vxoris suæ, eam non accusat de adulterio.*
30 *Agentes,& patientes pari pœna puniuntur.*
31 *Legis auxilium frustra inuocat, qui in legem committit.*
32 *Seruus, nec subditus, qui domino in atrocibus obediuit, non excusatur.*
33 *Anima corpori cum sit pratiosior, anteponenda est.*
34 *Amentis verba non sunt attendenda.*
35 *Fatuitas ex verbis comprehenditur.*
36 *Vir mandans vxori, vt alio se transferret, ne ab exercitu*
tran-

transeunte violentiam pateretur; ipsa tamen domi permansit, & oppressa est, an vir possit eam repellere, & auferre dotem.
37 *Culpa lata dolus est. & nu. 42.*
38 *Violentia excusat ab adulterij pœna.*
40 *Voluntas in maleficijs, non exitus spectatur.*
43 *Mulier dimissa à viro propter adulterium, si postea & ipse vir adulterium committit, an possit repeti ab vxore.*
44 *Actio semel extincta, amplius non renascitur.*

Intelleximus.

Mulier petens restitutionem mariti, repellitur per exceptionem adulterij manifesti; nisi & ipse vir fuerit adulteratus, & probetur. h.d. Vel sic, Coniux coniugem de adulterio impetere non potest, & si ipse adulterium commisisse conuincatur. h.d. Primo facti narratio, in qua ponitur petitio mulieris, exceptio viri, & mulieris replicatio. Secundo ponitur iudicis instructio, in qua duo facit. Primo instruit, quando adulterium non esset notorium. Secundo, quid si esset. & primo, quando probatum est adulterium viri. secundo, quando non est probatum. secunda ibi, quo circa. & alia pars ibi, alioquin. In tex. ibi, inficians. dic forte vtrunque negabat, mulier. s. se sponte recepisse, quod probari potest, secundum not. in. c. super hoc. s. de renun. Item negabat adulterium commisisse, præterea replicabat
1 de fornicatione viri. ¶ Not. primo, quod † Episcopus
loci potest excommunicare laicum propter adulterium. Et sic singulariter hic colligitur, quòd ratione adulterij iudex ecclesiasticus potest exercere iurisdictionem in laicos, licet non agatur ad separationem thori. Cuius tamen contrarium voluit Io. And. in. c. fi. de fo. compe. lib. 6. Nam hic non agebatur ad separationem thori; & tamen Episcopus excommuni
2 cauit; & fortè potest esse ratio, quia † matrimonium
est vnum ex septem sacramentis, vt. c. debitum. s. de biga. & ideo ratione violationis sacramenti, potest iudex ecclesiasticus exercere iurisdictionem. Vide D. m. in. c. cum sit. de foro compe. Sed aduerte, quia forte secundum Inno. Episcopus astrinxit istam vinculo excommunicationis solum propter contumaciam, non propter crimen; vel dato, quod constaret de crimine, tamen necessaria fuit monitio, vt. c. sacro. j. de sen. excom. Vel posses dicere, quod hic recitatur factum, nec quæritur hic, an iustè, vel iniustè fecerit Episcopus excõicando, secundum Hosti. & Io. And. & sic non videtur probari dictum. D m. ¶ Secundo
3 not. ibi, adulterium abiurans. quod † adultera petens
absolutionem ab excommunicatione, ratione adulterij, debet prius abiurare adulterium; hoc est cauere, quod ad illum amplius non accedet. Est enim gene-
4 rale, quod non absoluatur quis ab excommunicatione,
nisi satisfaciat; & si est suspectus non admittitur, nisi caueat cum iuramento. de quo in. c. clericos. de coha. cle. & mulie. secundum Inno. & Hosti. ¶ Tertio not. ibi,
5 absolutione recepta. arg. quod † agenti possessorio recu-
perandæ obstat exceptio excõicationis. Nam a contrario rex. infert, quod non recepta absolutione non potuisset petere restitutionem viri, quod not. ad materiam. c. intelleximus. s. de iudi. & c. 1. de rescr. lib. 6.

6 ¶ Quarto not. quod † contra petitionem restitutionis
7 mulieris obstat exceptio adulterij manifesti; & † sic
petenti restitutionem obstat exceptio defectus proprietatis notoriæ, siue notorietas surgat ex euidẽtia facti, siue per partis confessionem. Facit. c. significasti. s. de diuor. & quod not. Inno. in. c. cõstitutus. s. de fil. presby. Et hoc singulariter procedit hic, secundũ do. Ant. & D. m. quando notorietas defectus non est super totali defectu iuris, sed solius exercitij iuris proprie-
8 tarij, vel proprietatis. Nam † propter adulterium nõ
soluitur totaliter matrimonium; sed separatur thorus; & tamen exceptio adulterij manifesti obstat petenti restitutionem cõiugis. ¶ Quinto not. ibi, spon
9 tanea recessisset. arg. quod † mulieri sponte se spolianti
quasi possessione viri, non datur possessorium recuperandæ, quasi non sit spoliata ab illo. Contrarium tamen est veritas, vt colligitur hic in glo. 1. iuuaret tamen hæc exceptio, quod spontè recessisset quantum ad expensas, & alimenta, vt not. in. c. significasti. de
10 diuor. ¶ Sexto not. ibi, fornicatus. arg. quod † contra
excipientem de fornicatione, obstat replicatio fornicationis. de quo in glo. vltima. ¶ Septimo not. quod
11 † contra petentem restitutionem coniugis, non põt
opponi de adulterio, nisi de illo constare dicatur per euidentiam facti, vel propriam confessionem partis aduersæ. Ad impediendam autem restitutionem per testes probari non potest; quia priuilegiata est, vt. c.
12 fi. de ord. cogni. ¶ Octauo not. quod † ius matrimonia-
le est quoddam vinculum, quod iudicatur à pari, vniformiter consistens in persona viri, & vxoris. ¶ No-
13 no not. quod † dolus cum dolo compensatur. & † paria
14 delicta mutua compensatione tolluntur, vt in. c. seq.
¶ Decimo not. quod quis cogitur incurrere in bigamiam; & sic incurrere irregularitatem; sed nõ est ve-
15 rum; quia aut probatur, quod † vir fuerit fornicatus, &
iam incurrit bigamiam; si vero nõ probatur fornicatio viri, & probatur fornicatio vxoris, non tenetur illam recipere. Et si tu diceres, si non põt nisi per testes probare, interea tenetur recipere, dico, quod licet teneatur recipere, non tñ tenebatur reddere debitum; & si tu diceres, interea non debet spoliari lite pẽdente, quasi possessione reddendi debiti; Dico, quod si ipse est certus, quo ad Deum non est obligatus; si dubius
16 tutius est, quod abstineat; quia † in re dubia semitam tu-
tiorem eligere debemus, vt in. c ad audiẽtiam. s. de homici. & licet non esset peccatum; tamen æquitas suggerit quod iste non sciens, vel præsumens, aut dubitans rõnabili dubitatione, non cogatur incurrere
17 irregularitatem. ¶ Vltimo not. † practicam senten-
tiæ absolutoriæ in possessorio recuperãdæ. nam debet iudex agenti silentium imponere. ¶ Glo. 1. põt recitari per quæstionem, & per contrarium. In eadẽ in fi. dic, idem probatur in. c. significasti. de diuor. & c. literas. s. de resti. spol. & per Inno. in. c. veniens. s.
18 de regula. & ratio est, † quia mulier etiam spõtè re-
cedens, non perdit quasi possessionem, quæ solo animo retinetur; & ideo si rediens nõ admittitur; tunc spoliari videtur. & idem dicendum in marito; quia
19 † iudicantur à pari, vt hic. & c. seq. & c. gaudemus. de
diuor. ¶ Vltimo Io. And. hic super hac glo. ponit
20 † multa specialia in causa adulterij, & post eum do.
Anto. Primum, quia in multis repellitur accusatio adulteri, seu adulteræ, de quibus in glo. fi. hic. Ex q-

bus

co.loquitur de publica vindicta, a qua nõ excusatur
mulier propter viri lenocinium; sed nos loquimur
quo ad priuatũ interesse; pro qua decisioue est tex.
in.d.c.discretionem.& gl. hic.quæ hoc tenet per il-
lud.c. In eadem glo. ibi, item si violenter fuerit op-
pressa. dic, hæc gl. facit ad decisionem alterius quæ-
stio.dominicalis, quæ incipit, vir mandauit quæ est
36 34.in ordine cuius titulus est. Pone, † vir mandauit
vxori suæ, vt alio se transferret, ne violentiam patere
tur ab exercitu transeunte; ipsa tamen in domo sua
permansit, & sic a transeuntibus est oppressa. Quæri
tur, an vir possit eam repellere, & an amittat dotem;
& arguit primo pro parte affirmatiua multis medijs
& primo, vxor quæ non obediuit marito fuit in cul-
pa.33.q.5.manifestum.&.c.hæc imago.ff.de reg.iur.
l.nõ potest dolo.ergo quicquid inde sequutũ est sibi
imputandũ est, vt.c.de cætero.de homic. &. 50.dist.
studeat. Secundo nihil interest, vtrum quis malũ fa-
ciat, an malo causam præstet, vt.l.qui occidit.§. pen.
ff.ad.l.Aqui.& l.nihil interest.ff.de cõdit.& demon.
quinimo & si bene acciderit puniri debet, vt.l. deser
torem.§.in bello.ff.de re mili. Tertio probatur, nam
cum culpa sua inciderit in talem metum, non debet
excusari.ff.quod metus causa.l.si mulier.&.ff.de reg.
iur.l.quod si quis.& in regula, damnum. de reg.iur.
lib.6. Quarto hic mulier fuit in lata culpa, ergo fuit
37 in dolo; quia † lata culpa æquiparatur dolo.l.quod
Nerua.ff.deposi. Vltimo; quia hæc mulier obtulit se
stupro; ergo illud affectasse videtur. 32.q.7. omnes.
35.q.2.de puellis.ergo &c. In contrarium autem al-
38 legat. Nam hæc † mulier per vim fuit oppressa; & sic
de adulterio non potest accusari.l.vim passa. ff. eod.
Secundo, quia licet mulier hoc simpliciter fecerit,
non adhibendo fidem marito; non tamen fuit in do
39 lo; ergo non commisit † adulterium, quod non com-
mittitur sine dolo.l.penul.ff.eo. Facit, quia omne de
lictum a voluntate procedit. 15.q.1.§. sed hoc. &.c.
40 merito. In † maleficijs enim voluntas non exitus spe
ctatur.l.diuus Adrianus.ff.de sica.cum simili. Tertio
probatur, nam caro non potest corrumpi; nisi mens
fuerit ante corrupta. 32.q.5.reuera. nam corpus mu
lierum non vis, sed voluntas maculat. ead. causa. &
q.5.præposito. Quarto, quia sicut compulsus for-
nicari spiritualiter non obligatur; ita nec carnaliter.
50.distin.præsbyteros. Quinto quia nullum crimen
patitur.qui non prohibet, si non potest prohibere.l.
nullum.ff.de reg.iur. Sexto, quia licet multum deli-
querit non obediendo; tamen propter hoc dimitti
non potest. 32.q.7.Dominus.&.q.1.in.dixi. & maxi
me quia non debet mulieri imputari, si bona fide nõ
credidit.l.si id.ff.de fal.tuto. Vltimo, quia non præ-
sumitur consensisse, quæ istum metum passa est. ff.
quod met. caus. c.prælatum. Verberet igitur eam,
quia non obediuit. 33.q.2.placuit. Solu. dicit idem
Bartho. quòd talis mulier non potest dimitti a viro,
nec accusari de adulterio; quia licet deliquerit, non
41 obediendo; non tamẽ commisit † adulterium, quod
non committitur sine dolo. d.l. vim passam. Et ex
prædictis colligitur solutio ad contraria. Nam pri-
mum concludit, quòd debet puniri ex culpa, & ino-
bediẽtia, non ex adulterio. Secundum procedit, quã
do sufficit sola culpa; sed in adulterio requirit dolus
42 Ad tertium respondetur, quòd non est verum q † in
adulterio lata culpa æquiparetur dolo, vt.d.l.quod
Nerua. Ad vltimum respondetur, quòd fuit in cul-
pa ibi stando; sed non dolose se obtulit adulterio cõ
43 mittendo. Item quæritur, Pone, quædam † mulier cõ
uicta de adulterio dimittitur a viro, deinde processu
temporis vir committit & ipse adulteriũ, & sic vxor
vult illum repetere; quęritur an possit. Bartho. Brix.
formauit hanc. q. dominicalem, quæ est in ordine.
44.& incipit, coniugata. In primo arguit pro vxo-
44 re pluribus medijs; & primo dicit, † actio semel
extincta amplius non renascitur, de pœnit. distin.4.
c.constat.de consec.distin.4.c.quomodo exaudit.c.
fi.&.c.quæris.§.item per hanc versi. non potest aut.
ff.de sol.l.qui res.§.aream.& de hac q.vide in.c. seq.
in glo.

CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium quando constare dicitur.*
2 *Adulterium occultum intra quot dies probari debet, vt manifestum fiat.*
Matrimonium licet separetur propter adulterium, quo ad thorum, remanet tamen coniugale vinculum. ibid.
3 *Maritus committens adulterium perdit donationem propter nuptias. & mulier dotem.*
4 *Coniux an coniugi delinquenti possit propria authoritate debitum denegare, & domo pellere. & quando lucretur dotem.*
5 *Coniux ex pracepro ecclesiæ reddens debitum non sibi præiudicat; secus si sine mandato.*
6 *Ius thori quando recuperatur.*
7 *Vxor ob adulterium dimissa, an maritum adulterantem possit repetere.*
Actio semel extincta, quando reuiuiscat. ibid.
Delicta paria mutua compensatione delentur ibid.
Seruus, propter delictum reuocatur in seruitutẽ. ibid.
8 *Vir & vxor non debent ad imparia iudicari.*
Iuramentum conditionem recipit rebus sic stantibus, ibid.
9 *Iudex potest ex officio reparare matrimonium adulterio vtriusq; partis diremptum.*
10 *Adulterans post peractam pœnitentiam, de adulterio, an possit petere reintegrationem.*
11 *Delicta paria an ciuiliter tollãtur mutua cõpensatione.*
12 *Remedium vnde vi ad recuperandam possessionem, an cõpetat spoliãti primo, quẽm tu postea ex interuallo spoliasti*

Tua fraternitas. Adulteria coniugum mutua compensatione tolluntur.h.d. Vel sic. Nõ po
test maritus consortium vxoris, & cohabitationẽ de
clinare propter adulteriũ, si & ipse fuit adulteratus.
h.d. Secũda, ibi, sup quo. ¶ Noto primo, ibi. in adul
1 terio deprahensæ. quòd † eo ipso, q mulier est depre
hensa in adulterio dicitur cõstare de adulterio; & sic
habes vnũ modũ probandi adulteriũ, & sic nõ est ne
cesse, quòd testes probent adulteriũ, sed deprehẽsio
nem, secundũ Host.per.c.fi.de cohabi. cle.& mulie.
&.c.euidentia.de accusa. Quod intelligo qñ depre-
hẽsio pbaretur per testes extraneos. Secũdo not. ibi
manifestè. quòd ad hoc vt adulterium cũ adulterio
cõpensetur, debet esse vtrunq; manifestum; secus si
vnum

vnum esset occultum,& aliud manifestum. Sufficit
2 †tamen secundum Doct.quod occultum possit ma-
nifestari per probationem intra octo dies,arg.c. pia
de exceptio.lib.6 &.c.solet.de senten.excom.,lib.6.
Vel intra duos menses,vt.c.bona fides.depositi. Vel
in eadem instantia, argu.s̃.c.prox.secundum Ioan.
And.& istud vltimum videtur tutius. Vltimo not.
quòd licet propter adulterium separetur thorus ta-
men remanet vinculum coniugale; aliàs autem non
3 reiteratur consortium. Et aduerte,quia † non solum
propter adulterium separatur thorus; sed maritus si
illud committit,perdit donationẽ propter nuptias.
vt.c.1.s̃.vt lite non contest.&.c.dixit.&.c.si quis.32.
q.1.Mulier verò amittit dotem,vt.c.pleriq;.de dote
post diuor.resti.¶ Glo.in principio format vnam q.
quam latius prosequuntur in.fi.in versi. item,vt dixi.
deinde infert decretalem ad q.quam late prosequi-
tur;deinde in versi.& licet.format aliam. q. & ponit
opinio.In eadem ibi,& ita solo facto.dic, Hæc glo.
4 tangit,†vtrum propter adulterium coniugis possit
alter coniux, qui non deliquit propria authoritate
denegare illi debitum; & concludit quòd sic. & se-
quitur Host.& Ioan.Cald.sed dotem,aut donationẽ
propter nuptias non lucratur;nisi sequuta sententia.
quia talis priuatio, & amissio est pœna, quæ solum
debet imponi per iudicem.33.q.2.§.in hoc.sed de-
negare debitum,& eam dimittere potest authorita-
te diuina ex dicto Apostoli.D.Ant.hic, dicit, quod
debitum potest denegare propria authoritate; sed
non expellere de domo; quia ad hoc requiritur fa-
ctum,& sententia iudicis.& hoc tenet gloss. 32.q.2.
c.1. D.m. in vtroq; casu tam denegationis debiti,
quam expulsionis, tenet præcedentem opinionem,
per.c. Agathosa.27. vbi propter adulteriũ vxoris in
gressus est ille religionem;& dicitur,quòd tenet in-
gressus.Tu aduerte;quia ille tex.probat,quod possit
recedere ab ea, non eam repellere; & dicit.D.m.il-
lud procedere,siue adulterium sit publicum,siue nõ.
Nam Deus dedit hanc potestatem coniugi, vt pos-
set dimittere,vt.d.c.Agathosa.dicit tamen;quod cõ
pellitur redire; nisi postea probaretur adulterium.
In eadem ibi,sed si ad mandatum ecclesiæ. dic, vult
5 ergo glo.quòd†ex præcepto reddens debitum,non
Cõis opi. præiudicet sibi. & hoc tenent * communiter Doct.
Facit glo.32.q.1.c.1. & hanc glo. inducebam ad. q.
de facto proximis diebus. Nam cum contra actorẽ
exciperetur,quod causa esset vsuraria, & per conse-
quens cognitio non pertineret ad iudicem laicum,
hoc non obstante iudex procedens sententiauit, ꝙ
partes deberent compromittere de iure,& de facto;
vnde partes vt parerent sententiæ fecerunt compro-
missum,& laudatum fuit. Vnde dicebatur laudũ nul
lum,& iniquum.Replicabatur de consensu partium
& quod arbitratores potuerunt cognoscere, de quo
articulo, vt dicam.ĩ.de vsur.in.18.q.princ.Breuiter
dixi,quod partes non præiudicauerunt propter mã-
datum iudicis.argu.glo.nostræ. Secus autem dicen-
dum est,argu.glo.nostræ a contrario; si sine manda-
to iudicis propria voluntate, vir redderet debitum;
quia hoc casu non posset eam expellere, aut debi-
tum non reddere; ex eo quia videretur mores eius
approbasse. Facit.c.quemadmodum.de ireiuran.
& quod not. in. c. potuit. de locato. Forte tamen

si vir redderet debitum sub protestatione, quod nõ
intendit sibi præiudicare; sed ne pendente lite spo-
liet vxorem quasi possessione sua,dicendũ est,quod
non præiudicaret sibi. Vide quod dixi in.c.1.&.c.de
bitores.s̃.de iureiuran.In fine glo. dic, hæc gloss.est
coniungẽda cum principio ex qua colligitur, quod
6 † propter adulterium sequutum post sententiã sepa
rationis thori,ius thori recuperat.Sed Bartho. Brix.
7 in.q.dominicali format hanc q.Pone,† quædam mu
lier conuicta de adulterio dimittitur a viro, deinde
procedente tẽpore,vir cõmitit adulterium, vel for-
nicationem,propter quam causam vxor repetit virũ
quæritur an possit?In qua q. primo arguit pluribus
medijs pro parte vxoris. Primo, actio semel extin-
cta reuiuiscit contra peccantes,de consecr. distin.4.
c.quomodo exaudit.circa finem. ergo videtur quod
mulier virum fornicantem possit repetere; vt nunc,
quia paria delicta compensatione mutua delentur.
Secundo probatur a simili de† seruo qui propter de
lictum reuocatur in seruitutem.12.q.2.c.episcopus
qui mancipium.&.c.lõginquitatẽ.&.c.octaua.&.C.
de lib.& eorum libe.l.2.&.3.& in auth.vt liberti.de
cætero §.illud.colla.6.ergo & in casu nostro,maxi-
mè cum fœdus matrimonij remanserit.32.q.7.c.li-
citè.Tertio pro hoc videtur text.expressus in.c.ex li
teris.s̃.de diuor. Facit etiam text. noster, qui vult,
quod probato adulterio ex parte vtriusq; alter alte
8 ri non possit opponere.Quarto probatur, quia† vir
& vxor non debent ad imparia iudicari, vt hic, &.c.
seq.32.q.2.c.si quis vxorem. Quinto, nam propter
delictum compellitur quis permanere cum mulie-
re,vt.c.1. de eo qui duxit in matri. quam pollu. per
adulte.Vltimo, quòd licet sententia diuortij lata sit
tamen remansit naturalis obligatio.quæ inducit cõ-
pensationem.ff.de compen. l. etiam. Sed in contra-
rium.Primo sententia lata contra vxorem fuit iusta
& transiuit in rem iudicatam;ergo retractari nõ de-
bet.6.q.4.in.c.quod bene semel.35.q.9.c.1. &.2. &
l.semel.C.de apo.publi. lib.10. Secundo probatur,
obligatio mutua quæ fuit inter virum & vxorẽ,sub-
lata fuit per sententiam. 32.q. 1.c.dicit. &.c.seq.ff.
de iudi.l.sæpe. Ergo amplius reuiuiscere non potest
vt.l.qui res.§.aream.ff.de solutio. Ergo mulier am-
plius repetere non potest. Tertio,sententia contra
sententiam non tenet,vt.l.1.C.quando prouoca. nõ
est neces.2.q.6.diffinitiua.Ergo si sententia ferretur
pro vxore,nunc ferretur contra primam, & per con
sequens non debet valere. Quarto, quia sicut quis
non compellitur matrimonium contrahere; ita nec
dissociatum reconciliare,vt.C. de nuptijs.l. neq;.C.
inutil.stipul.l.libera.s̃.de diuor.c.de illa. Quinto,
& vltimo, quia lata tali sententia videntur obligari
vinculo iuramenti coniuges ad non alloquendum se
inuicem.35.q.6.c.ab isto. ergo non debent compel
li deierare.Sol.concludit Bartho. quòd vir compel-
litur eam recipere,arg.c.ex literis.ne si aliter dicere
mus daretur materia fornicandi maritis, quod fieri
non debet.32.q.1.c.dixit.circa finem.& hoc si mari
tus non intrasset monasterium.Sed si intrasset mona
sterium,& fornicaretur, non esset restituendus vxo-
ri,quæ amisit omne ius,quod habebat.33.q.5.c. quod
Deo. Non obstant argumenta in contrarium. nam
ad primum respondetur,quod illud est verũ, nisi de

nono fuperueniat ius potens ad fententiam retractandam de eius natura, prout eft in cafu noftro. Et ita poteft refponderi ad tertinm. Ad fecundum refpondetur, q; licet foluta fit obligatio; tamen videtur foluta fub conditione, fi vir caftè vixerit poftea. Ad quartum refpondetur, q; procedit, nifi propter fuperueniens delictum, ius aliud difponat. Ad vltimum refpõdetur, q; etiam fi iuratum effet, iuramentum recipit conditionem, rebus fic ftantibus, vt traditur in.c.quemadmodum.s.de iureiur. & per Bal. in.l.fi.C.de non nume.pecu.quod non contingit in cafu noftro. Et pro hac decifione facit etiam optime tex.in.c.feq. Et pro dicta decifione Bartholom. concordat glo.noftra, & fequuntur Docto.eo excepto, q; non ponunt illud qd dicit Barth. de ingreffo religionem. quod tamen mihi placet per.d.c.Agathofa.24.q.1. Aduerte tamen, quia glo.22.q.7.in.c.

9 Apoftolus. dicit, q; †index ex officio poteft reintegrare dictum matrimonium; fed nõ competit actio, vt debeant fimul iungi, & cohabitare. & idem tenet ibi Archid.& Innocẽ.in.c.illa.s.de diuor. & placet D.m.nam poftq̃ femel amifit quis dictam feruitutẽ, non poteft amplius eam repetere; fed iudex ex officio poteft conftringere, ne ftent in peccato; cum limitatione tamen, de qua dictum eft, fi non eft profeffus religionem. Extra glo.quærũt hic Doct.Quid

10 †fi adulterans egit pœnitentiam de adulterio, an poffit petere reintegrationẽ thori, & tenent q; non; quia per pœnitentiam non præiudicatur iuri quæfito alteri, vt.c.gaudemus.de diuor. Secus fi fuiffet actum per viam denuntiationis Euangelicæ. nã tunc deberet reintegrari, cum non fit amplius in peccato, arg.c.quemadmodum.de iureiuran. ¶ Vltimo, quia hic promifi me examinaturum, an, & quando paria delicta mutua compenfatione tollantur, & dolus cum dolo compenfetur, effet ifte articulus hic tangendus; fed quia materia eft nimis prolixa, & plures, ac plures occuparet lectiones, fufficiet remififfe. vnde dic vt per Iaco.de Are. & Bar.in.l.cum mulier.ff.folu.mat.& latius ibi per Bal.in fna notab.repet.& latiffimè per Moder. maxime do. Lud.Pont. & quia materia principaliter diftinguitur in duo membra. Primum, an in caufa criminali dolus cum dolo compenfetur, quod non pertinet principaliter ad tex.noftrum, nec ad præcedentem. Secundum ve

11 ro membrum eft, †quando ciuiliter agitur, qd' tangitur in.c.præcedẽ. & hic, dic, q; fi circa idem committuntur delicta, eodem, vel diuerfo tempore, paria delicta mutua compenfatione tolluntur; & fic contra exceptionem doli, & exceptionem adulterij dabitur replicatio doli, & adulterij, vt hic. &.c.præced.&.l.viro atque vxore.&.l.cum mulier.ff.fol. ma. Hæc tamen regula fallit. primo, nifi aliqua euidens ratio inducat oppofitum; vt puta, cum ex dolo actoris infurgit in fauorem rei exceptio dilatoria; vt qñ duo forent excommunicati etiam ex eadem caufa; quoniam fi vnus agat, & alter excipiat, q; non poteft agere, quia excommunicatus, vt.c.intelleximus.s.de iudi.non poterit actor replicare de excommunicatione rei, vt.c.dilecti.de except.Facit.c.quia fruftra. j.de vfur.Secundo fallit, vbi fecũdus dolus cõfumeret primum; quia tunc de confulto non poteft excipi, aut replicari, vt eft cafus in.l.fi quis à fe fundum.

12 C.ad leg.Iul.de vi.vbi patet, q; †fi ego primo te fpoliani; deinde tu fpolias me ex interuallo competit mihi poffefforium vnde vi, ad recuperandam poffeffionem, nec tu fpolians fecundo, potes excipere de prima mea fpoliatione; qa prima fpoliatio mea fuit extincta per tuam fecundam. Simile etiam videmus in mora, iuxta not.in.l.illud.ff.de peric. & cõmo.rei vendi.&.l.fi per emptorem.ff.de act.emp. cum fimi. Tertio fallit, quando fi fieret compenfatio alter remaneret in damno. Nam tunc in præiudicium illius qui certat de damno, non debet fieri compenfatio in fauorem illius, qui tractat de lucro. Fallit tamen hoc, in cafu.l.ob turpem.ff.de condi.ob turp.can. & latius in dictis fallen.& fimile vide in dictis iuribus.

De raptoribus, incend. & violatorib. ecclef. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Raptoris definitio.*
2 *Rapina quid, & in quibus committitur.*
3 *Sacrilegium in quibus confiftit.*
Actio vi bonorum raptorum non habet locum, qualitercunque voluntas patientis, & fi coacta intercederet. ibidem.
4 *Violentia quot fpecies habet.*
5 *Raptus quot modis accipitur.*
Rapuiffe verbo, quid contineatur. ibidem.
6 *Incendiarius quis dicitur.*
7 *Combuftio quid.*
8 *Violatores ecclefiarum qui dicantur.*
9 *Furtum, an grauius, & deteftabilius rapina.*
10 *Verecundia definitio.*
11 *Homo, omnibus rebus, quæ eius caufa creatæ funt, longe nobilior.*
12 *Violentia vbicunque eft, dolus eft, non contra.*



Ontinuatur ad præcedentes hoc ordine. Quoniam in præceptis decalogi poft homicidium, & mœchiam ꝓhibetur furtum, de quo dicendum erat, interferitur hæc rub.de rapto. quia rapina haber fe partim ad furtum, & partem ad mœchiam. Ad mœchiam, quando mulier rapitur ad ftuprum, vt.c.in archiepifcopatu.&.c.pen.& fina. j.eo. Ad furtum vero, cum aliæ res rapiuntur, vt Inftit.vi bono.rapt.in princ. Ideò fubijcitur hic rubrica de raptoribus. Vel poffes dicere, cum ex ordine videndum effet de furto; & furtum quandoq; committitur per violentiam, & rapina appellatur; quandoq; fine violentia, nec fit improbior fur, q̃ raptor; ideò præmittit de rapina. Sed quoniam ficut raptores tenentur ad reftitutionem, ita & incendiarij, & violatores ecclefiarum ad emendam. Et quia hæc etiã cõmittuntur vt plurimum ad rapinam fiẽdam.f.incendia, & violationes; ideò fubijcitur de incendiarijs, & violatoribus ecclefiarum. Et aduerte, quia de pri-

ma

ma parte rub.habetur.35.q.2.per totum. &.27.q.1.
in.c.si quis rapuerit.&.q.2.c.desponsatus. cum tri-
bus seq. & hoc quo ad raptum mulierum, vel simi-
lium.Sed quo ad rapinam rerum traditur, vt dicam
in rub.seq. De incendiarijs habetur.23.q.8.c.si qs.
&.c.pessimam.12.q.2.c.cum deuotissimam. De vio
latoribus ecclesiarum habetur.11.q.3.c.à canonica.
17.q.4.per totum. Sed iuxta consuetum meum or-
1 dinem, Quæro,† quis dicatur raptor. Solu.Hosti.in
sum.eo.tit.dicit,q est qui res alienas mobiles, vel se
mouentes dolo malo alicui violenter aufert. Ego ve
ro arbitror dicendum hoc modo. Nam cum rapina
committatur quo ad res,vt dictum est. & commit-
tatur quo ad mulieres, licet secundum Docto. hæc
proprius appelletur raptus,q̃ rapina, q in quantum
hæc rapina fit ad effectum mœchiæ qualiter descri-
benda sit,satis colligi potest ex his, quæ dixi in rub.
s̃.de adult. Sed inquãtum pertinet ad rapinam alia-
rum rerum,quàm mulierum, vel simi. ita describe-
2 rem,q rapina est† delictum, per quod quis per vio-
lentiam alienas res mobiles,vel se mouentes non sa-
cras,nec de loco sacro aufert.Ideò dixi,delictum,vt
ponatur genus, & vt comprehendat dolum malum;
quia sine dolo malo non esset delictum; licet posset
esse damnum.Ideò dixi,per violentiam,ad differen-
tiam furti. Ideò dixi,res mobiles, vel se mouentes.
ad differentiam,quod in immobilibus non commit
titur rapina,sed inuasio,aut occupatio, vt not. in.l.
cum quærebatur. C.vnde vi. Archid.12.q.1.c.3. per
glo.7.q.1.c.non furem.& per glo.in.c.generali. de
electio,lib.6.&glo.in.c.cum dilecta. de sen.excom.
lib.6.licet quandoq; vnum pro alio sumatur, vt di-
cit glo.in.d.c.generali. Ideo autem dixi,non sacras.
quia alias esset sacrilegium. 17.q.4.c.si quis contu-
max.§.sacrilegium. Ideo adieci, vel de loco sacro.
quia secundum Canonistas,esset sacrilegium, etiam
3 † si res non sacra de loco sacro auferretur. Vide qđ
traditur in.c.cum sit.s̃.de foro compet. vide Ioan.
And.in.c.fœlicis.de pœn.lib.6.& Archidia.16.q.1.
c.in canonibus.24.quæstio.3.c.non in perpetuum.
Azo tamen in summa,in titu.de crimi.sacri.dicit,q
quicquid dicant Canonistæ, sacrilegium non com-
mittitur,nisi auferatur res sacra,vel corrumpatur.
Ipse tamen non bene dicit, & communiter* repro-
Cõis opi. batur. Ideo autem dixi,alienas res; quia in suis non
committitur. Ideo autem vltimo loco dixi,aufert.
quia vis debet esse ablatiua, non compulsiua; quia
si aliquo modo qualitercunque voluntas patientis,
etiam coacta intercederet,non haberet locum actio
4 vi bonorum raptorum.Sed cum† plures species vio-
lentiarum sint,videlicet,ablatiua,compulsiua,expul
siua,vel turbatiua;pro alijs præter ablatiuam, com-
petunt alia remedia,quàm vi bonorum raptorum,
quæ prodita sunt contra violentos, de quibus in.l.si
quis in tantam.C.vnde vi.&.l.extat.ff.quod me.cau.
cum simi.& ideo dictum fuit,alienas. quia si aufer-
ret suas per violentiam, non haberet locum vi bo-
norum raptorum actio; sed aliæ constitutiones, de
quibus.s̃.dixi. Et aduerte,quia rapere,seu rapi,aut
5 raptus† tribus modis accipitur,vt dicit Archidiaco.
36.q.1.in princ. Vno modo dicitur raptus eleuatio
ad cœlum contra naturam. Vnde dicitur super il-
lud ad Corinth.2.c.12. Scio huiusmodi hominem

raptum vsque ad tertium cœlum. dicit ibi glo. hoc
est,contra naturam eleuatum. Vide beatum Thom.
2.2.q.175. Secundo modo dicitur,prout pertinet
ad captum mulierum ad mœchiam,vt.s̃.dixi. Ter-
tio modo,prout pertinet ad rapinam, vel depreda-
tionem rerum; & isto modo sumitur. ff.&.C.vi bo-
no.rapto. & vide tex. in.l.Marcellus.ff.de verbo.sig.
qui dicit,verbo rapuisse,continetur & scissum,& fra
ctum,& vi quoque raptum. & habet locum, vt dixi
s̃.in rebus mobilibus,vel se mouentibus, vt.l.1.ff.vi
bono.rapt.& Institu.eo.§.quæ non solum. In rebus
autem immobilibus regula non habet locum, vt.s̃.
dixi,nisi in casu, quando quis expelleretur de præ-
dio alieno ad occupandum illud, in quo prædio es-
sent mobilia.nam gratia mobilium etiam vi rapto.
bono.agi posset. & etiam interdicto vnde vi. vt.l.1.
6 §.si quis.ff.de vi & vi arma. ¶ Secundo quæro,† quis
dicatur incendiarius; Solu.dic, q propriè dicitur
ædium incensor,qui domum, vel horreum alterius
ob inimicitias,vel prędę causa,incendit.l.capitaliũ.
§.incendiarij.ff.de pœn. & per consequens commit
titur in omnibus prædijs vrbanis,& suburbanis. In
7 rusticis verò dicitur combustio, vt.l.1.ff.de incend.
rui.& naufr.promiscue tamen iura videntur vti istis
8 verbis,vt.l.qui hæres.ff.eo. ¶ Tertio quæro,† quis di
catur violator ecclesiæ. Sol.dic,q ille qui ecclesiam
frangendo,aut hostia rumpendo, res capiendo, vel
inuadendo,aut occupando,priuilegia sua non custo
diendo,vel corrumpendo offendit ecclesiam, vt de
his traditur.17.q.4.per totum. Vltimo aduerte,q
licet.s̃.dixerim in continuatione,q† rapina sit gra-
9 uius delictum,q̃ furtum;tamen beatus Thomas.2.2.
q.56.artic.9.arguit,q furtum sit grauius, quàm ra-
pina. Mouetur,nam furtum habet adiunctam frau-
dem,& dolum, quod non contingit in rapina. Sed
fraus, & dolus de per se habent etiam peccati ratio-
nem,vt patet per totum tit.de dolo.ff.&.C. ergo fur
10 tum est grauius. Secundo probatur,quia† verecũdia
est timor de turpi actu, vt dicit Arist.3.Ethico. sed
magis verecundantur homines de furto, quàm de ra
pina;ergo est turpius, quia verecundia alicui illata,
dicitur pœna,vt.c.dilecti.s̃.de accusa. Tertio pro-
batur,quando aliquod delictum pluribus nocet,tan
to grauius est; sed per furtum potest nocumentum
inferri & magnis,& paruis; sed per rapinam solum
impotentibus,quibus potest violentia inferri; ergo
grauius videtur furtum. Decidit tamen in contra-
rium,& bene;dicit enim,quòd furtum,& rapina ha-
bent rationem peccati propter inuoluntarium, q
est ex parte eius cui aufertur. Cum itaque in furto
sit inuoluntarium, per ignorantiam, in rapina per
violentiam,grauius autem sit quod est inuoluntariũ
per violentiam,q̃ per ignorantiam; quia violentia
directius opponitur voluntati, q̃ ignorantia; ideo
rapina est grauius delictum. Est & alia ratio,quia p
rapinam non solum infertur alicui damnum in re-
bus;sed etiam vergit in quandam personæ ignomi-
niam,siue iniuriam,& hoc p̃ponderat dolo, & frau-
di,q̃ sunt in furto.Et sic patet rñsio ad primũ argm̃;
11 pro qua facit, quia† longe nobilior est homo oĩbus
rebus,quæ hominis causa creatæ sunt,vt.l.pecudum.
ff.de vsur.Instit.de iu.natu.in fi. & Instit.de re.diuis.
§.in pecudum.Sed aduerte,quia beatus Tho.videtur
senti-

sentire, ꝙ in rapina nō sit necessarius dolus, quod nō
est verum, quantum ad actionem vi bonorum rapto
12 rum; nam† in omni tali vi, seu violentia dicitur do-
lus cōtineri; nā qui vim facit dolo malo facit; sed nō
ecōtra, q dolū facit, dr̄ vim inferre, vt.l.2.§.doli ff.vi
bono.rapto.¶ Præterea omnis raptor, de quo in dif
finitione, est fur, vt insti.vi bono. rapto. in princip.
licet non econtra. Notabis tamen sol.beati Thomæ
tanquam peregrinam. Ad secundum arg. responde
tur, ꝙ homines sensualitati inhęrentes magis gloriā
tur de virtute exteriori, quæ manifestatur in rapina,
quam de interiori, quæ tollitur propter peccatum.
& ideo minus verecundantur de rapina, quam de
furto. Ad tertium, ꝙ licet pluribus possit noceri
per furtum, quam per rapinam, tamen graniora pos
sunt inferri per rapinam, vt de se patet; ergo ex hoc
rapina est detestabilior.

C A P. I.

S V M M A R I V M.

1 Per præpositio, auget in compositione.
Copula, &, diuersa copulat. ibid.
2 Deprædatio à rapina differt.
3 Excommunicatio potest ferri pro delicto.
4 Prælatus inferior habens iurisdictionē pōt excōicare.
5 Ecclesia de quolibet manifesto delicto, ex quo proximus dānificari pōt, habet iurisdictionē in quēlibet laicum.
6 Excommunicatio gladius spiritualis.
Excōicatus in vno loco, est vbiq; excōicatus. ibid.
7 Excommunicatio loco non circumscribitur, & sequitur hominem; sicut lepra leprosum.
8 Delinquens sequitur forum loci in quo delictum commisit. & nu. 12.
9 Excommunicatus ob rapinam, non potest absolui etiam à proprio prælato; nisi prius oblata restituat.
10 Restitutio ablatorum vbi fienda.
12 Delinquens videtur remittendus per iudicem domicilij, ad iudicem delicti.
13 Iudex, an forenses delinquentes possit punire secundū statuta sua; an vero secundum ius commune.
14 Iudex domicilij, an subditū suū alibi delinquētem punire possit.
Clerici, si ex statuto epī Senen. nō possunt ire de nocte sub certa pœna; an si Florentiæ, vbi nō est talis ꝓhibitio, vadunt de nocte, possint ab episcopo Senen. puniri. ibid.
Existens in vno territorio, si percurit telo, vel simili existantem in alio territorio, an possit ob vtroq; iudice puniri; & an sit locus præuentiori. ibid.
Senensis mandans delictum committi Florentiæ, perpetrato delicto, an Senis, vel Florentiæ puniri debeat. & quæ sit communis opin. ibid.
Turpis rei nulla est obligatio. ibid.
Furto opem præstens, furti tenetur. ibid.
15 Obligatio mandati non oritur in delictis inter mandantem, & mandatarium. & est communis conclusio.
Statutū disponens, ꝙ si rapina fuit cōmissa in cōfinio duarū cōitatū, ꝙ vtraq; cōitas æqualiter teneatur, si æqualis est; alias aūt ꝓ emendatione dāni reducatur ad ęqualitatē, qualiter intelligatur, ꝙ cōitates teneantur. ibid.
Et nū admittatur probatio per iuramentum, in tali casu pro emenda ibid.
Remissio in delictis, an de necessitate, an vero de vrbanitate fienda sit. ibid. remiss.
Furtū cōmittens Senis, si illud Florentiam transportauit, & ibi contrectauit; an possit puniri Floren. de furto. & quæ sit communis opin. ibid.
16 Regulę iuris, vt plurimū degenerant, in odium furum.
17 Cōsuetudo, vt in delictis remissioni nō sit locus, an valeat.
Consuetudo irrationabilis non valet. ibi.
Existēs in maiori dignitate, vt Archieṗus; si delinquat in loco iurisdictionis minoris dignitatis; vt Epī; an possit ab eo puniri; & communis est opinio, ꝙ sic. ibid.
18 Priuilegium ratione delicti amittitur.
Archidiaconus, an possit punire Episcopum extraneum, in loco suæ iurisdictionis delinquentem. ibid.
19 Superior, an possit ab inferiore, in cuius iurisdictione delinquit corrigi; & ꝙ non communis opinio.
20 Suffraganeus habens alium episcopatum extra ꝓuinciā Metropolitani sui ex dispensatione Papę; an possit punire Metropolitanum; in illa diocesi Metropolitano non subiecta delinquentem.
21 Delegatus Papæ, an ex auctoritate sibi concessa potest suum superiorem excōicare; licet sit minor; et subiectus.
22 Statuens an proprio ligetur statuto. remiss.

De illis autem.

Raptor ab illo episcopo punit, in cuius diœcesi rapinā cōmisit; & iudex domicilij
ad hoc suffragari debet. h.d. Vel sic, & breuius, Rōne
rapinę sortit quis forū non sui iudicis, & ab eo pote
rit puniri proprio iudice suffragante. h.d. In tex. ibi
peragunt, dic, idest, valde violenter, vel frequenter
1 agunt. & sic hęc† præpositio per auget in cōpositio-
ne, de quo in.c.3.de consue. In tex. ibi, parochia.
dic, idest, diœcesi. sic exponitur de heret. c. excōica-
mus. §. adijcimus. & de donat. c. apostolicæ. 51. dist.
c. obitū. Tota enim diœcesis, est parochia episcopi.
10. q. 1. per totum. & secundum Hosti. melius dixis-
set, a snīa episcopi illius parochię nō exeāt. hoc est,
non absoluantur; quia exitus corporalis pōt esse li-
ber; sed absolutio est in episcopi potestate. Ego ar
bitror, ꝙ parochia hic potest sumi proprie. & notan
ter tex. dicit loci p̄lato, non epō, vt dicam. j. ¶ No-
to primo ibi, rapinas, & deprędationes, ꝑ copulā,
2 &, quæ debet copulare diuersa. qḋ† aliud est rapina,
& aliud deprędatio. Rapina hic, ſm Io. An. ponitur
in quantum pertinet ad res mobiles; deprędatio ve-
ro ad res se mouentes; quandoq; tñ synonime acci-
piuntur, vt insti. vi bo. rap. in princip. Secundo not.
3 ibi, excommunicentur. ꝙ† excommunicatio potest
etiam ferri pro delicto, quod videtur contra. c. sa-
cro. j. de sent. excom. & ibi dicam. Tertio no. ibi, lo
4 ci prælato. ꝙ non solum eṗus; sed† quilibet prælatus
etiam inferior habens iurisdictionem potest excom
municare. Facit. c. cum ab ecclesiarum: de offic. ordi.
&. c. 1. de sent. excom. lib. 6. & D. m. in. c. si quis con-
tra. de fo. compe. Vnde notanter, & cum ministe-
rio positum fuit verbum, prælato loci. & ideo pōt
intelligi, quod sequitur, nec ex parochia. ꝙ stet pro-
prie. Facit ad ea quæ dixi. s̄. in tex. Quarto not. ꝙ
5 † de quolibet manifesto delicto, ex quo proximus
potest damnificari ratione peccati, ecclesia etiam in
quēlibet laicum habet iurisdictionem. Aduerte tñ,
quia hoc non videtur simpliciter verum; quia se-
queretur, ꝙ iudex ecclesiasticus posset ꝓcedere cō-

tra quemlibet laicum aliena tenentem, vel debito non satisfacientem; & sic confusę essent iurisdictiones. Vñ arbitror dici posse, q in casibus tex. nostri. sit speciale. In alijs aũt casibus non posset procedi regulariter, nisi per viam denuntiationis euangelicę; vel iudicialis, fm quod traditur in c.nouit. de iudi. Vel dic, & melius, q q̃tum ad intentandum gladiũ spirituale pro qualibet re illicite detentata, pōt pręmissa monitione impetrari excōicatio, quæ non potest impetrari, nisi ab ecclesiastico iudice; nã hic lo
6 quitur de excōicatione, quæ† est gladius spirituali.
7 Cogitabis. Quinto not, qď† excōicatus in vno loco est excōicatus vbiq; ; quia excommunicatio nō circunscribitur loco; sed sequit hominem, sicut lepra
8 leprosum. Sexto not, q† delinquens in vno loco pōt puniri à iudice illius loci, nō solum quo ad corpus, vt.c.postulasti. de fo.compe.& auth.qua in prouincia. C.vbi de crimi.agi opor. sed ēt quo ad animam. Se
9 ptimo not.ibi, nec eos recipiat. q † excōicatus etiã ab alieno prælato pro rapina, aut furto, non potest absolui, etiam à proprio prælato; nisi prius restituat
10 ablata. Octauo not.ibi, vbi rapinam. q †restitutio ablatorum fienda est in loco rapinæ commissæ. Vlti
11 mo not. qď† delinquens videt remittendus per iudicem domicilij ad iudicem delicti, de quo hic in glo.
¶ Gl. 1. sensit contrariũ, q non possint isti damnari vbicunq; deliquerint; sed solum à suo iudice. Probatur, licet nō alleget, in.c.at si clerici. de iudi. &.C. si à non cōpe.iudi. per totum. Sol. dicit gl. q rōne delicti talis est iudex cōpetens. Et circa prędictam materiam de foro ratione delicti. glo. ponit vnam opi. quã reprobat. & dat gñalē doctrinã, ex qua excipit vnum casum, & ponit opi. Hugu. In eadē, ibi, hoc nō
Cōis est verum. dic, & hoc cō iter* tenetur; vnde cōclude,
opi. 12 q nedum† ratione rapinæ; sed etiam ratione cuiuscunq; delicti, sortitur quis forum vbi deliquit; & si ibi reperiatur, potest excōicari, si non vult satisfacere, potest etiam capi, & alia pęna temporali puniri; vnde, & suspendi, & deponi poterit, vt.c. postulasti. §.de fo. compe. In eadem, ibi, tamen sententia mandabitur executioni. dic, Hoc verum, quãdo deberet fieri executio in rebus sitis in alieno territorio, vt .d.c postulasti. secus in sñia corporis afflictiua, vt in clem. pastoralis. de re iudi. & in.c.fi.de fo. compe.
13 Vtrum† iudex possit punire delinqñtes in suo territorio, qui sunt forenses, secundum statuta sua; an vero secundum ius commune? dicit Ioan. Cald. qď secundum statuta sua, & sequitur D.m. quia ratione delicti efficit subditus suus Facit.8.dist. c.quæ contra.&. §.de sent.excō.à nobis.& q not.in.c.2.de cōstit.lib.6. Idem tenet Ioan.de Ligna.in clem. pasto-
14 ralis. vbi decidit aliam.q.notabilem. An †iudex domicilij possit punire subditum suum alibi delinquē tem; & concludit, q aut statutum loci domicilij imponit pęnã ipso facto, & tunc ligat subditũ hoc casu alibi delinquentē, vt.c.fi.de consti.libr.6. Aut pœna est imponenda per sñiam, & tunc poterit punire, fm illud statutũ; dũmodo statutum non causet delictũ de nouo, & in loco, vbi est perpetratum non erat prohibitum; vt puta, statuit epus Senensis, q clerici non possint ire de nocte sub certa pęna, si Florentię clericus Senensis vadit nocte, vbi potest iri, cũ non sit prohibitum, non potest epus Senen. punire Sed ego

aliter dico, in.d.clem.pastoralis. in glo.in verbo, de more dic, vt ibi. & trad. in.d.c.fi.de constitu.libr.6.
¶ Sed quæro, pone, existens in vno territorio percussit existentem in alio territorio telo, vel simi. an possit ab vtroq; iudice puniri; & an sit locus præuentioni, vide D.m.in.c.1.§.de præsumpt. vbi dicit, q in vtroq; poterit puniri; & maxime in loco consumati delicti, de quo nō est dubium, per.c.fi. de foro comp. & ideo locus est præuentioni inter iudices vtriusq; territorij, de quo vide latius ibi, & per Io. An. in regula, in obscuris. de reg. iur. lib.6. & Cy. in.l.1.C.vbi de crim.agi opor. vbi Doct. idē concludunt; & idem Io.de Imo. in.l.si vt proponit.ff.de fideius.& vide per Doct. in.l.libellorũ.ff.de accu. per Io. An. in.c.r.de conse.ecc.vel alta.lib.6. Debebit tñ quilibet iudex punire fm statuta sua, arg. eorũ quæ.§.dixi. & ideo cautela est, vt si maior pęna venit imponenda ex forma vnius statuti, q̃ alterius, q delinquens procuret, q iudex, qui debet imponere minorē pęnã pręueniat. Si tñ alter esset iudex domicilij, an posset ipsum iterum punire, supplēdo pęnam, in qua alter iudex defecit, collige ex his quæ dixi in.c.de his.§.de accu.
Itē quæro, Pone Senensis mandauit perpetrari delictum in ciuitate Florentina; quærit, an perpetrato tali delicto debeat iste puniri fm statuta ciuitatis Se
nensis, vel Florentinæ? cōis* conclusio est, q debet Cōis
puniri non vbi mandauit; sed vbi delictum commis- opi.
sum est; quia ibi destinatus est effectus delicti; & quia regulariter ex solo mandato q̃s non punit, & inter mandantē, & madatariũ nulla fuit cõtracta obligatio; qa rei turpis nulla est obligatio, vt.l.si remunerã di.§.rei turpis.ff.mãd. & pro hoc facit tex. fm D.m. in clem. pastoralis.§.nec non. iuncta gl. de re iudi. & tenet D.m.in.c.fi.de fo.compe. & in.c.1.de pręsump. Idem dicit Iaco.de Are.in.d.l.si vt proponit. de fideius. arguendo de cõtractibus ad delicta, per.l.tam ex contractibus.ff.de iudi. Pro quo videtur casus in authen. qua in prouincia. C.vbi de crim. agi opor. secundum vnam lecturam. Idem videtur tenere Ricardus Malumbra. Sed quidam referunt, Dynum consuluisse; quod non potest conueniri nisi in loco vbi fuit mandatum; & assignant rationes; quia ibi fuit commissum delictum. Sed dicit Bart. quod non credit Dynum hoc consuluisse. Vnde in.d.l.si vt proponitur. dicit, aduertendum esse, an mandans delictum puniatur ex delicto, vel ex mandato. Et glos.in.l.1.§.persuadere.ff. de ser. corrup. dicit, qď mandans, preterquam in actu serui corrupti, non punitur propter mandatum; sed in actu serui corrupti punitur ex mandato, ex sola persuasione. Idem not. insti. de oblig. quæ ex delic.§.ope, & consilio. Et hinc est, qď lex dicit, q ille qui præstat opem furto, tenetur furti, vt.l.is qui opem.ff.de furtis. quasi dicat, q tenetur ex furto propter opem. Et hoc est, q lex vult, q tunc incipiat teneri, qñ est cōmissum delictum, vt.l.si quis vxori.ff.de furtis. vnde tenetur ex delicto, non ex mandato. Et hoc idem videmus in ratihabitione, secundum veram opinionem, in.l. si pupilli.§.quæritur.ff.de neg.gestis. licet gl. ibi aliter dicat, & male. Facit.ff.de vi & vi arma.l.1.§.1. Sed cõtra hoc facit, quia videtur, q in contractib' quis obligetur ex mandato; sed potes dicere, quòd illud est verum in obligatione, quæ oritur inter mandantem,

tem, & mandatarium; sed in obligatione, qua tenetur alteri non; puta, mandasti Titio quod gereret negotia; licet inter te, & Titium contrahatur obligatio ex mandato; tamen inter me, & te, seu illum oritur obligatio ex negotio gesto, vt.l.ita autem.ff.
15 de admin. tuto. Sed in † delictis inter mandantem, & mandatarium non oritur mandati obligatio, vt
Cōis opi. dictum est. & hæc est * communis conclusio. ¶ Itē quæro, statuto disponitur, quòd si rapina fuit commissa in cōfinio duarum communitatū; quid vtraq; communitas æqualiter teneatur, si æqualis est; alias autem pro emendatione damni reducatur ad æqualitatem; qualiter intelligatur, qđ tales communitates debeant teneri? Sol. do. Ant. dicit, qđ Specul. eod. tit. §.1.tenet post Guil. quod debet intelligi æqualitas, secundum facultates vtriusq; communitatis, per.l.cum possessor.ff.de censi. & idem videtur probari in.l.Pędius.ff.de incen. rui. & naufra. & sequitur Bar.in.l.ne quid.ff.eod.secundum eum, & sequitur do. Ant.qui dicit, quod contra dictas communitates pro emenda dictæ rapinæ, non admittetur probatio per iuramentum; sicut alias admittitur contra raptorem, vt.l.si quando. C.vnde vi. &.c. fin.ꝫ.quod metus causa. Insuper quæro, Pone aliquis deliquit in confinibus. ¶ In eadem glo. ibi, si fuerit graue. dic, videtur glo. sentire, quòd si delictum est facile posset puniri per iudicem domicilij; secus si graue; quasi sentiat, quod tunc non possit. Tu dic, quod glo. non bene dicit; quia quantumcunq; crimen sit graue; tamen iudex domicilij potest punire delinquentem; quia sicut ratione contractus alibi facti, vel rei alibi sitæ, potest conueniri quis coram iudice domicilij, vt ex parte B.c.cum dilecti. &.ꝫ.de foro compe. ita ratione delicti; alias autem frustratorius videretur forus domicilij, quod non est dicendum. Facit.c.cum contingat. de elect. vnde debet intelligi glo. ꝙ erit locus remissioni, si iudex loci, vbi perpetratum est delictum, illam petat, vel poterit ipsum punire iudex domicilij. De materia remissionis, an de necessitate fienda sit, an ex vrbanitate, vide q̃ lati⁹ dixi post gl.in verſ.de more in cle.pastoralis.de re iudi. Sed q̃runt hic D.Ant. & D.m.pone, Titius commisit furtum Senis, & illud transportauit Florentiam, & ibi contractauit, an
Cōis opi. possit puniri Florentiæ de furto * Communis opinio Doct. ante Bar. fuit ꝙ non. Sed Bar. in.l.si dominium.ff.de furtis. tenuit, ꝙ possit ibi puniri ex noua contrectatione. Audiui, qđ collegium Bononiense consuluit contrarium, & melius iudicio meo de iuris rigore. De æquitate tamen opi.Bar.ser
16 uanda est † in odium furum contra quos, vt plurimum, iuris regulæ degenerant, vt insti. de act. §.sic itaq;.quæ opi. fecit suspendi vltra centum millia hominum. Sicut & alia opinio glo. contra fures, in l.capitaliū.§.famosos. ff.de pœnis. sed ꝓ opi. Bart. quam tenet quidam. do.F.de Are. allegat.l.inficiādo.§.infans.ff. de fur. quæ lex bene facit; sed non
17 astringit. ¶ Vtrum autem † valeat consuetudo, vt in delictis non sit locus remissioni. Io.Calde. hic, quem sequitur D.m. tenet, ꝙ aut loquimur de consuetudine inducente, ꝙ iudex domicilij non teneatur remittere, & valet. Aut quærimus, vtrum iudex, qui alias non habet potestatem puniendi delinquentem, non teneatur remittere, & non tenet. Ratio diuersitatis sit, quia in primo casu delictum non remanebit impunitum; quia poterit puniri per iudicem domicilij. Sed in secundo casu videretur remanere impunitum; & ideo talis consuetudo tanq̃ irrationabilis non teneret.per.c.fi.ꝫ.de consue. circa ꝙ vide etiam quæ dixi in.c.postulasti.de fo.cōpe. In fi.glo.dic, ex hac glo. possunt elici plures.qq. Prima, vtrum existens in maiori dignitate, vt archiepiscopus ad episcopum delinquens in loco iurisdictionis minoris dignitatis, possit ab illo puniri; & * com Cōis opi.
18 munitet tenetur ꝙ sic, quia † ratione criminis perdit quis priuilegium suum, vt in auth.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi. op.6.q.3.c.placuit. & sequitur Io.An.in.c.cum inferior. de maio. & ob. vbi tenēt Doct. ꝙ etiam archidiaconus potest punire extraneum episcopum delinquentem in loco iurisdictionis suæ, pro quo tex.in.l.3.ff.de offi.præsi. vbi dicit, ꝙ præses in alio territorio habetur pro priuato; & hoc verum, vt dicit glo. hic, in q̃tum nollet ꝓcedere ad depositionem, ad quam solus Papa procedere pōt.3.q.6.c.quamuis.&.c.accusatus.dic de hoc, vt di
19 xi in.c.2. de accu. Secūda q̃stio est, vtrum † superior delinquens in loco iurisdictionis subditi sui, possit ab illo puniri, de qua vide Inno. & Doc.in.d.c.cum inferior.& Archi.in.c.2.de consti.libr.6.vbi Archi. tenuit, ꝙ posset ēt per statutum editum ab ipso subdito; & per consequens Suffraganeus poterit punire suum Metropolitanum delinquētem in sua diœcesi; quia cum à iure sit data potestas, vt.c.2.de consti. lib.6.ergo potius videt̃ sua Papæ, q̃ Episcopi. 11. q.3.nemo.& hoc dicit Paul.se tenuisse, & disputasse Senis. Cōmunis * conclusio est in contrarium, ꝙ nō Cōis opi. possit, per rōnem.d.c.cum inferior. Nam cū sit subditus, non potest ligare superiorem. Et ad hoc vide quæ dixi in.c.à nobis.1.ꝫ.de sen.excō.ex qua ratio-
20 ne sequitur secundum Inno ꝙ † si suffraganeus habet episcopatum alium extra prouinciam Metropolitani sui ex dispensatione Papæ, ꝙ non poterit punire Metropolitanum delinquentem in illa diœcesi non subiecta Metropolitano. Mouet; qa vbiq; archiepiscopus ex maior suffraganeo suo, & hoc sequit̃ D.m. Sed in.c. cum inferior. non placet sibi hoc dictum Inno.quia talis episcopus in episcopatu extra prouinciam, non habetur vt subditus; & vt suffraganeus; sed vt extraneus episcopus, & sic debet posse punire talem Archiepiscopum, arg. decisionis præced. qq.
21 cum ipse sit ibi maior. Simile videmus in † delegato Papę, qui licet sit minor, & subiectus; tamen ratione authoritatis sibi concesse potest excōicare suū superiorē, vt.c.sane.2.de offi.dele. Et hæc opi.mihi placet. Pro qua facit, quia ex quo iste habet duos episcopatus, fingitur duplex ꝑsona, & alia persona fingit respectu vnius; & alia respectu alterius, vt.c.si sacerdos.& ibi no.de offi.ord.&.l.si consul.& ibi not. ff.de adop. Nec ob.arg Archi.quia sequeretur, ꝙ ēt lata sñia per episcopum proprio ore, ligaret Archiepiscopum suum; nam cum sibi sit data potestas à canone excōicandi, videtur sñia canonis, & tamen con
22 sequens est falsum. Tertia q̃stio est † vtrum statuens ligetur statuto suo, quam.q.tangit hic Io.And.& latius tangitur in.d.c.2.de consti.lib. 6. & latissime ꝑ Io.An.in regula, cui licet.de reg.iur.lib.6.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Raptor decedens, si non restituit, vel de restituendo cavit carere debet ecclesiastica sepultura. & nu. 16.*

2 *Sepultura ecclesiastica cuilibet decedenti in peccato mortali denegatur.*

Et tali debetur pęna ęterna nu. 11. tamen commutatur in tēporalē p sacerdotē, p pęnitentiā, vel cōtritionē. ibi.

3 *Lex pęnalis, ad alios casus non est extendenda.*

4 *Eleemosinæ à publico peccatore cur non recipiendæ. & nume. 16.*

5 *Clericus raptor, vel rapinæ particeps beneficio, & ordine irrecuperabiliter priuandus.*

6 *Episcopus clericum raptorem sine licentia Papæ ad ordines, vel ad beneficium restituere non potest.*

7 *Episcopus dispensat cum homicida in beneficio; & quid in deposito ab ordine.*

8 *Pęnitentia solennis, quæ dicatur. remiss.*

9 *Raptori non manifesto, non denegatur ecclesiastica sepultura.*

10 *Contritio sola, quo ad peccati remissionem, sufficit.*

12 *Pęnitens si pęnitentiā condignam non peregerit in hoc mundo, illam supplebit in purgatorium.*

13 *Malefactores, qui puniuntur in foro contentioso contriti; non puniuntur amplius à Deo.*

14 *Cōtritio in moriente tāta esse potest; vt et nepharius, ac scelestissim⁹ absq; pnīa immediate ad supos cōscendat.*

15 *Viaticum non datur nisi pęnitenti. Et qua pęnitentia sufficiat, vt requiri possit. & nu. 16.*

Super eo. Manifestus raptor, vel ecclesie violator, si restituit; vel de restituendo cauit, in vita, & in morte ad pęnitentiā, & ad sepulturam admittitur. Si vero noluit cauere in vita, & morte non potest, clerici eius sepulturæ interesse non debent; & iniungentes solennem pęnitentiam, vel interessentes; deponuntur ab officio, & beneficio h.d. Diuiditur in quatuor. Secunda, ibi, si vero. Tertia, ibi, qui autem. Quarta, ibi, q si qui. ¶ Noto pri-
1 mo, q † decedens in crimine rapinæ, sine pęnitentia, & satisfactione, vel cautione de satisfaciendo debet
2 carere ecclesiastica sepultura. Et † idem est etiam in quocunq; decedente in peccato mortali. 13.q.2.c. obeuntibus. 33.q.5.c. placuit. in hoc ergo nulla est specialitas in rapina; sed in alijs bene est specialitas in manifesto raptore; quia licet ipsum pœniteat in morte, ex quo non satisfecit; licet non satisfaciat ex eo, qđ non potest; tñ solennitas pęnitētiæ parū prodest; quia integra reconciliatio denegabitur sibi, & in opprobrium hęredū; absoluetur tñ à peccato, q̄ absolutio iuuat in eo qđ dicit gl. in verbo parū. Itē, est & alia specialitas; quia clerici non debēt interesse sepulturę ipsius, nec eleemosynas accipere, qđ non videt̄ in alijs contingere si pęnitent, & non satisfaciunt; quia non possunt, vt.c. cum tu. ĩ. de vsur. Nec
3 tex. noster, cum † loquatur in materia penali est ad alios casus extēdēdus, arg. regulæ, in pęnis. de reg. iu.
4 in.6. & de pęni. dist. 1. §. pęnæ. Secundo no q † à publico peccatore non debent recipi eleemosynæ; oē recipientes videantur fauere peccatis eorum. An aūt hoc sit speciale in raptore, & q̄d in alijs, vide. 14. q.5. in summa & de deci. ex transmissa. Vltimo no. q
5 † clericus committēs rapinam, vel particeps rapinę debet priuari bñficio, & ab ordine deponi irrecuperabiliter. Et si tu diceres, q hæc videt̄ esse inculcatio verborum. nā cum depositio sit perpetua de se; ergo videtur irrecuperabilis, vt in.c. at si clerici. de iud. Respondet Io. An. q hoc verbum fuit hic positum
6 ad denotandum, q † episcopus non pōt eos restituere sine licentia Papæ ad ordines, vel ad beneficium. Sic. š. de hęret. c. excommunicam⁹. §. sane. sm Host. Dicit tamē D.m. q putat, q in bñficio poterit ep̄us dispēsare, arg. 63. dist. c. Salonitanę. & c. 2. š. de cler.
7 pug. in duel. vbi † episcopus dispensat cum homicida in beneficio; sed forte illud procedit in eo, qui est priuatus beneficio dumtaxat, & prohibitus ministrare in ordinibus, & sic suspensus; secus si esset depositus ab ordine. ¶ Glo. 1. quærit, & solu. & bene. ¶ Glo. 2. in princip. oppo. & contra oppositionem pro tex. allegat duo iura; & ad contrarium formatum dat duas solu. & vltimam approbat. In eadem, ibi, non est fructuosa. dic, forte propter præsumptionem quod sit impęnitens, ex quo tam diu distulit, arg. c. si quis autem. de pœniten. distin. 7. secundum Lancte. Sed forte glo. aliud intellexit, scilicet, qđ non sit fructuosa in totum, vt statim sequitur in gl. Et dicit hic Abb. q aut crimen rapinæ est manifestum, & denegatur ei pœnitentia. Aut occultum, & tunc secus. Hostien. vero dicit, quod propter criminis detestationem speciale sit, vt nec in vita, nec in morte audiatur ad pœnitentiam solennem; alias
8 regulariter procedit quod hic dicitur. † Solennis aut pœnitentia quæ dicatur, tradit Hostien. in summa in, tit. de pœniten. §. vtrum. versic. his prælibatis. & vide tex. 50. distin. c. in capite. Et not. Sol. Abb. ꝓ qua facit tex. in.c. in literis. ĩ. eo. vbi proba-
9 tur, quod † non negatur raptori ecclesiastica sepultura; ratio est, quia ibi erat rapina non manifesta. Quare autem magis puniatur manifesta, patet ratio de se; quia manifesta videtur grauior propter malum exemplum, quod datur reliquis, arg. not. in l. capitalium. § famosos. & l. aut facta. §. fin. ff. de pē. q.c. quia in omnibus. de vsur. & c. 2. de vsur. libr. 6. ¶ Glo. super verbo, parum prodesse, sentit contra-
10 rium, q immo possit; quia † quo ad remissionem peccati, sola contritio sufficit, de pęnit. distin. 1. in princ. Glos. sol. distinguendo inter pęnam ęternam, & temporalem. In eadem; ibi, duplex pęna. &c. dic,
11 melius diceret, q † pro peccato mortali debet̄ pęna ęterna. ĩ. de reg. iur. c. defleat. sed illa pęna ęterna p pęnitentiā, vel contritionem commutatur in temporalem, quam imponit sacerdos. Et si pœnitens in hoc mundo pœnitentiam condignam non peregerit, illam supplebit purgatorium. Vnde dicit.
13 D.m. quòd † malefactores, qui puniuntur in foro contentioso contriti, non puniuntur iterum à Deo, si modo condigno passi sunt. 23.q.5.c. quid ergo. & ideo melius est de peccato pœnam luere, quam non. vt fuit notabilis conclusio Platonis in libro, de immortalitate animarū. Et hoc adde ad ea quę dixi in
14 .c. de his. š. de accu. Audiui tñ à Theologis, q † posset esse tāta cōtritio in moriente, q sine alia pęnitētia peracta, etiam si nepharius, ac scelestimus fuerit,

imme-

immediate ad superos conscendet. Facit verbũ Do-
minicum. Hodie mecum eris in Paradiso. ¶ Glo:
in verbo viaticum.colligit arg.In fin.dic,sed oppo-
nitur nam tex.videtur ad inuicem sibi contrariari;
nam prius dicit,quod pęnitentia denegatur; deinde
dicit, quod viaticum non denegatur, & tamen
15 clarum est,qd' † viaticum non datur,nisi pœnitenti,
vt.c.omnis.j.de pęnit.& remis. Sol. pœnitentia so-
lennis denegatus; sed pœnitentia contritionis non
denegaur, quæ sola sufficit ad viaticum requirendũ.
Ego arbitror,q tex.aliud intenda; vnde pondero,q
dicit tex.q solennitas pęnitentiæ parum sibi prodes-
se creditur;vnde non negatur, q pęnitentia non sit
ei iniungenda; quia cum ipse in mortis articulo con
stitutus,nec possit solennem pęnitentiã agere, ꝓut
deberet;qa constitutus in morte cũ se,ita arctauerit
parum,ꝓdesse creditur.Nã dicit Augustinus.Si quis
in vltima hora suæ vitæ voluerit confiteri.& nõ con
fiteatur,non credit,q bene exeat ab hoc mundo. de
pęni.dist.7.c.1.deinde dicit eadem dist.c.si quis aũt
baptizatus ad horam securus hinc exit; fidelis bene
viuens securus hinc exit,agens pœnitentiã, & recon
ciliatus cum sanus factus est, & postea bene viuens
securus hinc exit. agens pœnitentiam ad vltimum,
& reconciliatus,si securus hinc exit, ego non sum se
curus, & hoc voluit forte tex.noster dum dicit, cre-
dimus.¶ Glo.pẽ.format.q.& sol.& bene, & dicam
in se.¶ Glo.fi.format.q.& sol.subdens rõnem, & in
in fi.colligit arg. In eadem ibi,ad terrorem dic. Ex
glo.præced.& ex ista, & ex dictis maxime Goffr.&
16 Hosti.conclude, q† si raptor noluit satisfacere, vel
cauere de satisfaciendo cum possit denegatur ei pœ
nitentia, quantum ad illud peccatum. & per conse-
quens viaticum,qd' solum integre pœnitenti datur,
& ecclesiastica sepultura, & cimyterium; nec est
orandum pro eo, nec eius eleemosynæ recipiendæ.
12.q.2.pro obeuntibus.&.23.q.5.c.placuit.&.j.de
pęnit.& remis.c omnis.Si vero vsq; ad mortem per-
durauerit in obstinatione, in morte tñ pœnitet, &
emendat damnum,vel cauet emendare, concedun-
tur pęnitentia, viaticum, & ecclesiastica sepultura.
Si vero in morte nõ satisfaceret;quia non posset, cũ
posset in vita, & in obstinatione perdurauerit, ei in
morte contrito,non negat̃ pęnitentia non solennis,
sed ecclestastica sepultura,& interessentia clericorũ,
& cymiterium non concedit̃. Si vero in morte con-
stitutus satisfacere promittat,si conualescat, & ante
satisfactionẽ decedat,non negat̃ sepultura cũ cleri-
cis;sed hæredes compellunt̃ satisfacere,vt in.c.in li-
teris.j.eo.vel intellige illud.c.sm q dixi, q loquit̃
in raptore non manifesto,vel in eo,qui nunq̃ admo-
nitus,vel si fuit,paruo momento stetit cõtumax; nã
absolutus per proprium sacerdotem erit sepellien-
dus,& hęredes cogendi sunt per censurã ecclesiasti-
cam, vt iuxta facultatem satisfaciant. In fi.glo. dic
de hoc articulo vt dixi in.c.1.de tornea.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores,& nautæ,tanquam miserabiles personæ,sunt sub protectione ecclesiæ.*
Ecclesia in die passionis orat spiritualiter pro itinerantibus,& peregrinis ibid.
2 *Ecclesia iurisdictionem habet contra quemlibet laicum committentem delictum,quo proximus leditur.*
3 *Negotiatio dicitur licitum exercitium.*
Nobilitati non detrahitur per mercaturam.
Mercatores an possint esse milites.
Mercator quis proprie dicatur; & quæ mercimonia sint licita.ibid remiss.
4 *Pœna spoliantium mercatores,vel peregrinos.*
5 *Excõmunicatio fertur ipso facto per hæc verba, Noscas te excommunicationi subiacere.*

Excõmunicationi.

Excommunicari debent, qui capiunt, vel spoliant
fideles ex iusta causa nauigantes. hoc primo. Et
excommunicati sunt spoliantes naufragium passos,
nisi ablata restituant.h.d. Secunda, ibi, illi vero.
1 ¶ Noto primo,quod† mercatores, & nautæ viden-
tur miserabiles personæ, & tanquam miserabiles es-
se sub protectione ecclesiæ.Facit.c.2.de treu.& pac.
Inno.in.c.significantibus.de offi.dele.dixi in.c.fi.s.
de Iudæ. Vnde ecclesia in die passionis specialiter
pro itinerantibus,& nauigantibus. Secundo not. q
2 †ecclesia habet iurisdictionem contra quemlibet
laicum, in quantum committit delictum manife-
stum,ex quo proximus lęditur, pro tali satisfactio-
ne ecclesia potest immediate adiri. Tertio not. qd'
3 †negotiatio dicitur exercitium licitum, & hone-
stum, & tribuit iustam causam nauigandi, & itine-
randi; nec per mercaturam detrahitur nobilitati,
vt.C.de commer.& merca.l.mercatores. Alij con-
tra.de quo vide in.l.si.de iuris.om iudi.&.l.1.C.ne-
gotia.ne militent.libr.12. vbi tractatur, an possint
esse milites,& vide Guil.in.l.1.C.vbi sena.vel claris.
Quis autem proprie dicatur mercator, & quæ mer-
cimonia sint licita, vide.88. distin c.eijciens.& per
Inno.in.c.1.s.ne cleri.vel mona. Vltimo not. pœ-
4 nas, † quæ sunt statutæ contra derobantes, vel ca-
pientes nauitas, vel itinerantes; quia excommuni-
candi sunt,concordat.24.q.3.c.si quis Romipetas.
Sed in secundo casu tex. nostri, spoliantes sunt ex-
communicati ipso iure; quia maius delictum vide-
tur committere quis in casu secundo, ex eo qd' ad-
dit afflictionem afflicto. Dicit tamen Io.An.quod
hodie tam in primo, quam in secundo casu, tales ca
pientes; & spoliantes ter in anno excommunican-
tur per Papam. Sed quæro, quia tex. dicit, ex ho-
nestis causis, quid si aliquis non nauigaret,vel itine-
raret ex honesta causa; vt quia pyrata, vel prædo.
Sol.dic,q tex,noster non habet locum à contrario
sensu. Secundo quæro, vtrum tex. habeat locum in
his,qui nauigant in aqua dulci.Sol.Host.quod non;
quia non ita frequenter cõtra tales talia delicta per-
petrantur. Vnde in nauigantibus per mare multis
grassantibus opus fuit exemplo, vt.l.aut facta.ff.de
pœnis. quod verum dicunt Doct.quantum ad secũ-
dum casum tex.nostri.sed quantum ad primum no-
lunt,q tex.indistincte ꝓcedat, sicut indistincte lo-
quitur,& hoc tenet Io.An.& Doc.¶ Glo.pẽ q̃rit.In
fi.glo.dic,Hæc glo.non bene firmat sc,an requiratur
monitio. Innoc. in.c.extirpandæ.§. qui vero. s. de

præben.tenet, ꝙ non requiratur monitio in pœnis
imponendis propter actum negatiuum. Bar. contra
in.l.cognitionum.ff.ad Sylla.per glo.quam dicit sin
gularem,in.l.1.C.de his vt indi. vide D.m.in.d.§.q
vero.& Bal.in repe.l.cũ mulier.ff.solu.matri. ¶ Gl.
5 ibi,ipso iure dic,Et sic not.ꝙ† per hæc verba,noscas
te excommunicationi subiacere, fertur excommu-
nicatio ipso facto. Facit quod not.in.c.1.de iniur.
lib.6.&.c.aduersus.de immu.eccle.dic, vt dixi in.c.
Iudęi siue.s̄.de Iudæ. In contrarium tamen facit,
qđ tenent Doct.in.c.3.ĩ.de priuil.in fi. vbi volunt,
ꝙ requiratur sententia. Sed dic, vt ibi dixi super
glo.fi.In eadem glo.ibi in quadruplum. dic, ꝙ ho-
die aucta est pęna publicationis bonorum, vt tradi-
tur in auth.nauigia.C.de furt.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Abusus fęminarum;& masculorum iudicatur à pari.*
2 *Causæ criminales, etiam de iure canonico, possunt dele-
gari clericis.*
3 *Ecclesia non habet iurisdictionem contra infideles delin-
quentes contra christianos.*
4 *Clericus,qñ,& quare potest esse iudex delegatus laici.*
5 *Iudex ecclesiasticus potest torquere,& verberibus ceda
re;citra tamen sanguinis effusionem.*
6 *Excessus,quando grauius dicatur.*

In archiepiscopatu.

Ex principis delegatione, possunt prælati ecclesia-
stici de raptu,& alijs criminibus iudicare; pœnam
tñ sanguinis infligere non possunt h.d.Primo,poni-
tur consultatio. Secundo,bimembris responsio,ibi,
consultationi tuæ.¶ Noto primo,ibi,mulieris,con
1 iuncto verbo,abuti ꝙ † abusus fœminarum, & ma-
sculorum iudicat à pari; & sic potest fieri abusus cõ
tra naturam tam in fęminis, q̃ in masculis.Facit tex.
& rub.in aute.vt non luxuri.contra natu. & glo.32.
q.7.c.omnes.Et habet locum non solum si masculus
abutitur muliere,& sic inter masculum,& fęminam;
sed etiam inter fœminam, & fœminam, vt l.fęditis-
simam.C.ad legem Iul.de adul.& stup. Secundo no.
2 ꝙ† de iure canonico etiam causę criminales possunt
delegari clericis, & hoc quotidie allegatur iste tex.
sed non probat;quia hic delegans erat Rex, qui vti
tur principis potestate. Vide de materia Inno. in.c.
cum te.s̄.de re iudic. & .c.per venerabilem. qui fil.
sint ligiti. & ca. ꝙ sedem.de offi.ordi. Tertio no.ar-
3 gumentum, ꝙ † ecclesia non habet iurisdictionem
contra infideles delinquentes contra Christianos;ni
si delegetur sibi à iudice temporali. Et sic videtur,ꝙ
quo ad pęnas temporales,infideles non sint subiecti
ecclesiæ;sed dominus temporalibus. Sed contra hoc
facit tex.dum dicit in iurisdictione tua existentes,&
sic videtur, ꝙ ecclesia possit punire iure proprio, ex
quo quis deliquit in sua iurisdictione. Sed pôt rñde-
ri,qđ tex.dum dicit;in tua iurisdictione, debet in-
telligi hoc est in tua diœcesi, vel intelligi; & melius
de iurisdictione spirituali; vnde temporaliter non
poterit suo iure cognoscere; sed ex delegatione; &
sic in casibus hic expressis prælati non vendicant sibi
iurisdictionem. Inno. sentit contrarium, in.c.ꝙ su-
per his.s̄.de vo.vbi dicit, qđ ecclesia habet iurisdi-
ctionem cõtra infideles peccantes contra naturam.
Nam sicut Deus puniuit illos, vt Genesis.c.18.&.d.
auth.vt non luxurientur.&.ĩ.de exces.pręla.c.cleri-
ci.ita & vicarius eius debet posse; & ideo tam iudex
ecclesiasticus, quam secularis poterunt punire, &
per consequens erit locus præuentioni. Quarto no.
4 ꝙ† clericus potest esse delegatus iudex laici, & hoc
ideo,quia casus isti concernebant fauorem animæ;
alias secus.11.q.1.c.te quidem. Dicunt tamen Doc.
ꝙ etiam in huiusmodi casibus debent potius absti-
nere à tali delegatione, vide D.m. in.c.2.s̄.de iudi.
5 Vltimo not.ꝙ† iudex ecclesiasticus non debet im-
ponere pęnam corporis afflictiuam, quæ in sangui-
nis effusionem transeat; potest tamen delinquentes
torquere,& fustigare,dummodo sine sanguine. Fa-
cit.c.1.de calum.& not.in.c.ad audientiam.ĩ.de cri
mine fal.& ideo quando crimen est adeo graue, ꝙ
exigat pęnam sanguinis,debet illam reseruare secu-
6 lari; Quando autem in casibus nostris † dicatur ex-
cessus ita grauis; Doct. dicunt,ꝙ tunc dicitur quan
do isti procederent ad homicidium, vel qñ immine
bat scandalum ex commutatione pęnæ, vel quando
agebatur per viam accusationis ad pęnam legalem.
Nã pœna est vltimi supplicij,vt instit.de publi.iudi.
§.item.l.Iulia.&.l.cum iure.ff.de adulte.¶ Gl.in ver
bo, poteris,dic,quando autem fieri possit hæc com
mutatio,dic,vt dixi in.c.ad liberandam.s̄. de Iudæ.
¶ Glo.fi.in prin.est declaratiua,deinde tractat, an
causa criminalis possit delegari. In eadem ibi,ſm ca
nones.dic,hæc glo. potest dupliciter intelligi, pri-
mo, ꝙ licitum est prælato habenti iurisdictionem
tẽporalem cõmittere cãm criminalem; licet veniat
imponenda mortis pęna. & clarius in.c.fi.ne cle.vel
mo. Tñ dic,vt dixi in.c.ad audientiam.de homici.q.
74.Secundo potest intelligi, ꝙ ſm canones possunt
committi causæ criminales,de quo super tex.dic de
hoc vt latius traditur in.d.c.ꝙ sedes.de offi.ordi. In
fi.glo.dic, Aduerte, ꝙ licet hæc glo.generaliter in-
telligat illum.§.ad hæc tamen Iac.de Belui.[& quidã
alij intelligunt, quando de necessitate iudex profi-
cisceretur,vt in casu.l.1.de offi.eius cui.man.est iu-
ris.vel antequam ingrediatur prouinciam,& sic non
corrigũtur.ll.antiquę. de quo Bar.in.l.vim.ff.de iu-
risdi.om.iud.Ego latius in repe.l.1.ff.quis & à quo.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum tribus modis impletur; scilicet suggestione, de-
lectatione,& consensu.*
2 *Pęnitentia vnicuiq; peccatori, etiam scelestissimo pęni-
tenti deneganda non est.*
3 *Incendiarius ecclesia est ipso iure excommunicatus.*
4 *Pęnitens morti proximus,absoluitur à peccato ante sa-
tisfactionem manifesta offensa.*
5 *Hęredes ex delicto defuncti tenentur, etiam vltra vires
hęreditarias.& nu.7.*
6 *Contumacia hęredum non satisfacientium conscientia de
functi,nocet defuncto.*
8 *Mortui eleemosinis,& bonis operibus quomõ iuuantur.*

In lite-

In literis. Incendiarius ecclesiæ in morte pęnitens, & absolutus in cymiterio sepelitur, & hęredes compelluntur ad satisfaciendum iuxta facultates defuncti. hoc dicit. Primo, consultatio. Secundo responsio, ibi, qua propter. ¶ Noto primo ibi, diabolo instigande,tex. qui facit ad formam, & stylum, quem seruant officiales in condemnationibus; quia dicunt
1 diabolo instigante &c. & merito; quia † peccatum committitur per tres gradus,per suggestionem diaboli scilicet, & per delectionem, quæ fit per carnē, & per consensum,qui fit per spiritum,vide.6.distin. c.sed pensandum. Secundo vero, not. ibi, accepta
2 pœnitentia. qđ †etiam vnicuiq; scelesto peccatori quocunq; graui crimine irretito volenti pœnitere non est deneganda pœnitentia; etiam si in morte constitutus velit pœnitere, quāquam dubitandum sit de eo,vt dixi.§.eo,vt dixi.§.eo.c.2. Si tamen rectæ pęniteret non est dubium,ꝙ sufficit sibi ad salutem.§ 1.dist.c.ponderet.quinimo est sperandum de eo, in quo apparent signa contritionis, si aliter expresse non potest pęnitere,vt.c.à nobis.2.de senten. excom.& talis est tradendus ecclesiasticæ sepulturę, vt hic per Doct. Tertio not. ibi, à sententia anathe-
3 matis absolutus. argumentum,ꝙ† incendiarius ecclesiæ est ipso iure excommunicatus.Et no. ꝙ etiam quilibet sacerdos in extremo vitæ pôt absoluere; licet alias absolutio pertineret ad Papam;vt hic in gl.
4 Quarto not.ꝙ† in mortis articulo constitutus,pęnitens de peccato absoluitur, etiam antequam satisfaciat de manifesta offensa. Nec ob.c.ex parte.de verb.sig. vbi excōicatus pro manifesta offensa ante satisfactionem non potest absolui; quia secundum Gof. quem sequuntur Doct. ille tex. procedit, qn̄ vellet absolui in vita;secus in motte,vt hic.Facit qđ in simili dicimus, pęnitentiæ quantitas in morte cōstitutis non est imponenda;sed ignoscenda.26.q.7.
5 c.2.Quinto no ex ver. & hęredes.ꝙ†hęredes defuncti, qui fuit absolutus non facta satisfactione; quia morte præuentus, compelli possunt satisfacere. Et sic habes casum in quo hęredes tenentur ex delicto defuncti,ēt si nihil ad eos peruenerit; licet secus videretur esse de iure ciuili,vt.l.1.C.ne ex delicto defunc. Et aduerte, quia tex. iste singulariter probat, ꝙ in hoc casu iudex ecclesiasticus potest exercere iurisdictionem in laicum; & hoc in fauorem animarum defunctorum, vt citius liberentur; & ideo sit cautus sacerdos,vt si infirmus fateatur se debitorem alicuius, vel aliena habere, aut damnum alicui dedisse,vel si. ꝙ in hoc adhibeat testes, ad hoc vt hęredes possint postea compelli;quia dictum suum nō sufficeret;& si forte infirmus nollet,non debet eum absoluere pro illo peccato;quia vr̄ non moueri bona contritione;& hoc perpetuo no. Vltimo no.ex
6 fine ꝙ†contumacia hęredū in non satisfaciendo cō scientiæ defuncti,nocet defuncto; qđ qualiter intelligat,videbimus in gl.fi. ¶ Gl. 2.sentit contrariū,& sol. deinde colligit arg.contrariū. ¶Glo.3.format contrariū,& sol. In eadē, in fi.dic,Vel ſm Doct. ibi delictum erat manifestū, vel ibi obstinata mente nō restituerunt,hic non fuit in obstinatione.Vel solue, clarius, ꝙ hic nō dicitur, ꝙ clerici debeāt interesse sepulturæ;sed ꝙ debet sepeliri, ꝙ ibi non negatur. ¶ Glo.pē.quærit, & sol.In fi.dic, Nota singulariter
7 hanc gl.quæ appertissime sentit,ꝙ† hęres ex delicto defuncti teneatur,ēt vltra vires hereditarias, si non confecit inuentariū, & sic multū extendit.l.fi.C.de iure deli.& Doc.hic côiter*transeunt cum gl.& do. Cōis opi. Ant.in.c.fi.de sepul.Io. An.in.c.q̄q̄.de vsur. lib.6.& Fed.cōs.21.tenet contrariū. Nā ius canonicū inducens hanc equitatē contra rigorē iuris ciuilis,vt hętes teneaē ex delicto defuncti, simpliciter noluit obligare vltra vires hęreditarias, ne cōcurreret duplex rigor.l.1.C.dotis promis.& qđ not. in.c.nō potest. de præbē.lib.6. Et hāc cōclusionem tenet d.Ludo. Ponta.ꝙ hęres,licet non fecerit inuentariū,non teneaē vltra vires hęreditarias.Sed aduerte,qa ꝙ hęres in casu nostro teneatur ex delicto defuncti non est aliquod spirituale. Nam testator pęnitendo videtur mandasse heredibus ꝙ satisfaciant; quia qui vult consequens, &c. vt.l.ad rem. &.l.ad legatum.ff. de pcur.Nec ob.c.tua.§.de vsut. vbi hęres tenet, licet defunctus non pęniteat; quia ibi peruenerat ad defunctum,vel herēdē,vel ibi loquimur in his quę veniunt ex contractu, non autē ex delicto. ¶ Glo. fin.
8 format cōtrariū, & sol.In fi.dic.Et sic†licet eleemosinæ, & alia bona opera facta pro animabus defunctorū, non valeant quantū ad liberādū illos à pęna æterna,vbi nulla est redēptio.13.q.2.tēpus. &.§.de cele.mis.cum Marthæ. tamen prosunt quo ad temporalem satisfactionem, vt citius liberentur à pœnis purgatorij.13.q.2.defunctorum.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *Raptus quando proprie commitii dicitur.*
2 *Matrimonium quando dicitur perfectum.*
3 *Matrimonio consumato,alter coiugū religionem non potest ingredi,etiam altero consentiente.*
4 *Confessioni mulieris statur pro matrimonio carnali contra matrimonium spirituale; & nu. 13.*
5 *Consensus mulieris non tollit delictum.*
6 *Ius ciuile deceptionem;canonicum vero libertatem matrimonij considerat.*
7 *Pęna.l.1. C.de rapto. virgi. an habeat locum in casu huius.c.*
Matrimonium contractum per filiosfamilias etiam in potestate patris existentem tenet.ibid.
8 *Patria potestas non attenditur in spiritualibus.*
9 *Pater,an teneatur dotare filiā, quæ contraxit eo inuito.*
10 *Dos proprium patrimonium mulieris.*
11 *Pater ingratā filiam dotare nō tenetur;nec eā instituere.*
12 *Pater, quando dicatur constitui in mora non maritando filiam.*
14 *Iuramentum voluntarium,aut necessarium, an possit differri in causa monachatus remiss.*

Cum causa. Raptus non dicitur vbi volēs pro matrimonio abducatur; & raptus cum rapta potest matrimonium contrahere, & post consumationem matrimonij alter sine consensu alterius non potest ingredi mo-

nasterium.h.d.cum seq.c.Primo decisa consultatio.
Secundo responsio,ibi,respondemus. Quæ secunda
tria facit, primo respondet,quid iuris de raptu cum
redditione causæ. secundo ibi, præterea.respondet,
quid iuris de ingressu cum redditione causæ.Tertio,
ibi, non ergo. concludit circa vtranq; responsioně.
1 ¶ Noto primo,ꝙ† raptus dicitur proprie commit-
ri,qñ mulier rapitur per vim, & că explendæ libidi-
nis;secus si non inuita causa matrimonij contrahen-
di. De iure ciuili videtur secus, per.l.1.C.de rapto.
virgi. vbi dicitur,ꝙ raptus committitur ēt cum spō
sa de futuro.Vñ singulariter facit tex. ad limitandas
illas pęnas de iure ciuili.Secundo no.ibi,perfectum
2 carnis comixtione.ꝙ† ante copulam carnalem ma-
trimonium non dicitur perfectum, quod intelligo
quo ad quosdam effectus, de quibus in.c.debitum.
s̄.de biga. & in.c.ex publico.s̄.de conuer. coniug.
& quo ad effectum vt alteruter sui corporis non ha-
beat potestatě,vt hic in tex. Vide glo.in.c.præterea.
s̄.de transact.&.c.fin.de sponsa. duo.in quibus pro-
batur,ꝙ etiam ante copulam carnalem matrimoniũ
per verba de præsenti dicitur perfectum.l.nuptias.
3 ff.de reg.iur. Tertio no ꝙ† post consumatum matri
monium potest alter ingredi religionem, etiā alte-
ro consentiente; & hoc probat dictio, maxime po-
sita in tex. qđ intelligo quando alter remaneret in
sęculo, & non esset suspectus de incontinentia, vt.c.
cum sis.& quasi per to.s̄.de conuer.coniug. Vltimo
4 not.qđ† pro matrimonio carnali contra matrimo-
nium spirituale statur confessioni mulieris,qđ exa-
minatur hic in gl.penul. ¶ Glo.2.format cōtrariũ,
& sol.In fine dic,aduerte,quia debes intelligere, ꝙ
glo.hic dicit,quando fuit inter eos habitus tractatus
de nuptijs contrahendis;alias secus quia diceret ibi
fuisse raptus;licet puella cōsentiat.35.q.1.de rapto-
ribus. etiam si parentes ignorauerunt,vel erant mor
5 tui; quia† consensus mulieris non tollit delictum,
quia sicut non potest mulier delictum committere;
ita nō potest membra sua delicto exponere.ff.ad le-
gem Aquiliam.l.liber homo.& .23.q.5.c.si non li-
cet. & vide in regula scienti,de reg. iur.lib.6. Item
puella semper præsumitur decepta, vnde ille consen
sus videtur extortus. De iure autem ciuili, etiam si
præcessisset tractatus nuptiarum puniretur de ra-
6 ptu; quia† ius ciuile considerat deceptionem. Ius
vero canonicum libertatě matrimonij,& in hoc ser-
uandum est ius canonicum,per.c.penul.& fin.de se-
cundis nupt. Sed posses dicere, ꝙ hoc est verum si
postea sequeretur matrimonium; alias autem stare-
mus iuri ciuili.Sed circa prædicta quæro,vtrum pę-
na.l.1.C.de rapt. virgi. quæ vult, ꝙ bona raptoris
fiant raptæ,habeat hodie locum in casu nostro.Glo.
in.c.cum secundum de hęret.lib.6.sentit ꝙ sic.Con-
trarium tenet gl.36.q.3.c.de puellis. & hoc videtur
magis rationabile. In glo. in verbo reclamarent. in
fin.dic. Idem tenet glo.in.d.c.sufficiat. allegato in
7 glo.vnde † tenet matrimonium contractum per fi-
liumfamilias in potestate patris existentem,etiā cō-
tra voluntatem patris. & ratio est in promptu; quia
8 † in spiritualibus nō attenditur patria potestas,vt.c.
si annum.de iudic.lib.6.Sed circa hoc potest forma-
9 ri notabilis quæstio.videlicet,an† pater teneatur do
tare filiam, quæ contraxit eo inuito.glo.tenet ꝙ sic.
32.q.2.c.fi.& expressius idem tenet gl.36.q.1.C.de
raptoribus.dum modo puella elegerit sibi virũ ido-
neum, & se dignum; ergo à contrario secus,si indi-
gnum.& hoc tenet ibi Ioan.de Fantu. & Archi. per
l.non tantũ. §.si emancipatus. 1.ff.de contratabul.
Bar.vero post Guil.de Cuneo in.l.obligamur. §.le-
ge.ff.de actio.& obligat.tenet contrarium, dicens,
ꝙ vbicunq; filia contraxit matrimonium sine eius li
centia,non tenetur illam dotare; quia pater tenetur
dotare filiam, vt reperiat maritum, vt.l.qui liberos.
ff.de ritu nuptia.Si est maritata;ergo cessat rō prædi
cta;& sic tenet,qđ maritus tenetur eam alere de suo,
& proprijs sumptibus subire onera matrimonij.Vi-
de D.m.in.c.1.de adult.nam imputandum est viro
taliter contrahenti; nam eo ipso ꝙ contrahit matri
monium sine dote,tacite videť se obligare ad sub-
eundũ onera matrimonij.vt.c.per vestras. de donat.
inter vir.& vxo.Facit.l.si cum dotem.§ si maritus.&
seq.ff.sol.matri Sed dicit D.m.hic, qđ contra Bart.
facit; qa melius alimentabitur puella dote sibi à pa-
10 tre constituta;vt.d.§ si maritus.& seq. Item dos† di-
citur quasi patrimonium mulieris,vt.l.in causis.ff.de
mino &.l.pōponius Philadelphus.ff.famil.erciscun.
Item videtur dotanda,ad hoc vt forte soluto matri-
monio per mortem viri possit cum alio cōtrahere,
quod videtur verius de iuris rigore;Dictũ vero Bar.
de ęquitate. Aduerte tñ, quia viuente patre videtur
cessare rō D.m.quia forte poterit hoc casu cōpelle-
re patrem ad dotandum,ad hoc vt possit inuenire vi
rum per.d.l.1.qui liberos.Pręterea viuente patre, &
ēt mortuo videtur obstare rationi D.m. dispositio
auth.præterea.C.vnde vir & vxo. q̃ vult, qđ marito
p̃cedente, si vxor non habet dotem, debeat habere
certam partem bonorum mariti;& hæc procedunt
qñ puella non promisit dotem qñ contraxit. Si ve-
ro promisit, quia forte vir nolebat aliter cum ea cō
trahere,teneť pater illā soluere. Et hoc tenet D.m.
in.d.c.1.s̄.de adulte. Vnde dicit,quod seruatur cau
tela in istis clandistinis sponsalibus, vt puella pro-
mittat dotem, & hanc opi.tenet ēt D.m.in.c.acce-
dens.in gl.fin.in fi.de procura. Qđ intelligo,quan-
do promisit dotem idoneo, & digno; & promisit
dotem condecentem, secundum quantitatem pa-
trimonij, & qualitatem personæ, & loci consuetu-
dinem, secundum not.in.l.cum post. §.gener. ff.de
iure dotium. Tu aduerte; quia Bar. in authen. res
quæ.C.cōm.de lega. simpliciter tenet, quod pater
tenetur illam dotare. In contrarium tamen fortiter
11 facit, quia † filiam ingratam non tenetur pater do-
tare, vt tenet ipse Bald.in.l.fina.C.de dona.promis.
nec eam tenetur instituere; sed potest, prædicta cā
inserta, illam exhęredare, vt in auth. vt cum de ap-
pel.cogno.§.aliud quoq; versi.causas.in fin.col.8.&
in d.l.3.§.si emancipatus. in fin.ff.de cōtra tabulas.
¶ Sed forte ad saluandas prædictas opin. posset di-
stingui, quod aut pater fuit in mora non dando fi-
liam nuptui; & hoc casu, si filia nupsit digno, siue
promiserit dotem, siue non,pater teneatur illā dota
re; & sic procedat dictum Bal. Ratio est, quia nihil
dicitur fecisse contra patrem, cum fecerit iure per-
mittente;& sic nō pōt exhęredari,vt in.d.vers.cās.&
maxime,qa cũ in spiritualibus ipsa sit libera à patria
pōtate,vt dictum est, & nupsit digno, non videť es-

se quid

se quid pater de ea quæ conquæratur, postquam eam non maritabat. Si verò pater non fuit in mora, videtur aliqualiter puella fuisse præsumptuosa, & sic hoc casu non tenebitur illam dotare, cum possit eam exhæredare, vt in. d. verf. causas. & sic excludere a debito bonorum subsidio. Hoc tamen non procedit sine dubio, quando puella nupsisset digno, & dotem pro misisset, per rationem quam. s. assignaui, quod in spi
12 ritualibus non attenditur patria potestas. † Dicitur autem pater constitui in mora, si eam non maritauit ante. 25. annum, vt in. d. versi. annus. & pro hac distinctione vide gloss. in. d. c. de raptoribus. ¶ Glo. pen. in prin. colligit arg. ex tex. deinde prosequitur arti-
13 culum, an, † & quando stetur confessioni mulieris, vel viri pro matrimonio carnali contra spirituale; vel contra. In fin. dic, Hæc glo. videtur concludere, quòd valeat confessio ingressi religionem in præiudicium religionis, quod placet hic Inno. quantum ad præiudicium confitentis; sed non quantū ad præiudicium monasterij, cui bona essent quæsita per ingressum. Host. verò quem sequuntur Doct. hic, latius distinguit, quòd aut confessio tendit ad separationē matrimonij spiritualis, vel carnalis, ad quam intendebat, & anhelabat confitens, & tunc non valet; quia confessio tenderet in eius fauorem, vt. l. exemplo. C. de proba. &. 13. q. 2. in prin. Aut confitens intendebat ad matrimonium spirituale, seu carnale; & certum est, quòd confessio contra illud, quòd desiderabat, valet; quia non est præsumptio, quòd confiteatur falsum contra se, vt probatur in. c. ex parte. de conuer. coniu. & hic. Nam ista mulier instabat pro matrimonio spirituali contra carnale, & ideò confessio pro carnali tenet. Facit etiam quod not. in. c. tertio loco. s. de præsumpt. & in. c. attestationes. s. de desponf. impube. Aut dubitatur, vtrum in veritate confitens instet pro eo contra quod confitetur; vt puta, quia est timor de collusione; & tunc si fama, & alia adminicula adiuuant confessionem, valet cōfessio contra matrimonium spirituale. 35. q. 6. c. si duo. Et ita debent intelligi not. per Inno. in. c. super eo. s. de eo, qui cogn. consang. vxo. suæ. Si verò non adsunt alia adminicula, tunc confessioni coniugum non statur contra matrimonium carnale; sed pro carnali contra spirituale bene statur. Et ita potest intelligi text. noster. Et ratio differentiæ sit; quia in matrimonio carnali vertitur publica vtilitas in qua etiam includitur priuata, vt. l. 1. ff. solu. matri. & sic cum tangatur præiudicium publicum, & priuatum, nō creditur, sed in spirituali respectu ingressus dumtaxat vertitur vtilitas priuata. & ideò non est ita potens. Et ex hoc infertur, secundum Host. quòd si in spirituali tractaretur de publico interesse, & alterius præiudicium; vt puta, quia effectus episcopus repeteretur in maritum alterius, & hoc casu confessioni pro matrimonio carnali contra spirituale non staretur; sicut ècontra non staretur confessioni pro spirituali contra carnale. Assignat etiam Hostien. alias rationes, sed leues. D. Ant. dicit, quòd ratio est, quia in spirituali soli sibi præiudicat; sed in carnali parti aduersæ, & sic simplici confessioni vnius coniugum non statur in præiudicium alterius. Et adde quæ dicuntur in. d. c. tertio loco. & d. c. super eo. Et
14 ex prædictis infert. D. m. † vtrum in causa monachatus possit deferri iuramentum voluntarium, aut necessarium; dic, vt latissimè dixi in repet. c. fin. de iureiuran.

CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Rapta potest contrahere ex libera volontate cum raptore; nisi aliud obstet.*
2 *Matrimonium vi contractum; consensu mutuo conualescit; siue expresso, siue tacito.*

Accedens. Summatum fuit in præcedenti; vel summa sic, † Rapta po-
1 test cum raptore contrahere ex libera voluntate nisi
2 aliud obstet, hoc dicit. ¶ Noto primo, quòd † licet puella prius noluerit consentire matrimonio, & forte propter hoc fuerit rapta; tamen si postea ambo consentiant in matrimonio, possunt matrimonium contrahere; quia per sequentem consensum tollitur vitium præcedentis dissensus, simile in. l. 2. quod me. cau. &. s. de spon. c. ad id quod. Et aduerte, quia non solum sufficit consensus expressus; sed etiam tacitus. Facit d. c. ad id quod. & c. literas. s. de sponsa. Istud tamen est verum, si modo aliud non obstet; vt puta, quia non sunt idonei ætate; vel quia sint cōsanguinei & simil. c. cum inhibitio. s. de cland. despun. Nam sublato vno impedimēto non sufficit, si aliud potēs remanet, vt. c. ex tuarum. s. de auth. & vsu pal. & l. si domus. ff. de seruitu. vrba prædio. ¶ Gl. 1. format cō trarium, & sol. In fi. dic, & hodiè non est seruandum ius ciuile, sed canonicum, vt. c. pen. & fi. s. de secūd. nupt. & dixi. s. in. c. praeced.

De furtis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Furtum quid, & vnde dicatur. nu. 13.*
2 *Voluntas, & propositum distinguunt delicta.*
3 *Furtum, an committere dicatur, qui inuentum non restituit.*
4 *Contrectatio quid.*
5 *Furtum, an committat, qui pluries eandem rem contrectat.*
Furtum committens in vno territorio; si portat rem ad aliud territorium, & ibi contrectat, an possit ibi suspendi. ibid.
6 *Furem discernit quantitas ab abigeo.*
Furtum in inhabilibus non committitur; sed dicuntur occupari, & inuadi. ibid.
Incorporalia non possunt furari, contrectari; nec possideri. ibid.
7 *Occultatio alienæ laudis est furti species.*
Peccatum non remittitur; nisi restituatur male ablatum ibid.
Doctor. aut Magister, qui opiniones alienas sibi appropriat, tenetur ad earum restitutionem. ibid.
Furtum quandoq; committitur, & committens furti non tenetur ibid.

8 Furti,

8 *Furti,& rapinæ differentia.*
9 *Inuoluntarium,quot modis dicitur.*
10 *Furtum,an sit peccatum mortale.*
11 *Charitas in quo consistit.*
12 *Sacrilegium,peculatus,& plagium quid.*
14 *Occultatio,an,& quando peccatum.*



Ontinuata fuit hæc rubri-
ca in præcedẽti, vnde dic,
vt ibi. Et de materia, furti
& rapinę, vide. 14. q. 5.&
6. per totũ. 12. q. 2. in pri-
mis nouem cap.&. 6. q. 3.
c. placuit. de pęnit. distin.
1. c. vulgaris.&. c. aut facta
Et vt meum morem con-
1 suetum seruem. Primo, quæro,† quid sit furtum. Sol.
dic, quòd est fraudolosa contrectatio rei alienæ mo
bilis, corporalis, inuito domino, animo lucrandi rẽ,
vel possessionem, vel vsum facta, quod lege naturali
prohibitum est admittere. Ita desinit Iurisconsultus
in. l. 1. §. furtum. ff. eo. & insti. de oblig. quæ ex delic.
nas. § 1. Et prohibitum est etiam de iure diuino, vt
habetur in præceptis decalogi scilicet, non furabe-
ris. Et quia scriptum est. Quod tibi non vis fieri, alte
ri ne feceris. Ideò autem dictũ fuit fraudulosa; quia
si quis crederet licitum sibi esse rem suam per vim
subripere, nec furti, nec vi bon. rap. teneretur, vt In-
stitu. vi. rap. §. quia tamen. Item nec dicitur furtũ cõ
mittere, qui credit se facere cum domini voluntate,
vt statim dicetur in verbo, inuito. Et probatur inst.
2 de obli. quæ ex delic. nas. §. placuit. Nam † voluntas,
& propositum distingunt delicta, vt vidisti in rubri-
ca, de homici. & in adulterio, in rubrica, de adult. &
in rapina in rub. præced. & in falso videbimus. ĩ. in
rubri. de fal. Aduerte tamen; quia quandoq; tenetur
quis vltra intentionem. Vnde si aliquis furatur sac-
cum plenum pecunia, quamuis dumtaxat habeat in-
tentionem ad pecuniam, non ad sacculum; tamen &
pro sacculo tenetur furti, vt. l. qui saccum. ff. de fur-
3 tis. Quid autem † de inueniente rem alienam, an dica
tur committere furtum si illam non restituit? dic qđ
non; si fuerit habita pro derelicto, & etiam si nõ fue
rit habita pro derelicto a domino; quia non dicitur
fecisse inuito domino, quod est necessarium ad
substantiam furti, vt statim dicam. Item nec com-
mittit furtum, posito, quòd non fuerit habita pro
derelicto a domino, si modo credidit illam habi-
tam pro derelicto; quia tunc non adest fraudolosa
voluntas furandi. Item, & posito, quòd illa res non
fuerit habita pro derelicto, & quòd inuentor ita cre
dat; tamen illam suscipiens non committit furtum;
si animo restituendi suscipit; vt de omnibus istis est
tex. in. l. falsus. §. qui alienum. ff. eo. debet tamen in-
uentor protestari, quòd intendit illam restituere; qa
aliàs præsumeretur contra eum. vt. d. §. qui alienum.
& not. glo. 14. q. 5. c. si quid inuenisti. & Ioan. Andr.
in. c. dudum. ĩ. de elect. Sed si animo non restituen-
di sustulit, fur est, & furti tenetur, vt. d. c. si quid inue
nisti. &. d. §. qui alienum. Item ideò in diffinitione
positum fuit verbum contrectatio; quia sine ea non
committitur furtum; licet voluntas furandi, vel ver-
bum interuenerit. l. 1. §. 1. &. l. si quis vxori. §. neq;.
&. l. inficiando. &. l. falsus. §. si quis nihil. ff. eod. Suffi-
cit tamen contrectatio interpretatiua; vt puta, si fal-
sus procurator volens debitum exigere, alteri dele-
gauerit soluendum se præsentem. Nam propter præ
sentiam suam videtur facta contrectatio illius debi
ti, vt. l. falsus. §. sed si is. ff. eod. Vel seruo tuo apud me
existenti, animo furandi dixisti, vade, & vadit, veni,
4 & venit, vt. l. alienum. C. eod. † Contrectatio enim
ponitur pro omni abductione, baiulatione, vel dela
5 tione. l. si quis vxori. §. si quis asinum. ff. eo. & an † plu
ties contrectans eandem rem, dicatur diuersa furta
committere? gloss. dicit quod non. 6. q. 1. c. imitare.
& est tex. in. l. 1. et, qui. ff. eod. Et hæc faciunt contra
Bar. qui voluit, quòd ille qui furatur in vno territo-
rio, si portat rem ad aliud territorium, & ibi contre-
ctat, possit ibi suspendi; ratione noui furti. de qua. q.
dic vt dixi in. c. 1. ĩ. de rapto. & adde quod not. Bal.
in. c. 1. de pace iur. fir. in vsi. feud. Dixi insuper in dif
finitione, rei, quod verbũ intelligitur siue res sit ma-
gna, siue parua. Vnde & in gallina, furtum dicitur
committi, vt not. 14. q. 6. c. fin. not. glo. in. c. de appel
lationibus. ĩ. de appel. ꝑ glo. Instit. de rerum diui. §.
gallinarum. quæ dicit, quòd etiam pro ouo compe-
6 tit actio furti. Aduerte tamen. quia † quantitas rei di
stinguit furtum ab abigeatu. Si quis enim surripit
vnum suem, vt fur cohercebitur; qui gregem, vel ar-
mentum, vt abigeus, vt. l. aut facta. §. quantitas. ff. de
pœnis. &. l. 1. §. 1. ff. de abigeis. Deinde sequitur in
diffinitione, alienæ. quod dictum est, quia de mea re
non possum furtum committere; secus, si non esset
plene mea; quia esset communis mihi cum alio; quia
si illam contrecto animo lucrandi, dicor committe-
re furtum. ff. eod. l. si socius. & not. in. l. merito. ff. pro
socio. Si verò in re mea aliquis habet aliquod ius; vt
puta, vsum, vel vsumfructum, vel bona fide emit, fur-
tum committitur; sed res non est furtiua, & tenetur
quis ratione furti, vt. ff. eod. l. cum res, §. 1. &. l. si is,
qui rem. pignori. in princ. &. ff. de vsucapio. l. sequi-
tur. §. si rem. & sic etiam econuerso, quandoq; fit fur
tum, & res est furtiua, & tamen non agitur furti; vt
cum filij, vel serui nobis furtum faciunt, vt. ff. eod. l.
serui. & Institu. de oblig. quæ ex delict. §. qui autem.
¶ Item dic, quod ideo dicitur alienæ; quia si res esset
nullius, non diceretur furtum, vt puta in re hæredita
ria. Nam non dicitur furtum committi, nisi fortè ab
alio possidente rem hæreditariam aliquo iure, ego
rem abstulerim, vt. l. hæreditariæ. ff. eod. &. l. 1. §. Sce-
uola. ff. si is qui testa. liber. esse ius. fue. Et in rebus sa-
cris, quæ non sunt in bonis alicuius priuati, commit
titur sacrilegium. In rebus verò ciuitatum, præter ci
uitatem Romanam committitur furtum, vt. l. ob pe
cuniam. ff. eod. & quod dixi, de re hæreditaria. Idem
intellige, de re illius, quem putabam mortuũ. ff. eod.
l. si quis ex bonis. Et quod dixi, in diffinitione, mo-
bilis, dic, quod hoc dicitur quia in immobilibus nõ
committitur furtum; quia immobilia dicuntur oc-
cupari, aut inuadi. Vide quod dixi in rubrica; de
rapto. Aduerte tamen, quia si de re immobili fit res
mobilis, in eo quod tanquam mobile aufertur, fur-
tum committitur. l. si cretæ. &. l. verum est. ff. eod. Et
quod dixi in diffinitione, corporalis. dic, quod ideò
dixi corporalis; quia Incorporalia non possunt fura
ri, nec contrectari, nec possideri. vt Institu. de rebus
cor.

cor.in princ.&.l.seruus quibona fide. §. incorporales.ff.de acqui. rerum domi. Aduerte tamen; quia
7 Bald.dicit, quòd † occultatio alienæ laudis est species furti, ita dicit in proemio digestorum, per text. in.l.prætia rerum.ff.ad.l.Falcid.& idem Ioan. Andr. in proemio.6.vbi dicit, quòd nihil est adeò reprehẽsibile, & vituperabile, quam malle potius in furto deprehendi, quam profiteri illi a quo profeceris, & ex hoc ego infero, quòd sicut † non remittitur peccatũ, nisi restituatur ablatum, vt in regula peccatũ.de reg. iur.lib.6.ita etiam non remittitur Doctori, aut magistro qui alienas opiniones, aut laudes sibi appropriat, nisi restituat. Et ideò dixi in diffinitione, inuito domino.quia si dominus consentiret, non committeretur furtum, not.gloss.9.q.2.c. fina. probatur in.l.inter omnes.§.rectè.ff.eod. & traditur in.c. dudum.2.ʒ.de elect. Aduerte tamen, quia credulitas non debet esse crassa, vt not.Ioan.Andr.in.d.c.dudũ nec creditur simpliciter asserenti se credidisse domi num permissurum; quia hoc modo faciliter euitaret pœnam furti; sed ex coniecturis iudex debet iudicare, vt dicit Bart.in.d.§.rectè.& per Docto.in.d.iuribus. Quinimo nec simpliciter creditur domino, si dicat furtum commissum suo consensu; quia posset dicere in fraudem ad liberandum reum ab inquisitione, & pœna. Item aduerte, quia dominus non potest dici inuitus, si semel mihi consensit; vt quia habuit rem pro derelicto, & dedit mihi potestatem accipiendi, & vendendi pro debito; vt.l.falsus.§ si quis &.§.si ratum.&.l.cum creditor.ff.eod. not.in.l.creditores.C.de pigno. In casu tamen non tenetur furti; licet inuito domino faciam; videlicet, si compellente necessitate famis, de quo dic, vt dicam.ʒ.in.c. 3.In casu etiam speciali fit furtum, quamuis fiat con trectatio domino volente; vt puta, si persuasi seruo tuo vt rem furaretur, & ad me portaret, & seruus dixit tibi, & tu consensisti. Istud est in odium serui cor rupti, vt.l.si quis seruo.C.eod. Item aduerte, quia inuitus etiam dicitur dominus, si videt rem auferri, & non contradicat, vt.ff.eod.l.penul. Circa quod tamẽ distingue, vt ibi dicitur. Et quod sequitur in diffinitione, animo lucrandi rem, vel possessionẽ, vel vsum ideò dicitur, quia si quis haberet animum damnificandi, vel animum libidinis exercendæ cum ancilla aliena, meretrice tamen, non tenetur furti, vt.l.verũ. &.l.fullo.§.qui ancillam.ff.eo. Et ibi vide, quid si cũ ancilla non meretrice; quia videtur teneri furti, quia animo lucrandi illum vsum videtur fecisse. Et aduerte, quia solum tenetur furti, pro eo quòd quis voluit lucrari. Vnde si ex arca in qua erant decẽ millia, surripuit centum; vel ex aceruo frumenti centum modiorum subtraxit vnum modium, tenetur furti pro centum, & huius modij, vt.ff.eo.l.vulgaris.&. l. si qd fur. primo responsio.&.§.1.&.2.&.l.verum. ff.eo.& si voluit lucrari solum vsum, furti tenetur de vsu, & non de proprietate; licet alij contra. Circa quod vide quod traditur in.l.qui iumenta.ff.eo. Aduerte tamen; quia quandoq; potest fieri furtum sine animo lucrandi; vt si seruum tuum, quem de furto habeo suspectum, mihi tradidisti, vt summam de ipso quæstionem, & ego trado illum perfecto vigilum, vt officia li quasi in facinore deprehẽsum, q̃m perfectus vigilũ summo supplicio affecit, teneor furti, nisi tu transtuleris in me dominiũ. l. cum seruus tuus. ff.de cõdic. causa data. Et vide casum specialem, in quo committitur furtum, & non potest conueniri actione furti; videlicet, si fiat furtum illi, seu in domo eius apud quem ludit ad zardum vt.l.1.ff.de aleator. Sed circa
8 prædicta quæro, an † rapina sit delictum differens specie a furto, accipiendo speciem prout accipiunt dialectici, & videtur dicendum quod non, furtũ enim, & rapina differunt secundum occultum, & manifestum. Furtum enim importat occultam subreptionem, & licet quandoq; quis deprehendatur, & dicatur fur manifestus, vt.ʒ.dicam, tamen habetur respectus ad illum qui clam, & occulte voluit furari. Rapina verò importat violentam, & manifestam ablationem. Sed in alijs generibus peccatorum, occultum, & manifestum omnino diuersificantur specie, quod patet ex furto manifesto, & nõ manifesto, quæ non diuersificantur; licet vnum magis puniatur, quã aliud; ergo non differunt specie. Nam differentiæ, quę sumuntur ex aliquibus qualitatibus, non faciunt differentiam in specie; sed differentiæ speciales. Vnde si diceremus, quod hominum quidam sunt magni, & quidam parui, quidam fortes, & quidam debiles, quidam boni, & quidam mali; non tamen differunt specie, sed differunt qualitate. Et hoc est, quod lex dicit, plus, & minus non differre specie, in.l.fin.C.de fide instru. Sed differre secundum substantiam, pro vt differt homo ab equo, facit differentiam in specie vt.l.2.in princ.ff.si cert.pet.& hanc theoricam ponit Bart.in.l.1.ff.de actio.& oblig. Præterea, mortalia peccata diuersificantur specie per finem. Vnde vbi est vnus finis, non possunt dici diuersa maleficia, vt.l. qui de crimine.C.de accu.& per Dyn.in.l.nunquam plura.ff.de priuat.delict.& per Bald. in repet. l.cum mulier.ff.sol.matr.in.4.opinio. Vnde dicit Arist.5. Ethi.quod qui mæchatur, vt furetur, potius est fur, quam mæchus. Et hoc etiam dicit.b.Tho.secunda secundæ.q.11.artic.1.Quod videtur facere contra id, quod statim dixi de ancilla; sed furtum, & rapina ordinantur ad eundem finem; videlicet, ad habendum aliena, ergo non differunt specie. Vltimo, hoc videtur probari, quia sicut rapitur quid ad possidendum vt dixi. ʒ. in rubrica, de rapto. ita rapitur mulier ad delectandum; sed raptus dicitur siue mulier auferatur occulte, siue publice, vt.l.vnica.C.de rapto.virg. Facit quod not.in.c.penul.ʒ.tit. prox.ergo furtum, & rapina non differunt specie. Sol. dic.quod immo furtum, & rapina differunt; hoc patet, quia legum latores hæc diuiserunt per diuersos titulos, vt patet in hac compilatione, &.ff.&.C.eod. Præterea, hoc expressè concludit Philosophus.5.Ethi.vbi distinguit furtum, a rapina; dicens, quod furtum, & rapina sunt vitia opposita iustitiæ, in quantum aliquis facit alteri iniustum, nullus autem patitur iniustum volens, vt dicit Philosophus in dicto loco; & probatur in regula, scienti. de reg. iur. lib.6.& in regula nemo. ff. de reg.iur. Sed consideratur iniustum respectu eius, cui fit, vt.l.inter omnes. §. rectè. ff.eod. & ideò furtum, & rapina ex hoc habent rationem peccati, quod acceptio est inuoluntaria ex parte eius, cui aliquid sub
9 trahitur. † Inuoluntarium enim dicitur dupliciter, scilicet, per ignorantiam, & violentiam, vt traditur in.4.Eth.& ideò aliam rationem peccati habet furtum,

tum,& aliam rapina,& per consequens differunt spe cie. Non obst.primum arg.quia in alijs generibus peccatorum non attenditur ratio peccati ex aliquo inuoluntario, sicut attenditur in peccatis appositis iustitiæ, vt patet ex not.in d.regula scienti. &. l. lex Cornelia.§.fina.ff.ad.l. Cornel. de sicar. & ideò vbi concurrit diuersa ratio inuoluntarij; datur diuersa species peccati;aliàs non. Ad secundum responde tur,quòd idem est finis remotus rapinæ,& furti, sed non sufficit ad identitatem speciei,quando est diuer sitas in finibus proximis. Raptor enim vult propria potentia obtinere;fur vero per violentiam. Ad vltimum dicendum est, quod raptus mulieris non potest esse occultus, respectu eius quæ rapitur; & ideò etiam si fit occultus ex parte parentum,vel aliorum, remanet ratio rapinæ ex parte mulieris, cui violétia infertur. Et hoc etiam concludit.b.Tho.secunda se

10 cundæ.q.63.artic.1. Vlterius quæritur,an† furtum sit peccatum mortale,& videtur dicendum quod nõ dicitur enim prouerbiorum.c.6.quod furtum non est grandis culpæ cum quis furatus fuerit, sed omne peccatum mortale est grandis culpæ; quia mortem minatur.Facit quod not.in.c.licet Hely.§. de simo. ergo furtum non est peccatum mortale. Secundo,pbatur, pro peccato mortali debetur pœna mortis; sed pro furto non imponitur pœna mortis; sed secũ dum legem Mosaycam pœna damni,vt Exodi.c.22. si quis furatus fuerit bouem,aut ouem;quinque bo nes pro vno restituat, & quatuor oues pro vna oue. De iure autem ciuili pro furto non manifesto, pęna datur ad duplum;pro manifesto ad quadruplum, vt Instit.de actio.§.omnes,12.q.2.c. in legibus. & hoc quando ciuiliter ageretur. Nam criminaliter est pœ na arbitraria pro simplici furto,vt in authen.sed nouo iure. C. eod. & in corpore vnde sumitur ergo furtum non est peccatum mortale. Item proba tur, quia, vt.§.dixi, furtum ita potest committi in paruis,sicut in magnis rebus, sed inconueniens vide tur,quòd pro furto alicuius paruæ rei, vt puta vnius acus,vel vnius oui debeat quis puniri pœna æterna; ergo furtum non est peccatum mortale. In contra rium facit,quia nullus debet condemnari, secũdum diuinum iudicium;nisi pro peccato mortali;sed pro furto quis condemnatur secundum diuinum iudi cium,iuxta illud Zachariæ. 5. c. Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ;quia omnis fur,vt ibi scriptum est,iudicabitur; ergo furtum est peccatum mortale,& hoc etiam probatur, in.c.pen. ĵ.eo.& quia est de pręceptis decalogi,vt.§.dixi.Sol. dic,quòd furtum est peccatum mortale,ex eo quòd contrariatur charitati, secundum quam est vita ani

11 mæ spiritualis.† Charitas autem principaliter consi stit in dilectione Dei. Secundo in dilectione proximi.Per furtum vero homo infert nocumentum pro ximo in suis rebus; & si passim homines furarentur periret humana societas. Vnde furtum tanquam con trarium charitati,est peccatum mortale. Non obst. primum arg.quia furtum non dicitur grandis culpæ duplici ratione.Primo,quando necessitas induceret quæ necessitas diminuit,vel tollit peccatum, vt dicã ĵ.eod.c.3.vnde subditur ibi,furatur enim,vt esurien tem impleat animum. Secundo modo, non dicitur grandis culpæ, per comparationem ad adulterium, & alia grauiora. Ad secundum arg.respondetur, q pœne præsentis vitæ quantum ad æternam gloriam, magis sunt medicinales,quam retributiuæ.Retributio enim reseruatur diuino iudicio;& ideò non mirum,si pro quolibet peccato mortali secundum iudicium præsentis vitæ infligitur pœna mortis,maxime pro nocumentis, quæ recuperabilia sunt, quale est furtum; nisi furtum aggrauetur per aliquam aliã

12 circunstantiam;vt patet in sacrilegio,† quod est furtum rei sacræ. Et de peculatu,quod est furtum rei cõ munis,vt trad.ad.l.Iul.pec.ff.&.C.& per Augusti.su per Euãgelio Io.In quo ẽ capitalis animaduersio, vt insti.de pub.iud.§.lex Iulian.Et de plagio, quod est furtum hominis,vt Exodi.c.21.&.c.1.ĵ. eod.&.l.fi. ff. ad. l. Flauiam de plagia, exceptis nobilibus qui damnantur in metallum,vt ibi, Ad vltimum arg.respondetur.quòd si talis haberet animum,quòd dominus permitteret propter paruitatem rei,excusare tur a peccato mortali; sed si habet animum furandi, & inferendi damnum proximo,etiam in talibus par uis,& minimis potest esse peccatum mortale, sicut & in sola cogitatione per consensum, vt traditur de pœnit.distin.1.Et ita concludit.b. Tho.secunda se

13 cundæ.q.66.artic.6.Vltimo quæro. † Vnde dicatur furtum.Solu.dic, quòd dicitur a furuo.i.nigro eo q clara, & obscure, vt plurimum, de nocte furtum fiat,vel dicitur a fraude,vel a ferendo,vel a græco fer none, quod importat clam feras aperire, vt.l.1.in princ.ff.eo.& insti.de obli.quæ ex delict.nas.§.furtũ Vel,secundum Hosti.dicitur a furno,in quo fur sœpe latet.Vnde versus,Fur later in furno,latro se præparat vltro.Sed aduerte,quia ex prædictis,& ex mul tis alijs videtur dicendum, quòd occulta acceptio pertineat ad furtum. Sed in contrarium facit, quia illud quod diminuit peccatum, non videtur pertine re ad rationem peccati;sed occultè peccare pertinet ad diminutionem peccati;sicut ècontrario ad aggra uandum peccatum,dicitur Isaiæ. c.3. Peccatum suũ quasi Sodoma prædicauerunt,nec absconderũt. Sed

14 potest responderi, quòd † occultatio quandoq; est causa peccati;vt puta, cum quis vtitur occultatione ad peccãdum;sicut accidit in fraude, & dolo; & hoc modo non diminuit,sed constituit, speciem peccati,& ita est in furto. Alio modo occultatio est simplex circunstantia peccati;& tunc diminuit peccatũ tum quia est signum verecundiæ, tum quia tollit scã dalum,nec præbet malum exemplum. Est tamẽ magis periculosum;quia non habet verisimiliter corre ctionem, sicut si palam peccaret. Et predicta not. quia ab alijs non reperies tacta.

C A P. I.

SVMMARIVM.

1 *Pœna.l.Flauiæ de plagia est mors.*

2 *Nauem donans an pœna huius.c.teneatur.*

3 *Statutum disponens, quòd qui duxerit hominem ligatum habeat tantum;an valeat.remiss.*

4 *Interrogatus ab officiali, quid faciendum sit de tali capto te respondet, quòd pro delicto commisso ab eo est pœna mortis, licet ille moriatur,propter hoc interrogatus non efficitur irregularis.ibid.*

5 Ex-

5 *Excommunicatio, pœna mortis interpretatur de iure canonico.*

Qui furatur.

Breuè est, nec potest breuius summari. Et aduerte quia licet tex. dicat vendiderit; tamen omnis cōtractus, per quem fieret alienatio, vt dationis in solutū, vel simil. intelligitur prohibitus, secundum quod dixi in. c. fin. §. de accu. Talis enim tenetur lege Flauia. de plagarijs. ff. vt. l. 1. & l. lege Flauia. ff. ad. l. Fla.
1 de plagia. † cuius pœna est mors, vt hic, secundum tamen distinctionem quam dixi. §. in rubrica, de qua in. l. fi. ff. ad. l. Flaui. de plagia. Et quærunt D. Ant. &
2 D. m. † an text. noster habeat locum in istis qui donant Nanos; & finaliter concludunt, quòd non; quia tales non alienantur, vt sint serui; nec desinunt esse liberi. Hoc etiam tenet Bar. in. d. l. lege Flaui. & vtrū
3 † teneat statutum disponens quòd si quis duxerit hominem ligatum, habeat tantum, vide Bart. in. l. 1. ff. ad. l. Flaui. de plagia. ¶ Glo. potest expediri per duas oppositiones. In eadem ibi, secundum canones. dic, Nec ob. si diceres, quòd secundum hoc, hæc constitutio videtur superflua; quia respondeo, quòd ista est lex antiqua Exodi. 21. non autem per canones fuit ędita. & hic fuit posita, vt sciretur, quam acriter tales punirentur. Et est iste tex. coniuncta dicta opin. in
4 arg. quòd † interrogatus aliquis ab officiali, quid sit faciendum de tali delinquente? quòd si respondet, pro tali delicto est pœna mortis, quod licet ille moriatur, non propter hoc efficitur irregularis. dic, vt dixi in. c. ad audientiam. §. de homici. q. 82. vel potest dici, quòd text. dum dicit, morte moriatur, in-
5 terpretatur, hoc est excommunicatur. Nam † de iure cannonico pœna mortis interpretatur excommunicatio, seu peccatum mortale. Vide quod not. in c. per venerabilem. qui fi. sint legi. & quod dixi in. c. 1. de homici.

CAP. II.

SUMMARIUM.

1 *Fur, & latro differunt.*
Copula &, copulat diuersa. ibid.
2 *Videtur, verbum a legislatore prolatum, quid importat.*
3 *Orandum non est pro morientibus in delicto.*
4 *Pœnitenti, & contrito quantumcunq; facinoroso ecclesiastica sacramenta deneganda non sunt. Et consuetudo in contrarium non teneret.*
5 *Papa non potest dare potestatem absoluendi laico.*

Fures, & latrones.

Furibus, & latronibus in peccato obeuntibus sacramenta ecclesiastica deneganda sunt; secus si in morte eos pœniteat. h. d. ¶ Noto primo ex princ. quòd
1 † fur, & latro differunt. Et hoc probatur hic, propter copulam, &, cuius natura est copulare diuersa, & dic vt latius dixi in. c. 2. & c. suscepimus. de homic. Secū
2 do not. ibi, visum est, quòd † verbum videtur, prolatū a legislatore, importat iuris dispositionem, vide. D.
3 m. in. c. 1. §. de iudi. Tertio not. quòd † pro morienti bus in delicto non est orandum; quia ex quo manifeste patet de peccato, non præsumitur contritio. Ad idem. 13. q. 2. c. pro obeuntibus. & 23. q. 5. c. placuit.
4 Quarto not. quòd † cuicunq;, & quantumcunq; facinoroso pœnitenti contrito in morte non sunt deneganda sacramenta ecclesiastica, de pœnit. distin. 7. c. si quis positus in vltima. Et ex hoc infert. D. m. quòd etiam suspendendis, vel alia seueriori pœna afficiendis propter furtum, sacrilegium, vel simil. non sunt deneganda ecclesiastica sacramenta. 13. q. 3. c. si. qui nimmo consuetudo in contrarium non teneret, vt in clem. fin. de pœnis. Sed quærunt hic Doct. an tex. noster procedat, si prædicti fures, aut latrones interficiantur de iure, aut de facto; & dicunt quòd sic. Et quando hoc fit, vide quod dixi in. d. c. 2. de homic. In gloss. 2. ibi laico. dic, A tali tamen non potest absolui, cum non laicis. sed clericis potestas clauium data fuit. sed propter contritionē absoluitur a Deo; dic,
5 vt trad. in. c. pastoralis. de offi. deleg. immo † etiā Papa laico non posset dare hanc potestatem absoluendi, quæ data fuit solis sacerdotibus. Vide gl. 95. dist. c. peruenit. & c. quanto. §. de consue.

CAP. III.

SUMMARIUM.

1 *Necessitas non excusat in foro pœnitentiali.*
2 *Pœna leuis, leuiter delinquenti imponenda.*
3 *Ablatum restituenti, quæ pœna venit imponenda.*
Debitor personalis, non præscribit. ibid.
Monachus tempore necessitatis potest facere eleemosinam de bonis monasterij sine consensu Abbatis, si Abbas interim haberi non potest. ibid.
4 *Vxor, an possit facere eleemosinam de bonis mariti. & nu. 17.*
5 *Necessitatis ethymologia.*
6 *Necessarium quotuplex.*
7 *Necessitas ex suppositione, quæ & præcisa vocatur, quot modis consideretur.*
8 *Necessitas causatiua quæ.*
Baptizatus inuitus, non recipit characterem. ibid.
Necessitatis appellatione comprehenditur quodlibet iustum impedimentum ibid.
9 *Necessitas effectus. Et dicitur altera lex. Et quanto tempore duret. nu. 34.*
Ieiunium, vel quadragesima ex necessitate violenta, vel præcisa violens, excusatur in totum ibid.
Et quid de necessitate coactiua, & copulatiua. ibid.
Dauid propter necessitatem comedit panem propositionis. ibid.
10 *Pater egestatis, victusq; causa potest vendere, & pignorare filium.*
11 *Baptismum necessitatis sacramentum.*
12 *Necessitas, an excuset a lege diuina.*
13 *Necessitas, an excuset a furto.*
14 *Furtum non committitur sine dolo.*
15 *Pœnitentia, non imponitur nisi peccanti.*
16 *Homo proximum suum diligere debet, sicut seipsum.*
18 *Pauper, an possit agere contra diuitem, vt ei subueniat.*
19 *Homicidium, an propter necessitatem sit licitum committere.*

20 Præ-

20 *Præcepta moralia tenentur seruare tam clerici quã laici.*
21 *Homicidium, an sit grauius fornicatione, & adulterio, et quocunq; peccato proximum respiciente.*
22 *Vita spiritualis, præferrenda est corporali.*
23 *Arbor mala, malos fructus facit.*
24 *Vim vi repellere licet.*
25 *Charitas omnis ordinata incipit a seipso.*
26 *Primi motus non sunt in potestate nostra.*
27 *Clem. 1. de homicid. intellectus.*
28 *Necessitas non habet legem.*
29 *Homicidium si sine peccato sit; tamen facit quem irregularem.*
30 *Clericus occidens, etiam se defendendo efficitur irregularis.*
31 *Apostoli ad Roma. 12. verba illa, non vt metipsos defendentes charissimi declarantur.*
32 *Necessitas, an excuset a fornicatione.*
33 *Voluntas coacta voluntas est.*

Si quis propter.

Cõmuniter non sũmatur, potest tamen sic summari, secundum* cõmunem intellectum, Committens furtum ex necessitate non multum vrgenti peccat, sed nõ grauiter; ideò leuis pœnitentia est imponenda. h. d. ¶ Noto primo
(Cõis opi.)
1 quòd† necessitas non excusat in foro pœnitentiali.
2 dic, vt. ĩ. dicam latius. Secundo not. quòd† vbi leuis
est culpa, leuis imponitur pœna. simile dixi in pœna
3 in. c. cum dilecti. s̃. de accu. Tertio not. quòd† restituenti rem ablatam, non est imponenda alia pœna, vel pœnitentia, quod intellige, vt cogatur ieiunare per tres hebdomadas, vt dicit hic tex. alia tamen pœnitentia est imponenda. Nam etiam post restitutionem debet pœnitere de peccato commisso, secundũ quod dixi in. c. sicut dignum. s̃. de homici. & not. in c. tuæ. ĩ. de iniur. not. glo. in clem. vnica. de vsur. & intellige, quod in vtroq; casu hodie pœnitentia est arbitraria, vt. ĩ. de pœnit. & remis. c. 3. & c. Deus. & de pœnit. dist in. 1. c. mensuram. Item intellige, quòd in vtroq; casu debet confiteri, vt. c. omnis. ĩ. de pœnit. & remis. Item prædicta intellige, quando non subesset magna necessitas, de quo dic, vt statim dicam in glo. ¶ Glo. in princip. colligit argu. deinde format contrarium, & sol. & pro dicto suo, & contra allegata in contrarium allegat; & soluendo assignat rationem. In eadem ibi, modica fuerit necessitas. dic, Iste intellectus communiter* tenetur; quia si maxima fuisset necessitas, non fuisset peccatum, nec debuisset imponi pœnitentia; nisi fortè deuenisset ad pinguiorem fortunam, & nollet reddere, secundũ Inno. Nam cum ipse teneatur restituere, si non restituit, dicitur esse in peccato, & ideò de hoc peccato tenetur pœnitentiam agere. Ex quo dicto singulariter not. duo. Primo, quòd ille, qui furatur propter necessitatem, etiam maximam, tenetur restituere cum primũ potest; quia tunc cessat causa, propter quam furatus fuit, qua cessante cessat effectus; sicut in eo, qui præstat alimenta, arg. l. Nesennius. ff. de nego. gest. &. 12. q. 2. c. sacrorum. &. c. sicut. & sequuntur Ioan. Andr. & Doct. & hoc dictum videtur mihi satis æquum; tamen de iuris rigore arbitror posse dici contrarium; quia si propter necessitatem bona efficiuntur com-
(Cõis opi.)

munia; ergo quod suum effectum est, non debet obligari restituere; nisi diceres, quòd efficitur suum tẽporaliter. Hoc tamen nõ reperitur iure cautũ. Secũdo facit contra dictam opi. quia si aliquid expẽditur in alimentis filiorum, vel simil. ex necessitate, tales expensę non possunt repeti, etiam ab illo, qui peruenit postea ad pinguiorem fortunam, vt trad. in. d. l. Nesennius. Pro. d. tamen opi. facit glo. dum dicit, debuit enim credere dominum permissurum. quasi sentiat, quòd non facit furtum, vt patet ex his quæ dixi s̃. in rubrica. tenetur tamen restituere, perinde ac si ex domini voluntate recepisset, si posset subesse alia causa, quam donationis, arg. l. cum de indebito. ff. de proba. aliàs autem præsumeretur donatio, per. l. Cãpanus. ff. de operis liber. Cogitabis. Posita tamen dicta opi. pro vera notabis secundo singulariter, quòd ille, qui tenetur aliquid restituere, vel dare; si non restituit, vel dat, cum potest, dicitur peccare. Et sic facit, quòd debitor personalis, qui nõ soluit debitum suum, non præscribit, ex eo, quòd est in peccato. Facit quod no. in. c. fi. de præscri. In hoc tamen articulo Doc. sunt varij de quo dic, vt ibi. & vide Bar. sibi ipsi contrariorem in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. &. l. 1. ff. de vsucap. per Ang. & Ioan. de Imol. in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucap. & Bart. in. l. nemo potest de leg. 1. &. l. 1. de vsur. Ioan. And. in regula, possessor. de reg. in. lib. 6. Ang. in repe. l. 1. C. de iud. Bal. in. l. 1. C. de seruit. & aqua. Innocen. in. c. quia. de iure patro. &. c. quia pleriq;. de immu. eccle. D. m. etiam fuit sibi contrarius in. c. quòd clericis. s̃. de foro cõpeten. & in. c. fin s̃. de præscrip. vide tu latius quæ dixi in quodam consilio meo quod incipit, dominus Comes domini Constantini. Alij verò intelligunt tex. nostrum, quòd hic nulla erat necessitas, & ideò tenetur restituere. Sed hæc opi. communiter* reprobatur; quia contra tex. dum dicit, si quis propter necessitatem famis. Vnde alij dicunt, quòd hic suberat necessitas magna; sed imponitur pœnitentia ad cautelam; sed prima plus placet. In eadem gl. ibi, si enim magna, coniunctis verbis, communia sunt. dic, Doc. inducunt hanc gl. ad decisionem. q. quòd monachus tempore necessitatis potest facere eleemosynam de bonis monasterij sine consensu Abbatis, si interim non potest haberi Abbas. Et idem no. 12. q. 2. c. non dicatis. Idem etiam dicit ibi gloss. si religiosus est in
(Cõis opi.)
4 studio de consensu superioris. Quid autem† de vxore, an possit facere eleemosynam de bonis mariti. Hosti. in sum. in tit. de pœn. ver. quid de agentibus, dicit, quòd aut vxor habet bona paraphernalia, & potest. Facit. l. fi. C. de pac. conuen. aliàs non. Et ratio est; quia de bonis alienis non debet quis eleemosynam facere. 1. q. 1. c. non est putanda. & sequitur hic. D. m. in. c. 2. s̃. de vit. & ho. cleric. quod arbitror limitandum, quando non subesset necessitas, & non posset interim habere recursum ad maritũ; quia potentius est ius quod habet vxor in bonis mariti, q̃ monachus in bonis monasterij, cum ipse propriam vestem non dicatur possidere. Præterea si efficiuntur communia; ergo videtur quòd possit, ne aliàs videatur necare. 96. distinct. c. pasce &. l. necare. ff. de alen. liber. ¶ In fin. glo. dic, quoniam hic principaliter tractatur, & in tex. & in glo. materia necessitatis. & in. c. quoniam. s̃. de symo. remisi me hic dicturum de hac

mate-

materia. Ideò,vt clarius hinc materia expediamus,
ꝓſequar quatuor.qq.prin.¶ Prima, erit de ſignifica
to,& ethymologia huius vocabuli neceſsitas. Secun
da,quotupliciter dicatur. Tertia,quis ſit effectus ne-
ceſsitatis. Quarta, quando tollatur effectus neceſsita
5 tis,& in quantum. Circa primam.q. dic, quòd † ne-
ceſsitas deſcendit a neceſſe,quod dicitur a necto; qa
nexum eſt,& firmum,quod neceſſarium eſt. Et dici-
tur neceſsitas,quaſi neceſſans. Vnde ponit negatio-
nẽ ceſſationis, hoc eſt, quòd inſtat fiendum, & non
ceſſat quia fiendum ſit. Ex quibus patet,quòd ꝓpriè
neceſsitas non dicitur niſi ſit vrgẽs,vt ſtatim dicam.
Circa ſecundam.q.dic, quòd Philoſophus. 2. Phyſi-
corum dicit,quòd neceſſarium eſt duplex,aliud ab-
ſolutum,& aliud ex ſuppoſitione. Neceſſarium ab-
ſolutum, eſt quod non potuit,nec poterit eſſe quin
ita ſit,vt Deum eſſe;& huic opponitur impoſsibile,
ſcilicet Deum non fuiſſe,nec eſſe, aut futurum eſſe;
& hoc non pertinet ad miſericordiam noſtram. Ne
ceſſarium verò ex ſuppoſitione dicitur ex aliqua re,
quæ ponatur in eſſe;verbi gratia, ſi homo currit; er-
go mouetur;ſi homo viuit,ergo neceſſaria ſũt alimẽ
7 ta. Neceſsitas † autem iſta poteſt tripliciter conſide-
rari, vt dicit Philoſophus. 5. Metaphiſices. Primo
modo dicitur neceſſarium,ſine quo nullo modo poſ
ſumus eſſe,aut conſeruari in eſſe,vt eſt nutrimentum
animali. Facit text. noſter. & hæc neceſsitas vocatur,
præciſa;& ſecundum quod hoc modo capitur, quan
tum ad vitam temporalem, nullum ſacramẽtum eſt
neceſſarium. Quantum verò ad vitam ſpiritualem,
aliquod ſacramentũ dicitur neceſſarium, vt bapti-
ſmus,& pœnitentia,vt dicit Hoſt. in ſum. in. titu. de
ſacra.§.quot ſunt.ver. licet autem.& vide gloſſ. in.c.
veniens.ſ̄.de tranſac.&.1.q.1.§.ſi ergo. de pœnit. &
remiſ.quod in te. Pœnitentia tamen non videtur ne
ceſsitatis,tali neceſsitate niſi poſtquam homo lapſus
eſt. Sed baptiſmus omnino dicitur neceſsitatis, vt in
Euangelio Ioan.c.3. vbi dicitur, Niſi quis renatus
fuerit ex aqua & Spirituſancto non poteſt introire
in regnum cœlorum. de conſe. diſt.4.c. filius Dei. Se
cundo modo dicitur neceſſarium, ſine quo poſſu-
8 mus eſſe,& viuere,ſed non bene. Et hæc † neceſsitas
vocatur cauſatiua;& hæc poteſt eſſe vrgẽs,& magna.
Item leuis,& parua. Vnde pharmaca,& medicinæ di
cuntur neceſſariæ ad hoc vt homo poſsit ſane viuere
& equus dicitur neceſſarius ad ambulandum. Et hoc
modo non ſolum baptiſmus,& pœnitentia,ſed cæte
ra omnia ſacramenta poſſunt dici neceſſaria. Tertio
modo dicitur neceſſarium violentum; verbi gratia,
quando ab homine compellor aliquid facere; & ſe-
cundum hoc nullum ſacramentum eſt neceſſarium;
quoniã licet ius ad vitã ſpiritualẽ,& animæ ſalutem
requirat baptiſmum,& pœnitentiam,ſecundum ta-
men quod. ſ̄.dixi.& ad bene eſſe etiam requirat alia
ſacramenta;tamen ius non compellit,nec vult com-
pellere neceſsitate præciſa aliquem etiam ad bapti-
ſmum. Et ideò baptizatus inuitus non recipit chara
cterem,vt.c.maiores. ſ̄.de baptiſ. Et ſic ex prædictis
etiam potes compræhendere,quòd aliqua eſt neceſ-
ſitas præciſa,aliqua cauſatiua. Item aduerte, quia ali
qua neceſsitas dicitur magna, & vrgens, vt appellat
text.in.c.2. ſ̄.de obſer.ieiu.& iſta eſt propriè neceſ-
ſitas in præced.q. Aliqua verò neceſsitas dicitur par-
ua,& non vrgens vt hic in tex. noſtro ſecundum cõ-
munem* intellectum. & vide gl. in ver. neceſsitatis, Côis opi.
in.c.inter alia. ī. de ſenten. excommu. alibi dicitur
neceſsitas grauius, & præſupponit, quòd aliqua eſt
leuis. 18. diſtinct.c.epiſcopus.vbi dicit Archi.quòd
appellatione neceſsitatis, compræhenditur quodli-
bet iuſtum impedimẽtum. Et ex prædictis etiam in-
fertur alia ſubdiuiſio,quòd aliqua eſt neceſsitas,qua
compellimur ad aliquid faciendum; quædam prohi
bitiua,qua prohibemur aliquid facere. Circa tertiã
9 q.dic,quòd † neceſsitatis multi ſunt effectus. Primus,
dicitur vim legis obtinere.& dicitur altera lex. 2.q.
1.§.quid ergo.ver.ſed notandum.&.c.2.ſ̄.de obſer-
na.ieiu.de conſecra.diſtinct.c.ſicut.&.l.1.ff.de offi.
conſulis. Secundus effectus eſt, quòd neceſsitas tol-
lit legem. Quod clariſsimum eſt circa legem huma-
nam poſitiuam. Hoc voluit gl.in.d.c.ſicut de cõſec.
diſtinct.1. Si ergo aliquis aliquid facit ex neceſsitate
contra legem humanam excuſatur, ſiue neceſsitas ſit
ſecundum primam ſpeciem neceſsitatis, quæ eſt ex
ſuppoſitione,quam vocaui præciſam, ſiue ſit ſecun-
dum ſecundam ſpeciem, quam vocaui cauſatiuam,
ſi modo ſit vrgens,quo caſu excuſat in totum. Si ve-
ro ſit leuis,aut parua alleuiat delictum, ſeu peccatũ,
vt hic in text. ſecundum cõmunem * lect. Et ex præ- Côis opi.
dictis ſequitur, quòd ſi quis neceſsitate præciſa, aut
vrgenti violat ieiunium,aut quadrageſimam excuſa-
tur in totum,vt.c.2.de obſerua.ieiu.&.ī. de reg.iur.
c.quod non eſt. Parua autem, & leuis non excuſat,
ſed alleuiat peccatum. Et a tali etiam violatione ie-
iunij, vel quadrageſimæ excuſat neceſsitas coactio-
nis,vel compulſionis. Nam,vt ſtatim dicã,hæc excu-
ſat a fornicatione; ergo fortius a ieiunio. Hinc etiã
ſequitur, ꝙ propter neceſsitatem licitum eſt ſumere
cibum a Iudæis,& infidelibus,vt not.glo.in.c.qua ſit
in gl.pen.ſ̄.de Iudæ.vbi aliquid tetigi. Vnde Dauid
comedit panem propoſitionis propter neceſsitatem
quem non licebat comedere,niſi ſolis ſacerdotibus;
& non fuit ſibi imputatũ ad peccatum, vt.1.Regũ.
c.22.&.25.q.1.c.ideò permittente.§.his ita. Sed cõ
tra hoc fortiter ob. quod not. 32.q.4. ſicut ſatis eſt.
vbi dicitur,ꝙ quis potius debet ſame mori, ꝙ idolo
thytis veſci;ſed dic, quòd illud videtur ratione pro-
hibitionis iuris diuini,vt ſtatim dicam. Tertio ſequi
10 tur,quòd † propter neceſsitatem famis poteſt pater
vendere filium,vt.l.2.C.de patri. qui fi. diſtra. Et ex
prædictis infero, ꝙ multo potius poteſt pignorare,
vt tenet glo.in.d.l.2,licet quidam contra,& male. Et
prædicta procedunt ſecundum neceſsitatem præci-
ſam,vt dicitur in.d.l.2. Sed propter neceſsitatẽ cau-
ſatiuam etiam vrgentem videtur maius dubium. Gl.
in.d.l.2.videtur velle, quòd non poſsit; niſi propter
neceſsitatem famis, & propter alimenta, vide ibi
Doct. In contrarium tamen facit;quia,vt.ſ̄.dixi, ne
ceſsitas infirmitatis excuſat a fractione quadrageſi-
mæ,& a voto,vt.d.c.quod non eſt.ī.de reg.iur. ergo
fortius videtur excuſare in caſu noſtro. Propter ne-
ceſsitatem coactionis,non eſt dubium, quòd excuſa
tur,nec dicitur committere plagium;quia illud non
committitur ſine dolo.l.3.&.4 ff.ad legem. Flauiam
de plagia dixi in.c.1.ſ̄.co.¶ Quarto ſequitur,quòd
propter neceſsitatem quis poteſt abſolui ab excom-
municatione, etiã a qua regulariter nullus abſoluit
niſi

nisi Papa,a quolibet inferiore, etiam a laico, si non
habet copiã sacerdotis,de quo.17.q.4.c. si quis sua-
dente.& vide de conse.distin.4.c.sacerdotẽ.&.c. pa
storalis.§.1.de offi.ord. Et idem in pœnitentia,quia
potest quis propter instantem necessitatem absolui,
etiam a laico,vt dixi in.c.præced.& vt ibi dixi, habe
tur talis propter contritionem pro absoluto a Deo,
non a laico,qui nõ habet clauium potestatem, vt.j.
de pœnit.& rem.c.noua. & sic succedit illud Iacob.
5.in casu necessitatis. Confitemini alterutrum pec-
cata vestra,de pœnit.distin.2.c.quem pœnitet. & hic
consideratur necessitas instantis periculi ad esse vitæ
spiritualis,& impossibilitas habẽdi sacerdotem,qui
absoluat;& hoc casu pœnitentia potest dici necessi-
tatis. Et hinc ẽ, ꝙ in reliquis sacramẽtis ꝑter baptis-
mum, quæ sunt ad bene esse, hæc necessitas non con
sideratur;quia tutius est illa prætermittere ex neces-
sitate,quę legem non habet,quam recipere ea ab his
qui non habent conferendi potestatem,vt.c.quanto
s.de consuetu.¶ Quinto sequitur, quòd propter ne
cessitatem licitum est cuilibet baptizare, etiam lai-
co,& hæretico,& excõicato,& infideli,de cons. dist.
4.c.siue.&.c.quicunq;.&.c.cõstat.& seq. & hoc ideò
11 est;quia† illud sacramẽtum est necessitatis, sine quo
quis saluari non potest.¶ Sexto sequitur,quòd licet
sacrificia, & consecrationes non debeant fieri,nisi su
per altari,& locis Domino consecratis;tamen instan
te summa necessitate potest alibi celebrari, vt. c.si-
cut.de conse.distin.1.dic,vt ibi. Et hæc exempla po-
suisse satis sit de lege positiua. Sed quæritur, Vtrum
12 †necessitas excuset a lege diuina. Gloss.in.d.c.sicut.
dicit quòd non, allegat.35.q.5.c.ita ne.vnde non ex
cusat a fornicatione,vt ibi.de quo latius.j.Sed con-
tra hoc fortiter ob.quòd dicitur in præceptis deca-
logi. Sabbata sanctifices, tamen licitum est propter
necessitatem diem sabbatum non obseruare, vt.c.ꝙ
non est.j.de regu.iur. Item dicitur in dictis præce-
ptis. Non occides,& tamen propter necessitatem li-
cet occidere,vt in cle.1.de homic. Item ibi dicitur,
Non furaberis.& tamen licet furari propter necessi
tatem,distinct.5.c.discipulos. Quæ omnia speciali-
ter sunt examinanda. Vnde incipiendum est a fur-
to,de quo in text.nostro principaliter traditur. Quę
13 ro igitur. Vtrum† necessitas excuset a furto. Gl.hic
dicit,quòd sic, Quod intelligo,siue necessitas fuerit
præcisa,siue causatiua,& summa,& vrgens,vt.d.c.di-
scipulos. In coactiua verò necessitate non procedit,
14 q.quia,vt dixi.s.in rubrica† furtum non committi-
Cõis tur sine dolo. Sed contra hanc communem* senten-
opi. 15 tiam fortiter oppono. Nam† pœnitentia non impo
nitur nisi peccanti; sed hic in text.nostro dicitur,ꝙ
illi,qui furatur propter necessitatem imponitur pœ
nitentia;ergo peccat;si peccat,ergo non est licitum;
quia ista non possunt simul stare. Facit.32.q.5.c. ita
ne. Secundo probatur, Nam vt dicit Philosophus.2.
Ethicorum. Quædam sunt,quæ vt nominata sunt, in
voluuntur cum malitia, inter quæ ponit furtum. sed
illud quod est secundum se malum,non potest pro-
pter aliquem bonum finem fieri bonum; ergo non
potest aliquis licite furari, vt necessitati suæ subue-
16 niat. Præterea† homo debet diligere proximum, si-
cut seipsum,vt in Euangelio,sed non licet furari, vt
aliquis per eleemosynam proximo subueniat, vt di-
cit Augusti. in lib. contra mendacium. &.1.q.1.c.
non est putanda.ergo non licet furari ad subueniẽ-
dum propriæ necessitati. Solu.dic, quòd ea quæ sunt
iuris humani,non possunt derogare his, quæ sunt de
iure naturali,& diuino. Secundum autem naturalem
ordinem ex diuina prouidentia institutum, res infe
riores sunt ordinatæ ad hoc, vt hominum necessitati
subueniatur.l.in pecudum.ff.de iusti.& iur. instit.de
re.diui.§.in pecudum.7.dist.c.quo iure. & ideò per
rerum diuisionem,& appropriationem a iure huma
no procedentem,de qua in.l.ex hoc.ff.de iusti. & iu
re.&.1.distin.c. ex hoc. non impeditur,quin homi-
nis necessitati subueniẽdum sit ex huiusmodi rebus.
Et ideò res quas quis superabundanter habet, ex na
turali iure debentur pauperum sustentationi, vt di-
cit Ambro.47.dist.c.sicut ij.qui.ibi. Esurientium pa
nis est,quem tu detines, nudorum indumentum est,
quod tu recludis,& miserorum redemptio est, & ab
solutio pecunia, quam tu in terra defodis. Sed quia
multi sunt necessitatem patientes, & non potest ex
eadem re omnibus subueniri, committitur arbitrio
vniuscuiusq; dispensatio propriarum, vt ex eis sub-
ueniat patientibus necessitatem. Si tamen adeo sit vr
gens, & euidens necessitas, vt necessarium sit de re-
bus occurrentibus etiam alienis subuenire, & aliter
subueniri non potest;licite potest quis ex rebus alie
nis suæ necessitati subuenire,siue manifeste, siue oc-
culte sublatis, nec hoc proprie habet rationẽ furti,
vel rapinæ. Consulo tamen, quòd si fuit clandestina
ablatio,& alius inculparet, quòd illud patefiat. Nõ
obst. primum arg.quia text.noster loquitur;quando
necessitas non est vrgens,vt.s.dixi. Non ob.secundũ
arg.quia vti re aliena occulte accepta,nõ habet pro-
prie nomẽ furti;qa per talẽ necessitatẽ efficitur suũ,
ꝙ accipit ad sustentandũ propriã vitã. Debet tñ ab-
latio cõmensurari necessitati;sicut in simili dicimus
de meritis,in.l.si forte.ff.de castren.peçu. Nõ ob.ter
tiũ argu.qa in casu similis necessitatis extremæ, põt
aliquis ẽt occultè rẽ alienã accipere;vt subueniat ꝓ-
ximo indigẽti,si de suo nõ põt subuenire. Et ad præ
dicta,vide b.Tho.secunda secundæ. q.66.artic.6. Ex
quibus patet,ꝙ rationabiliter reprobatur opi. Doc.
17 qui volunt,quòd† vxor non possit eleemosynam fa-
cere de bonis mariti,de qua. j. dixi. Et ex prædictis
videtur etiam inferendum, quòd cum propter ne-
cessitatẽ omnia sint communia,vt dictum est, quòd
18 † pauper potest agere contra diuitem, vt ei subue-
niat. Sed vide gl.no.67.distin.c.sicut.vbi dicit,quòd
iure actionis,non potest hoc petere;sed bene potest
implorare officiũ superioris cõtra diuitẽ,qui peccat
non subueniẽdo illi in tanta necessitate, quod tenet
hic.D.m. Arbitror tamen, quòd si haberet consan-
guineos, quòd deberet prius contra proximiorem
gradu officium iudicis implorare; quia talis magis
peccaret nõ subueniendo cõsanguineo; ex eo,ꝙ ma
gis committit contra ordinem charitatis. Si tamen
necessitas nõ esset maxima, non tenetur quis facere
eleemosynam;sicut nec ad alia opera charitatis,vt.c.
inter opera.de spon. Nec obst. quod dicitur, quòd
quis debet potius famæ mori, quam idolothytis ve-
sci.32.q.4.c.sicut quia respondeo,illud eẽ verũ, quã
do fieret dolo ad venerationem idoli;quia scriptum
est, Vnum cole Deum, sed propter necessitatem
potest

potest idolothytis vesci. Facit quod trad. per glo. &
Doc. in. d. c. sicut. Facit etiam, quòd statim dicam in
articulo. de homicidio. Sed quæro nunc iuxta prædi
19 cta, Vtrum† propter necessitatem licitũ sit cõmitte
re homicidium. Glo. hic dicit q; sic, & bene. & pro
batur in clem. 1. de homic. &. c. sicut dignum. &. c. 3.
§. de homici. In contrariũ tamẽ fortiter obstat. 50.
distinct. c. de his clericis. vbi tex. dicit, De his clericis
pro quibus consuluistis, scilicet qui se defendendo,
Paganum occiderũt, an pœnitentia peracta possint
ad pristinum statum redire, aut ad altiorem cõscen
dere; scito nos nullam occasionem dare, nec vllã tri
buere licentiam, quemlibet hominum quolibet mo
do occidendi; cum ergo hoc præceptum sit morale,
20 &† ad præcepta moralia seruanda tam clerici, quam
laici teneantur; ergo non est licitum occidere alium
se defendendo. Secundo probatur, clarum est, quòd
21 †homicidium est grauius delictum, quam simplex
fornicatio, vel adulterium, vel aliud quodcunq; pec
catum quod respiciat proximũ, vt patet ex his, quæ
dixi. §. in rubrica, de homici. sed pro conseruatione
22 propriæ vitæ non licet fornicari; quia† vita spiritua
lis est præferenda corporali, vt. l. si. C. de sac. sanc. ec.
Ergo propter propriam vitam conseruandam nõ li
cet, etiam se defendendo hominem occidere. Tertio
23 probatur, si† arbor est mala malos fructus facit; sed
defensio sui videtur esse illicita, secũdum illud Apo
stoli ad Ro. 12. vbi dicit, Non vos defendentes cha
rissimi. ergo occisio hominis inde proueniens est il
licita. Quarto probatur auctoritate d. Augustini ad
Publicolam. 23. q. 5. c. de occidẽdis hominibus. Vbi
dicit, De occidẽdis hominibus, ne ab eis quisquã oc
cidatur, non placet mihi consilium, nisi forte sit mi
les, aut publica functione teneatur; vt nõ pro se hoc
faciat, sed pro alijs, vel pro ciuitate, vbi etiã ipse est,
accepta legitima potestate si eius congruat personę.
Sed ille qui se defendendo occidit aliquem, ob hoc
occidit, ne ab eo occidatur; ergo hoc non videtur
licitum. Et alibi dicit Augustinus in libro, de li
bero arbitrio. Quomodo apud diuinam prouiden
tiam liberi sunt a peccato, qui pro his rebus quas cõ
temnere oportet, humana cęde polluti sunt. Eas au
tem tes dicit esse contemnendas, quas homines inui
ti amittere possunt, qualis est vita corporalis; ergo, p
conseruanda vita corporali non licet hominem oc
cidere. Sol. Gl. nostra dicit, iste qui occidit se defen
dẽdo, non dicitur occidere; sed offensus dicitur se
ipsum, occidere. Hæc tamen solutio; licet a Doct. ap
probetur, tamen non satisfacit omnibus contrarijs.
Vnde melius loquitur. b. Tho. secũda secundę. q. 64.
vbi dicit, q; nihil ꝓhibet, quominus vnius actus duo
sint effectus, quorum alter solũ sit in intẽtione; alius
verò sit præter intentionem. Morales autem actus
diuersas species recipiunt, secundum illud quod in
tenditur; non autem ab eo quod est præter intẽtio
nẽ, cũ sit de per accidẽs ex actu; Regulariter alicuius
seipsum defendentis duplex effectus potest sequi.
Vnus est conseruatio propriæ vitæ. Alius autẽ occi
sio aggredientis. Actus regulariter huiusmodi, ex eo
quod intenditur conseruatio propriæ vitæ, nõ habet
rationẽ illiciti, cũ hoc sit cuilibet naturale, vt se cõ
seruet quantum potest. vt. l. vt vim. ff. de iust. & iure
& l. 1. §. cum arietes. ff. si qua. pau. fe. di. Iste tamen
actus defensionis ex bona intentione procedens, po
test reddi illicitus, si non sit proportionatus fini. Et
ideò, si aliquis ad defensionem propriæ vitæ vtatur
maiori violentia, quam oporteat, erit illicitum; si ve
ro moderate, erit licita defensio. Nam secundum iu
24 ra, † Vim vi repellere licet, vt. l. vt vim. ff. de iusti. &
iure. Nã tenetur quis potius vitæ suæ prouidere, quã
25 alienæ, cum† omnis ordinata charitas incipiat a se
ipso, vt in iuribus vulgatis. Et in homicidio, proba
tur. 20. q. 5. c. si non licet. Vnde Cicero. 1. offi. Qui
autem non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriæ,
tam est in vitio, quã si parẽtes, aut amicos, aut patriã
deserat. Sed quia occidere hominem non licet, nisi
publica vtilitate, propter bonum publicum, debet
quis intendere ad sui defensionem, illam referendo
ad bonum publicum, non autem debet moueri pri
uata libidine; vt in milite pugnante contra hostes, &
in ministro ad exequendam iudicis sententiam, in
terficiendo puniendos, qui etiam peccarent, si priua
ta libidine principaliter mouerẽtur. Quæ cõsidera.
Sed aduerte, quia ego arbitror prædicta procedere,
vbi daretur certitudo, quòd sic esset, & talis esset in
tẽtio, vel ad publicũ bonum, vel ad cupiditatẽ occi
dendi. In dubio autem dicemus ad bonum publicũ;
& talis defensio cum homicidio non haberet rõnem
peccati, si fieret cum moderamine inculpatæ tutelæ;
quia propter necessariã defensionẽ, ad quam natura
nos inuitat fieret; & ad quã qs subito inducitur, qua
26 si ex primis quibusdam motibus, † qui nõ sunt in po
testate nostra. & quorum nulla est deliberatio, pro
pter quod non potest imputari ad aliquod peccatũ,
vt dixi in. c. 1. §. de hæreti. Et si tu diceres, Non vidẽ
tur tales esse primi motus, cum deuentum sit ad actũ
homicidij. Respondeo, quòd cum non possit dari
aliqua deliberatio, ipsa interfectio dicitur primus
27 motus. Et† ita intelligo clem. 1. de homi. quæ vult,
quòd talis non dicatur irregularis. secus si daretur
aliqua deliberatio; quia tunc cõsideranda esset intẽ
tio, quia si fieret in vindictã, indubitanter diceretur
peccare, nec haberet locũ illa clem. Si verò fieret ad
bonum publicum, non esset peccatũ; non tamẽ eua
deret irregularitatem; & sic nõ haberet locum dicta
clem. licet Ioã. And. videatur velle cõtrariũ, de quo
dic, vt dixi in. c. ad audientiam. §. de homic. in. 14. q.
quarti membri. 7. q. princ. Sed si fieret ad conserua
tionem, & cupiditatẽ vitæ corporalis, nedum quòd
incideret in irregularitatem, sed esset peccatum, nõ
tamen pateretur pœnam iuris ciuilis, argu. eorum,
quæ dixi. §. de homic. c. 3. quia ius ciuile non consi
derauit finem beatitudinis; sed bonum in communi
in vita præsenti, vt dicam. j. in materia vsurarum in
q. Et ex prædictis infero, quòd si quis propter neces
sitatem famis hominem interficeret, non excusare
tur a delicto; vt puta, si non poterat aliter necessitati
suæ succurrere; nisi accepta pecunia hominem in
28 terficeret. Et si tu diceres, † Necessitas non habet
legem. Intelligitur de positiua, vt. §. dixi. & secun
dum etiam quòd statim dicam in seq. q. Et prædicta
not. quia alibi non reperies ita clare dicta. Et adde,
quæ dicam in seq. q. Non ob. primum arg. quia loqui
29 tur respectu irregularitatis, † in quam quis incurrit
etiam si homicidiũ fiat sine peccato, vt patet in iu
dice, qui aliquem condemnat ad mortem etiam iu

30 ſte.Vnde† clericus,qui occidit etiam ſe defendendo
efficitur irregulariſ,ſecundum b.Tho. q. 64.artic.7.
Sed hoc olim procedebat ſecundum opi.Hug. quæ
opi.hodiè eſt reprobata in.d.clem.1.Sed poteſt de-
fenſari dicta opi.ſecundum quod. ſ. dixi in.d.q.14.
Ad ſecūdum argumentum reſpondetur, quòd actus
fornicationis,& adulterij, nō eſt actus ordinatus de
neceſſitate ad conſeruationem propriè vite; ſed de-
fenſio ſic. Et de fornicacione ſtatim dicet in.q. ſeq.
31 Ad tertiū arg.reſpondetur,quòd† Apoſtolus ibi in-
tendit prohibere defenſionem, quæ eſt cum liuore.
Vnde dicit ibi glo.Non nos defendentes;id eſt non
ſitis referientes aduerſarios. Ad quartum arg.reſpō-
detur,quod Auguſtini auctoritas intelligenda eſt in
eo caſu, quo quis intendit interficere hominem, vt
ſeipſum a morte liberet.In quo etiam caſu intelligi-
tur auctoritas inducta de libero arbitrio, vbi & hoc
32 tradit.b.Tho.in.d.q.Vlterius quæritur. Vtrum† ne-
ceſſitas excuſet a fornicatione.Glo.hic tenet, quòd
non,per.l.palam.§.non eſt ignoſcendū mulieri.ff.de
rit. nupt.vbi dicitur, Nō eſt ignoſcendum mulieri,
quæ paupertatis obtentu turpiſſimam vitam elegit.
Ille tamen tex.nō loquitur de neceſſitate,ſed de pau
pertate.gl.tamen vbiq; fuit in hac opi. vnde melior
Cōis opi. tex.32.q.5.c.Ita ne.& hæc eſt communis* opi. Doc.
Vnde.D.m.dicit in.c.quoniā.ſ.de ſimo.ꝙ quædam
ſunt in ſe mala,vt adulterari, occidere, deierare,&
ſimil. & iſta prætextu paupertatis, vel alia ſimili ne-
ceſſitate non ſunt committēda;quia potius quis de-
bet omnia mala pati,quam malo conſentire, vt.d.c.
ita ne.Et aduerte,quia illa procedunt in duabus ſpe
ciebus neceſſitatis,de quibus dixi. ſ. ſcilicet ad eſſe
vitæ temporalis,& bene eſſe, quantumcunq; vrgen-
tiſſima,& maxima eſſet neceſſitas. Sed in alia tertia
ſpecie neceſſitas,videlicet coactionis,vel compulſio
nis dicendum arbitror, quòd aut datur aliquis in cō
pulſo ad peccandum, & talis neceſſitas compulſiua
33 non excuſat;quia† coacta voluntas,voluntas eſt,vt.l.
ſi mulier.§.pen.ff.qđ me.cau.& traditur per Phil. 4.
Ethi. vnde quoties agendo committitur peccatum,
licet dicatur commiſſum per cruciatum,aut tormen
ta; tamen non excuſatur; quia poſtquā procedit hoc
a volūtate;quia nō obſtantibus quibuſcunq; crucia-
tibus,poteſt quis non velle, & abſtinere a tali actu,
& debet potius pati decoriatione, & oē martyriū,
ac vitæ ammiſſionem,quam malo conſentire,vt.d.c.
ita ne. Secus autem vbi daretur duntaxat paſſio ſine
aliqua actione,vt puta, quia virgo propter neceſſita
tem violentam fuit deflorata, voluntate penitus re-
nitente. Nam tunc nullum committitur peccatū, &
mens remanet caſta,& virgo; quia in ipſa exercetur
libido aliena,non ſua,vt.d.c.ita ne.in fi.& idem dicē
dum in ſimilibus,vt.c.ſacris.ſ.ꝙ me.cau. vbi tex.ſin
gulariter facit hanc diſtinctionem, ſecundum quam
debent omnia præcedētia limitari,& declarari,qui-
bus poſſunt adaptari, etiam omnes aliæ ſpecies deli-
ctorum. Et ſecundum etiam dictam diſtinctionē po
tes alias ſimiles.q.decidere. Circa quartam.q.breui-
34 ter dic, quòd† tanto tempore durat effectus neceſ-
ſitatis,quanto durat neceſſitas.1.q.1.c.ꝙ pro neceſ-
ſitate.&.q.7.c.ꝙ pro remedio.& ibi vide gl.& multa
iura,quæ allegāt ad hoc.Et vide.l.1. C.de expē.lud.
pub.lib.11.facit regula generalis.c.cū ceſſante.ſ.de
ap.arbitror tamē,ꝙ effectus in cauſatus, & inductus
propter neceſſitatē remaneat firmus, vt ſentit Arch.
in.d.c.ꝙ pro remedio. Facit quod not.in.l.1.C.de
præſcript longi.temp. Ex quo ſingulariter infertur
reprobatio opi.quam communiter* tenent Docto. Cōis opi.
qui volūt,quòd ceſſante neceſſitate, ille qui propter
neceſſitatem rem ſubtraxit, veniens ad pinguiorem
fortunam teneatur reſtituere,de quo.ſ.dixi.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Agentes,& conſentientes pari pœna puniuntur.*
2 *Conſcius furem indicare tenetur.*
Et an hoc procedat de iure ciuili, & de iure canonico num.10.
3 *Fur,qui vendidit rem furatam;ſi vult illam recipere, & domino tradere;an hoc poſſit cum bona conſcientia.*
4 *Fur,ſi rem quam ſubtraxerat deſijt poſſidere; quæ poſtea peruenit ad tertium;an ad aliquid teneatur.*
5 *Fur moram facere ſemper videtur.*
6 *Debitor an excuſatur propter caſum permiſſum.*
7 *Fur,ſi ei reuerſa eſt res furtiua;quia ille cui alienauit, eā commodauit,vel depoſuit penes eum;ſi concurrat in ea re vindicanda depoſitarius,& verus dominus, cui nam teneatur reſtituere.*
8 *Poſſeſſio,pro dominio quandoq; accipitur.*
9 *Teſtator legans poſſeſſionem,quam habet in tali loco,non nudam poſſeſſionem,ſed proprietatem legare videtur.*
11 *Epiſcopus,vel alij iudices ſuperiores admonere,& excommunicare licitè poſſunt,non indicantes furtum,vel furē.*
12 *Prælatis,& alijs officialibus congruit prouinciam malis hominibus purgare.*
13 *Teſtimonium cōtra furem,ad partis inſtantiam quis perhibere tenetur.*
14 *Cuſtos rei ſubtractæ,an poſſit torqueri ad indicandū furē.*
15 *Veſtem,librum,vel aliam rem prodēs; ſi ſuſpicatur quòd ſit in domo Titij,ſi inſtat coram iudice,vt quæratur domus illius,et aperiātur capſæ;an iudex debeat hoc facere.*
16 *Maritus,qui ſuſpiciatur,quòd vxor ſua ſit in domo ſcholarium,poteſt petere à iudice, vt domus illorū pquiratur.*
17 *L.1.§.hoc autem.& l.diuerſi.ff.de ſeru.fug. intellectus.*
18 *Patribus familias vires ſui patrimonij pandere,eſt periculoſum.*
19 *Pœna celantium furem,quæ ſit.*

Qui cū fure. Legitur vario modo. pōt tamen ſic
ſummari, ſm vnū
intellectum. Nō indicās furem propter lucrū quòd
ab eo conſequitur,reus eſt peccati.h.d.¶ Noto pri-
1 mo ſm vnum intellectum,ꝙ† agentes,& conſentien
tes pari pœna puniuntur,de quo articu.ſ. in. c.1.de
offi.deleg.& in glo.ibi.Secundo no.ibi,non indicet
2 arg.quòd† conſcius tenetur furem indicare, de quo
3 in glo.fi.Sed quærunt hic Doc.circa tex. Pone,† fur
vendidit rem furatam, poſtea vult illam recipere,&
tradere domino,an poſſit cum bona cōſcientia.Ioā.
An.recitat opi. & ſatis confuſe loquitur d.An. dicit
concludendū eſſe, ꝙ ſi res ſubtracta aliquo caſu per-
uenerit ad furem,poſteaquam illam vendidit, & illā
vendidiſſet ignoranti furtum, quòd tunc nō poteſt
reſtituere dño, ſed debet reſtituere emptori; ſed ſi
vendi-

vendidiſſet ſcienti, tunc tenetur reſtituere domino;
licet propter hanc reſtitutionem poſſet contingere
ſcandalum; quia propter ſcandalum non debet quis
omittere bonum conſcientiæ, cum peccatum aliàs
incurrat, arg.c.niſi cum pridem.§.pro graui.ẽ.de re
nun. Si verò res eſt penes emptorem, dicendum eſt,
quòd aut fur poteſt illam ſubtrahere emptori, & do
mino tradere, poſtquã emptor ſciuit rẽ furatã, ex eo
quia vtiliter gerit negotium emptoris, qui tenetur
ad reſtitutionem, & cecidit a dominio, ex eo quòd
ſciuit, vt.l.2.C.eod.Facit.ff.de nego. geſ.l. ſed an vl-
tor.§.1.&.l. at qui cum.§.cum me abſente eod.titu.
&. ff. depoſiti.l. bona fides. Si verò non poteſt ſine
ſcandalo ſubtrahere, vel emptor ignoranter emit, &
iſtis caſibus non eſt licitum ſubtrahere domino, &
hæc videtur ſententia Doc. Vide quod dixi.in.c.3.ẽ.
de cau.poſ.& propriè.q.33.verſi.15. Sed quæro vlte
4 rius. Pone,† fur rem ab eo ſubtractam deſiit poſſide
re, quæ poſtea peruenit ad tertium; quæritur, an fur
teneatur ad aliquid? Sol. dicit Inno. quòd ſi habet vn
de poſſit ſatiſfacere domino, tenetur ad reſtitutionẽ
æſtimationis, & ſequitur. D. Ant. Probatur, quia etiã
ſi res ſubtracta perijſſet, tenetur ad æſtimationem;
5 quia† fur ſemper dicitur eſſe in mora re ipſa, vt.ff.de
6 condict.fur.l.in furtiua. Sed† debitor non excuſatur
propter caſum fortuitum; tamen ſi mora præcedit
caſum regulariter &c. Vlterius quæritur, pone, quòd
7 res reuerſa eſt ad furẽ, forte q̃a ille, cui alienauit cõ-
modauit, vel depoſuit ipſam penes furem; quæritur
quid ſi in receptione ipſius rei concurrant depoſita
rius, & verus dominus, cui teneatur fur reſtituere; nã
vtriq; videtur teneri, & deponenti propter cõtractũ
qui videtur habere paratam executionem, vt.l.fi.C.
depoſiti. Item verò domino; quia ei ſubtraxit tene-
tur reſtituere d.Ant. hic dicit poſt Doct. quòd ſi in
iudicio iſti concurrunt, potius fienda eſt reſtitutio
verò domino, vt eſt text.in.l.bona fides. ff. depoſiti.
Aduerte tamen, quia lex illa loquitur quando ille,
qui depoſuit fuiſſet fur; ſi autem fuiſſet poſſeſſor bo
næ fidei, dicit.d.Ant. quòd non credit, quòd propter
iſtum tertium qui venit ex tranſuerſo, debeat impe
diri quominus reſtitutio fiat deponenti, per not.in
auth.ſed iam cautum.C.depoſiti. Sed ſi extra iudi
cium cõcurrerent, verus dominus, & deponẽs Inno.
diſtinguit, quòd aut deponens emit bona fide, & te-
netur reſtituere deponenti, arg.d.auth. ſed iam cau-
tum. Aut mala fide, & tunc ſunt opi. Sed dic, vt dixi
in prima.q.¶ Glo.ibi, poſſeſſore.in fi. dic, not. ergo
8 ex gl.coniuncto tex. quòd† poſſeſſio quandoq; acci
pitur pro dominio. Ad idem tex.in.l.interdum.alle
9 gatus in gl. vbi dicitur, quòd† ſi teſtator legat poſſeſ
ſionem, quam habet in tali loco, videtur legare non
nudam poſſeſſionem, ſed proprietatem.¶ Glo.fi. in
princ. colligit argu. ex tex. & probat per multa iura;
deinde in ver. argumentum. contrarium opp. & ſol.
10 In fi.glo.dic, no. hanc glo. quæ vult† denotare diffe
rentiam inter ius ciuile, & canonicum, vt de iure ci-
uili non teneatur quis indicare furem, vt.l.3.ff.de cõ
dict.ob.tur.cau. De iure autẽ canonico teneatur in-
dicare, vt hic. Quod vltimum non placet Hoſt. & ma
ximè, quando indicans timeret de morte furis; vnde
vult, quòd ad partis inſtantiam non teneatur quis in
dicare; ſed q̃ iudex ex officio bene poteſt compelle
re ad indicandum, arg.l.3.&.l.congruit.ff.de offic.
præſi. Sed Bar. in hoc articulo melius diſtinguit, in.l.
ciuilem.C.eod. vult enim, quòd furtum teneatur q̃s
indicare; & ſic videtur velle propriè iſte text. ſi rectè
ponderetur, quia nihil dicit de fure; ſed de furto. Si
verò nos loquimur in furto, tunc ſequitur diſtinct.
11 Hoſt. Et ex dicto Hoſt. infertur, quòd† licitè poteſt
epiſcopus, vel alij iudices ſuperiores admonere, vel
excommunicare non indicantes, furtum, aut furem.
12 Nam† prælatis, & officialibus congruit purgare pro
uinciam malis hominibus, vt.d.l. congruit. & ideò
poſſum compellere ad manifeſtãdum. Sed Bar. Ang.
& Rapha.in.d.l.ciuile tenent expreſſe, quòd non te-
neatur quis, etiam de iure canonico in prępoſita ex
communicatione indicare furem. Nec ob prædictis
13 q̃† ad partis inſtantiã quis teneat̃ perhibere teſtimo
nium cõtra furem, arg.l.nullum.C.de teſt. & ſic per-
hibendo teſtimonium videtur indicare furem; quia
reſpondeo, quòd quando quis teſtificatur, ille cõtra
quem teſtificatur erat iam detectus pro fure propter
accuſationem, vel inquiſitionem; ſecus autem quãdo
fur eſt omnino occultus, quia tunc ad inſtãtiam par
tis non tenetur indicare. Dicit tamen Bart.in.l.1.ff.
14 de offi.præf.vigil. quòd† cuſtos rei ſubtractæ, poteſt
torqueri, vt indicet furem; nec tenetur torquens in
ſyndicatu. Et hæc faciunt ad quæſtionem ſecundum
15 D.m. Quidam† perdidit veſtem, vel librum, vel aliã
rem ſuſpicatur quòd ſit in domo Titij, inſtat coram
iudice, vt quæratur domus illius, & aperiãtur capſę,
vtrum iudex debeat hoc facere; & videtur dicendum
quòd ſic, per.l.inquirendi.C.eod. vbi dicitur, quòd
præſidalis poteſtatis eſt requirere ſeruos fugitiuos.
Communiter* ibi per Doct. & hic cõcluditur, quòd Cõis opi.
ſpeciale ſit in ſeruo, & in alia perſona, quæ poteſt cõ-
mittere dolum in ſe occultando, & tunc poſſit inſpi
ci domus alterius; & ſic loquatur. l. inquirendi. Vn-
16 de† ſi quis ſuſpicatur ne vxor ſua ſit in domo ſchola
rium, poteſt petere a iudice, vt domus illius perqui-
17 ratur. Et† ita poteſt intelligi.l.1.§ hoc autem.&.l.
diuerſi.ff.de ſer.fugit. licet per illa iura quidam ſim-
pliciter dicant, quòd poſſit implorari officium iudi
cis pro requirenda re ſubtracta in domo alterius; ſed
loquuntur in rebus non carentibus ſenſu; ſed in alijs
rebus ſenſu carentibus. ſecus videtur dicendum; quia
18 †periculoſum eſt patribus famil. pandere vires patri
monij ſui, arg.l.2.C.quando & quib.quar. pars deb.
lib.10.& not.in.l.2.C.de ali.pupil.præſtan. Hoc ta-
men procedit, niſi etiam vehemens ſuſpicio eſſet, q̃
res eſſet in domo illius, per.l.1.ff.de quæſti. Aduerte
tamen, quia quod communiter* tenetur per Doc. q̃ Cõis opi.
ad petitionẽ partis tenetur quis indicare furtũ, pro-
cedit, vt arbitror, niſi indicando furtum indicaret, &
furem; quia hoc caſu arbitror idem dicendum, quod
19 in indicatione furis dictum fuit.† Qua autem pœna
puniantur celantes furem, dic, quòd aut receptat
ſeruum fugitiuum & tenetur furti; ſi modo facit ani
mo celandi; aliàs ſecus, de quo dic, vt.l. qui vas.§.2.
ff. eod. Aut celat alium, quam ſeruum; & dic, quòd
aut celat pro re furtiua, & tenetur pęna de recepta-
toribus tanquam præſtans opẽ furto, vt.l.eos.C. eo.
Si verò ſine re furtiua, tenetur pœna de receptatori-
bus, de qua in tit.ff.de recepta. & vide Bar.in.d.l.qui
vas.§.2. Vltimo poteſt iſte tex. intelligi, quãdo quis

non indicat furem; quia diuisit secum furtum; nam talis tenetur furti,& occidit animam suam; & istum intellectum sensit glo.1.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *Fur committitur capiendo rem alterius minus caute dimissam.*
2 *Furtum,an dicatur committere, qui Florenum dimissum in via capit.*
3 *Rapiens rem sacram,etiam in loco sacro, non est excommunicatus ipso facto.*
4 *Conuictus furti manifeste,non potest promoueri ad sacros ordines.*
5 *Fur semel furti conuictus, vt promoueri possit ad sacros ordines,qua requiruntur.*
6 *Custodire,qui tenetur rem aliquam;si minus caute etiam dimittit,an teneatur ad emendam.*
7 *Bidellus,an libellum scholari subtractum in scholis, teneatur emendare.*

Ex literis. Fur occultus post pœnitentiam, & restitutionem licite ad sacros ordines promouetur.h.d.¶ Noto primo,ibi,minus caute di
1 missum.arg.quòd† furtum committitur etiā capiendo rem alterius minus caute dimissam.Et facit ad.q.
2 †Vtrum capiens florenum dimissum in via committat furtum.Ioan.Andr.dicit,quòd si vult euitare pœnam,debet facere præconizari,vt ille cuius est rehabere possit,dic,vt dixi.§.in rubrica.Secundo no.ibi,
3 rapiens.quòd†rapiens rem sacram,etiam in loco sacro,non est excommunicatus ipso facto; quia si hoc esset vtrum Papa mandaret ipsum absolui. Potest tamen propter hoc excommunicari, vt.c.conquæstus. §.de for.compet.&.c.conquæstus.§.de sent.excom. Hoc tamen procedit si sine fractura ostij furaretur; aliàs esset excommunicatus ipso facto, vt.d.c.con-
4 quæsti.Tertio no.quòd†conuictus de furto manifestè,non potest promoueri ad sacros ordines,siue dispensatione. Et idem est in quolibet delicto manife
5 sto,de quo in.c.fi.§.de temp.ordi.Vltimo no.†quinq; requisita,ad hoc vt semel fur possit promoueri ad sacros ordines. Primum,quòd sponte confessus fuerit.Ex quo colligitur arg.glo. 1. quòd mitius agitur cum sponte confesso,de quo dic,vt dixi in.c. de hoc §.de symo.Secundum, quòd satisfecerit læso, quod intellige,si potest,vt dicit glo.2.Tertium,quòd infamia non insurrexerit contra eum; & ratio ponitur glo.3.Quartum, quòd peregerit pœnitentiam;seu partem;& ratio ponitur in glo.pen.Quintum,quòd aliàs sit idoneus.Si ergo vnum ex istis defecerit,non poterit promoueri. Vltimo quærunt Doct.Vtrum ille,qui minus caute dimittit rem teneatur ad emen
6 dam;& per hunc text. volunt Doct. quòd † ille qui debent rem custodire, si minus caute dimittit eam, teneatur ad emendam. Et per hoc inferunt, quòd
7 †bidellus teneatur emendare librum scholari subtractum in scholis. Tu tamen vide Barto. in.l. si quis vxori.§. apud Labeonem. ff. de furt.vbi dicit quòd si scholaris specialiter assignauit librum bidello, & bidellus ipsum restituit, socio, aut familiari ipsius noto,non tenetur;licet ille asportauerit. arg. l. eum qui.ff.commo.&.c.significante.§.de pigno. & idem si dedisset portanti signum notum.Facit.c.significauit.§.de appell.dummodo secundum.D.m.liber nō esset valde prætiosus; quia tunc de facili non debet credere,argu.c.1.&.2.de fide instru.Sed si scholaris non assignauit specifice librum bedello,etiam videtur teneri,sicut in nauta dicimus, & in caupone, per l.fin.al.l.3.§.fi.ff.nau.caup.stabul.Sed hoc non placet Barto.quia ibi sunt speciales. Vnde distinguit, quòd si bidellus obtulit se ad custodiam, tenetur; aliàs secus. Vel possumus dicere,quòd aut loquimur in bidello speciali,& tenetur;quia propter hoc facit collectas;sicut ille specialiter recepit custodiam, vt. l.qui mercedem.&.l.seq.&.l. item quæritur.§.si fullo.ff.loca.&.l.diuus.ff.de offi.præsid.&.l.nauta. &.l. item ait.ff.nau. cau. stabul. Sed in bidello generali posset procedere opin.Bar.quia officium suum non extenditur ad custodiam librorum. Sed si non est nisi vnus bidellus, prout est in hoc nostro almo studio Senensi, tenetur emendare; quia tenetur custodire.

De vsuris. Rub.



Ro declaratione materiæ huius tituli de vsuris,videndum est de infrascriptis articulis, videlicet primo quid sit vsum. Secundo vnde dicatur vsura. Tertio quot sint species vsurarū.Quarto quo iure vsura fuerit prohibita. Quinto quare fuerit prohibita. Sexto qualiter,& in quibus rebus committatur,

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Vsura quid sit. Et in hoc septem ponuntur diffinitiones vsuræ,à variis auctoribus traditæ & nu.seq.*
2 *Debitum verbum quod importat necessitatem interdum tamen non importat.*
3 *Quicquid verbum,est vniuersale.*
4 *Sors quot modis accipiatur.*
5 *Accedit verbum qualiter accipiatur.*
6 *Gratis Datum non dicitur propriè sorti accedere.*
7 *Vsura propriè solum in contractu mutui locum habet & num.9.*
8 *Lucrum quid sit.*
10 *Vsura vnde dicta sit.*
11 *Trientes vsuræ quæ dicantur.*
12 *Besses vsuræ quæ sint.*
13 *Centesima vsura quæ sit.*
14 *Pecunia Traiectitia quæ sit.*
15 *Semisses vsuræ quæ sint.*
16 *Vsura etiam fœnus appellatur.*
17 *Vsura species duæ,spiritualis,& corporalis. Et quæ sit vsura spiritualis.*

Vsura

18 Vſura corporalis pluribus modis ſubdiuiditur. et nu. ſeq.
20 Vſuræ mentalis diuiſio multiplex.
21 Vſura iure diuino in veteri teſtamento eſt probibita. & probatur.
Ex nouo quoque teſtamento ſimiliter oſtendit eſſe probibitam. nu. 22.
Iure quoque naturali. vt nu. 23.
Iure etiam canonico. nu. 24.
Iure verò ciuili an ſint vſuræ probibitæ. latè proſequitur. nu. 25.
26 Finis iuris ciuilis, & canonici diuerſus. & nu. ſeq.
28 Iuris conceſſio triplex. & latè, & pulchrum declarat.
29 Hæreticus eſt qui pertinaciter aſſererit vſuram non eſſe peccatum.
30 Vſura quare ſit prohibita rationes decem, & nouem aſſignantur. vſque ad nu. 55.
Prima ratio dicto nu. 30.
Secunda, nu. 34.
Tertia, nu. 37.
Quarta, nu. 38.
Quinta, nu. 39.
Sexta, nu. 40.
Septima, nu. 41.
Octaua, nu. 42.
Nona, nu. 43.
Decima, nu. 44.
Vndecima, nu. 45.
Duodecima, nu. 46.
Decimatertia, nu. 47.
Decimaquarta, nu. 48.
Decimaquinta, nu. 49.
Decimaſexta, nu. 52.
Decimaſeptima, nu. 53.
Decimaoctaua, nu. 54.
Decimanona, nu. 55.
31 Valor rerum in pondere, numero, & menſura conſiſtentium naturaliter determinatus eſt.
Quod intellige de valore intrinſeco, non extrinſeco, vt num. 33.
32 Valor autem aliarum rerum in pondere, numero, & menſura non conſiſtentium, eſt indeterminatus. & quare.
35 Fructum non generans, lucrum generare non debet.
36 Vſura Græcè quomodo appelletur.
50 Paupertas res periculoſa. etiam Animæ.
51 Teſtis pauper propter ſuſpitionem à teſtimonio repellitur.
56 Mala infinita ex vſura prouenientia. & ſub nu. 58.
57 Vſurarius omnium hominum peſſimus. & ſub nu. 58.
58 Vſurarius porco aſſimilatur, cuius vita oībus eſt odioſa. Mors autem omnibus iucunda.
59 Bona vſurarij olim dicebantur bona diaboli.
60 Vſurarij de domo ignis olim, propter eius odium, & infamiam à nemine ſumebatur.
61 Vſurario in eccleſia olim oſculum pacis nō dabatur, nec ab eo accipiebatur.
62 Vſurarij occurſum olim pueri expaueſcebant.
63 Intellectus ad c. 28. Deuteronom. ibi, fęnerales multis gentibus, & ipſe fęnus à nullo accipies.
64 Vſura ſolum in contractu mutui committitur.
Et eſt communis ſententia. & ſub nu. 70.
Et de ratione. nu. 66.
65 Vſura ſolum committitur in rebus, quæ pondere, numero, vel menſura conſiſtunt.
67 Vſura in contractu emptionis committi non poteſt. & quare.
68 Vſura in contractu locationis committi non poteſt. & quare.
69 Locatio, & Mutuum multipliciter differunt.
70 Vſura in contractu commodati committi non poteſt. & quare.
71 Limitatur prædicta à nu. 67. incloſiuè, vſque ad nu. 70. incluſiuè. quando tales contractus ſunt veri. Secus ſi ficti, & ſimulati.
72 Vendens rem cariori prætio, quia ſolutionem differt ad tempus, quando vſuram committat, & quando non. Et quando peccat, vel non, latè diſcutitur.
73 Mercium appellatione quæ veniant.
74 Vendens rem data dilatione ad ſoluendum, non tamen carius quàm valeant, vt emptores ad ſuam appothecam alliciat, an vſuram committat.
75 Vendens rem cariori prætio, quia erat portaturus, & venditurus rem illam ad alium locum, vbi prætio venderetur, an vſuram committat.
76 Emens frumentum de menſe Maij minori prætio, quàm tempore contractus valeat, recipiendum tamen in menſe Auguſti, quo veriſimiliter plus, vel minus valere poſſet, an vſuram committat.
78 Vendens frumentum tunc cariſſimum pro prætio currenti pacto adiecto, quod pro quantitate prætij debita venditori, teneretur emptor ipſi venditori frumentum certo tempore pro prætio, quod tunc valebit vendere, an vſuram committat.
79 Vendens pannum, vel equum pro centum illi qui mox eidem venditori illum pro nonaginta eſt reuenditurus, an vſuram committat.
80 Stocchi, quales contractus dicantur apud Bononien.
81 Baratola, quales contractus dicantur apud Florentinos.
82 Vendit. A. decem pannos B. pro florenis. 500. ad unius anni terminum. Si. C. conueniat cum. B. emptorem, vt de præſenti tradat ſibi florenos. 400. & quòd ipſe. C. tractabat præfatum venditorem de dictis. 500. in dicto termino anni, an talis contractus ſit vſurarius.
83 Mutuans alicui centum ad terminum, & ſimul eidem uendens res vltra dimidiam veri valoris ſoluendi ad eundem terminum, quæ aliàs is emptor ſine illo mutuo non erat empturus, an vſuram committat.
84 Emens cum pacto retrouendendi, an committat vſuram.
Et quid ſi vltra pactum præfatum concurrit modicitas prætij.
Et quod emptor ſit ſolitus fęnerari.
Et quod latè diſcutitur. & ſub nu. ſeq.
Et quid in foro pænitentiæ. nu. 88. & 93.
85 L. 2. C. de reſcin. vend. etiam de iure canonico locum ſibi vendicat.
86 Pactum de reuendendo dicitur eſſe pars prætij, & facit rem minus valere.
77 Intellectus ad c. illo vos. de pigno. & ad c. ad noſtram. de empt. & vend.
89 Venditio cum pacto luendi, & cum pacto, q fructus computentur in ſortem, ſimulata præſumitur.
Si vero cum pacto luendi concurrat pactum, quod pro maiori prætio reuendatur: venditio etiam præſumitur vſuraria. nu. 90. & 94.
Quid ſi cum pacto luendi adeſt pactum, quòd emptor

possit quandocunque venditorem ad redimendum compellere.non econtra.nu.91.
Quid si cum pacto luendi adest pactum, quòd emptio post quadriennium ipso iure rescinderetur. nu.92.
Quid si venditor nolebat vendere, sed mutuo accipere; emptor autem dixit velle emere, non mutuare, & ideò factus est contractus venditionis cum pacto reuendendi.nu.95.

96 *Pactum inter contrahentes factum, quòd si res vendita intra certum tempus emptori displicuerit. Vel si venditor intra certum tempus pretium restituere noluerit, res sit inempta, an operetur vt etiam fructus debeant ab emptore restitui.latè discutitur.*

97 *Pacti adictionis in diem, exemplum.*

98 *Pacti legis commissoriæ exemplum.*

99 *Venditio census vnius floreni super prædio cõsistenti pro florenis.x.an sit contractus vsurarius.*

100 *Venditio facta de redditibus alicuius ciuitatis in rationem quinque pro centenario annuatim, an sit cõtractus licitus.*

101 *Venditio census decem corbium frumenti soluendi indifferenter de omnibus bonis vendentis annuatim, an sit contractus licitus.*

102 *Venditio vsufructus possessionis magni valoris facta ab ecclesia pro mille ad vitam fructuarij, an valeat, & sit vsuraria.*

103 *Emptio de pecuniarijs redditibus ad vitam, an sit licita.*

104 *Emptio de annuis redditibus alicuius prædij pro centũ, cum pacto, q̃ venditor restituto pretio, prædictum contractum possit rescindere, an sit licita.*

105 *Emptio actionis ad consequendam pecuniam numeratã, an sit licita si minori pretio fiat.*

106 *Venditio facta de pensione ad vitam ementis pro mille, cum pacto, q̃ si emptor infra biẽnium moriatur, teneatur venditor illius hæredibus quingenta restituere, an sit licita.*

107 *Venditio facta pro mille de fructibus certi prædij pro annis.xij.ex quo annuatim percipiuntur fructus valoris.150.an sit licita.*

108 *Pretium iustum quod dicatur.*

109 *Vendens oues, ex quibus singulis quatuor soldi quotannis de fructu percipiantur, pro pretio soldorum duorũ pro qualibet oue annuatim durante vita vendentis soluendo, etiam si oues oẽs morerentur, an licitè faciat.*

110 *Venditio rei valentis centum pro quinquaginta, cum pacto, quòd emptor illa non soluens infra mensem, centum soluere teneatur, an sit licita.*
Et quid si in casu proximo res vendita solum valeret quinquaginta, & pactum præmissum subijceretur. vide nu.112.

111 *L.2.C.de rescin.ven.an locum habeat in re vendita minori pretio, quàm sit dimidia iusti pretij, pacto adiecto, q̃ emptor non soluens infra mensem, teneatur pretium augere, et augumẽtum illud suppleat valorem iusti p̃tij.*

113 *Societas quid sit.*

114 *Societas quot modis fiat.*

115 Societas — *Damna, & lucra, an inter socios æqualiter sint communia. & quibus casibus.*

116 Societas — *Pecuniam tradẽs mercatori ad mercandũ, cum pacto, q̃ lucri partem percipiat, & capitale sit saluum, an vsuram committat.*

117 *Intellectus.§.& adeo.Insti.de societa.& nu.119.*

118 *Intel.c.per vestras.de do.inter vi.et vxo. et sub nu.seq.*

120 Societas — *Ponens in societate trecenta cum pacto, q̃ lucri medietatem habeat, & ducenta capitalis sint salua, an vsuram committat.*

121 *Socius an possit pacisci, quòd tres partes lucri ex quatuor ipse percipiat.*

122 *Socius ponens ex pacto operas in societate, an debeat illas proprijs sumptibus facere, veluti nauigare. remiss.*

123 *Socij qualiter diuidant inter se capitale, quando societas durauit diu, multis exhaustis laboribus, nec aliquid lucri factum fuit. remissiuè.*

124 *Socius qui operas posuit, an teneatur ad aliquam partẽ capitalis deperditi versus socium qui pecuniam posuit.*

125 Socida — *Si quis dat in socidam oues.50.alteri habenti alias oues.50. cum pacto, q̃ de prædictis centum intelligatur contracta cõis, et æqualis societas, an talis cõtractus sit licitus.*
Et quid si in casu præmisso inter eos conuentum sit, vt vnus maiorem partem lucri reportet. nu.126.

127 Societas vel Socida. — *Tradens centum oues æstimatas cũ pacto, q̃ ex primis fructibus ouium recipiat tradens integrum capitale, an licitè agat.*

128 Societass, vel Socida — *Tradens oues ad socidam pro libris.xx. quicquid de ouib⁹ cõtigat, an licitè agat*

129 Socida — *Emens à Seio oues, quas Seius non habet, hoc sciente ipso emptore, & illas locãs eidem Seio pro certa annua pensione, vel eidem illas dat in socida sicam, an licitè agat.*
Socida sicca quæ dicatur. sub nu.129.

130 Socida — *Pactum appositum in socida, q̃ oues datæ in socidam sint periculo recipientis, quando culpa sua perierint, est licitum.*

131 Socida — *Periculum animalis in socidam dati, ad quem pertineat. remissiuè.*

132 Socida Societas — *Regula in materia socidæ, & societatis est, q̃ vbicunq; in eis interuenit Mutuum verũ, vel vellatum, rõne cuius alterius ex socijs cõditio sit deterior, talis cõtract⁹ ẽ illicitus.*
Et ibi ponuntur exempla.
Mutuum vallatum quod dicatur. ibidem.

133 *Boues pro starijs viginti frumenti annuis locans, an faciat contractum licitum.*
Quid si locauit pro starijs annuis decem, cum pacto, q̃ aliud quodcunque lucrum, & damnum sit commune. vide nu.seq.

135 *Boues dare ad colaticum, siue iouaticum, quid sit, & an liceat.*

1 PRIMO Igitur quæro, † iuxta præmissum ordinem, quid sit vsura. Solu. plures per Doct. dantur diffinitiones, seu descriptiones. Azo. in sum. in tit. de vsur. dicit, q̃ vsura est qđ pp vsum rei concessæ datur. Sed hæc diffinitio non est bona, quia non conuertitur cum suo diffinito, sm̃ q̃ requiritur, vt not. in. l. 1. ff. de reg. iur. Circa quod vide quod dixi. s̄. in rubr. de accu. Nam aliquid est qđ datur pp vsum rei cõcesse, & non est vsura; nam merces, quæ datur propter rẽ commodatam, vel locatam ad vsum, datur pp vsum rei, & tunc non est vsura, vt. ĩ. patebit in. 6. &. 8. q. Vnde Inno. in. c. 1. ĩ. eo. ponit aliam diffinitionem, dicens, quòd vsura est lucrum ex mutuo pacto debitum, vel exactum. Et hanc sequitur Io. And. in reg. pctõ. de reg. iur. lib. 6. Quã diffinitionem reprobat

quidam

quidam magiſter theologiæ, vocatus Gerat. de Ari-
mino in quodam tractatu quem fecit de monte Ve
netiarum, quia aliquod eſt lucrum, quod non eſt de-
bitum ex pacto, vel exactum, & tamen eſt vſura, vt. c.
conſuluit. ȷ̃. eo. & dicam latius. ȷ̃. q. 12. ¶ Sed dicit
do. Lau. Flor. in. d. c. conſuluit. ꝙ poteſt reſponderi,
ꝙ verbum exactũ poſitum in diffinitione, latè ſum-
ptum, includit vſuram mentalem; & ſic ſit ſenſus, exa
ctum. ſ. ex ore, vel corde. Et idem poteſt dici in ver-
bo debitum. ſ. ex pacto, vel ex intentione ipſius mu-
tuantis. Nec obſtat, ꝙ verbum † debitum, videatur
importare neceſſitatem, vt. l. creditores. ff. de verbo.
ſignifi. Facit quod traditur in. l. 3. C. de pigno. quia
& naturale debitum dicitur debitum largo modo,
vt. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de regu. iur. &
tamen ad ipſum agi non poteſt; ſed duntaxat impe-
dit ſoluti repetitionem, vt. l. ſi eo quod. ff. de condi.
indebi. Præterea licet pacto promiſſa ſit vſura, tamẽ
non poteſt agi effectualiter, quia eſt exceptionum
elidibilis, niſi iuramentum interuenerit, ſecundum
not. in. c. 1. & c. debitores. & c. ad noſtram. de iureiu
ran. Item quia, etiam eo tempore quo de iure ciuili
vſuræ non erant prohibitæ; regulariter non debe-
bantur niſi ex ſtipulatione, vt. l. quamuis. C. eo. titu.
vel pacto nudo in contractu bonæ fidei incontinen-
ti appoſito, vt. l. in bonæ fidei. C. de pact. & l. quidã.
§. ex locato. ff. eo. & l. publia. §. Lucius. ff. depoſi. de
quo dicam in. 7. q. princ. Et prædicta videntur fuiſſe
de mente Inno. & Io. And. & Io. de Ligna. nam ſub-
dunt poſt dictam diffinitionem, ꝙ ſi gratis aliquid
datur, non eſt vſura, niſi ſpes adſit. ¶ Tertio diffini-
tur vſura per B. Ambro. ꝙ eſt, quicquid ſorti acce-
dit, vt eſt tex. eundem Ambro. 14. q. 3. plerique. ad
quod concordat. c. 1. & §. fi. eadem cauſa. & q. & ſe-
quitur glo. in. l. rogaſti. ff. ſi cer. peta. Ideò autem po
nentur in dictam diffinitionem verbum, quicquid;
quia † eſt vniuerſale, vt eſt tex. & ibi tradit Pau. in cle
men. ſi romanus. de præben. Vnde omnem rem com
prehendit, vt. l. hæredes mei. in prin. & l. baliſta. ff. ad
Trebel. ſiue ſit pecunia, ſiue ſpecies, ſiue fructus, ſiue
ligna, vel quodcunque aliud, vt. d. c. plerique. quia q
omne dicit, nihil excludit, vt. c. ſolitæ. ſ. de maio. &
obed. & l. a procuratore. ff. mand. Item dicit quod-
cunque, vt comprehendat generaliter, non ſolum il-
lud quod conſiſtit in actuali dationum rerum, ſed in
operis, & verbali ſeruitio, vel ſimi. & ſiue illud ſit ma
gnum, vel paruum, aut modicum, vt dicam in. 8. q.
princ. Item dicit quodcunque, vt comprehendatur
ſiue illud accedat per iuramentum, ſiue ſtipulatio-
nem, ſiue per pactum, ſiue per intẽtionem. Verbum
autem ſorti, in diffinitione prædicta ideo ponitur,
quia ſors † pro quantitate accipitur. dicitur enim
ſors, quantum ad materiam noſtram, debita quanti-
tas mutuatæ rei in materia occurrenti. Pro quanti-
tate ergo accipitur earum rerum, quæ conſiſtunt in
numero pondere, vel menſura; quæ magis in genere
ſuo, quàm in ſpecie recipiunt functionem, ſecundũ
ꝙ accipitur in. l. 2. ff. ſi cer. peta. Probatur in. l. ſi non
ſortem. in princ. ff. de condi. indeb. & l. in his. §. Im-
perator. & §. fin. ff. de ſolu. & l. quamuis. & l. ſi ea. C.
eo. titu. Licet ſors quandoq; accipiatur pro diuina-
tione, vel actu diſtinctiuo, vel adiudicatiuo eorum,
quæ ſunt in dubitatione. de quibus. 26. q. 5. c. ſortes.
& per totam illam quæſtio. & totam cauſam. & l. in
rebus. ff. de iudi. & ȷ̃. de ſortileg. per totum. vide Ho
ſtien. in ſum. in titu. de ſortileg. §. 1. Additur etiam
5 dictæ diffinitioni verbum accedit, † quod eſt verbũ
etiam generale, quod præſupponit aliquid in eſſe,
cui aliquid accedat, vt in reg. acceſſorium. de regu.
iur. lib 6. Goffre. tamen addebat dictæ diffinitioni
hæc verba, præcedente intentione, vel pacto. Et cum
hac additione hanc diffinitionem ſequitur. D. m. in
rub. de ſymo. in cle. vni. eo. tit. Quæ verba non viden
tur neceſſaria, vt patet ex his, quæ. ſ. dixi, maxime in
expoſitione verbi quodcunque. ¶ Sed aduerte, quia
licet aliqui velint, quòd dicta verba non ſint neceſſa-
ria, tamen poſſet dici contrarium; quia aliàs diffini-
tio non conuerteretur cum ſuo diffinito. nam aliqd
eſt, quod accedit ſorti, & non eſt vſura; vt puta, ſi gra
tis aliquid datur pro mutuo recepto, eo qui mutua-
uit, nullam ſpeciem, aut intentionem habente aliqd
recipiendi, vt dicam in. 3. q. princ. & q. . 8. q. princ.
Item pecuniæ conceſſæ ad pompam accedere po-
teſt aliquid, etiam ex pacto, & tamen non eſt vſura,
vt dicam. ȷ̃. in. d. 8. q. ¶ Sed poſſet reſponderi ad pri
6 mum, ꝙ illud quod † gratis donatur, non propriè vi-
detur accedere ſorti. ¶ Ad ſecundum poſſet reſpon
deri, ꝙ in caſu prædicto, ſors propriè non accipitur
pro quantitate, ſed pro ſpecie, vt ibi videbimus.
¶ Quarto diffinitur ſecundum alios, ꝙ eſt omne lu
crum, quod ſorti accedit in mutuo. ita diffinit Gui.
& Laud. in cle. vni. eo. tit. & ſequitur ibi Io. de Imo.
& Zaba. Hæc diffinitio videtur quaſi in idem rein-
cedere cum præcedenti. Et poteſt reprehendi, & de-
fenſari, vt præcedens. ¶ Quinto diffinitur per præfa
tum magiſtrum. G. quòd eſt lucrum pro mutuo in-
tentum. Et quare hæc verba ponantur, & quid im-
portant, dicam. ȷ̃. in vltima diffinitione. ¶ Sexto
diffinitur per Hoſti. in ſum. eo. titu. §. 1. & magis latè
valet, ꝙ vſura eſt quodcunque ſolutioni rei mutua-
tæ, accedit ipſius rei vſus gratia, pactione interpoſita
vel ea intentione habita in contractu, vel in exactio-
ne habita ex poſt facto. quæ verba ſunt ita exami-
nanda; nam verbum quodcunque ponitur, vt ſignifi-
cet, ſecundum ꝙ dixi. ſ. in. 3. diffinitio. Ideò autem
7 ſubditur, ſolutioni rei mutuatæ; quia † vſura habet lo
cum ſolum in contractu mutui, ſecundum Goffre.
& Raymun. & regulariter omnes. quod intellige de
mutuo quod verè agitur, vel fictè, vel ſimulatæ, vt di-
cam. ȷ̃. q. 6. princ. & 18. q. princ. ¶ Sed dicit Hoſt. ꝙ
dictis verbis rei mutuatæ, debet addi verbum, regu-
lariter. Et hoc ideò, quia reperiuntur caſus, in qbus
authoritate legis vſuræ præſtantur, licet nullum mu-
tuum ſit contractum. de quo dicam in. 6. q. pi incip.
Ideò autem ſubdũtur alia verba, videlicet, ipſius rei
vſus gratia; quia ſi non gratia vſus. i. conſumptionis,
ſed loco pœnę apponerentur ſine fraude; ſecus eſſet,
vt. ſ. de arbit. c. dilecti. 12. q. 2. c. fraternitatis. Item
ſubduntur illa verba, pactione interpoſita, ad deno-
tandam expreſſam vſuram. Et verba ſequentia, quæ
dicunt, hac intentione habita in contractu, ſubdun-
tur; quia ſi pactum non fuit de vſura præſtanda, ſed
creditor in mente habuit aliquid recipere vltra ſor-
tem, eſt vſura mentalis, vt. c. conſuluit. ȷ̃ eo. & dicam
in. 3. q. princ. ſed ſi aliquid gratis offerretur, dum-
modo creditor ab initio mala intentione caruiſſet,

illud recipi posset, arg.1.q.2.c.sicut. de quo latius
dicam. Et ob hanc etiam causam potest dici, q apponantur
illa verba sequentia, vel ex actione habita
ex post facto. Aduerte, quia licet Host. dicat hac intentione
habita in contractu; qd' tamen licet intentio
non fuerit habita in contractu, sed ex post facto;
idem erit, ac si ab initio malam intētionem habuisset,
si illud postea recipiat, vt dicam in d.3.q. Nisi diceres,
q Host. intellexit habita in contractu, hoc est
contractu durante. ¶ Septimo, & vltimo diffinitur
à quibusdam alijs theologis, q vsura est lucrum ex
mutuo principaliter intentum. In qua diffinitione
8 ponuntur tria. Primo lucrum, lucrum † autem propriè
dicitur superabundantia, seu incrementum, qd'
quis habet ex voluntaria commutatione, vltra ea q̃
prius erant sua, vt dicit Philos.5.Ethic.c.7. Facit.c.
forus.ver.negotium.ĩ.de verb.sig. Et ad idem.c.per
nostras.s̃.de dona.inter vir.& vxo. vide tex.in.l.mutuis.
ff.pro soc.qui dicit, q lucrum dicitur, quòd manente
sorte ei accedit, deducto omni damno, & expensis.
Et in proposito nostro ponitur pro verbo,
q.l' denotat genus. Facit quod not.88.distin.c.eijciens.
nam omnis vsura est lucrum, sed non conuertitur,
q omne lucrum sit vsura. Primum patet;
quia si tantundem quis recipiat, quantum mutuauit,
& non plus; sicut non recipit lucrum, ita nec vsurā.
Si verò quis plus recipiat, quàm mutuauerit; si tamē
tale receptum non sit ei lucrum, nec erit vsura; puta,
quia alias illud receptum erat recipientis. verbi gratia,
depositarius, vel alius raptor, vel debitor mutuantis,
cum mutuo reddit depositum, vel rem raptam,
vel debitam, quam alias non reddidisset, nisi
ille mutuasset, certè non dr̃ iste vsuram commisisse:
Facit.c.in.fi.ĩ.eo.& ibi not.glo. Secundū et pbatur
quia in contractu locationis, & conductionis, & simi.
lucrum potest contingere, & tamen non est vsura.
¶ Secundo ponitur in dicta diffinitione verbum ex
mutuo, qd' ponitur ad differentiam aliorum contractuum,
vt.s̃.dixi in præcedenti diffinitione. Item
ponitur tanquam differentia, distinguens vsuram à
lucris, quæ non acquiruntur ex mutuo; nam illa lu-
9 cra † propriè loquendo non sunt vsura, secundum
not.in.c.in ciuitate.ĩ.eo. ¶ Tertio ponitur in dicta
diffinitione principaliter intentum, ex eo, quia si
hoc principaliter non intenderet, sed secundario,
& debitor gratis offerret, non esset vsura. de quo dicam.
ĩ.in.3.q.princi. Hæc distinctio satis mihi placet,
dummodo addantur hæc verba, opere subsecuto
ex proposito. ¶ Ideò autem addidi, opere subsecuto;
quia licet quis habuerit intentionem aliquid
recipiendi vltra sortem quam expressit, vel non expressit;
tamen non est commissa vsura; cum nihil sit
quod accedat sorti, licet ex mala intētione ipse debeat
in foro conscientiæ pœnitentiam agere tanquā
vsurarius. Ex proposito dixi, quia si habuit à principio
deprauatam intentionem, sed eam pœnitentia
ductus omnino deposuit, & debitor aliquid det gratis,
non erit vsura.

Secundo principaliter quæro, vnde dicatur vsura. Et quæ dicantur vsuræ centesimæ. Quæ besses. Quæ semisses. Et quæ trientes. Solu. quo ad primum dic, q
10 † vsura dicitur ab vsu; quia propter vsum rel datur;
Vel dicitur quasi vsus eris. Vel dicitur quasi vsurea,
secundum Goffr.& Host.in sum.eo.tit.§.2. Vel dicitur
quasi vsum urens, siue vsum rapiens; quia quis per
eam rapit vsum, & inducit vsum, vbi in veritate non
est, secundum.D.m.hic in rub. Rapitur.n.vsus, cum
venditur vsus pecuniæ, qui non est in rerum natura,
cum ex vsu pecuniæ consumatur dominium, quia in
his, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura,
magis vtimur per genus, quàm p speciem, vt.l.2.
ff.si cer.peta. ¶ Quo ad secundum, quia iura, maxime
ciuilia frequenter vtuntur his vocabulis; videlicet,
centesimas vsuras, semisses, &c.vt.l.fin. C.de vsu.
rei iudi.& l.nihil.§.1.ff.de naut.fęno.& l.qui semissis.
cum insinitis simi. & generaliter de omnibus loquitur.
l.eos.C.eo.ti. nam olim de iure ciuili illustribus
personis, & qui.s̃.eam dignitatem erant, minime
licebat vltra tertiam partem centesimæ in quocunque
contractu vili, vel maximo vsuras stipulari,
11 vt.d.l.eos. Et hæ † trientes vsuræ dicuntur, s̃m quas si
sors est centum, habita consideratione ad annum,
debentur triginta tria, & vnum tertium. Inferiores
verò illustribus, licitas gerentes negotiationes, vsq;
ad bessem centesimæ poterant stipulari, vt.d.l.eos.
12 Hoc est † ad duas partes centum, habita consideratione
ad annum. In traiectitijs verò contractibus,
vel in speciebus datis fęnori, vsque ad centesimam
tantum licitum erat stipulari, vt.d.l.eos. Quæ cente-
13 sima † vsura dicitur, quæ sorti in anno æquiparatur,
vt dicit glo.46.distin.c.quoniam. vnde centum pro
14 centum. Dicitur autē traiectitia † pecunia, quæ trans
mare vehitur, vt.l.1.ff.de naut.fęno. Cæteri vero homines
prædictas qualitates non habentes, vsque ad
dimidiam tantum centesimæ poterant stipulari, vt
15 d.l.eos. Et hæc semisses † vsuræ dicuntur, secundum
quas quolibet anno quinquaginta pro centum dan-
16 tur. ¶ Aduertendum etiam est, q vsura † dicitur etiā
fęnus, vt.l.improbum. C.de infami. &.ff.de naut.fęno.
in rubro, & nigro.cum simi. Vnde fenerator dicitur,
qui mutuat ad vsuram recipiendo aliquid vltra
sortem pacto, vel intentione. ff.quod met.cau.l.
fi.§.si fęnerator.ff.si cer.peta.l.rogasti.§.fi. &.l. si qs
nec causam. Bal. in.q quæ incipit, statuto cauetur;
Inde dicitur contractus feneratitius.i.vsurarius. vt
patet ex prædictis.

Tertio principaliter quæro, quot sint species vsurarum. Sol. dicit Hosti.in sum.eo.titu.§.3. qd'
17 sunt † duæ. Vna spiritualis, &
æqua. Alia corporalis, & iniusta. Prima enim est
fęnus spirituale, & iustum, quod exercere debemus;
vt etiam est illud, quod amore Iesu Christi tribuimus
misericorditer, vt ab eo qui multipliciter, & in
perpetuum retribuit, eandem recipere valeamus.
46.dist.c.licit.de pœnit.dist.1.medicina. nam pro
vno centum recipiemus. Vnde beatus August. inqt,
miser homo, cur fęneraris homini, fęnerare Deo, &
centuplum accipies. Tu dic, q ista non est propriè
vsura, vt de se patet; quia non descendit ex mutuo;
sed ex contractu donationis. In quo licitum est etiā
à priuato centum pro vno accipere. Sed August. &
alij sic loquentes longè impropriè, dum dicit fęnerare
Deo habendo respectum, q licet in fęnore magnum

gnum ſit lucrum, longe tamen maiora ſunt in his, q̃
dantur amore Ieſu Chriſti. ¶ Secunda ſpecies eſt fę
noris, ſeu vſuræ corporalis, & iniuſtæ, de qua in præ-
ſentiarum tractaturi ſumus. Et hæc ſubdiuiditur, qa
18 † aliqui exercent illam vt fęnus ſortis. alij vt fęnus ſę
noris. de quo dicam. ĩ. q. 21. q. princ. ¶ Item ſub-
19 diuiditur, quia † aliqua eſt conuentionalis, & alia
mentalis. dicitur enim Luc. c. 6. Mutuum date, nihil
inde ſperãtes, vt. c. cõſuluit. ĩ. eo. Item mẽtalis ſub-
20 diuiditur † tripliciter, ſicut tripliciter põt continge-
re; videlicet, ex intentione antecedenti, ſeu contem
poranea in contractu, & ex ſubſequenti, & ex conſe
quenti. ¶ Antecedens, ſeu contemporanea cum cõ-
tractu eſt, quando quis antequam mutuet, vel in ipſa
mutuatione eo propoſito mutuat pecuniam, vt ali-
quid plus forte accipiat, non mutuaturus aliter. hoc
tamen facit conuentione ceſſante. Et in hoc non eſt
dubium, ꝙ talis vſurarius eſt cenſendus; quia dicit,
mutuũ date, nihil inde &c. de hoc. ĩ. q. 6. Et an hoc
caſu talis teneatur ad reſtitutionem, dicam. ĩ. q.
11. q. prin. Subſequens intentio ad vſuram eſt, quan-
do quis a principio in ipſa mutui datione habuit re
ctam, & charitatiuam conſcientiam, ſed poſt mutuũ
celebratum lapſu cupiditatis p̃ualente, gerit in men
te, vel oſtendit ore, vel opere, qđ aliud vltra ſortem
cupit ſibi dari. & talis vſurarius dicitur. Et recepta
vltra ſortem obligatur reſtituere. Et obligantur etiã
hæredes eius, dicam latius. ĩ. q. 12. q. princ. Con-
ſequens, ſeu concomitans intentio ad vſuram eſt, qñ
quis adhibet prauam intentionem eo tempore quo
ſibi a debitore ratione mutui aliquid datur vltra ſor
tem; vnde ille dat in recompenſationẽ mutui; & iſte
recipit in recompenſationẽ mutui, licet prius non
habuerit intentionem aliquid recipiendi vltra ſor-
tem. Sed in hoc, an talis dicatur vſurarius, & an te-
neatur reſtituere, maius dubium eſt. dicam. ĩ. dicta
q. 6. & 12.

Quarto principaliter quæro, quo iu
re vſura fuerit prohibita.
Et quoniam aliquod eſt ius
diuinum, quod in veteri, &
nouo teſtamento continetur. Aliud eſt ius naturale.
Aliud canonicum. Aliud ciuile. de ſingulis per ordi
21 nem diſcutiemus. ¶ Primo igitur quęro, † vtrum iu-
re diuino ex veteri teſtamento vſura ſit prohibita.
Sol. dic ꝙ ſic, nam Ezech. c. 18. vſura connumeratur
inter horrenda, & deteſtabilia ſcelera, morte æter-
na vindicanda, ſeu punienda. ibi enim, plurimis gra-
uibus ſceleribus enumeratis, ſubiungitur ad vſuram,
non accommodauerit, & amplius non acceperit. Et
demum ſubiungitur. Si vir genuerit filium latronẽ,
homicidam, ſeu adulterantem, idolatram, etiam ad
vſuram dantem. & amplius accipientem nunquid vi
uet. Non viuet; cum hæc vniuerſa deteſtanda fece-
rit, ſed morte morietur, & ſanguis eius in ipſo erit.
Propheta quoque pſalmo. 54. inquit. Vidi iniquita-
tem, & contradictionem in ciuitate. Et labor in me-
dio eius, & iniuſtitia; & non deficit de plateis eius
vſura, & dolus. Et reuerſus in pſalmo, qui incipit,
domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. poſt
pauca ſubiungitur. qui pecuniam ſuam non dederit
ad vſuram. Item prouerb. c. 28. ſcriptum eſt, qñ cõ-
cernunt diuitias de vſuris, & fęnore liberati, in pau-
peres, congregat eas. Item habetur Leuiti. c. 25. ne
accipias a fratre tuo vſuras, nec amplius quàm dedi-
ſti. & paulo poſt, Pecuniam non dabis ei ad vſuras, &
frugum ſuper abundantiam non exiges. Nehemias
quoque vt legitur lib. 5. Eſdræ. c. 5. ſic inquit. Incre-
paui optimates, & magiſtratus. & dixi eis; vſuras nõ
exigatis a fratribus veſtris. Et ſequitur, centeſimam
pecuniæ, frumenti, vini, & olei, quam exigere ſoletis
ab eis, date illis. Et ideò rectè dicit tex. ĩ. eo. c. quia
in omnibus. &. c ſuper eo. quòd vſura prohibetur
vtriuſque teſtamenti pagina. Satis ergo dictum ſit
de veteri teſtamento. nunc de nouo videamus.
22 ¶ Secundo quæro, vtrum † ex nouo teſtamento vſu-
ra ſit prohibita. Sol. dic quòd ſic, Euang. Luc. habe-
tur. c. 6. Mutuum date, nihil inde ſperantes. quæ ver-
ba repetuntur in. c. conſuluit. ĩ. eod. ex quibus ver-
bis omnis vſura prohibetur. Nam ſi prohibetur vſu-
ra mentalis ex intentione, ſeu ſpe; fortius prohibita
intelligitur vſura conuentionalis ex facto &c. Et
ideo rectè dicitur in. d. c. quia in omnibus. Et. c. ſu-
per eo. ꝙ vtriuſque teſtamenti pagina vſura prohi-
23 betur &c. ¶ Tertio quæro, vtrum † vſura prohibea-
tur de iure naturali. Sol. dic ꝙ ſic. Hoc autem pro-
batur ex rationibus, quas. ĩ. allegabo in. 5. q. princi.
ex quibus clariſſimè concludetur iure naturali vſu-
ram fore prohibitam. Et etiam hoc probatur, quia
videbimus, ꝙ Philoſophus nulla lege ſcripta arcta-
tus, ſeu aſtrictus, naturali ratione edoctus, lucrum
vſurarum eſt deteſtatus, vt patet primo Polyti. c. 6.
quod non feciſſet, niſi fuiſſet ſui natura vitioſa. Fa-
cit quod dicam. ĩ. in. 2. &. 5. ratione. ¶ Quarto quæ-
24 ro, vtrum † vſura ſit prohibita de iure canonico. Sol.
dic ꝙ ſic, tam ex authoritate Conciliorum, quàm
Summorum Pontificum, quàm etiam ſanctorum
Doctorum eccleſiæ. Sacrorum enim Conciliorum
conſtitutionibus prohibetur, vt patet. ĩ. eod. c. 1. &
c. quia in omnibus. 14. queſt. 4. c. miniſtri. & c. ſi quis
oblitus. & c. nullus. & clemen. vni. eod. titu. ¶ Item
Summorum Pontificum conſtitutionibus, vt. ĩ. eo.
c. quoniam. & c. ſuper eo. & c. penult. & c. conſuluit.
cum ſimi. 14. q. 4. c. nec hoc. Item per ſanctos Doct.
vt per Auguſtinum ſuper pſalmo. 36. & tranſumpti-
uè. 14. q. 3. c. 1. Item Aug. ad Macedo. tranſumptiuè
14. q. 4. quid dicam. Item Hieronymus ſuper Ezech.
& tranſumptiuè. 14. q. 3. putant. Et per Ambroſium
14. q. 3 plerique. & per eundem Ambroſ. in lib. de
bono mortis. & tranſumptiuè. 14. q. 4. ſi quis vſurã.
25 ¶ Quinto quæro, † vtrum de iure ciuili hodie ſit
prohibita vſura. Sol. glo. 14. q. 4. quid dicam. dicit
ꝙ ſic; quia leges non dedignantur ſacros canones
imitari, vt. c. clerici. ſ. de iudi. & c. [illegible] fin. ſ. de
ſecun. nupt. & in authen. vt clerici apud propt. epi-
ſco. §. fina. colla. 6. & authen. de eccleſiaſt. tit §. 1. col
la. 9. per quem etiam tex. vltimo loco allegatum p̃-
batur etiam aliter. Nam Iuſtinianus ibi dicit obſer-
uare velle quatuor principalia Concilia. & idem col
ligitur ex. l. 1. C. de ſum. trini. & fi. catho. ¶ Sed con-
cilium Nicenum eſt vnum de quatuor principali-
bus, quæ quatuor debent obſeruari ſicut Euange-
lium. 15. diſtinc. c. ſicut. Et in concilio Niceno pro-
hibentur vſuræ. 47. diſtinc. c. quoniam. ergo de iure
ciuili intelliguntur prohibitæ. ¶ Sed hoc argu-
mentum, vt dicit. D. m. in. c. quia in omnibus.

ĩ. eo.

j.eo. non videtur multum aſtringere; quia Nicena
ſyuodus inquãtum prohibet vſuras, loquitur ſolum
de clericis, non autem de laicis; vnde per hoc non vi
detur prohibuiſſe laicis, cum multa fuerunt prohi-
bita clericis in dicto concilio, quæ non ſunt prohi-
bita laicis, vt eſt matrimonium &c. Eandem etiam
ſententiam tenet glo.in.c.quia in omnibus. j.eo. &
tenet glo.iuris ciuilis in authen.ad hoc.C.eo.tit. vbi
vltra prædictum argumentum de approbatione Ni
cenæ ſynodus dicit, ꝙ nihilominus vſuræ ſunt prohi
bitæ, etiam de iure ciuili, quia inferior non poteſt
3 tollere legem ſuperioris, & agere contra legem Dei.
ff.ad Trebel.l.ille a quo.§ tempeſtiuum. &.ff.de ar-
bit.l.nam magiſtratus. Facit. 25.q.2.c.ſunt quidam.
& cle.ne romani. & quod ibi dixi, de elect. & not.in
c.cum inferior. ſ.de maio.& obed. Vnde Deus dixit
Paulo. Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.
Item contra naturam eſt, vt ſeruus tollat legem do-
4 mini ſui, vt.C.de pact.l.ſeruus. Non ergo ſtipulatio,
non pactum, non pignus, non iuramentum de his
præſtandis, debet tenere, vt.l.non dubium. C.de le-
gib. Et pro dicta ſententia glo. fortiter ſtringit qđ
5 ſtatuit Iuſtinianus in.d.authen.de eccle.tit. cum illa
ſit de vltimis ſuis conſtitutionibus; vnde pœnituiſſe
videtur, ꝙ vſuras permiſerit, cum poſteriora priori-
bus derogent, vt.l.pacta nouiſſima. C.de pact. &.l.
diuus.§.licet.ff.de iur.codicil. &.l.ſi mihi & tibi.§.
in legatis.ff.de lega.1. Nec obſtat huic argumento,
ꝙ idem Iuſtinianus in auth.de vſur.naut.quod auth.
eſt poſt illud de eccleſia.titu. permittit vſuras; quia
ſpeciale eſt in nautica pecunia. In qua etiam iure ve
teri multa erant ſpecialia propter magnum pericu-
lum qđ ſubit creditor. vt.l.periculi.ff.de naut.fœno.
&.l.eos.ff.eo. Ita quaſi formaliter dicit glo.in.d.§.1.
in.d.auth.de eccle.tit. Et hanc opin.ſequitur Laud.
Zenze.Pau.& Io.de Ligna.in cle.vni. eo. titu. Glo.
tamen in auth.nullum mutuan.agri.in verſi.in oēm.
in fi.videtur ſentire, ꝙ de iure ciuili ſunt permiſſæ,
ſed de iure canonico ſunt prohibitæ. Azo vero in
ſum.in titu.de vſur.in fi. videtur potius inclinare in
primam ſententiam. Io.And.in.c.quia in omnibus.
ſuper glo.1.j.eo.dicit, quòd legiſtę communiter fa
tentur eas illicitas; ſed non iure ciuili prohibitas. &
remittit ſe ad not.per eum in reg.peccatum. de reg.
iur.lib.6.& idem in.d.c.quia in omnibus. refert for
maliter.D.Anto.Iaco.Butrig.& poſt eum Bar.in.d.
auth.ad hæc.dicunt, ꝙ negari non poteſt, quin de iu
6 re ciuili vſuræ ſunt permiſſæ, licet permitti non po-
tuerunt. Nec propter hoc Imperator hæreticus fuit;
quia & Moyſes propter duritiam populi, permiſit
diuortium. qđ tamē ab initio ſęculi, & ab ipſo Deo
fuit prohibitum; quia quos Deus coniunxit &c. Vn-
de Nicola.de Mata.in.d.authen.ad hæc.dicit, quòd
etiam in hoc lex humana potuit diſtinguere legem
diuinam aliquas vſuras permittendo, & aliquas ꝓ-
hibendo. Quod reprobat ibi Bal. de quo dicam. j.
q.5.princ.D.m.in.d.c.quia in omnibus. videtur ſen
tire, ꝙ de iure ciuili ſunt prohibitæ; ex eo, quia Im-
perator in concernentibus animam profitetur ſe vel
le imitari canones, vt in iuribus præallegatis in prin
cipio huius.q. ¶ Cum ergo vſuræ ſint prohibitæ de
iure diuino, & canonico, vt.ſ.probatum eſt. quod
principaliter tendit ad ſalutem animarum, ergo &c.

Idem tamen.D.m. in.c.cum ſit generale.ſ.de foro 1
compet.in.x.colum.concludit contrarium, ꝙ de in-
tentione Imperatoris Iuſtiniani nunquam fuit ex-
preſsè prohibere vſuras; nam in.d.auth.de eccleſ.tit.
per quod mouentur tenentes contrarium, Impera-
tor mandat vſuras certo caſu ſolui. Idem permittit 2
in authen.de vſur.naut.quod ſequitur auth.de eccle.
tit.vt.ſ.dixi. vnde non eſt veriſimile, qđ per illa ver-
ba generalia, dum mandauit quatuor concilia obſer
uari, voluerit vſuras prohibere. Nec obſtat ſi dica-
tur, ꝙ in dictis authen. ponuntur caſus ſpeciales, vt
ibi not. quia ſi Imperator habuiſſet reſpectū ad pec
catum, & ſalutem animarum, non permiſiſſet etiam
in illis caſibus, quia non apparet in eis aliqua ſpe-
cialitatis ratio, propter quam euitetur peccatum.
Concludit ergo, ꝙ de iure ciuili non ſunt prohibi-
tæ. Et pro illa ſententia.D.m.etiam facit, quia non
eſt veriſimile, ꝙ Imperator voluerit vnico verbo tot
iura ſubuertere. Facit quod not.in.c.eccleſia.2.ſ.de
elect. ¶ Vel poteſt dici, ꝙ Imperator iuſſit illa qua-
tuor concilia obſeruari tanquam licita, per appro-
bationem, non per pœnæ impoſitionem. ¶ Vel ter-
tio poſſet dici, ꝙ Imperator præcipit illa ſeruari in
tangentibus articulos fidei. Facit.C.de hæret.l.qui-
cunque.&.15.diſtin.c.1. Secus quo ad vſuras, quas
expreſsè permittit. Nec obſtat tex.in cle.1.in princ.
eo.tit.qui dicit, ꝙ vſura eſt prohibita diuina lege, pa
riter & humana; quia vt ibi dicit glo. ſuper verbo hu
mana, illud accipitur pro iure canonico, qđ ab ho-
mine promulgatum eſt. ¶ Sed aduertendum eſt, qa
hanc quæſtio. videlicet, an ex eo, ꝙ hoc ſit prohibi-
tum de iure diuino, naturali, vel canonico, intelliga
tur neceſſario prohibitum de iure ciuili, maximè cū
dicatur, ꝙ leges non dedignantur ſacros canones
imitari, latè examinauit. Quidam magiſter G.Se-
nenſis ordinis Heremitarum, cuius diſputationem
formaliter refert Io.And.in reg.peccatum.de regu.
iur.lib.6.in mercur. Et ſequitur approbatiſſimæ vi-
tæ prædicator omnium noſtræ ætatis excellentiſſi-
mus frater Bernardinus de Senis, in quodam opere
ſuo ſuper materia vſurarum. Dicit autem idem ma-
giſter G.quòd tria ſunt, quæ in hoc articulo faciunt
dubitationem, quæ ſatis poſſunt colligi ex prædi-
ctis. Primum, quia ius ciuile, & canonicum præſup-
ponunt ius naturale, à quo ſumunt originem tan-
quam a fundamento. Secundum, qđ facit dubium
eſt, quia ius ciuile, & canonicum ſubalternantur iu-
ri diuino, & per conſequens non poſſunt ei in ali-
quo obuiare; quia contra ius diuinum non debet in-
ferior poſſe aliquid ſtatuere, vt.ſ.dixi. Tertium eſt,
quia Imperator mandauit quæ ſtatuta ſunt in con-
cilio Niceno ſeruari, vt.ſ.dixi. Pro ſolutione igitur
prædictę quęſtio. præfatus magiſter.G. præmittit ad
euidentiam, ꝙ licet ius poſitiuum ſit fundatum ſuꝑ
ius naturale; tamen alia eſt prohibitio iuris natura-
lis, alia iuris ciuilis. Nam à iure naturali prohibitio
fit per ſolam vitij cognitionem, & ad eiuſdem dete-
ſtationem; docet enim qualiter illud cognoſcendū
ſit, & inclinat ad illud deteſtandum, & fugiendum.
Prohibitio vero iuris poſitiui fit per pœnæ commi-
nationem. Vnde ſicut præfatum ius poſitiuum ſe ha
bet per additionem ad ius naturale, ita oportet, ꝙ
prohibitio ipſius ſe habeat per additionem ad pro-

hibitionem illius. Et secundum hoc non est inconueniens, quod aliquid sit prohibitum de iure naturali, quod tamen non est prohibitum de iure ciuili; quia prohibitio iuris ciuilis, vt dixi, se habet per pœnæ adiectionem, ad prohibitionem iuris naturalis. Et licet hoc ita sit, per hoc tamen inter prædicta iura non debet censeri contrarietas; sed solum alterius modi prohibendi diuersitas. ¶ Secundo præmittendum est, quod ista duo iura positiua, canonicum. s. & ciuile, licet conueniant in hoc, quia fundantur sup ius naturale, & ab ipso etiam sumunt originem. Item licet conueniant in hoc, quia pariter intendunt inducere homines ad commune bonum; differunt tamen in modo inducendi. Nam ius ciuile intendit dirigere in bonum commune, quod congruit humanæ societati ciuiliter viuenti, & quæ habet nutriri, & conseruari, & promoueri per legalem iustitiam, & ciuilem amicitiam. ¶ Ius vero canonicum intendit dirigere in bonum commune, quod congruit humanæ societati, non solum vt ciuiliter viuat, sed etiam religiosè, secundum fidem, in Deum intendendo, & aliam vitam expectando. Nam cum ius canonicum sit quędam explicatio iuris diuini, oportet quod idem finis intendatur ab vtroque. s. diuino, & canonico. Bonum autem cōmune hoc modo acceptum. s. secundum quod congruit humanæ societati, non solum ciuiliter viuenti, sed etiam religiosè secundum fidē, & Deum intendendo, non potest nutriri, conseruari, vel promoueri per solam legalem iustitiam, vel ciuilem amicitiam; sed vltra hoc requiritur quædam cœlestis amicitia, sine qua impossibile est aliquem hominem in Deum tendere. Quapropter potissima virtus, ad quam conatur inducere ius ciuile, est ipsa legalis iustitia, siue ciuilis amicitia. Ita potissima victus, ad quam conatur ius canonicum, est illa cœlestis amicitia, quam charitatem appellamus, iuxta illud Pau. ad Corinth. Si linguis hominum loquar, & angelorum &c. Et ex his possumus colligere, quòd non est inconueniens, quod aliquod pactum sit prohibitum in iure canonico, quod non est prohibitum de iure ciuili; ea. s. prohibitione, quæ fit per pœnæ comminationem, quamuis nullum sit pactum prohibitum in iure ciuili, quod non sit prohibitum in iure canonico. Ratio autem diuersitatis est, vel potest colligi ex prædictis; nam quia ius ciuile intendit obseruare bonum commune multitudinis propter iustitiam legalem; quam tamen impossibile est attingi à tota multitudine; ideò sufficit dicto iuri, quod possit promouere, hoc est conseruare commune bonum per viam ciuilis amicitiæ. Nam secundum Aristo. 8. Ethic. amicitia videtur continere ciuitates. Et subdit ibidem, quod legum conditores magis studet circa ipsam amicitiam, quàm circa iustitiam. Qd' duplici ex causa contingere potest. Prima, quia facilius homines adducuntur ad amicitiam, quā ad legalem iustitiam. Secunda, quia habentes legalem iustitiam indigent amicitia; eo quòd in vita ciuili, & domestica maximè sit necessaria; & a iure ciuili maximè videtur intenta. Et ideò videtur, quod ius ciuile debeat prohibere per pœnæ comminationem illa vitia, quæ prædictam amicitiam possent impedire. Et hęc pfecto est principalis eius intentio. Secundario tñ ex consequenti potest prohibere quæcunque alia vitia, altero duorum modorum. s. vel quia per phibitionem iuri canonico, & diuino obsequitur. Vel quia per illorum prohibitionem amicitia non lędit a bono iustitiæ; quinimo fauetur. Vbi autem p phibitionem aliquorum vitiorum ciuilis societas, & amicitia lęderetur, se præseruat ius ciuile non adijciendo pœnam; & ea relinquēdo diuino iudicio puniēda. Et hoc est, qd' voluit Aug. lib. 1. de libero arbitrio, lex ista quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit, ac impunita relinquit, quæ per diuinam prouidentiam indicantur. ¶ Item considerandū est, quod triplex potest esse iuris concessio. Prima remouens punitionem. Secunda addens prohibitionem. Tertia subdens auxilium, siue fauorem. Et hanc triplicem speciem ponit Io. de Lign. in tract. de bello, in articulo de duello, sub rub. quare duellum qd' fit per gloriam sit prohibitum iure canonico, vel ciuili. De prima pōt figurari exemplum, fm qd' traditur in. c. denique. 4. dist. vbi Gregorius dicit de illis qui die dominica quadragesimæ se vsque ad medias noctes ingurgitabāt, fm patriæ consuetudinem; quod licet non rationi, sed voluptati, imò cęcitati mentis ascribendum esset; tñ cum a tali consuetudine auerti nō possent, relinquendi erant cum venia; ne fortè peiores fierent, si a tali consuetudine prohiberent; quia vt ait Salamon, qui multum emungit elicit sanguinem, vt ibi. Vnde secundum gl. ibi, hæc fuit simplex concessio per solam pœnæ indulgentiam; non autē loquitur de venia culpę. Et secundum hunc modum ius ciuile dicitur concedere contractum vsurarium. Et ratio potuit esse, quia vt. s. dixi, ius ciuile hoc modo per pœnæ comminationem non intendit prohibere illa vitia, quæ possint domesticam, & ciuilem amicitiam, seu societatem impedire. Sed per contractum vsurarium talis ciuilis amicitia, seu societas non impeditur; cum voluntate vtriusque contractus celebretur; ergo non mirum si non prohibuit p pœnæ comminationem. Ad quod faciunt argumenta, q̄ faciam. ī. in. 5. q. princ. ad excusationem, quod vsura nō debeat esse prohibita. Sed de iure canonico talis vsura necessariò est prohibita; quia vt dixi, ius canonicum ex fine quem intendit, habet necessariò omnia vitia prohibere. Intendit enim dirigere multitudinem fidelium in Deum; quod fieri non potest, nisi p charitatem. Et quia omnia peccata mortalia sunt opposita charitati, & illam tollunt; idcò ius canonicū meritò debet omnia talia prohibere. Et hinc descendit, quòd omne quod prohibetur a iure ciuili, cuius prohibitio emanat a iure naturali, prohibetur etiā a iure canonico. Et aduerte, quia si aliquando ius ciuile prohiberet contractum vsurarium p pœnę adiectionem, hoc faceret in obsequium iuris canonici. Vel quia pœna per ius canonicum statuta non sufficeret; vel quia per iudicem ecclesiasticum non posset congruè puniri. ¶ Sed contra hoc membrum oppo. videtur enim, quod ex quo de iure ciuili saltem generaliter, prohibita est vsura; in quātum ius ciuile subalternatur iuri naturali. Et sic generaliter vr̄ phibitū de iure ciuili, qd' de iure naturali; qd' p ius ciuile intelligāt ēt phibita vsura p pęnæ adiectionē; qa vbicunq; ius aliqd prohibet, & penā certā nō adijcit, intelligit addere penā extraordinariā, vt not. in. l. nemo martyres. C. d sacros. ec. Sol. pt dici, quod id quod dicimus

mus de pœna extraordinaria, habet locum quando lex aliquid prohiberet; secus si tacitè, & generaliter. ¶ Secunda autem concessio est addens prohibitionem, hoc est, tollens impedimentum factæ concessionis per prohibitionem. & secundum hunc modum conceditur Iudæis vt possint inter Christianos habitare, & festiuitates suas, & ritus celebrare, nec in hoc debent impediri. 45. distin. qui sincera. &. §. de iudæ. c. sicut iudæi. Hæc autem permissio non est similis illi, de qua. §. quia illa permittit id solum, quod à natura prohibitum est per indulgentiam pœnæ, hoc est, per non adiectionem pœnæ. Hæc autem secunda permissio plus facit; quia non solum permittit subtrahendo, seu non imponendo pœnam; sed etiam impediendo, & remouendo Christianorum impedimenta tales ritus, seu obseruantias impedire volentium. Et secundum hanc secundam cõcessionem, non videtur contractus vsurarius à iure ciuili permissus; quia non tollit impedimenta, per quæ impedirentur volentes vsuram committere, habentibus potestatem a iure canonico, vel diuino. Quinimmo sicut permittit fieri prædictum contractum, ita permittit præstari impedimenta per ius canonicum, vel à Principibus secularibus contra prædictos contractus vsurarios. ¶ Tertia concessio est præstans fauorem, vel auxilium, vt. §. dixi. Et secundum hunc modum, ecclesia permittit quandoq; clericum occidi à seculari potestate. Et hæc tertia concessio se habet per additionem ad secundam, sicut secunda ad primam; nam in ista cõcessione non tantum subtrahitur comminatio pœnæ, sicut in prima, seu tollit impedimentum, per quod occisio clerici posset impediri sicut in secunda. Sed vltra operatur præstando auxilium, & fauorem suum; nam clericũ qui dignus est morte degradat, & ipsum tradit manibus secularis potestatis, secundum not. in. c. nouimus. §. de verbo. sign. & in. c. 2. de pœn. lib. 6. Et hoc forte voluit sentire Apostolus. 1. ad Corin. c. 5. dum dicit, Ego iudicaui tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Et secundum hanc tertiam concessionem ius ciuile non permittit vsuras, quia non præstat auxilia, per quæ dictus contractus valeat exercitari, seu non valeat impediri. ¶ Et ex prædictis apparet, quod vtraque opin. tam illorum qui tenent vsuram esse permissam de iure ciuili, quàm illorum qui tenẽt eam esse prohibitam, saluari posse. Nam prima vendicat sibi locum in permissione, per quam ius ciuile non comminatur, aut infligit pœnam. Secunda vendicat sibi locum, quia verum est, quod ius ciuile non permittit tollendo impedimentum a facientibus vsuras, vel præstãdo eis auxilium. Nec obstat quod ius ciuile sit fundatum super ius naturale, & sic quod prohibitum est de iure naturali, ad quod ius ciuile nõ superaddit prohibitionem suam per pœnæ adiectionem, vt. §. dixi. Et hoc etiã facit ad tollendum argumentum quod feci in prima specie concessionis. Et sic patet, quod ius ciuile per hoc in vsuris non apponit se iuri diuino per oppositionem; sed duntaxat omittit pœnam addere, relinquendo pœnam iuri diuino, vel canonico, quibus magis hoc congruere videtur. Nec est hoc inconueniens. Licet esset inconueniens, quod lex ciuilis nullius esset momenti. 10. distin. constitutiones. Et secundum prædictam distinctionem potest responderi ad secundum argumentum. §. formatum, quod Imperator videatur prohibuisse vsuras, cum mandauit seruari concilium Nicenum: quia intelligo, quod non voluit, quod ea, quæ sunt in dicto concilio prohibita, sint permissa de iure ciuili, intelligendo secundum secundã & tertiam concessionem; videlicet per amotionem alicuius impedimenti, vel per cõcessionem alicuius auxilij. Non tamen intendit propter hoc, quod quęcunque sint prohibita in dicto concilio, sint prohibita a iure ciuili per pœnæ comminationem, seu impositionem. Vel solue aliter argumẽtum, vt. §. latius dixi. Et prædicta, licet non ita clarè, ponit Io. And. in dicta mercur. peccatum. & sequitur in effectu hanc opin. Io. de Imo. & Cardi. Flor. in clem. 1. eo. titu. ¶ Sed contra prædicta ego oppono dupliciter. Primo, quod Imperator Iustinianus videtur expresśe permisisse vsuras, quia permittit secundum diuersos casus, & qualitates stipulari vsuras centesimas, semisses, &c. vt. l. eos. C. eo. tit. &. §. dixi. ¶ Secundo oppo. quia ius ciuile videtur permittere, præstando auxilium, ex eo quia concedit actionem ad prædictas vsuras, vt. d. l. eos. coniuncta. l. vnica. ff. de condi. ex lege. & l. statuas. ff. de acqui. rer. domi. Sol. quidam magister Alexãder de Alles. vt refert præfatus fr Bernardinus, tollere conatur primum argumentum, dicẽs, quod l. eos. permisit comparatiua permissionem vsuras exigi leuissimas. Sed melius dixisset, taxatas vsuras exigi. & hoc ne peius accederet; quia proni erant homines ad lucrum vsurarium. Facit quod dixi. §. de permissione diuortij. Sed per istam responsionem non respondetur ad argumentum; sed duntaxat assignatur causa permissionis. & sic contrarium remanet insolutum; & vix video posse solui secundum argumentum. Nisi diceres, quod lex ciuilis tribuit actionem, non ex vsura, seu ratione vsuræ; sed ratione stipulationis, seu pacti vestiti coherentia contractus. Hæc tamen responsio mihi non placet; quia lex ciuilis duntaxat tribuit actionem ex stipulatione, vel pacto ratione subiectæ materiæ. Vnde si continet rem turpem, vel prohibitam, non tribuit actionem. Probatur in. l. iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pact. & l. si plagi. ff. de verbo. oblig. cogita. ¶ Sed aduerte, quia quicquid sit de prædicta deceptatione, & prædictis opin. dicit. d. auth. in fi. huius rubri. & bene, quod hodie in dictis opin. non est insistendum; quia

29 tex. est expressus in cle. 1. in fi. eo. tit. qui † vult, quòd ille qui pertinaciter asserit vsuram non esse prohibitam, nec esse peccatum, debet vt hæreticus puniri. & dicam. §. 21. q. principali. Et ex prædictis potest colligi, vtrum aliquo iure possit propter aliquam causam vsura permitti. & dicam. §. in. 8. q. princ.

Quinto quæro principaliter, quare fuerit prohibita vsura. Solu. dic, quòd plures assignantur rationes. ¶ Prima,

30 quia † vsura est contra legem, seu rationem naturalem; ex eo, quòd facit rem naturalem superualere na

31 turæ suæ, & artificialem arti suæ. Nam † consistentia in pondere, numero, vel mensura, in quibus mutuum, & vsura committitur, vt dicam. §. in. 6. q. prin. habent determinatum valorem a natura, vel arte.

Nam

Nam ponderalibus, qualia ſunt aurum, & argentũ;
dedit valorem ex ſolo pondere.& ideo quãdiu in eo
dem pondere perſeuerant, in eodem valore perſi-
ſtunt. Et ſimiliter q̃ conſiſtunt in menſura, vt iuriũ,
frumentũ oleũ, & ſi. habent à natura determinatũ
valorem in ſpem ſuã; ſecundum valor ex ſola men-
ſuratione penſatur. adeò qđ quãdiu ſunt in eadem
menſura reſpectu ſpeciei, in eodem ſunt valore. Et
licet quandoq; augeri, vel minui videantur, hoc non
contingit ex augumento, vel diminutionis valoris,
qui ſit in eis; ſed tantum propter augumentum, &
diminutionem indigentię noſtræ. Aut propter au-
gumentum, vel diminutionem valoris aliarum re-
rum, in quas commutanda ſunt. Et idem dicendum
in rebus artificialibus, quæ numerantur ſicut pecu-
nia, cuius valor in numero compenſantur; eo qđ
ars, & natura ſuo modo denarijs artificialiter inuen-
tis valorem præſtitit iuxta numerationem eorum.
32 Et hęc †conſideratio minime contingit in alijs re-
bus naturalibus, eo ꝙ in ſui natura non habent de-
terminatum ex poſſit valor earum penſari, & certè
cognoſci; cum valor earum non extimetur ex ali-
quo intrinſeco, & neceſſario in eis conſiſtenti; ſed
ex diuerſis extrinſecis cauſis, & contingentijs. Valor
enim domus, agri, aut vineæ, quandoq; penſantur
ex loco, quandoq; ex tempore, quandoq; ex condi-
tionibus perſonarum, vel ex alijs circunſtantijs quæ
poſſunt multipliciter variari. ¶ Et hoc ideo contin-
git, quia natura non determinauit, nec taxauit tali-
bus valorem; ſed voluit ipſum multipliciter variari
iuxta augumentum, & diminutionem valoris, ſecun
dum varias circunſtantias. Patet igitur eſt prædictis,
quòd in dictis rebus ideo vſura eſt prohibita, quia
facere prædictas res, quæ ponderantur, menſuran-
tur; & numerantur ſuper valere valori, quem de-
terminatum, & taxatum natura conceſſit; nam cum
certum pondus menſuram, aut numerum fenerator
mutuauerit, per uſurariam prauitatem vltra pondus
numerum, aut menſuram recipiendo, facere quòd
ponderata ſuum pondus, menſurata ſuam menſu-
ram, numerata ſuum numerum, & per conſequens
ſuum valorem tranſcendunt. Hanc rationem aſſi-
gnat præfatus magiſter. G. & Ioan. Cald. in. c. fin. ↄ.
eo. Sed dicit Io. And. in. d. Mercut. peccatum qđ
licet de plano concedendum ſit, qđ dictarum facі-
lior ſit extimatio, maxime tempore celebrati con-
tractus; tamen non capit in intellectu quomodo à
natura res prædictæ habeant certum, & determina-
tum valorem: durante pondere numero, & manſu-
ra non alterabilem in plus, vel minus. ¶ Sed aduer-
33 te, quia prædicti †intellexerũt de valore intrinſeco,
non extrinſeco reſpectu ponderis numerum, & men
34 furæ. ¶ Secunda † ratio eſt, quia vſura facere con-
tra legẽ naturæ; pto eo, ꝙ facit, ꝙ res mutuata q̃ non
generat fructum, faciat lucrum. In quacunq; enim
35 re hoc videtur eſſe vniuerſale, ꝙ illud, quòd † non
generat fructum nõ debeat generare lucrum. ¶ Sed
pdictæ res mutuabiles in q̃bus cõmittitur vſura, nõ
gñrant, fructũ; qa ſi gñarent, creſcerent in valore cũ
fructu; q̃ ex creſcentia non põt eſſe, cũ ipſe habeant
determinatum valorem, vt dixi in præcedenti ra-
tione. ¶ Vſura verò faciat ipſas res fructificare, ſeu
lucrum generare. Vnde dicit canon. 46. diſtin. ſicut
qđ vſura eſt per artem nequiſſima; cum per ipſam
aurũ ex auro naſcat ergo vſurã faciens, facit contra
naturã rei rem vicioſam. Et hanc ſecundã rõnem aſ-
ſignat idem magiſter. G. & ſequitur Io. Cald. in. d. c.
fi. & Io. An. in dicta regula peccatum. & D. m. hic in
rubrica per not. in. l. 1. ff. de re. permu. &. c. eijciens.
88. diſtin. Et per hanc rationem dixit Io. Mon. in
c. 1. eo. tit. lib. 6. ꝙ eccleſia hoc caſu vendicat ſibi iu-
riſdictionem in laycos. De hoc dicta. ↄ. q. 18. princ.
Et hanc rationem ptincipaliter habuerunt à Philo-
36 ſopo primo politicorum. c. 6. vbi dicit, ꝙ vſura † di-
citur grece cathos, ꝙ idem eſt, ꝙ partus; quia con-
tra naturã rei mutuabilis vult vſurari, ꝙ pecunia pa
riat. ſ. lucrum, vbi non generat fructum. nam & de-
narius tanquam artificialis, non debet parere alium
denarium. Secus videtur in alijs rebus non mutua-
bilibus. ¶ Sed dicit Io. ꝙ hoc vltimum non vide-
tur poſſe ſtare, quia domus eſt quid artificiale, & ta-
men poteſt teneri tanto tempore locata, ꝙ de lu-
cro poterit emi domus æquiualẽs; & ſic domus gene
rare domum. Tu dic, ꝙ in domo aliæ rationes con
37 currunt, vt dicam. ↄ. ¶ Tertia ratio † aſſignatur, ꝙ
vſura eſt contra naturalem rationem; ex eo ꝙ in va-
lore non differt vſus ab ipſa re mutuata; nam cum in
rebus mutuabilibus vſus, & ſubſtantia rei ſunt vnũ,
idem; & ipſa res mutuata eundem habeat valorem
cum vſu ſuo; Vſura tamen facit vnum eorum excre-
ſcere in valore per alterum; qđ eſt contra naturalẽ
rationem ipſarum rerũ mutabilium, quæ per vſum
conſumuntur, & cum ipſo vſu; nec vnum ſine altero
poteſt concedi, aut conſumi vt de ſe patet. Qđ in
alijs rebus locabilibus dici non poteſt, in quibus
vſus rei habent diſtinctum valorem ſecundum ſuam
naturam ab ipſa re. Vnde vnum ſine altero alienari
põt vt patet in domo equo, & ſi. Vñ facit vſurari ad
dere vſum ad valorem rei mutuatæ, cum non habeat
38 per vſum valorem diſtinctum. ¶ Quarta principalis
ratio † aſſignat per præfatum magiſtrum. G. quam di
cit fuiſſe quorundam Theolo. quæ originaliter fuit
beati Thomæ ſecunda ſecundæ. q. 88. artic. 1. & reſ-
ferunt Io. An. & frater Bernardinus. & eſt quaſi ſi-
milis præcedenti; videlicet, ꝙ vſura eſt contra natu
ralem rationem, quia venditur vſus rei mutuatæ, cu-
ius vſus eſt ipſa cum ſumptio. vnde venditur illud ꝙ
non eſt. propter ꝙ clarè inequalitas conſtituitur;
quæ iuſtitiæ contrariatur; nam cum in prædictis re-
bus in quibus conſiſtit mutuum, ſit ipſarum rerum
conſumptio; quia triticum conſumitur vtendo eo
ad cibum, & vinum ad potum, & ſic de ſingulis. In
talibus ergò non deberet ſeorſum computari vſus
rei ab ipſa re; ſed vtrunq; conceditur vſus rei, hoc
ipſo conceditur ipſa res; & propter hoc in mutuo
transfertur dominium. Si quis ergo ſeorſum vellet
vendere vinum, & ſeorſum vellet vendere vini vſum
venderet ipſam rem bis; vel venderet illud ꝙ nõ eſt;
& ſic manifeſtẽ per iniuſtitiam peccaret. Et ſimili
ratione iniuſtitiam committeret, qui mutuaret vi-
num, aut triticum, petens duplicem recompenſa-
tionem, vnam equalis rei, aliam vero præcepti vſus,
39 vt. ſ. dicitur. ¶ Quinta ratio † quæ aſſignatur eſt, qa
vſura eſt rationem naturalem ratione finalis effectus
abutitur enim vſurarius re mutuata, non vtendo illa
ſecũdum ſuum vſum principalem, vel ſecundarium.
Hoc

tor grauetur aliquid reddere vltra ſortem. Sed hæc
ratio non placet dicto magiſtro G. ptopter duo ;
primo, quia ſępe videmus, ꝙ res cõmodata, ſicut mu
tuata ſtat apud commodatatium periculo ſuo, &
non commodantis; & tamen licitè de rebus com-
modatis cõmodãs recipit lucrũ. Secũdo, qa de pecu
nia commodata ad oſtentationem quæ remanet ad
periculum illius, licitè exigitur lucrum. de quo di-
cã in. 8. q. ptincipali. Sed præfatus magiſter G. tanq̃
ponens falcem in alienam meſſem fortiter errauit ;
non enim animaduertit, ꝙ ex re commodata non
poteſt deberi lucrum ; quia gratuitum debet eſſe
commodatum. Inſti qui. mo. re. contra. oblig. §. com
modata. ſi enim lucrum deberetur, tranſiret in loca
tum, vt. d §. commodata. & ſic ſpecies in contractũ
nominatũ, vt. l. naturalis. ff. de præſcrip. verb. Ratio
ergo prædicta coniuncta præcedenti, ſatis videtur
43 concludens, ſeu applaudens. ¶ Nona ratio, † quia
cum apud debitorem lucrum ex pecunia ſit incer-
tum, non debet fęnerator certum lucrum exigere ;
maximè cum ipſe immunis ſit à damno, vt dixi in
præcedenti ratione. Hæc tamen ratio videtur mihi
non cõcludens, quia in locato lucrum eſt incertum;
& tamen merces eſt certa. Niſi diceres, ꝙ hoc eſt
in locato, quia res locata ſtat periculo locatoris.
¶ Item propter ſterilitatem remittitur merces, vt. c.
pẽ. de loca. Sed ad hoc reſponderi poſſet, ꝙ poteſt
conuenire conductor, vt periculum caſus ad eum
pertineat. Item ꝙ propter ſterilitatem nõ fiat mer
cedis remiſſio, quo caſu, à locatore licitè recipitur,
nec talia pacta ſunt reprobata. l. contractus. ff. de re.
44 iur. & d. c. pẽ. ¶ Decima † ratio eſt, quam rangit Sco
tus, quia vſura eſt contra legẽ naturæ apptopriatio
nis; quia per eam vendit fęneratot debitori ptopriã
induſtriam ; nam pecunia, in quantum eſt pactum
rerum venalium, nullum confert lucrum, niſi per
induſtriam recipientis, & vtentis ea ; ſed vtilitatem
prouenientem ex pecunia per ſolam mercatiuam
induſtriam eius cui pecunia mutuata eſt, nil aliud
eſt quam vendere illi ſuam propriam induſtriam; ꝙ
eſt contra naturalem rationem. Hæc ratio multum
45 coadiuuat. 7. & . 8. rationes. Vndecima † ratio ſit,
quia vſura eſt contra legem naturalis ęquitatis; ęqui
tas enim dictat, qđ pro ęquali non exigatur inęqua-
le. Hæc ratio nõ eſt ſufficiens, niſi coniuncta cũ alijs;
nam ex re locata aliquid exigitur vltra ęquale, & ta-
men non eſt prohibitum. Nec ob. ſi diceres, ꝙ res
locata deterioratur per vſum; quia reſpondeo qđ po
teſt eſſe talis res, quæ non deterioratur per vſum; vt
pecunia. Item domus, quia magis deterioratur ſi-
46 ne, q̃ per vſum legitimum. ¶ Duodecima ratio † eſt,
quia vſura eſt contra naturalem rationem rectæ vni-
tatis; quoniam ſecundum Scotum in quodam tracta
tu ſuo de vſur. ¶ Si aliquis habeat pecuniam aliquo
tempore inutilem, ſeu ſuperabundantem; & proxi-
mus indigens illam petat mutuo, ſi mutuat cum
aliqua lucri ſpe, mortaliter peccat; quia facit contra
præceptum diuinum, & naturæ. ſicut enim in corpo
re humano naturaliter apparet, qđ ſtomacus de ci-
bo, vel alimento non ſuſcipit, niſi id qđ neceſſariũ
eſt; & alia reliquis membris communicat; ſic cũ nos
ſumus omnes vnũ corpus in Chriſto, vt Apoſtolus
ad Ro. 12, ſequitur ꝙ habens pecuniam ſuper abun-
dantem tenetur de neceſſitate illam indigenti proxi
mo communicare. Et ideo dixit Apoſtolus, mutuũ
date nihil inde ſperantes, vt. c. conſuluit. ſ. co. ¶ De-
47 cimatertia rõ † eſt, quia eſt liberalitatis, & gratiæ ven
ditiua, cum enim mutuum dare ex ſpecie ſua ſit opꝰ
gratiæ, & liberalitatis, & per vſuram talis gratia ſub-
uertatur; vertitur talis vſus in abuſum. ¶ Decima-
48 quarta ratio † colligitur ex tex. c. quia in omnibus.
Nam ſi licitum eſſet hoc lucrum, omnis fere homi-
nes relicta agricultura, & alijs mercimonijs vſuris
intenderẽt, & vnde veniret pecunia? ¶ Decimaquin
49 ta rõ eſt, † quæ colligitur ex. c. empto. ſ. eo. quia per
eam hominum facultates cito delaberentur, & diui
tes breui tempore ad pauperem reducerentur, quæ
50 † paupertas eſt res periculoſa, etiam animabus iuxta
illud Salomonis, diuitias, & paupertates non dede-
51 ris mihi. Et hinc eſt, ꝙ propter ſpuſpitionem pau-
per non admittitur ad teſtimonium. 4. q. 3. teſtium.
Et hanc rationem ponit Inno. hic ſuper rubrica. Fa
cit tex. in. c. 1. eo. tit. lib. 6. & ibi Io. An. ¶ Decima-
52 ſexta ratio † eſt, quam ponit Io. An. in. d. regula pec-
catum; videlicet, ꝙ per eam venditur tẽpus, qđ eſt
omnibus cõmune, & ſolius Dei. Vnde actuum Apo
ſtolorum. c. 1. Dominus dixit, nõ eſt veſtrum noſce
tempora, vel momenta quæ pater poſuit in ſua po
teſtate. Hæc ratio non videtur concludens; quia li
cet ſoluendis vſuris apponatur tempus, non pro-
pterea dicitur vendi tempus. Sicut in tempore ap-
poſito in locatis, & alijs licitis contractibus. ¶ De-
53 cimaſeptima ratio † eſt, quia vix euitaſ idololatria,
videntur enim vſurarij nummum, vt Deum, venera-
rari. 47. diſt. c. ſicut. nam vſurarius attribuit num-
mis, & ſic creaturæ, ꝙ Deo attribuendum eſt, vt in-
quit Apoſtolus ad Ephe. 5. c. vſura eſt dolorũ ſerui-
54 tus. Decimaoctaua † ratio eſt, quia contra pietatem,
& caritatem. Ex lege enim naturæ, & diuino pręce-
pto tenemur ſubuenire proximo, de pœnit. diſtin. 2.
proximos. ſed vſurarius, nedum ꝙ ſubueniat neceſ-
ſitati proximi gratis, vt debet, imò eum opprimit.
Vnde Exodi. c. 22. dicitur, vſura proximi opprȩſſio.
Et ſubdit, ſi pecuniã dederis populo meo pauperi,
qui tecum habitat, non vrgebis eos, quaſi exactor ;
nec vſuris opprimes. Facit. 86. diſt. paſce. ¶ Decima
55 nona, † & vltima ratio ſit vniuerſalis, plurima com-
57 plectens, quoniam † vſura eſt res fugienda, abhor-
renda, atq; deteſtanda; tãquam ſceleſta, nefaria, per-
nicioſa, atq; nefanda; propter multa terribilia mala
ex illa prouenientia. Eſt enim impia contra Deum ;
iniqua contra proximũ; periculoſa contra ſe ipſum,
57 contra Deum impia; quia † vſurarius Deum relinqt;
quia quantò magis occulus corporeus ſit propin-
quior terrę, tantò magis diſtat à Deo. Tres enim cę
citates infidelitatis per vſuram in vſuratiorum ani-
mam generantur. Primo quia non deſiderat Para-
diſum. Secundo quia, non abhorret infernum. Ter
tio, quia nõ veneratur aliqđ eccleſiæ ſacramentum
Quæ aũt ſint cauſæ, q̃ homines inducãt ad tales er-
rores, dicam. ſ. in princ. 8. q. princ. Mutua etenim
beneficia inter quæ mutuum gratuitum merito com
mutatur, caritatem finem dilectionis inducunt, au-
gent, & aucta conſeruant; Econtra autem mutuum
datum non ex caritate, ſed ex cupiditate, ſpe lucri,
auaritiam, & quandam voraginem caritatis inſatia-
bilem,

bilem, & inextinguibilem pecuniæ appetitum indu
cit. Est etiam vsura fons iniquitatis, corruptela veræ
amicitiæ communia enim omnia commoda secun-
dum caritatem, proprijs cōmodis pecuniarijs post-
ponit vsurarius, adeò enim proprij amoris pecunia
rij flagrat, ꝙ neminem amat, nullum diligit, nulli se
associat; solum sibi prodest, omnibus obest. Et pro-
58 fecto porco † meritò assimilatur; qui dum viuit, ne-
mini placet; imò omnibus laboriosus est; morte ve-
ro eius familia, totaq; vicinia gaudet. Ita & in morte
vsurarij tota eius familia, conuicinia, & deniq; tota
ciuitas gaudet. Est et præterea vsura abhorrenda, cū
sit deceptionum plena, & fraudum, per quam quæ-
dam perditio fit, & domesticum furtum, atq, rapina
committitur. 4.q.4. si quis vsuram. Licet enim videa
tur quædam apparens pietas, dolus tamen, & dece-
ptionibus suis impie pauperes trucidantur. Et non
solum facit hominem crudelem, & impium in ex-
traneos, sed etiam in proximos, atq; propinquos.
Est atq; etiam abijcienda, cum sit omnium malorū
radix, & fundamentum, & iure diuino, naturali, ca-
nonico; & ciuili prohibita. Est enim terrenorum in
extinguibilis sitis, cecitas mentis, miseranda serui-
tus, angustia cordis, opprobrium vitæ, illaqueatio
Diaboli, certitudo damnationis, impenitens malū,
& horribilitas mortis. Sunt autem vsurarij omni-
bus odio; & apud omnes nationes habiti viles, abie-
cti, & vituperabiles. Adeò ꝙ olim vix vnus, aut al-
ter in ciuitate etiam amplissima reperiebatur. Erant
profecto adeò tali infamia notabiles, vt omnia eo-
59 rum bona † dicerentur bona Diaboli. Abhorrebat
quis aspiciendo eorū domum, aut agrū. Nemo de
60 eorum domo † ignem sumebat. Nemo ab eis in ec
61 clesia osculum † pacis accepisset. De occursu † illo-
62 rum pueri expauescebant, in præsentiarum autem,
quā sit absurdissimum, q̄ obtestandum, atq; nefan-
dum, ꝙ ipsi hodie ferè ab oībus honorantur, tollan
tur, verentur; quia omnes illi assurgant, proponan-
tur in officijs, æstimentur in consilijs, clarissime ex
auctoritatibus præallegatis apparet. Et ex prædictis,
facillimè poteris respondere ad quędam argumēta,
quæ in cōtrarium fiunt ad excusationem vsurarum;
Volunt enim quidam, qđ sint permissæ vsuræ causa
commoditatis; tanquā commoditatem vsura afferat
recipienti mutuum. Vnde cum accipiat commo-
dum, debet & onus sentire. arg. reg. qui sentit onus.
de reg. iur. lib. 6. & reg. secundū naturā. ff. de reg. iur.
Et etiamècontra, cum creditor ex pecunia mutuatā
sentiat onus, & gratiam faciat recipienti, debet ei
pro gratia, gratia refferri, vt. l. sed si lege. §. consuluit.
ff. de peti. hęre. ego debet licitum esse pacto firma-
re, aut intentione sperare lucrum. Nam ad prędi-
cta, & similia patent responsiones ex præcedentib⁹.
Nec etiam ob. qđ sicut ante mutuum licitum erat
debitori aliquid donare, ita debet licitum esse, &
fortius post mutuum receptum; vel illud in pactum
reducere, vel intentionem adhibere; Quia responde
tur, quòd licet gratis potuerit, tamen diuersa est rō
in pacto, & in intentione, quæ ducit ad cupiditatē,
& habet pericula, & rationes prohibitiuas de quib⁹
s̄. & j̄. etiam apparebit. Nec etiam ob. ꝙ sicut reci
piens sub vsuris non peccat, ita & mutuans non de-
beat peccare, quia contractus non debet claudicare,
quia respondebitur. j̄. in. 11. q. princ. ¶ Sed aduer-
tendum, quia fortius ob. contra, ea quæ. s̄. dicta sunt
in. 1. q. 4. q. princip. qđ habetur Deuterono. c. 28.
vbi litera dicit, benedicet cunctis operibus ma-
nuum tuarum, & fęneraberis gentibus multis, &
ipse fęnus a nullo accipies, ergo fęnerari videtur
permissum ex veteri testamento. Solut. dicendum
63 est, quòd verbum fęnerari, † sumitur ibi generaliter
pro mutuare, & potius denotat potentiam mu-
tuandi in habitu, quam in actu. Vnde est sensus,
tantum diuitijs abundabis, quòd poteris omnibus
mutuare; & non egebis recipere mutuum ab alijs.
Vel secundum Alexan. in loco præallegato potest
dici, quòd ibi ponitur consequens pro anteceden-
ti, & sic erit sensus; tantam habebis abundan-
tiam, qđ poteris multis gentibus, si volueris, fęnera
ri. sed præcedens intellectus est melior. ¶ Vltimo
posset opponi prædictis, nam si vsura esset prohibi-
ta de se indifferenter, esset prohibitum omnibus mu
tuare sub vsuris; sed consequens est falsum; quia non
prohibetur quis omnibus indifferenter fęnerari; sed
fratri suo, vt trad. de Deuteronom. c. 23. non fęnera-
bis fratri tuo ad vsuram, nec pecuniam, nec fruges,
nec quamlibet aliam rem; sed alieno. Ad idem. 14.
q 4. ab illo. vbi Ambros. dicit, ab illo exige vsurā, cui
nocere merito desideras. ¶ Sed ad hoc respōdendū
est, vt dicam. j̄. in. x. q. princi. Et per hęc fit expedi-
ta hæc. 5. q. princip. in qua plura omisi dicere, ne
verbis tędio essem, poteritis videre per præfatum
fratrem Bernardi.

Sexto. Principaliter quæro, qualiter,
& in quibus rebus committatur
vsura. Circa quam. q. dic, qđ
quæstio prædicta potest tripli-
citer principaliter summi, & diuidi. Primo, respe-
ctu qualitatis contractus. Secundo, respectu qualita
tis sortis principalis debitori datæ, seu concessę. Ter
tio, ex parte rerum receptarum, & qualitatis in reci-
64 piente existentis. ¶ Primo igitur † quæro, in quibus
contractibus vsura committatur. Sol. dic, ꝙ com-
munis * Doct. sententia est, qđ solum in contractu
mutui. Hoc tenet Gof. eo. in sum. huius tit. Ray. & Cōis opi.
Hosti. in. §. pro qbus rebus. & Doc. hic in rubr. Ra-
tiones autem, quare in alijs contractibus non com
mittatur patebūt ex ijs, quæ dicam in. 3. q. ¶ Secun
65 do quæro, † in quibus rebus ex parte cōcedentis sor
tem committatur vsura. ¶ Sol. patet manifestè ex
decisione præcedentis. q. quòd solum vsura potest
committi in his rebus, quæ consistunt in pondere,
numero, vel mensura, vt. d. l. 2. §. mutui. ex eo, quòd
de meo, tuum fiat, vt. l. 2. §. appellata. Vnde res mu-
tuata transit in dominium recipientis. Et ideò in
mutui datione oportet dantem esse dominum, vt
. d. l. 2. §. pen. & in eo, aliud pro alio recipitur, seu sol
uitur inuito creditore respectu substantiæ, seu spe-
ciei indiuiduorum. Quod non sic est in reliquis
contractibus. Recipit tamen idem in genere; nam
dictis rebus cōsistentibus pōdere, numero, vel men
sura, in quibus mutuum consistit, magis vtimur in
genere, quam in specie. Nam si mutuo tibi centum
florenos, nō habeo intentionē, ꝙ eosdē mihi resti-
tuas in specie; sed in genere illorū eiusdē bonitatis,

&: idem

& idem si mutuo decem sextarios frumenti, aut de-
cem amphoras vini, vt.l.cum quid.ff.si cer.pet. Si.n.
concederem tibi centum florenos, aut.x sextarios
frumēti, vt mihi eosdē restitueres in specie, non es-
set mutuum, sed depositum, aut commodatum, vt
d.l.2.in princ. Et hęc probantur.j.eod.c.consuluit,
ibi, mutuum date, & sic locutum non fuit in alijs
66 contractibus.¶ Tertio quero,† quare magis in con-
tractu mutui, & sic in ijs rebus, quæ cōsistunt in pon
dere, numero, vel mēsura committatur vsura, quàm
in alijs. Sol. dici potest secundum prædictum Alex.
& quēdam Alex. Lombar. ꝙ cum vsura sit vitium, &
peccatum, vt.s̄.probatum est in.4.&.5.qq.princip,
necesse est ꝙ sit in aliquo contractu vitium sortien-
te; sed tale vitium non potest cadere, nisi in contra-
ctu mutui, vt patet ex his, quę dixi in prædictis.4. &
5.qq. ergo &c. Quod autem in alijs non possit cade-
67 re; patet, quia non potest † in contractu emptionis;
nam vt.s̄.dixi in prima.q.princ. vsura committitur
ex eo, ꝙ aliquid recipitur vltra sortem, sed in con-
tractu emptionis non accedit aliquid vltra sortem,
ergo &c. Nam licet aliquid accedat vltra iustum
pretium, illud non recipitur vltra sortē, sed de sorte.
Et eodem modo si aliquis emat merces in loco, in
quo abundant, & vendat in alio, in quo deficiunt, vt
aliquid lucretur; illud est ex sorte, non vltra sortem.
Et idem dicendum de fructibus perceptis ex re em-
68 pta. Item nec in contractu† locationis potest com-
mitti vsura, propter eandem rationem; quia illud
quod accipitur pro re locata, est merces, & non vsu-
ra. Et si tu diceres, quare est merces, & non vsura, si-
cut in contractu mutui. Dico, ꝙ ratio potest colligi
ex plurimis, quæ dicta fuerunt in.q.præceden. nam
multæ rationes concurrunt, quia ex re locata vsus,
& fructus rei differunt ab ipsa re. Nec alienatione,
aut consumptione fructus, vel vsus, consumitur res;
vt in mutuo, vt dixi in.4.q.5.q.principalis. Præterea
69 mutuum† multipliciter differt à locatione. Primo,
ratione charitatis. Secundo, ratione proprietatis.
Tertio, ratione vtilitatis.¶ Primo quidem differt ra
tione charitatis, nam mutuum est contractus gra-
tiæ, quasi gratuitum &c. vnde dicitur mutuum da-
te, &c. Locatio vero est contractus iustitiæ, & æqui-
tatis. Mutuum ergo de sui natura debet esse gratui-
tum. Aliàs venditur charitas, & gratia, quę in mutuo
communicatur. Quæ venditio nil aliud est, quàm
abusio, & corruptela charitatis, vt.s̄.dixi in.18.q.
5.q.princi. In locato vero non sic est, vt de se patet.
Et ideò ex rebus etiam consistentibus in pondere,
numero, vel mensura locatis, potest aliquid recipi
vltra sortem, vt dicam in.q.8.q.princip. ¶ Secundo
differt à locato ratione proprietatis, nam in locato
remanet proprietas locantis. Et hanc rationem sen-
tit Io.And.in.c.si.j.eo.¶ Tertio differt ratione vti-
litatis, nam ex locato homo recipit fructum. 88.di-
stin.c.eijciens. sed ex pecunia non recipit fructum.
Nec obstat si diceres, ꝙ imò quis maiorem fructū
recipit ex denarijs, quàm ex agro, vt docet experien
tia; quia respondeo, ꝙ talis fructus ex denarijs susci
pitur principaliter ex industria hominis, & ingenij.
Accedant præterea deterioratio rei locatæ, & peri-
culum quod spectat ad locatorem, & simi. de quib'
dixi.s̄.in.5.q. Et prædicta sequuntur Goffr. Host. &
Io. And. & communiter* Doct. Et vide quod tradi- Cōis opi.
70 tur.14.q.3.c.1. Item non potest committi vsura in
commodato; quia cum commodatum debeat esse
gratuitum, vt dixi in.d.8.ratione, de quo in.c.con-
questus.j.eo.in glo. sequitur, ꝙ si aliquid daretur ꝓ
ipsa re commodata; aut daretur pro ipsa re, aut pro
vsu rei. Si pro re, aut datur pecunia, aut species. Pri-
mo casu, est emptio. Secundo, permutatio. Si vero
aliquid datur pro vsu rei, aut datur pecunia nume-
rata, & sic est locatio. Aut species, & est contractus
innominatus, vt.l.naturalis.ff.de præscrip. verb. Et
prædicta ponit glo. summæ.14.q.3. Sequitur igitur
ex prædictis, ꝙ regulariter in emptione, locatione,
commodato, & simil. contractibus, non potest com
mitti vsura. Sed solum in mutuo. Et hoc indubitan-
71 ter verum est, si præfati† contractus sint veri, vt ver-
ba sonant. Verum quia frequenter tales contractus
fiunt ficti, & simulati, ne vsuraria prauitas detegatur.
de quo dicam.j.in.19.q.princi. & sub nomine em-
ptionis, locationis, societatis, & simi. vsura commit-
tatur. Ideò ad intelligentiam omnium prædictorū
subijciamus circa prædicta quæstiones singulares,
incipiendo à contractu emptionis.¶ Quarto igitur
72 quęro, † an vendens rem plusquam valeat, quia solu-
tionem differt ad tempus, committat vsuram. Sol.
tex.in.c.in ciuitate.j.eo. decidit, ꝙ per huiusmodi
contractus non possunt venditores vsurarij censeri.
Tales tamen peccatū incurrunt. Nisi dubium sit, res,
seu merces tales plus, vel minus valituras solutionis
tempore. Et ideò consulit ibi Papa, ꝙ homines de-
beant à talibus contractibus abstinere. Hoc tamen
limitari videtur per tex.in.c.si.j.eo. vbi tex. videtur
velle, ꝙ si vendens secundum prædictam formam
tempore contractus fuerat venditurus, & plus ven-
dit, quā valeat tempore contractus; ex eo, quia facit Cōis opi.
dilationem debitori; adeò ꝙ si pretium tunc rece-
pisset, vendidisset viliori pretio; ꝙ talis est censen-
dus vsurarius mentalis. Idem tenet Inno.in.d.c.si. ꝑ
c.consuluit.j.eo. & idem tenet Io. And. & commu-
niter* Doct.in.d.c.si.&.c.in ciuitate. Et si diceretur,
hic non est contractus mutui, ergo non committi-
tur vsura, secundum ea, quæ.s̄.dixi. Respondeo, ꝙ
vbi contrahentes habent fraudem in mente, ita ꝙ so
lum propter dilationem temporis res vendatur ca-
riori pretio; fingitur solutio facta ab ipso emptore;
& pretium sibi restitutum per venditorem; & sic bre
ui manu transiuisse de debitore in creditorem, & de
creditore in debitorem, vt in simili traditur in.l.ro-
gasti.ff.si cer.peta. Et sic excessus veri pretij, & lucrū
quod fit vltra verum pretium ratione dilationis, di-
cetur fieri ex mutuo. Et ratio potest esse, quia plus
debet valere quod verè agitur, q̄ quod simulatè con-
cipitur, vt in rubro, & nigro. C plus vale. quod agit.
¶ Item quia licet talis contractus baptizaretur sub
nomine mutui, tamen de nomine non est curandū,
sed de effectu, vt.c.ea quæ.& ibi dixi.j.&.c.in tātum.
de symo.14.q.3.c.plerique. quia verba debent inten
tioni inseruire, non ècontra, vt.c.intelligentia. de
verbo.signi. Et hæc etiam faciunt ad ca, quæ dicam
in seq.q. Et hæc etiam voluit glo. super verbo ven-
ditores.in.d.c.in ciuitate. Et aduerte, quia si aliquis
proposuerat vendere in tempore certo; communi-
ter, & probabiliter magis caro, potest illud plus qđ

recipit vltra valorem rei,qui nunc instat,licite reci-
pere.Et ratio potest esse duplex. Prima,quia is cui
rem vendit,tenetur illum præseruare a damno ces-
santis lucri Secunda, quia postquam dominus fir-
miter determinauerat vendere certo alio tempore,
ad aliquod probabile lucrum, non solum habet ra-
tionem simplicis rei,seu æstimationis, vt tunc; sed
etiam quandam rationem lucri excrescentem cum
capitali.Et ideo rei cum incremento in simili est ha
benda ratio,vt.d.c.in ciuitate.&.c.fina.Et hanc assi-
gnat Alexan.de Aless. Scotus vero distinguit,ꝙ aut
quis erat venditurus tunc,& vendit pro eodem pre-
tio ad terminum quo erat venditurus pecunia nume
rata;& tunc iste meretur,quia miseretur emptori.
Aut vendit plusquam valeat,& est vsurarius.Aut nõ
erat venditurus,& subdistingue,ꝙ aut qui vendit po
nit determinatum pactum. Aut incertum,dimitten
do illud suspensum, certificandum tamen ex futuro
euentu.Primo casu, si ponit certum pactum,& tunc
valet,& facit gratiam. Si vero vendit plusquam va-
leat,non tamen immoderatè, quia tempore solutio
nis verisimiliter potest plus,& minus valere;& rõne
dubij excusatur,vt.d.c.in ciuitate. Secus si adeo im-
moderatè venderet,quod omnino verisimile sit, ꝙ
illa res nunquam ascenderet illum valorem,& est v-
sura.¶ Secundo casu distingue,ꝙ aut illum valorem
determinatum dimittit determinandum tempore
fiendæ solutionis,vel alio certo tempore,secundum
ꝙ tunc valebit;& licitus est contractus.& talis videt̃
facere gratiam. Quod arbitror limitandum,nisi for
te esset mercantia corruptioni proxima.Cogitabis,
quia nunc venit in mentem. Si vero vellet pactum
determinare pro tempore indeterminato,ad hoc vt
ponat se in lucro tuto,& emptorem in damno.Ver-
bi gratia,volo ꝙ pro istis mercibus quas tibi vendo
mihi soluas quãtum plus valebunt vsque ad sex men
ses; & istud sapit vsuram; quia venditor tractat de
certo lucro,& emptor de certo damno.Quod arbi-
tror limitandum, si tantum est tempus indetermi-
nati valoris rei,quanta est dilatio ad soluendam pe-
cuniam. Secus si determinatio valoris deberet fieri
vsque ad mẽsem,vel quid simi. Et solutio pretij vsq;
annum,nam tunc esset recurrendum ad supradicta.
Et ratio prædictorum est, quia si venditor voluisset
vendere certo determinato tempore, forte minus
valuisset,quàm alio. Et ideo in primo casu venditor
facit se securum de lucro, sed in limitatione quam
dedi,non sic est. Facit ad prædicta, quia contractus
non debet claudicare,vt.l.pen. C.de solu. Aduerte
tamen,quia Bal.in rub.C.eo.tit.ver.secundo quæri-
tur.limitat id quod dictum fuit.s̄. ꝙ vsura commit
tatur,habere locum,quando venditur res,quæ consi
stit numero,pondere,vel mensura, in qua habet lo-
cum mutuum;quia in his tantum committitur vsu-
ra,vt.s̄.probatum est. Secus si vendatur domus,vel
prædium,vel alia species,præsertim cum emptor in-
terim percipiat vtilitatem, arg.l.curabit. C. de act.
empt.Sed hæc limitatio mihi non placet.Primo,qa
rationes assignatæ.s̄.per not.in.c.in ciuitate.&.c.fi.
J.eo.concludunt etiam in casibus prædictis. Præte-
rea tex.prædicti,& maxime tex.in.d.c.in ciuitate.lo
73 quitur simpliciter de mercibus,quarum † appellatio
ne veniunt omnes res mobiles, quæ retinentur mer-
cimonij causa,in.l.mercis.ff.de verbo. signi.l.1.§.8.
ff.de tributo.not.glo.penul.in.c.pastoralis.s̄.de de-
ci.& sic equi,boues,& lapides pretiosi comprehen-
duntur,vt.l.2.§.inde.ff.ad leg.Rhod.de iact. quibus
rebus vtimur in specie,non in genere; & tamen de
plurimis talibus rebus non percipitur fructus. Nec
obstat ratio quam sentit Bal.ꝙ in talibus non consi-
stat mutuum. Et per consequens non committatur
vsura,quia vt.s̄.dixi, breui manu pactum trãslatum,
& retranslatum intelligitur. & sic in effectu videtur
contractum mutuum. Præterea non videtur curan-
dum esse de nomine emptionis paleante vsurariam
prauitatem. ¶ Arbitror tamen,ꝙ in domo,agro,&
similibus,ex quibus percipitur fructus per emptorẽ
possidentem,ꝙ res possit licitè cariori pretio ven-
di,data temporis dilatione.Dummodo seruetur di-
scretio,secundum ea quæ dicam in.q.8.q.princip.
Est insuper aduertendum circa prædicta, ꝙ quidam
conantur tales contractus defensare, vt liceat plus
vendere,data temporis dilatione; quia mercatores
pro communi vtilitate se exponunt plurimis pericu
lis; ergo debent etiam commodum reportare, per
reg.qui sentit onus &c. ¶ Sed respondetur,ꝙ licet
mercatoribus debeat esse licitum lucrare,tamen nõ
debet licere ex illicito modo.1.q.1.c.non est putan
da.Præterea si prædicta ratio concluderet, sequere-
tur,ꝙ si mercator emisset merces cariori pretio,quã
deberet,vel emisset illas tempore caristiæ, & tenuis-
set vsque ad tempus abundantiæ,ꝙ posset data dila-
tione termini longe carius vendere,quàm deberet,
quod est absurdum.¶ Secundo non obstat,ꝙ si ven-
deret ad pecuniam numeratam,licet minori pretio,
tamen posset ex illa merces de nouo emere, & inte-
rim lucrari; quia respondetur, ꝙ hæc possibilitas lu
cri non excusat,quia posset & non lucrari,& capita-
le totum dimittere,& amittere. Præterea tunc ven-
ditor staret in periculo in mercibus reemptis, & in
dubio lucro.Nunc verò est in certitudine sine peri-
culo.& videtur lucrari de re non sua. & videtur sen-
tire.B.Thom.secundum fratrem Bernar. ¶ Item &
tertio,non defenduntur tales vendentes ex eo, quia
pecunia postea eis non soluatur in termino præfi-
xo;sed longe post terminum cum laboribus, & ex-
pensis.Item quandoq; nunquam soluitur.¶ Nã pri-
mum respondetur,quòd licet soluant in termino,ta
men creditor non remittit aliquid de eo quod plus
vendidit propter dilationem. & ex eo quod alter
differat solutionem vltra debitum,non debet alteri
iniqua conditio inferri, vt in reg. non debet.de reg.
iur.lib.6.Et præterea creditor potest petere interes-
se propter pecuniam non solutam ad terminum, vt
dicam in.8.q.principali. ¶ Ad aliud dicendum est,
quòd pro certo nullam vsuram committunt, per
quam teneantur aliquid restituere,si totum capitale
amiserunt. ¶ Quarto,& vltimo nõ excusantur tales
vendentes,ex eo, quòd dicant se id facere ꝓpterea,
quòd si non venderent ad terminum,non reperirent
emptores;quia ad hoc dicendum est, quòd hæc est
dolosa misericordia, q̃ sub pietatis specie cõtra ꝓ-
ximum indigentem crudeliter serpit.Et hæc sequun
tur theologi,& tenet præfatus frater Bernar. in tra-
cta.de emptio. & vendi. artic.3.c.2. Et subdit ipse
ibidem in.c.3. quòd si lanifices, & alij mercatores
alicuius

aliculus ciuitatis ex consuetudine ciuitatis non venderent,nisi ad terminum, adeo quòd ad pecuniam numeratam quasi nullum reperirent emptorem, & talis consuetudo esset inducta ꝓ bono publico,non in fraudem vsurarum,sed pro expeditione mercantiarum,ꝙ mercator qui venderet merces,habita cõsideratione prædicta cariori pretio data dilatione, quam in rei veritate venderet pecunia numerata recepta,quod satis posset tolerari;quia sicut aliqui debitori ad certum terminum absque timore vsuræ licitum est pacisci de aliqua remissione sortis, si soluat ante terminum,vt dicam in.8.q.princ.Ita debet licere in casu prædicto. Item non obstat,ꝙ illa res ad pecuniam numeratam non valebat tantum,& res debet tantum valere,quantum vendi potest, vt.l.pretia rerum.ff.ad leg.falci. Nam rñdetur, ꝙ satis est, ꝙ mercator regulariter non faciat ex malignitate; sed ex natura contractus,& ex consuetudine,& communi obseruantia mercatorum. Hæc tamen decisio non est sine periculo. Et in re dubia tutius esset abstinere, vt dicit pũctualiter tex.in.c.in ciuitate.ꝟ.eo.

74 Vtrum autem committat†vsuram,qui in vendendo concedit terminum, vt trahat emptores ad suas apothecas, non tamen propter dilationẽ vendit carius. Quidam dicunt,ꝙ si ex hoc emptores incurrunt aliquod damnnm,ex eo ꝙ ille non habet merces ita bonas,committit vsuram.arg.not.in.c.consuluit.ꝟ.eo. Alias secus. Et ad hanc quæstionem vide quæ dicam
75 in.8.q.princ. ¶ Quinto quæro,†quid si venditor nõ erat venditurus in illo loco,sed portaturus ad alium locum,vbi res tales cariori pretio vendebantur. Ponit exemplum Io.And. habebat quis poma granata in Riparia,vbi maxima est copia, & volebat illa vendere Parisijs,vbi sunt cara, inuenit aliquem q emit pretio tanto in Riparia data dilatione, quanto fuerat venditurus Parisijs. Sol.Inno.in.c.si.ꝟ.eo.dicit, ꝙ non.Dummodo non accipiat vltra id,quod verisimiliter accepturus erat in loco, ad quem portare volebat; quia quo iure potest carius vendere pp dubium temporis,eodem iure poterit propter dubiũ loci. Sed Host.hic dicit,ꝙ hoc nõ est bonum simile; tum quia non est verisimile,quòd aliquis talem emptionem faceret,nisi multum egeret. Et præterea ꝓ hanc opin.darentur via figmentis, & viderentur approbari fraudes, & simulationes vsurariorum. tum etiam quia itineris,laboris,expensarum, & periculi est habẽda ratio, vt.c.magnæ.de vot.&.l.periculi.ff. de naut.fœno. Et hanc opin.sequitur Ray. in sum. eo.tit.versi.item aliquis.in si.Io.And.dicit in.d.c.si. ꝙ vtraque opinio potest saluari,& ꝙ opin.Inno.erit vera,si emptor statim pretium soluat. Sed si datur dilatio ad soluendum,prout intellexit Inno.& tunc vera sit opin.Host.nam tollitur ratio Innoc.quia in dubio temporis,de quo in.q.præced.potest aliquod commodum peruenire emptori. Et hanc distinctionem sequitur Io.Cald in.d c si in.8.q.& Lauren.in q.31. Quod tamen dictum fuit in vltimo casu,dicit D.m.ꝙ haberet locum,qñ fraus interueniret. Secus si cessaret;quia tunc procederet opin.Inno. Et hanc opin.voluit etiam do.Ant.in.d.c.si. Quę mihi satis placet; quia postquam ille nõ erat ibi;& sic tunc venditurus, vr̃ licitum fuisse cariori pretio vendere,vt d.c.si.in si.Deberet tamen haberi discretio expensa-
76 rum,& periculi. ¶ Sexto quæro,†quid econtra,pone,emitur res minus quàm valeat tempore emptionis,recipienda tñ in aliquo tempore, in quo potest verisimiliter dubitari, vtrum plus,vel minus sit valitura, q̃ tempore quo venditur, vtrum committatur vsura. Verbi gratia,in mense Maij,quo tempore frumentum est carum, & valet modius flor.8.emit pro quinque recepturus frumentum de mense Augusti,& sic in abundantia, & verisimile est,ꝙ non valebit modius vltra quinq; florenos,an dicatur committi vsura.Sol.ꝙ non.Ad quod faciunt ea,quæ dixi in.q.præced. nam hoc casu non datur minus pretiũ propter temporis causam,sed propter naturam rei; quia minus valet vno tempore, q̃ alio. ¶ Septimo
77 quæro,†quid si certum sit,ꝙ tpe quo mensurandum est frumentum emptum,tale frumentum sit plus valiturum. Puta,emo dum est in herba,mensurandum mihi de mẽse Ianuarij,aut Martij,quo tpe quasi certum est,quòd plus valebit,an sit vsura. Sol.Hosti.in sum.eo.tit.versi.item quid si donat. & glo.in.c.si.ꝟ. eo.& ibi Host.& Io.And.tenent,quòd talis contractus sit vsurarius.Facit.14.q.3.vsura. nam postq̃ sm̃ communem cursum omnium regionum tunc tp̃is frumentum carius venditur,illud spectandum videtur qđ euenire solet,vt.c.certificari.de sepult.l.1. in princ.ff.de flumi. Nec obstat qđ quandoq; contrarium accedat, & qđ de futuris contingentibus non sit determinata veritas, vt traditur in.l.1.§.his autẽ. ff. ne quid in loco pub.&.l.1. C qui accu. non poss. quia respondetur, ꝙ ad ea quæ raro accidunt &c. vt vt.ff.de legi.l.nam ad ea.Caueat ergo contrahens,ne in huiusmodi contractibus mentem offendat. sed si vult,emat de eodem tempore ad idem tẽpus,vt puta de æstate ad æstatem,& de hyeme ad hyemem, & sic de singulis,vt non lædat consciẽtiam suam , ne in animarum iudicio teneatur restituere,vt.c.cõsuluit. ꝟ.eo. Et maximè a dictis contractibus debent abstinere clerici, quibus non licet emere, vt carius vendant,vt.s̃.ne cle vel mon.c.1.88.dist.per totum. Et dictam opin.sequitur Laur.q.28.Sed melius iudicio meo distinguit Bal.in rub.C.eo.tit.versi.tertio quęro.Vbi dicit,quòd aut præsens numeratio est causa damni,& committitur vsura. Pro quo facit,quia emptor pet quandam rõnem mutui paleati, tradit pretium venditori ante receptionem rei emptæ, cum constet quòd ex natura emptionis, & vẽditionis nõ teneatur quis pretium dare,q̃ res tradatur. omnis.n. commutatio sibi inuicem pariter ad paria obligat, vt.l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.empt. Quod tñ ego intelligo,habita consideratione ad ea,quæ dicta sũt supra,sm̃ communem opin. Aut sola conuẽtio fuit causa damni, quia de præsenti emptor nõ soluit pretium,& tunc contractus non est vsurarius. Aut neutrum,hoc est,solutio pretij,nec conuentio est causa damni; quia frumentum qđ est in herba non valet plus pe contractus, & similiter contractus non est vsurarius,vt.l.fistulas.§.frumẽta.ff.de contrah.emp. &.l.inter stipulantem.§.sacrã.ff.de verb.obl Et hæc opin.plus mihi placet. Vnde dico,quòd si tempore emptionis ego non soluo pretium frumenti, licet emam in herba tradẽdum tempore hyemis, tñ con-
78 tractus est licitus. ¶ Octauo quæro,† vẽdidi tibi frumentum, qđ venditionis tempore erat carissimum,

eo pretio ꝙ tunc valebat,pacto adiecto,ꝙ ꝓ quan-
titate pretij mihi debita deberes mihi vendere fru-
mentum certo tempore pro pretio,ꝙ tunc valebit,
an sit vsura.Sol.Vgu.& Archid.14.q.4.si quis cleri-
cus.tenent ꝙ non.Quanuis frumentum qđ tunc ha
beret ex dicta pecunia,sit longe in maiori quantita
te,q̃ illud qđ nunc vendit.Et ratio est,quia pretium
debitum datum nunc venditori ex hac venditione,
intelligitur mutuatum emptori,vt pro eo vendatur
sibi frumentum pro iusto valore,& sic potius videt̃
fieri gratia debitori,q̃ vsura committi. Posset tamẽ
pp deprauatam intentionem vẽditoris ſm præfatos
Doct.peccatum committi.Et hoc idem tenet Laur.
79 28.q. ¶ Nono quæro,† quid si aliquis vendit pãnũ,
vel equum pro centum floren.ei qui mox est eidem
venditori reuenditurus pro nonaginta, vel pro mi-
nori pretio recepta pecunia nnmerata a primo ven
ditore, qui fecit dilationem tpis de pretio primæ
venditionis.An talis contractus sit vsurarius. Et di-
cendum ꝙ sic,si cum intentione reemendi ab eodẽ,
vendidisset;quia videtur esse gestus contractus mu-
tui in effectu,sub palcatione venditionis. Si tũ ven-
ditor non habuisset intentionem reemendi rem a se
venditam,quam vendidisset sine fraude,licet postea
reemisset ab eodem minori pretio, sicut a quolibet
extraneo emisset, non est vsura, nec est peccatum.
Nisi sit deceptio in pretio,vel simi.Et hoc tenet præ
fa.frater Bernar.& sentit Io.And.& sequitur Io.de
Imo.in.c.ad nostram.s̃.de empt.& vendi. vbi dicit,
80 ꝙ tales contractus in vulgari Bononiensi† appellan
tur stocchi.nos verò appellamus bistrattij. ¶ Deci-
81 mo quæro,† de quibusdam contractibus, quos Flo-
rentini appellant baracnla. Verbi gratia. A.lanifex
82 vendit† decem pannos.B.retaleatori ad vnius anni
terminum pro flnren.500.superuenit.C.indigens
pecuniam,& conuenit cum retaleatore, ꝙ de præ-
senti tradat sibi florenos.450.& ipse contentabit
A.lanificem de.500.in die termini,an talis contra-
ctus sit vsurarius,& ex qua parte, & ex cuius perso-
na.Sol.Laur.dicit.in repet.d.c.consuluit.in.3.parte
princip.ꝙ ex parte.C.tertij non est dubium, ꝙ non
est illicitus. Nisi quatenus illicitum sit mutuo reci-
pere ad vsuram.de quo dicam.j.in.11.q.princ. Ex
parte vero.B.retaleatoris dicit, ꝙ aut vendit dictos
pannos ad rationem.500.florenorum, hoc est, vo-
lendo superlucrari, ac si emisset pro quingentis, &
non licet.Aut ad rationem.450.prout soluit,& tũc
secus.Ex parte autem lanificis dicendum,ꝙ aut dicti
panni valebant tempore venditionis.500.&c. ven-
dendo sine termini dilatione, & contractus est lici-
tus.Aut tunc valebant minus,sed propter solutionis
dilationem conuenit de.500.& tunc distinguit ſm
communem opin. de qua dixi.s̃.in.4.q.huius.6.q.
princ. Tu vero distingue secundum ꝙ ego distinxi.
Aduerte,quia Laur.tangit in dicto loco illam æqui-
tatem,de qua dixi in fi.d.4.q. ¶ Vndecimo quæro,
83 † quidam habebat res steriles; seu nomina debitorũ
inania,quia non erant soluendo,mutuat centum.T.
ad terminum,& recipit promissionem de centum;
vendit tamen.T.res steriles valentes.10.pro.25.seu
104 q̃ ponã ĩ ſeq. qq. ¶ Vigeſimo q̃ro, † qd ſi aliqs emit ad vitã ſui, vel vxoris ſuæ, vel ſi. annnos reddi. alicuiꝰ prædij, ꝓ ducentis florenis; hoc adiecto, ꝙ ſi eeclĩa, vel ille à quo emit, voluerit reſcindẽ contractũ, & reſtituere ducenta, ꝙ ſit ĩ electione ſua. & liberet̃ tunc ab annua ꝓſtatione. & ꝓ obſuãtia cõtractus obligat oĩa bona ſua, an talis cõtractus ſit licitus. Et vr̃ dieendũ ꝙ ſic, arg. eorũ q̃ dixi ĩ ꝓce. q. Et hoc vr̃ tenẽ Lap. ĩ. d. c. ĩ ciuitate. Facit ẽt qđ dieã ſm̃ Old. in. q. 22. do. Lau. 18. q. dicit, ꝙ credit talẽ contractũ eſſe illicitũ; cũ tales redditus ñ eonſtituant̃ ĩ re, nec ad rẽ fiat relatio, ſed ad ꝑſonã. Et licet bona obligent̃ ꝓ obſeruatione talis cõtractus, tñ ñ vendit̃ ius conſtitutũ, ſed ius qđ de nouo orit̃. Et vendit̃ id qđ ẽ ĩuendibile. ſ. pecunia, vt dixi. s̃. ĩ. 16. q. Nec ob. not. ꝑ Ion. & alios in. d. c. ĩ ciuitate. qa loquunt̃ ĩ alio caſu. ſ. qñ conſtituit̃ annuus reddi. in re, vel actione, vel ĩ ꝑſonis alijs à cõtrahentibus; vt puta, dicit emptor, conſtituas tales redditus ĩ tali ꝓdio, domo, vel ſuo, & ego de illis dabo tibi tñ. Itẽ ĩtelligũt ꝓfa. Doct. qñ contrahẽtes facẽnt illud circũſcripta fraude, q̃ ĩ termĩs nr̃is manifeſtè ꝓſumit̃ ſm̃ eũ. & ita dicit intelligi poſſe dcm̃ Lap. Vñ ĩferr, ꝙ canti debent eſſe cõñhentes, ꝙ tales redditus cõſtituãt ĩ re, vel referãt ad rẽ, ñ aũt ad ꝑſonã vendentẽ. Itẽ caueãt, ne fraudem faciãt legi, qa ñ legẽ, ſed ꝓprias aĩas decipent. Subdit tñ, ꝙ poſſent talia ĩ talibus cõñctibus interuenire, ꝓp q̃ iudicaret eos licitos. Deinde ſubdit ſe circa ꝓdictã materiã vidiſſe conſiliũ Io. de Lig. & do. Lau. de Bono. quaſi in ꝓprijs termĩs. ꝓponebat̃. n. ĩ fcõ, ꝙ abbas, & cõuentus. S. Mariæ donauerat irreuocabiliter monaſt. S. G. ducatos. 200. cũ pacto, ꝙ dcm̃ monaſt. S. G. teneret̃ ĩ ꝑpetuũ dar̃ quolibet anno. x. & cũ pacto, ꝙ liceret monaſt. S. G. reſcidere dcm̃ cõtractũ reſtitutis. 200. vñ q̃rebat̃. an contractus eẽt illicitus. In quo conſil. concludũt, ꝙ licet talis cõtractus ex ſui forma ñ ſit directè vſurarius; qa ñ eſt mutuũ, ſed donatio, ſeu vẽditio, ſi fecit vẽditionẽ, tñ ẽ illicitus. Si. n. ecclĩa talẽ donationẽ fecit ꝓp receptã pecuniã, vr̃ feciſſe ĩ fraudẽ vſurarũ, & vr̃ fcã fraus de cõñctu ad contractũ, iuxta not. 14. q. 3. pleriq;. & ff. de. ll. l. cõtra legem. Qđ vr̃ ẽt ꝓbari ꝑ relationẽ pcĩ ĩcontinenti appoſiti ad ꝓced. contractũ, ex qua relatione vr̃ oriri contractus innoĩatus, do vt facias, & orit̃ actio ꝓſcriptis verbis, vt. l. petens. C. de pac. Et ꝙ talis cõñctus ñ ſit licitus ꝓbãt ipſi, qa ſi aliquo mõ diceret̃ licitus. diceret̃ aut ꝓp fructus pecuniæ donatæ, aut ꝓp vſũ. Sed neutrũ dici ꝑt, qa repugnat naturę pecuniæ, q̃ ñ ꝑt germĩare frcm̃. nec pecuniæ vſus eſt ſeparabilis ab ipſa pecũia, vt latius dixi ĩ rõnibus 5. q. prin. ¶ Vlti. monent̃, qa pcm̃ illud appoſitũ, ꝙ liceat donatario reſcindẽ ad libitũ dcm̃ cõñctũ, repugnat contractui ꝑfectę donationis, q̃ de ſui natura ẽ irreuocabilis, vt. l. ꝑfectæ. C. de don. q̃ ſub mo. Facit. c. fi. s̃. de don. Et idem in vendi. ſi ꝑ viã vendi. ꝓceſſit contractus, qa pcm̃ reſolutionis vr̃ adiectũ in fraudem, iux. not. ĩ. c. illo vos. s̃. de pign. & c. ad nr̃am. de em. & ven. & c. ĩ ciuitate. & c. conſuluit. j. eo. 14. q. 3. pleriq;. Concludũt ergo primo, ꝙ talis contractus ñ eſt licitus. Scđo, ꝙ ꝑ tã cõtractum monaſterium ñ eſt obligatum. Tertio, ꝙ tã ipſe abbas, q̃ eius ſucceſſor pñt petẽ reſciſionem dcĩ contractus, & ceſſar̃ ab annua ꝓſtõne. Quarto, & vlti. ꝙ annua pręſtõ iã fcã computar̃ ĩ ſortem. Ego verò valde dubito de hae deciſ. Nec video, ꝙ hoc adſit aliqđ pcm̃, vel aliqua qualitas, ꝓp q̃ contractus dẽat dici illieitus. Vñ dieo, ꝙ circũſcripta deprauata ĩtentione, qa contrahẽtes tenderẽt ad auaritiã, & circunſcripta fraude data iuſtitia ꝓtij, ꝙ talis cõñctꝰ dẽt eſſe licitus. Arg. n. ꝙ pecunia non ſit vendibilis, ſatis eſt ſolutum. s̃. Item ad aliud arg. ꝙ iſte, aut vult

annos redditus pp fructum,aut pp vsum pecuniæ,
dico,ꝙ nihil valet;qa oīs emptor soluit ꝑtium, nec
fructus quos recipit ex re empta, vel ex iure empto,
dr̄ recipere pp vsum,aut fructum pecuniæ, sed ex re
sua p eā empta ꝑtio. Aliàs aūt nulla vēditio esset lici
ta.Cū ergo iste emat istā seruitutē annuæ ꝑstationis,
fructus,seu annuos redditus recipit,non pp fructū,
seu vsum pecuniæ q̄ dedit;sed ex re sua ; hoc est, ex
ipso iure qd̄ emit iusto ꝑtio. Nec obst.aliud arg. de
pacto apposito,ꝙ ad voluntatē venditoris cōtractus
possit rescindi; qa p tale pcm̄ emptor dr̄ facere gra-
tiam,vt dixi latè.s̄.in.12.q.& qd̄ dixi in.13.q. Et ex
ꝑdictis infert, ꝙ decisio eorū q̄ dixi.s̄.in.15.&.17.
qq.in q̄rū dixi,ꝙ ad hoc vt valeat emptio annui red-
ditus in pecunia,frumento,vel simi. debet esse rela-
tus ad aliq̄ rem,seu constitutus in aliqua re, non ꝓ-
cedit sine dubitatione.Decisio tñ pn̄tis.q. pp autho
ritates tantorum Doct.contrariā sn̄iam tenentium,
non est multa secura. Et ideò consulo,ꝙ contrahen
tes debeant abstinere à talibus contractibus.& maxi
me si sunt clerici. Et ex dictis in ꝑced.qq.infert gn̄a
lis decisio ad dubitationē quorundā contractuū, q
sępissime frequentant̄ in partibus Valentiæ,Arago-
niæ,& Maioricarū, de quibus pluries fui interrogat᷒
à scholaribus meis Catelanis. Qui contractus sunt
hmōi.Emit quis,ſm ꝙ ipsi vocāt.florenos reales an-
nuales,siue censuales,soluēdus quolibet anno in vna
vel duabus solu. ſm ꝙ conuenit,ad rōnem.x.pro.c.
qn̄q;.xv.& qn̄q;.xx.qd̄ ꝑtium vēditor recipit,& one
tat,caricat,& assecurat sup certa domo, vel possōne
vna,vel pluribus lōge maioris valoris,ſm ꝙ emptor
contentat̄; & gn̄aliter sup oībus bonis suis mobili-
bus,& immobilibus habitis,& hn̄dis; & dat emptor
facultatē venditori reluendi,& quietandi ꝑtiū, hoc
est rescindendi contractum qn̄cunq; sibi placuerit;
& hos vocant contractus censuales cū carta, siue in-
strō de gr̄a.Nā arbitror dictos contractus licitos eē,
licet concessa sit facultas venditori resciudēdi con-
tractum;qa istud est facere gr̄am sibi,vt.s̄.dixi. & iō
merito vocant ipsi censuales de gr̄a. Licet ſm opin.
ꝑdictorū Docto.Io.de Lig.Lau.de Pinu. & Lau.Flo
ren. hæc decisio non ꝓcedat sine dubio;tñ in ꝑdcīs
termīs arbitror sine dubio contractus tales fore lici-
tos;cū constituant̄ annui redditus in rebus,vel relati
ad res,vt dixi in.15.& 17.qq. Et audiui,ꝙ cum ferè
oēs illæ ꝓuinciæ occasione quorundā ꝑdicatorum
asserentium dictos contractus fore illicitos su piori
bus annis essent in maxima murmuratione,Papa sub
pęna excōicationis mādauit, vt ppetuò posthac nul
lus auderet ꝑdicare tales cōtractus fore illicitos.qd̄
mandatum mihi vr̄ fuisse æquum. Vn̄ circunscripta
fraude cupiditate,auaritia,& data iniustitia ꝑtij, dico
tales contractus licitos. Patet ēt ex ꝑdictis,ꝙ sint li-
citi contractus,q ꝑ ꝑdictos frequentant̄, quos vocant
censualia mortua,seu ppetua, q̄ non ad voluntatem
vēditoris rescindunt̄,sed ppetuant̄. Itē & fortius pa
tet,ꝙ liciti sint contractus,quos frequētant, p quos
alius ab alio q emerat tales redditus, emit de nono.
105 ¶ Vigesimoprimo q̄ro,† an sit licitum emere actio
nem aduersus alium cōpetētem ad pecuniam nume
ratā ꝓ minori ꝑtio. Sol.Doct. in.d.c.in ciuitate.j̄.
eo.rn̄dent ꝙ sic. Vn̄ dicunt,ꝙ si.T.emit à.S. ꝓ 800.
floren.actionem quā habet ad mille aduersus.M. ꝙ
cōtractus est licitus.& mihi placet. Arbitror tñ hoc
intelligendum,nisi esset tanta paruitas ꝑtij, ꝙ cessio
ꝑsumeret̄ falsa,seu simulata, arg.not.in.l. p diuersas.
&.l.ab Anastasio.C.mand.& ibi p Bar. Paruitas aūt
ꝑtij in hoc casu,ſm verā opi.glo.& Bart.in.d.l.p di-
uersas.considerat̄ deductis expensis,& laboribus ne-
cessarijs ad exactionem illius nois. Item potest, vt
arbitror,considerari ſm potentiā,& qualitatem,seu
diuitias debitoris,cuius nomen emit; nam posset eē
adeò paup,ꝙ actio efficeret̄ quasi inanis, ita ꝙ esset
iustū ꝑtium vnus,aut duo soldi ꝓ lib. Esset ēt aīad-
uertenda qualitas obligationis,an esset pura,& expe
dita,vel intricata,vel in diem,vel sub conditione,vel
sub modo.& sic de singulis. Et ꝑdicta not.qa faciūt
ad multa.Et intellige ꝑdicta,habita consideratione,
ne vēditor incidat in edictum de alien.iudi.mut.vel
lit.pen.aut tit.ne lice.poten. ¶ Vigesimosecundo
106 q̄ro,† Monasterium vēdidit certas annuas pēsiones
alicui ꝓ mille floren. quas deberet recipere quo ad
viueret;cū pacto,ꝙ si.j̄.biennium moreret̄, mona-
sterium teneret̄ restituere emptori flore.500. conti
git,ꝙ emptor vixit annis.xx. adeò ꝙ recepit ex ipsis
annuis possessionibus flor.2000. an talis contractus
sit vsurarius.Sol.Oldr.consi.207.qd̄ incipit vniuer-
sis,concludit ꝙ sit licitus. Primo,qa hic non est lu-
crum ex mutuo.ergo nō vsura,quia annuus redditus
est res empta,& mille floren.sunt ꝑtium; vn̄ licet in
euentum mortis.j̄.biēnium non debeant̄ nisi.500.
tñ contractus est licitus. Facit.ff.de contrah.empt.
.l.fundi partem. & bonus tex. in.l.si sterilis.§.si tibi
fundum.ff.de act.emp. Nec obst.ꝙ monasteriū fue-
rit damnificatum pp longiorem vitam;quia hoc nil
aliud est,q̄ de natura conqueri,ꝙ emptor vixerit lon
giori tpe,q̄ fortè monasterium arbitraretur, contra
.l.maximum vitium.C.de liber.præte. Nec euentus
damni restitutionem indulget, sed inconsulta faci-
litas,vt.l.verum.§.sciendum.ff.de mino. Præterea si
emptor vixisset tribus annis monasterium voluisset
contractum tenere, ergo non debet audiri,si nunc
contrarium postulat,vt.l.pe.C.de solu.Et ad ꝑdicta
facit not..l.sancimus.§.pen. C.de donatio. vbi tex.
vult,ꝙ donatio annui redditus ad vitam donatarij,
qui annui sit constitut.j̄.500.aureos quolibet an-
no,nō indigeat insinuatione. Et assignatur ratio ibi
in tex.videlicet,pp incertum fortunæ exitum; cum
possibile sit vnius anni termino, vel breuioris tpis
metas su puiuere.Præterea,sicut canō simpliciter ꝓ-
hibet vsuras,ita & ius ciuile ꝓhibet excessiuas;vt pu
ta centesimas,nisi in certis casibus, vel grauiores. &
tñ si res det̄ pignori de iure ciuili, vt fructus cedant
in vicem vsurarum,pōt vsura excedere centesimam,
vt.l.si ea lege.&.l.oleo.C.de vsur. & ita p hunc mo-
dum arguit Imperator. in.l.ambiguitatem.§.re.de
vsufruc.Facit.c.nauiganti.2.&.3.rn̄.j̄.eo.Nec obst.
principium illius.c.qa loqtur in mutuo, in quo mu-
tuans ex intentione semp agit sortem integrā cum
lucro recipere;sed in casu ꝑdicto emptor nunq̄ egit
integrā sortē ad se redire. Et ꝓ hac opin.allegat ēt
qd̄ not.Host.in.c.in ciuitate.j̄.eo.Inno.& Goffr.in
d.c.nauiganti.Et hoc dicit ꝓcedere,maxime qn̄ em
ptor nō esset solitus fęnerari. Et multo fortius si eēt
solitus redditus suos in pios vsus dispēsare. Itē addu
cit,qa hoc vr̄ corroborari,q̄si ex cōsuetudine totius
chri-

chriſtianitatis. Et hæc opin.mihi placet.pro qua fa-
ciunt plura arg.de quibus in præcedẽ.qq. & ẽt plura
arg.facta in hac.q.p Oldr.faciunt ad deciſ.ꝑced.qq.
107 ¶ Vigeſimotertio q̃ro,† quid ſi monaſteriũ debitis
aggrauatum vendit fructus alicuius prædij ꝓ.x. an-
nis pro pretio mille floreñ.cum fructus illius prædij
cõiter valeant annuatim.150. an talis contractus ſit
licitus. Et hæc.q.poteſt cadere in quolibet priuato.
Sol.Io.And.in addi.Spec.eo.titu. in rubr. formauit
hanc.q.& dicit,ꝙ pro emptore facit, quia ipſe etiã
prædicta mille ſubmittit fortunæ; ex quo nullos ca-
ſus excipit,ſterilitatis.ſ.hoſtilitatis,vel ſimi.Item qa
dato ꝙ ceſſet oĩs ſterilitas in capite.x.annorum non
haberet niſi.500.libras de fructu; & certe plus ha-
buiſſet cõiter in redditu, faciendo veram emptionẽ
de prædio valente mille. Et aduerte, quia ſm eum
hoc dubium vr̃ facere caſus, qui põt contingere in
fructibus ꝑcipiendis.Sed ſi fructus eſſent certi, puta
cenſuales redditus,non ſubiecti fortunæ, & tp̃s etiã
eſſet certum,contractus magis ſaperet vſuram, arg.
not.p eum in.c.in ciuitate.ĩ.eo. & eorum quæ dixi
s̃.in.20.q. Et ſubdit ipſe,ꝙ qñ fructus eſſent certi,
vt puta.150.& tempus eſſet certum,puta.x.annorũ.
& emptio fuiſſet facta pro mille,licet quidam dicãt
ꝙ iſte non lucraretur vltra capitale quolibet anno
niſi.50.& ex poſſesſionibus emptis ſimpliciter,hr̃et
vltra,dicit ipſe hoc eſſe verum, ſi emptor tale lucrũ
poneret in arca. Sed ſi ſingulis annis locaret centum
in emptionem p̃diorum,prout reciperet ex capitali
ſuo,ad rõnem octo flor. pro centenario, haberet in
fi.ſecundi anni vltra quantitatem p̃dictam,octo flo.
& in fi.tertij.16.in fi.quarti.24.in fi.quinti.32.& tã-
dem in fi.noui anni. 64. & ſic ſola centum annuatim
inueſtiendo, hr̃et de illis vltra.500. illos.88. & ſic
cõpleto anno vltimo,habebit prædia.788.flor. Sed
ipſe Io.And.in duobus errat. Primo,quia ibi dicit
de centum flore.quos poſſet exponere quolibet an-
no in emptionem prædiorum. Poſſemus dicere de
150 prout ipſe recipiebat quolibet anno. Secundo
errat,quia non ſolum in ſecundo anno poſſet expo-
nere.150.ſed.162. ad rationem octo pro centena-
rio,ponendo fructum.s̃.fructum in capite anni, &
reducẽdo calculum ad vnam diem. Et aduerte,quia
cẽtum floreni in nouem annis, computato lucro ad
rõnem octo ꝓ centenario,reducto lucro octo anñ.
ad vnam diem,aſcendit ad flore.85.ſimul cum capi-
tali, & ſoldum vnum,& deñ.nouẽ, & duos quintos,
ſm computum,& valorem flore.Señ. Et aduerte,qa
Io.And. ſolum intellexit, qñ quolibet anno expo-
nerẽtur centum de ſorte.¶ Vigeſimoquarto quæro,
108 †quia.s̃.dictum fuit ſæpius de iniuſtitia pretij,& de
deceptione vltra, vel citra dimidiam iuſti pretij in
talibus contractibus,qd᷑ dicatur iuſtum pretiũ.Sol.
dic,ꝙ Lap.de Caſtil.in.d.c.in ciuitate.vr̃ velle,ꝙ ta-
les contractus ex eo,ꝙ quandoq; fiunt ad vitã vnius,
aliquando ad vitam duorum, vel plurium, & aliqñ
tales ſunt ſenes,aliqñ iuuenes.ideò difficile eſt aliqd
certum diffinire. Et iura ciuilia videntur aliqualiter
variare à canonibus;nam.l.ſancimus nemini.C.de ſa
croſ.ecc.cano.10.q.2.§.ſi œconomus. dicit,ꝙ ſi ve-
lis dare rem tuam eccleſiæ, & recipere ad vitam tuã
aliam rem eccleſiæ, potes recipere duplum valentẽ.
Sed canon.10.q.2.c.precariæ.vr̃ dicere de triplo.Et
glo.in dicto canone,volens ad concordiam reduce-
re,dat intellectum canoni,qui de triplo loquitur,ꝙ
vendicet ſibi locum,qñ recipiẽs rem ab eccleſia, eſt
debilis,vel ſenex. Et dicunt ibi Hug.& Laur.ꝙ non
debet intelligi, qñ talis emptio transferreretur ad vi-
tam filiorum. Archid.etiam, & clarius idem vr̃ ſequi
& Io.Fanen.in.d.c.precariæ. Sit ergo concluſio,ſm
prædictos, ꝙ ſi emens dat centum, poteſt recipere
poſſesſionem valentem trecentũ,ſi eſt debilis,vel ſe-
nex; & ad vitam ſuam duntaxat emit, & ſtatim dat
pecuniam. Si autem eſt iuuenis,& fortis complexio
nis, tunc pro centum poteſt recipere poſſesſionem
valentem ducenta,ſi tunc dat ipſa centum. Sed ſi ꝓ-
mitteret dare poſt mortem ſuam centum in primo
caſu,non recipiet niſi poſſesſionem valentem.200.
In ſecundo verò valentem.100.Hæc eſt intẽtio Do
cto.Et hoc mihi placet in caſu prædicto. Sed qñ fie-
ret ad certum tp̃s,vel ad vitam ſui,& alterius, vel fi-
liorum,aut hæredum ſuorũ vſq; in tertiam gñatio
nẽ, dico, ꝙ iudex debet arbitrari qualitatẽ poſſesſio
nis emptæ,& fructuum,qui inde recipiunt̃,& quanti
tatem pretij dati,& qualitatem pſonarum, & ipſarũ
numerum etiam ſucceſſiuum; & arbitrari iuſtũ valo
rem,ſm cõem extimationem hoĩum, arg.l.ꝑtia re-
rũ.& qd᷑ ibi not.ff.ad leg.ſalci.nec aliter põt dari in
109 hoc certa doctrina.¶ Vigeſimoquinto quæro,† ven
dit quis,vel donat monaſterio,vel priuato oues, cũ
pacto, ꝙ quolibet anno reciperet duos ſoldos pro
qualibet,cum tñ fructus cuiuslibet ouis valeret qua
tuor;& cum pacto,ꝙ q̃uis oẽs oues morerentur, ni-
hilominus monaſterium eſſet obligatum toto tp̃e
vitæ tradentis,ac ſi oẽs oues viuerent; ſed poſt mor-
tem tradentis oues omnes,libere eſſent monaſterij,
& ſi numerus foret centuplicatus,an ſit licitum.Sol.
Hoſt.in ſũm.eo.tit.§.an aliquo.ver.qd de his q oues.
dicit,ꝙ hoc licitum eſt ex vi pacti.alleg.ad hoc not.
ꝑ ſe in.d.§.an aliquo.ver.Goffredus tñ. de quo dicã
ĩ.8.q.pt inc.Item alleg.not.per eum in.d.§. verſ.vn-
decimo.vbi dicit,ꝙ qñ venduntur fructus ad tp̃s,li-
cet emptor ſatis plus ꝑcipiat de fructibus,non tñ te
net̃ reſarcire venditori tanq̃ indebitè receptos rõne
incertitudinis,p.l.ſi ea lege.C.eo.&.ff.de hæredi.vel
act.ven.l.cũ hr̃ditatẽ.cũ.l ſeq.& idẽ tenet do.Ant.in
c.1.ĩ.eo.Quinimò dicit Hoſt. ꝙ adeò contractus ẽ
licitus,ꝙ eccleſiæ non dat̃ reſtõ in integ. licet oues
ſint mortuæ;ex quo nõ fuit læſa in traditione; quia
non euentus dãni,ſed inconſulta facilitas reſtõnem
tribuit,vt.l.verũ.§ ſciendũ.ff.de min. Niſi oues tp̃e
traditionis eſſent forte infectæ,ſeu morboſæ,& para
tæ ad mortem.qd᷑ non aĩaduertit monaſteriũ,vt.l.ve
rum.§.ſi locupleti.ff.de mino. Cõſulit tñ Hoſt.tra-
denti,ꝙ adueniente caſu,p p quẽ monaſterium ſit læ
ſum,ꝙ non exigat. Nec obſt.opi.Hoſt.ꝙ non valet
pcm̃ qd᷑ facit dans pecuniã mercatori ad mercãdũ,
cũ hoc,ꝙ capitale ſit ſaluum,& partẽ lucri recipiat;
qa caſus eſt longe diuerſus;qa dat̃ pecunia nõ germi
nans fructum.hic verò dat̃ res fructificãs. Itẽ,ibi to-
tũ periculũ capitalis ꝑtinet in totũ ad recipientẽ;qa
ſemp integrũ reſtituẽdum eſt, & tñ dñium remanet
apud dantẽ pecuniã.In caſu verò nr̃o,dñium rema-
net apud monaſteriũ,nec capitale reſtituit̃ tradẽti.
110 ¶ Vigeſimo ſexto quæro, † vendit qs rem valentem
cẽtum pro.50.cum pacto,ꝙ emptor debeat ſoluere

ĩ.men-

ꝫ.mensem;aliàs teneat͂ soluere.100. An talis contractus sit licitus. Et vr̃ dicendum ꝙ non;nam.50.vsuræ adiecta ad pœnã non factæ solutionis in diẽ termini;& sic in fraudem vsurarum,vt dicã.ꝫ.in.8.q.ptin. Contrarium determinat Bal.in tit.quali.dñs ꝓprie. feu.priue.c.1.ver.& ex hoc. vbi dicit, ꝙ non est vsu-
111 ra,sed augmentatio pretij. Et ibi q̃rit,quid†si hoc modo vendit lõge minori ꝓtio q̃ valeat, et dimidia iusti ꝓtij,sub dicto pacto,an habeat locum remediũ .l.2.C.de rescin.vend. Et concludit ꝙ non.De quo valde dubito. Nec mihi placet,nisi pp moram com missam in solutione, ꝓtium fuerit adeò augmentatum,ꝙ sit iustum,vel non sit tanta deceptio. vide de
112 materia in.dd.iuribus. Aduerte tñ,†quia in.q.nr̃a princ.maius dubium esset, si venderet͂ iusto ꝓtio, & adijceretur,si.ꝫ.mensem non solueret,aliquid plus. nam hoc casu non vr̃ licitum,fm ea quæ dicam.ꝫ.in 8.q.princ.Et ex prædictis oibus,habes examinatum articulum,qñ contractus sit licitus tanq̃ sapiens vsurariã prauitatem;licet principaliter non sit celebratus sub spe mutui,sed sub velato contractu emptionis,& venditionis. Propterea nunc videamus de cõtractibus illicitis;ex eo quia palleati sunt sub noĩe societatis,& tñ sapiunt vsurariã prauitatẽ. Ad quorũ
113 euidentiã aduertendum est,fm Cice. ꝙ†societas dr̃ duorum,vel plurium conuentio contractã ob cõmodiorem vsum,& vberiorem q̃stum.Et ad ipsam diffinitionem addendũ est,ꝙ & dãnum, & lucrũ ad quẽlibet sociorũ debet ꝓtinere,ita dicit Azo in sum.in tit.C.ꝓ soc.Et hæc societas est fr̃nitas q̃dam,vt.l.verum.1.rñ.ff.ꝓ soc.& ideò imperium est,ꝙ ibi committat͂ vsura,vel aliqd' turpe lucrum. Et est sciendũ,
114 ꝙ† contractus societatis tripliciter variari,& cõtrahi p̃t.Primo,si vnus ponit pecuniam tñ,& alius operam tñ Secundo cũ vterq; ponit pecuniã, & operã. Tertio,cũ vnus ponit operã tñ, & alter pecuniã, &
115 operã. debent.n.† in his damna esse cõia,vt lucra, fm Goffr.quem sequit͂ Host. & not.glo.14.q.3.plerisq;.Põt tñ conueniri inter socios,vt vnus duas partes,alius verò vnam pcipiat lucri. Et dicit Nico.de Mata.ꝙ qñ vterq; ponit pecuniam,& operã, & alter plus ponit de pecunia, vel opera, ꝙ lucrum eorum debet esse equale,non æqualitate quantitatis,sed ꝓportionis,si nil aliud sit expressum. Vnde dicit glo. not.in.l.1.C.ꝓ soc.ꝙ si alter ponit pecuniam,alter operã,& nihil conueniat de partibus pcipiendis, vr̃ conuenire,vt æqualiter fiat diuisio.Idcirco ꝓsuppositis ꝓdictis ꝓsequendo ordinem.qq. condescendã ad.qq.circa hunc artic. ꝓtinentes. Vigesimoseptimo
116 q̃ro,†an dans pecuniam mercatori ad mercãdum, pacto adiecto,ꝙ capitale sit saluum, & dans recipiat lucri partẽ,cõmittat vsurã. Sol.gl.in.c.plerisq;. 14.q.3.tenet ꝙ talis contractus nõ sit licitus,ex quo periculum spectat ad recipientẽ.Sed si periculũ capitalis spectaret ad vtrũq;,cũ tunc societas contrahat͂ p talia verba,contractus est licitus;quia non ẽ inconueniens,ꝙ in societate vnus ponat operã, alter verò pecuniã,vt.l.5.ff.ꝓ soc.&.ꝫ.dixi.Host.verò in sum. huius tit.§.an aliquo.ver.qd si periculũ. recitat opi. Prima fuit Quinti Mutij,ꝙ talẽ societatẽ dixit illicitã.Sed Seruius iurisconſ. ipsum rephendit, di.ẽs,ꝙ si in quibusdã mercibus aliqs lucratus fuit,& in quibusdã amisit, lucro cũ dãno cõpẽsato, si qd lucri supest,debet diuidi inter socios,fm ꝙ conuenit.nec intelligit͂ lucrũ,nisi dãno ex tota societate deducto, vt.l.Mutius.ff.pro soc. Host.in.d.ver.vr̃ finaliter defendere,ꝙ et si recipiens suscipiat in se dãnum capitalis insolidũ,ꝙ talis societas sit licita,per nota.in.l. si non fuerit.ff.ꝓ soc.& Insti.eo.§.de illa.&.§ adeo. Nã & in ceteris contractibus valet pcm̃ ꝓter naturã cõtractus,vt dãnum spectet ad recipientẽ in casu,in quo debuisset regulariter ptinere ad dantẽ, vt.l.cõtractus.ff.de reg.iur.& fm not.in.c.1.&.2.depoſ.cũ si. Azo verò,& Accur.tenent contrarium in.l.si non fuerint.in prin.ff.ꝓ soc. Mouent͂, quia tale pcm̃ est contra naturã contractus societ.& ideò non valet,vt not.in.c.si.de preca.&.l.cũ precario.ff.de pca. de natura.n.contractus societa.est, ꝙ partes sint equales, si aliud inter ipsas non sit actum. Et q̃uis inter ipsas possit agi, vt ad vnũ ptineant duæ partes lucri, & ad aliũ vna,tñ illa vr̃ equitas,& iustitia in societate, vt ille plus debeat hr̃e, q plus contulit societati,vt.d.l. si nõ fuerint.&.d.§.de illa.Finaliter cõcludit Hosti. ꝙ talis contractus non sit iustus. Et ppea consuluit ipse ꝓ aĩarum salute,ꝙ is qui pecuniã dedit, debeat illã remittere ei q recepit,si recipiens sine aliqua culpa sua amisit.Io.Cald.& Goff.secuti sunt opi. Azo. & Accur.ꝙ talis contractus non sit licitus. Et rñdet
117 ad.§.&.adeo.Insti.de socie.q vr̃ obstare,qd' cum ibi dr̃ posse conueniri, vt quis lucri partẽ ferat,& de dãno non teneat;qd' in q̃tum dicit de dãno,debet intelligi de lucro,vel dãno mercimonij,vel opere, nõ aũt de capitali; quia lucrũ nõ intelligit͂ nisi deducto dãno,& econuerso.Si aũt solũ de dãno fuit expressum.s.ꝙ ad vnũ tertia pars,& ad aliũ duæ ptinerent, illud idem in lucro intelligit͂ repetitũ.Insti.de soci. §.illud. D.Ant.licet primo videat͂ velle defendere, qd' contractus non sit illicitus; qa hic non cõmittit͂ vsura;cũ vsura versetur circa mutuum;tandẽ tñ conclu dit,qd' opi.Azo.sit tutior,& tenẽda,vt.c.iuuenis. de sponſ.Bal.in.l.1.C.ꝓ soc.dicit,qd' tales qui dãt mer catoribus pecuniã ad mercãdũ ad partem lucri, pcõ adiecto qd' capitale sit saluũ,cõmittũt vsurã.Et ideo concludit,qd' quicquid pcipit͂ de lucro p dantẽ, extenuat fortẽ,qa ista non est societas ; nec ex forma, nec ex natura,ex forma,quia vr̃ pecuniã mutuo dare;ex natura,quia vr̃ contra naturã societa. p.l.mutius.ff.ꝓ soc. Vnde dicit,qd' illud qd' legit͂ in.d.c.p
118 vr̃as.†de dona.debet intelligi qñ pecunia datur ad partẽ lucri,& dãni;quia tunc contractus est licitus. Sed aduerte,quia Io.And.in.d.c.p vr̃as.dicit,qd' ille tex.põt intelligi ẽt,qñ mercator præstaret cautionẽ de pecunia deposita integre restituenda. & hoc fauore dotis.arg.l.1.ff.sol.ma.& cõueniret et de parte lucri reddẽda,ita qd' cõpẽsato dãno cũ lucro, de eo qd' supest lucri certa pars redderet͂ ꝓ oneribus mr̃imonij sustentandis. Alleg.d.§.de illa. Insti.de socie. &.d.l.si non fuerint.§.Aristo.Qd' dictũ Io.An.dicit D.m.ibi sing.notan. Et qd' ex eo infert mirabile,qd' pecunia possit deponi aqud cãmporem,vt capitale sit saluum,& habeatur pars lucri. Dicit tñ,qd' non credit,quòd talis societas sit licita,nec honesta;quia de facili possit contingere, quòd ponens operã sentiret dãnum in operis amissis, & in capitali ; qd' est contra naturã societ.Vnde cõcludit,qd' talis contractus nõ ẽ licitus.Alleg.not.ĩ.d.c.plerisq;.Et ad.d §.de illa.

119 illa.&.§.& adeo.tñdet,† quasi in effectu, ꝓut rñdet
Io.Cal.videlicet, ꝙ ille tex. debet intelligi,ꝙ ṗt qs
pacisci,vt partẽ lucri ferat,non damni.s.quò ad po-
nentẽ operas. Vt talis sit sensus,videlicet, ꝙ valet pa
ctum,ꝙ ille qui ponit operas in societate,ṗt conue-
nire,vt ferat partem lucri. qđ intelligitur deducto
oĩ damno;& partẽ dãni non ferat.s.de capitali. Rõ,
qa satis est,ꝙ sentiat dãnum in opis amissis. Quini-
mo vt dicit ibi tex.opera põt esse talis,ꝙ ꝑualet pe-
cuniæ. Non obst.c.ꝑ vr̃as.qnia nihil dr̃ ibi,ꝙ capita
le sit saluum. Nec est speciale in pecunia dotali,vt
quidã somniauerunt;quia ẽt ꝓ redimendis captiuis
nõ licet fęnerari,vt.e.sup eo.j̃.eo. ¶ Vigesimoocta
120 uo q̃to,† ponit qs in societate trecenta,cum pacto,
ꝙ ferat medietatẽ lucri,& ꝙ sibi ducenta stent in se-
curo,ita ꝙ adueniente casu oĩum trecentorum amis
sorum sibi oĩno restituanť ducẽta, an contractus sit
vsurarius.Sol.satis clara apparet ex præced. Cõis tñ
Cõis opi. opi.*est,ꝙ sit vsurarius.Facit qa idẽ iuris est de par-
te quò ad partem, qđ de toto quò ad totum.l.q̃ de
tota.ff.de rei ven. Hoc tñ arbitror limitandum,nisi
illa pars quæ staret ad cõe dãnum, esset æquiualens
operę,& industrię alterius socij;quia tunc cõtractus
vr̃ satis licitus. Nisi diceres,ꝙ iste de lucro ꝓuenien
te ex ducentis recipit partẽ sibi contingentem,& tñ
ex dãno qđ posset contingere in amissione ducen-
torum,nullã partẽ debet reportare.Vnde cõtractus
non vr̃ licitus;quia q̃tum attinet ad ducenta, potius
hoc vr̃ esse mutuum,q̃ societas. & ideo quicqd acce-
dit sorti,siue certum,siue incertũ ex intentione esset
regulandum ſm arbitrium discreti,& boni iudicis,
vt dixi in ṗced.q.In dubio tñ à talibus contractibus
121 abstinendum est. ¶ Vigesimonono q̃ro,† qd si ali-
quis ponit in societate centum, cum hoc ꝙ ipse ha-
beat integrum lucrum de.50. & medietas lucri de
alijs.50.diuidať;an talis contractus sit licitus.Sol.li-
cet quidam dicant,maximè Theologi,ꝙ non sit lici
tus,tñ arbitror dicendum,ꝙ contractus ita simplici
ter initus,debeat esse licitus; quia iste vr̃ conuenire,
ꝙ debeat ipse reportare tres partes lucri; alio dunta
xat tertiã partẽ hñte.qđ licitum est.nam & hoc ipso
vr̃ conuenisse,& ita cõuenit,ꝙ ferat tres partes dam
ni,vt.d.l.si non fuerint.ff.ꝓ soc. Sed si conueniret,
qđ socius teneret ꝓ eo negociari.50.& solum lucrũ
sibi dare,dãnum verò deberet ptinere ad recipien-
tem;damnum verò,& lucrum ex alijs.50.deberet eẽ
cõe,contractus non vr̃ esse licitus. Nisi ſm qđ dixi
in duabus ṗced.qq.Sed si conueniret, vt ꝓ eo nego-
tiaret.50. cum oĩ cõmodo, & incommodo,& alia
50.mutuaret,vel.100. nõ est dubium, ꝙ contractus
esset illicitus; quia hoc casu accederent sorti operæ
illius qui negotiari habet nullo constituto salario;
ergo vsura est,vt ꝓbabiť in.qq.de quibus dicã circa
articulum,qualiter contractus vsurarius dicať respe-
ctu accessionis. Et circa ṗdictas.qq.quædam ẽt aliæ
qq.ad materiam vsurarum adiunguntť per Docto. q̃
potius spectant ad materiam societatis,q̃ vsurarum.
122 & ideò sufficiant remissiones. ¶ Vna est, vtrum† ille
qui ponit in societate operã,debeat ꝓprijs sumpti-
bus nauigare,vel simi.facere.de qua vide Ia. de Are.
& Cyn.in.l.1.C.ꝓ soc.& ibi p Bal.in.7 q. Alia est.
123 †an in diuisione societatis,q̃ fit qñq; post longa tpa
multis laboribus ṗcedentibus, si nõ inueniť aliquid
lucri,sed solum capitale, qualiter illud sit diuiden-
dum.de qua vide glo.Cy.& Doct.in.d.l.1. C.ꝓ soc.
124 Alia est, quid† si totum capitale est depditũ, an ille
qui posuit operã,teneať ad aliquã partẽ dãni illi qui
posuit pecuniã.de qua vide in.d.l.1. & maximè per
Bal.& circa ṗdictas.qq.possunt aliæ oriri. de quibus
vide in.d.l.1. ¶ Verũ qa contractus socidarũ, q quo
tidie frequẽtanť.hñt instar societatis; ideo cõseqns
est,vt de ipsis videamus; in quibus.s.casibus cõtract⁹
sint liciti,vel illiciti, ꝓsequendo ordinẽ q̃stionum.
125 ¶ Trigesimo igiť q̃ro,† habebat qdã.50.oues,quas
dedit in socidã alteri hñti alias.50. & conuenerunt
adinuicẽ,ꝙ de oĩbus.100.fieret q̃dã societas, ita vt
periculũ,dãnum,fructus, & emolumẽta essent cõia,
an cõtract⁹ sit licitus.& dic ꝙ sic. Etiã si paciscerenť
ꝙ ex ueteribus,aut ex alijs fructibus in locũ morien
tium aliæ subrogarenť. Nec ṗt dici,ꝙ hic cõmittať
vsura,quia nõ interuenit in hoc aliquod mutuũ, nec
verũ,nec velatum.Faciunt q̃ dixi.s̃.in ptin.huius.6.
126 q.princ. Nec põt dici illicitus† ẽt si ex pacto conue
niret,ꝙ vnus reportaret meliorẽ cõditionẽ, q̃ alter.
Licet posset eẽ iniustitia respectu societatis,q̃ debet
esse contracta ad instar fr̃ıiratis, vt.l.verum.ff.ꝓ so.
de qbus latius dictum fuit in ṗced.qq.Nec ẽt est il-
licitus, qñ vnus ponit.x.alter vero.xx.qũ q.x.ponit,
postea ponit expẽsas,& opas, ita qđ interim fructus
127 ęqualiter diuidanť. ¶ Trigesimoprimo q̃ro,† quid
iuris de casu frequentato, maxime apud Floreñ. T.
tradit S.pecora extimata ꝓ.100. cum pacto,ꝙ antẽ
oĩa.T.debeat recipe totũ capitale ex fructib⁹ ipsorũ
pecorum,an contractus sit licitus,posito qđ ex tunc
qñ T.receperit integrum capitale, pecora sint cõia.
D.Ant.in.c.fi.j̃.eo.tenet ꝙ nõ. Mouetur,qa primo
venit capitale certum,deinde lucrum supueniens.&
sic vr̃ contractus illicitus,maxime cum extimatio vi
deať constituere quoddã ṗtium;& sic redactũ ad pe
cuniã,vr̃ posse redigi ad mutuum.Itẽ facit qđ.s̃.di-
q.27 Itẽ facit,quia iste vr̃ hr̃e deprauatã intentionẽ
recipiẽdi aliquid vltra sortẽ, q̃ iã quasi cõsistit in pe
cunia pp extimationẽ,ergo vsura, vt.c.consuluit.j̃.
eo.In contrariũ verò vr̃ facere qđ no.Spec.in tit.de
loca.§.iã dicendum.in fi.vbi ipse ponit formã hmõi
contractus.& p'consequẽs vr̃ ipsum approbare. Fa-
cit ẽt ꝙ sit licitus,qa talia pecora remanent in dñio
tradẽtis,& si in principio perirẽt,perirent periculo
tradẽtis,ergo non põt dici capitale saluũ, vt dixi in
27.q.Et iden non mirũ,si tradẽs põt recipere maius
emolumentũ, ex quo maius subit periculũ, ſm reg.
qui sentit onus. ergo rõne dubij iste tradens saltem
excusari debet,vt.c in ciuitate.&.c.fi.i fi.j̃.eo. Nec
ob.prin.d.c.fi.qa ibi loqť in cõtractu mutui.& licet
pecunia ibi stet periculo creditoris, tñ pecunia non
deteriorať sicut faciũt pecora.Possunt.n.dietim mo
ri,& senescũt.D.Laur.Flor.in repe.c.cõsuluit.j̃.eo.
in.q.22.dicit, ꝙ si opi.do.Ant.esset vera,multi dam
narenť,sed ipse arbitrať talẽ contractum licitũ;& sic
vr̃ tenere ſcdam opi. Nec ẽ verũ,ꝙ capitale sit oĩno
saluum,qa vt dictũ est,multis modis perire põt. Sed
si omni casu quomodocunque & qualitercunq; pe-
cora perirent,talis vellet capitale esse sibi saluũ, tũc
bene contractus esset illicitus.Pro quo possunt addu
ci argumenta quæ feci in.27.q.Ego arbitror,ꝙ si tra
dens recepisset integrum capitale;deinde anteq̃ ille

qui

qui operas posuit, expensas fecit, aliquid perciperet
oīa animalia perirent. In foro conscientiæ is qui re-
cepit integrum capitale, fortè teneretur hr̄e consi-
derationem operarum expensarum p illū amissarū.
Et hoc qñ a principio non conuenit, ꝙ oīno capita
le esset saluum ipsi credenti. Sed ſm simplices termi
nos, ſm quos formaui.q. Et sic ſm dictos terminos
contractus satis vr̄ licitus a principio. Nec obst.qd᷑
dicit.d.Ant.de intentione recipiēdi vltra sortē &c.
quia in contractibus licitis in se ſm suum esse princi
pale, ꝓut est contractus emptionis, locationis, socie
tatis, & simi. intentio recipiendi aliquid vltra sortē,
& ipsa receptio non facit contractum vsurarium; qa
ꝓpriè in veritate non dicit̄ receptio vltra sortē, sed
dr̄ esse quasi de sorte. Et præterea in talibus cōtracti
bus licitū est lucrū separare. secus in mutuo, in quo
spāle p̄ceptum emanauit, mutuum date, nihil &c. vt
D.consuluit. pp tñ euitandas opi. & vt securè consu
lat̄ aīabus, debēt christiani, maxime clerici a talibus
contractibus abstinere. Theologi tñ circa p̄dictum
contractū, ad hoc vt licitus sit, dicunt, ꝙ duo sunt ne
cessaria. Primum, ꝙ ille qui tradit oues retineat in se
periculum casus fortuiti. Secundū, ꝙ si aīalia minus
venderetur, q̄ sint extimata; ꝙ ex hoc recipiens non
teneat̄ ad supplendum qd᷑ deest ad capitale; qa tunc
capitale esset saluum. qđ est contra ea, quæ dixi. s̄. in
128 27.q. ¶ Trigesimosecundo q̄ro, † habet. T. xx. oues,
tradit eas extimatas. S. pro lib. xx. quicqd de ouibus
contingat, an sit contractus licitus. Sol. satis patet ex
p̄ceden. ꝙ non sit licitus. & ita cōiter* tenent Theol.
Facit, qa est pmissum, ac si creditor mutuo dedisset
debitori lib. x. per quas emptis. x. ouibus contraxe-
rit secum societatem, ponendo alias. x. ita ꝙ sint oīa
cōia capita, & ipsi sint socij in periculo, & prouen-
tibus; nā tunc pro quanto grauat debitorem in cō-
tractu præfato, pro tanto ibi est vsura. nam postquā
vnusquisq; ponit medietatem, si oēs perirent, vnus-
quisq; debet pati damnum; vnde illa extimatio q̄ vr̄
Cōis opi. sapere mutuum velatum, vr̄ inducere tale grauamē.
& p consequens contractus non vr̄ licitus, vt statim
dicā. ĩ. in ver. in summa. ¶ Trigesimotertio quæro,
129 emit. T. a. S. oues, aut vacas, quas ille nō habet, & cre
dit, vel scit ipsum illas non habere; & ꝓ tali emptio
ne dat aliq̄ pecuniæ q̄titatē. S. & vt quasi ab alio ter-
tio emisset, locat illas ꝓ certa annua pensione, vel fa
ciens socidam sicam, seu in nube, grauat. S. an cōtra
ctus sit illicitus. Et dicendū est ꝙ sic, in q̄tum ipse
sciret. S. carere dictis ouibus. Sed si arbitraret̄ illum
hr̄e. Facit qd᷑ dicā. ĩ. de canibus. ¶ Trigesimotertio
130 q̄ro, † pone, tradit. T. S. xx. oues tenendas in socidā
ad tres annos, cū conditione, ꝙ ipse. S. teneat̄ ipsas,
& ipsarum fœtus, & fructus cū diligētia suis expēsis
conseruare, cū hoc, ꝙ in fine triennij fructus oīs diui
dant̄ p mediū. sed T. in fine triēnij debeat rehabere
oues suas principales, & ęquiualētes. Si tñ oues ipsæ,
vel aliqua ipsarum, vel earū fructus perirēt culpa, aut
dolo ipsius. S. vel custodientis ab eo deputati, ꝙ pe-
riculū ptineat ad ipsum. S. sed si casu fortuito, aut di
uino iudicio perissent, tunc damnū ptineat ad ipsū
T. an contractus sit licitus. Et dicendū ꝙ sic, qa hic
T. non vult oīno, ꝙ capitale sit saluū; sed vult dānum
ad se ptinere, si sine culpa, aut dolo perierunt. & hoc
Cōis opi. cōiter* affirmāt Theologi. ¶ Trigesimoquinto q̄ro,
131 q̄ † sępius facta est mētio de periculo, pone ꝙ aliqs
dedit oues, aut vacas in socidā ad quinquennium, vt
est consuetudo, & conuenit vt oues, & fructus earū
in fine quinquennij p mediū diuidant̄, contingit ꝙ
interim oēs oues naturaliter perierūt, an recipientē
spectet aliqua pars dāni. Hæc.q. non ptinet principa
liter ad materiā nr̄am, licet Doct. cōiter interserāt
Bal. in. l. 1. C. ꝓ soc. hac. q. tractat, vide ibi p eū latiss.
¶ In summa circa p̄dictam materiā ego arbitror ta-
lem indubitabilem posse dari regulā, ꝙ quotiescūq;
in contractu societatis, aut socidæ admiscet̄ mutuū
132 verū, aut velatū. Exemplū † veri mutui, vt puta, dedi
tibi oues in socidā, & mutuo tibi. l. Exemplū velati,
si interuenit aliqua extimatio, hn̄s admixtā condi-
tionem, p quā extimatio videat̄ sapere mutuū, vt. s̄.
pluries dictū fuit. Qđ si rōe mutui veri, aut velati, al-
terius socij, vel recipientis ad socidā, cōditio reddit̄
deterior, q̄ sit natura societatis, & socidæ, contractus
est illicitus. Verbi. g. est cōsuetudo cōis, ꝙ oues te-
neant̄ in socidā ad quinquenniū, tradens oues in so-
cidam mutuat. l. & vult ꝙ ille teneat̄ vsq; ad sex ann̄.
& sic ipsū grauat in vno anno de medietate sua inte
gra, q̄ oportuisset alteri finito. v. anno in socidā da-
re. quo casu ſm consuetudinē recipientis in vno an-
no lucratus fuisset. v. partem. nā oē emolumentū. vj.
anni ꝓ ea parte, q̄ ptinuisset ad recipientem in soci-
dā, vr̄ accedere sorti, & mutuo vero, vel velato, & sic
vsura est, vt dixi. s̄. Et facit qđ dicā. ĩ. in materia lo-
catio. & in artic. de contract. vsur. rōne accedentiæ
ad sortem. Si vero rōne ęstimationis, aut mutui veri,
aut velati, non reddit̄ conditio recipientis deterior
ſm verā naturā socidæ, & societatis, contractus non
est illicitus. Et sic et p contrariū, si recipiens in soci
dā mutuaret danti, vel ab ipso dante tenebat̄ recipe
pecuniā in pn̄ti, & facit sibi dilationē ad certū tp̄s,
& paciscit̄ circa socidā, ꝙ nō teneatur tenere, nisi ad
4. annos, & in fine. 4. anni. debeant aīalia diuidi per
medium, & certè ex parte recipientis contractus est
vsurarius. rōnes patēt p contrariū. Expeditis p̄dictis
artic. ptinentibus ad materiā societa. & socidę, tran-
seamus ad alios contractus, q vn̄r tenere mixtā natu
ram inter contractū societ. & loca. & hoc sequamur
ſm p̄missum ordinem. qq. ¶ Trigesimosexto quęro,
133 † pone, dedit. T. S. vnū par boum cū pacto, ꝙ. S. quo-
libet anno det sibi starios. xx. frumenti, an cōtractus
sit licitus. Sol. dn̄t Docto. cōiter*, ꝙ aut locat̄ opera Cōis opi.
bouū, & est licitus, qa boues deteriorant̄ periculo,
& dāno locantis. Si vero locans vellet illos recupare
p̄tio quo fecit illos extimari, nec vult subire pericu-
lū deteriorationis; sed solū vult subire periculū diui
nū, & mortis naturalis, & est illicitus. Hoc tenet do.
Ant. in. c. fi. ĩ. eo. Allegat not. 14. q. 3. plerique. & qd᷑
not. in. c. in ciuitate. ĩ. eo. & sequit̄ do. Laur. in repe.
d. c. consuluit. ĩ. eod. in. 23. q. ¶ Trigesimoseptimo
134 q̄ro, pone, ꝙ. S. tradit boues. T. cū pcō, ꝙ damnum,
& lucrū ipsorū boum sit cōe, ēt si sit dānum deterio
rationis; vult tñ. S. a. T. quolibet anno starios. x. fru-
menti, an contractus sit licitus. D. Lau. in. d. repet. &
in. d. q. vet. sed hic insurgit. Arguir primo, ꝙ sit lici-
tus. Mouet̄, qa in casu p̄ced. qñ ad tradentem boues,
ptinet integrū piculū, licite recipit illa. x. frumēti. ita
& in casu isto postq̄ subit medietatē periculi, & dāni
licitè recipit dcōs star. Facit. l. q̄ đ tota. ff. de rei ven.
In

In contrarium tamẽ allegat, quia ex quo.C.vult medietatem damni ad.T.pertinere. Inſuper vult,ꝙ ſibi ſoluatur.x.ſtarij annuatim;perinde videtur eſſe,ac ſi vellet capitale eſſe ſibi ſaluum,& partem lucri habere, qđ eſt reptobatum. Concludit tandẽ,ꝙ aut contractus eſt celebratus,taliter,verbi gratia , locauit.S. boues,vt T.cum illis araret,vel plauſtrum duceret, vel quid ſimi.'& ꝙ omne emolumẽtum etiam ipſius T.præcipuum,ſed ſi boues in fine anni eſſent deteriorati,& ſic minoris valoris.T.teneretur pro medietate;ſi autem melioris medietas lucri cederet ad vtilitatem.T.& profecto contractus eſt licitus, quanquã S.velit etiam ſtarios.x.frumenti quolibet anno. Moueor,quia ſiue quis dicat iſtum contractum locationis,ſiue ſocietatis,eſt licitus;nam ſi locationis,vt puta,operarum bouum, contractus erit licitus ratione deteriorationis. Nec ob.ꝙ pro medietate T.ſubeat damnum deteriorationis; quia ſatis ſt,ꝙ ꝓ illa dimidia,& illius reſpectu nihil ſoluat. ſoluit enim.x. vbi ſi nihil ſubiret damni,ſolueret.xx. Item ſicut ſtat ad lucrum,debet ſtare pro ea parte ad damnum. Præterea licet ſoluat.x.tamen longe plus poteſt lucrari. licet iſta ratio non ſit multum concludens , tñ cum iſte.T.totum emolumentum ex operis perueniens recipiat,videtur contractus licitus. Ita vt reſpectu vnius bouis ſit contractus locationis,cuius deterioratio pertinet ad ipſum dãtem, reſpectu alterius vř eſſe quædam ſocietas; & maxime habita conſideratioue hinc inde,& ſic vult contractum fore licitum, arg.not.in ſimi.in.c.ad queſtiones.de rer.permu. Et ſi velles dicere,ꝙ iſte ſit contractus meræ ſocietatis, tunc etiam licitus eſſet,quia capitale ſtat ad damnũ, & lucrum vtriuſque. Nec obſt.ꝙ.S.habeat.x.ꝓcipua omni anno , quia etiam.T.habet præcipuum omne emolumẽtum prouenieñs ex operis bouis. Facit.c.1. & quod ibi not.ſ.de ſeu. Vnde lucrum incertum qđ poteſt eſſe magnum,cum lucro certo qđ eſt paruum adinuicem compenſabitur. Aut talis contractus celebratur ſub hac forma,vt puta,quia debeant partes adinuicem communicare damnum, & lucrum, etiã capitalis & operarum,cum hoc,ꝙ dãs boues debeat recipere.x.ſtarios frumẽti.& in hoc caſu diſtinguendum eſt ſecundum præfatum do.Lauren.ꝙ aut vnus ponit perſonam operantem, & alter boues,aut ambo ponunt perſonam operantem, & vltra hoc vnus ponit boues. Primo caſu,aut opera perſonæ præponderat bobus,ſeu eorum valori;aut econtra,aut eſt ęqualitas in vtriſq;. Primo caſu,contractus præſumit celebratus in fraudem vſurarum. Et licet hic nõ interueniat mutuum,tamen illi.x. ſtarij videntur dari pro mutuo velato; nam perinde eſſe videt,ac ſi dans boues extraneos mutuaſſet dimidiam partem pretij pro.x.ſtarijs frumenti,& recipiens illos poſuiſſet in ſocietate.Facit quod not.in.d.c.in ciuitate.&.c.cõſuluit.&.c.ſi.7.eo. In ſecundo caſu contractus videt licitus, nec ex alijs circunſtantijs aliud dicendum eſſet,ſecundum not.in.c.ad noſtram.de emp. & ven. &.c.illo vos.de pigno. non.n.eſt inconueniens, nec contra naturam ſocietatis, vt.l.ſi non fuerint.ff.pro ſoc.& Inſtit.eo.§.de illa.Faciunt quæ dixi.ſ.in articulo ſocietatis. Hoc tñ temperãdum arbitror,ſi modo quis deberet recipere illos.x.ſtarios de lucro exiſtenti.Secus autem ſi ſimpliciter,quia tunc non exiſtente lucro omnibus hincinde penſatis, non poſſet iſte licite recipere illos.x.ſtarios, quia eſſet contra naturam ſocietatis, vt vnus lucrum,& alter damnum pateretur. Vnde ſi ex tali ſocietate nullum lucrum perceptũ fuiſſet,non deberet iſte aliquid velle. Alias autem videretur potius velle ex mutuo velato , & ꝑ conſequens contractus eſſet illicitus.¶ In tertio caſu arbitror dicendum,ꝙ ſi de lucro conueniret, ꝙ ille perciperet ſibi.x.ſtarios præcipuos frumenti, ꝙ quanquam ęqualitas non ſeruaretur in ſocietate; & ſic hoc reſpectu contractus videatur illicitus, tamen non videtur poſſe dici vſurarius. Et maxime hoc dicendum eſſet, ſi quantitas recipienda per prius per vnum de lucro celebrato, non eſſet certa, ſed eſſet præcipienda per nomina quotitatiua, vt puta,quòd prius reciperet ſextam, aut decimam partem totius lucri;deinde reliquum diuideretur per medium ; nã vt dixi,contractus ex ſui forma non poteſt dici vſurarius,licet pactum inęqualitatis in ſocietate nõ ſit laudabile,vt dixi.ſ.q.27.& præced. Et hæc procedunt, ſi modo dans boues extimatos nõ haberet intentionem malam,quaſi ad mutuum. Sed ſi dans boues extimatos,vellet in caſu prædicto prius recipere x.ſtarios non habito reſpectu,ſi ſupereſſent in lucro, tunc dico,ꝙ contractus omnino eſt illicitus, vt patet ex prædictis. Si vero vnus poneret perſonam, & boues extimatos,alter vero poneret perſonam tñ, ſi ponens boues extimatos vellet prius recipere.x. ſtarios frumenti,an contractus eſſet licitus. Videtur dicendum,ꝙ ſi periculum deteriorationis pertineret ad ponentem boues,contractus eſt licitus,vt patet. Si vero periculum eſſet commune,tunc diſtinguerem,an illos ſtarios frumenti vellet ſibi omnino ante capere,an vellet dñtaxat ex lucro prius capere, vt dixi in præced.caſu. Et ita arbitror in caſibus prædictis dicendum , quicquid dicat do.Laur. Dicunt etiam theologi,ꝙ quotieſcunque id quod recipitur ex bobus,correſpondet æquiualenti vtilitati , quam recipiens boues ex ipſis bobus poteſt recipere,contractus eſt licitus. Alias ſecus. Et ſimiliter dicunt,ꝙ licitus eſt contractus illorum, qui dãt boues ad quartum,hoc eſt lucri,& damni , dummodo locans labor anti promittat ſe ſatisfacturum competenter de labore,& expenſis,ſi inde operans nullum lucrum fuerit conſecutus.Et ex prædictis clare patet,ꝙ non eſt licitus contractus;ſed omnino vſurarius illorum , q
135 dant † boues ad colaticum , ſecundum vulgare noſtrum, cuius natura eſt hæc,vt boues dentur extimati,& dans nullum debet recipere damnum, vel periculum;ſed debet recipere certam quantitatem frumenti. Et ex his habes expeditum hunc articulum, mixtum quaſi ſocietatis,& locationis.

LAVS DEO.



Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO

PP QQ.

Omnes sunt quaterniones, præter QQ qui est quinternio.

Index per se patet.



PARMAE.

APVD SETH VIOTVM.

1575.

314